Eiuſdem Boetij libri ϖερὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis traductio: ⁊ in eandem cōmentariorū Editio prima.

m Agna quidē libri buiꝰ apud peripateticā ſectā probatur auctoritas. Hic nāqꝫ Ariſtoteles ſimplicium propoſitionū naturā diligēter examinat: ſed eius ſeries ſcrupuloſa impedit ſemita: ⁊ ſubtilibꝰ preſſa ſentētijs: aditū intelligentie facilem non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici cōmentatiōe ſupplevimꝰ: ⁊ quātū ſimplices quidē intellectus ſentētiarū oratio breuis obſcuraqꝫ cōplectitur: tantū hac operis huiꝰ tractatione digeſſimus. Qđ vero alterius acumen conſiderationis expoſcit: ſcđe ſeries editionis expediet. Nūc a me tantū lector expectet: ut pedetētim minutatimqꝫ ſcđꝫ orationis ordinē textūqꝫ ſermonis id quod anguſtia breuitatis latet intelligat. Et priꝰ que ſit huiꝰ operis intentio breuiter demonſtrandū eſt. Jnſcribitur etenī grece liber ϖερὶ ἑρμηνείας. Quod latine de interpretatione ſignificat. Quid ergo ſit iterpretatio paucis abſoluā. Jnterpretatio eſt vox ſignificatiua per ſeipſam aliqđ ſignificās. Siue enim nomē ſit quod per ſe ſignificat: vt ē homo. Siue verbū: vt eſt curro. Siue quod grāmatici participiū vocant. Siue pronomē eſt. Siue ex his iuncta oratio: vt eſt hō currit. Siue quolibet alio modo vel nomē vel verbū vel ex his oratio iūcta per ſe aliqđ ſignificat: interptatio nominat. Quare cum ſint quedā in orationis partibus: q̄ per ſe nihil ſignificāt. Alijs tñ iūcte deſignent: vt ſunt. Cōiunctiōes: vł ꝑpoſitiōes: hec iterpretatiōe eē nō dicimꝰ. Jnterpretatio enī ſiue ſimplex ē: vt nomē ⁊ vbū. ſiue cōpoſita: vt ex his iuncta copulataqꝫ oratio: vel per ſeipſum ſignificare debet ſi ſimplex eſt: vel ex his q̄ per ſe ſignificant iuncta eſſe: ſi compoſita eſt. Quare interpretatio eſt vox aliqđ per ſeipſam ſignificans. Sed quoniā verba nominaqꝫ interpretationes ſunt: oratio quoqꝫ omnis que ex ſignificantibus per ſe predicamētis iungitur: interpretatio nūcupatur. Sunt autē plurime interpretationes: inter quas illa quoqꝫ eſt oratio: in qua verū falſūue inueniri poteſt: id eſt enūciatiua: de qua hoc libro tractandū eſt. Jdcirco igitur Ariſtoteles de cōmuni nomine ⁊ continenti libro titulū inſcripſit. Jnterpretatio nāqꝫ eſt nomen ⁊ verbū. Jnterpretatio etiā eſt huiuſmodi oratio. Omnis homo animal eſt: ſed in hac verū falſumqꝫ auditor intelligit. Hec enim oratio que dicit omnis homo animal eſt: vera vel falſa eſt. Jterpretatio quoqꝫ eſt etiā huiuſmodi oratio. Da mihi codicem in quem verū falfalſumqꝫ nullus inueniat. Etenim da mihi codicē: neqꝫ verū eſſe poterit neqꝫ falſum. Quocirca quoniā de his ſolis orationibꝰ: in quibꝰ verū falſumqꝫ reperit: quas enūciationes ⁊ propoſitiones vocamus: que interpretationes ſunt: diſputaturus eſt: quoniāqꝫ de nominibus illi verbiſqꝫ dicendū eſt: quid ſint: quāue vim in ſignificatione retineant: recte librū de interpretatione ſignauit. Nec hoc nos turbet: qđ ſunt quedam interpretationes de quibus in hoc libro non tractet: tanqꝫ enim ſi quis de homine diſputans titulū operis de animali poſuiſſet: quāqꝫ nō de omni animali: tamen quoniam de aliquo diſputaturꝰ eſſet. Recte de animali libro nomen imponeret. Jta licet non de oī interpretatione pertractet: tamē quoniā de vna que eſt enunciatio: ⁊ de nominibus ⁊ verbis: que interpretatiōes ſimplices ſunt: dicendū erat: de cōmuni ⁊ generali vocabulum libri de interpretatione impoſuit. Eſt aūt intentio libri huius de ſimplici enūciatiua oratione diſſerere. Simplex enim enūciatiua oratio eſt: in q̄ cū verum falſumue ſit: illud tamen eſt: ut ſine cōiunctione totus orationis ordo proponatur: ut eſt: homo eſt: homo eſt animal: homo currit homo pauidus currit. He propoſitiones ſine coniunctione propoſite ſunt. Et he dicitur predicatiue: q̄ ſunt cum nomine ⁊ verbo. Ille vero que ſunt huiuſmodi ſi ſol ſuper terram eſt: dies eſt. Duplices atqꝫ hypothetice necnō ⁊ iam conditionales vocantur. Ponitur enim ſi hoc ſit hoc eſſe: id eſt ſi ſol eſt eſſe diē. Quare he ſimplices nō ſunt ſi ſol eſt enim: ⁊ dies ē: due propoſitiones ſunt: quas vna coniunctio: que eſt ſi: copulat atqꝫ componit. Sed de his nullus hoc libro tractatꝰ habebitur. Quare quoniam de ſimplicibus enūciatiuis orationibus tractatum eſt: id eſt de ſimplici affirmatione ⁊ ſimplici negatione: quoniāqꝫ affirmationes ⁊ negationes verbis ac nominibus coniūguntur: ut in ea que eſt: homo currit. Affirmatione homo nomen eſt: currit verbum. Et rurſū: homo nō currit negatio eodē nomine verboqꝫ cōiungitur: recte prius de ſimplici affirmatione ⁊ de ſimplici negatione: dīoqꝫ de enūciatione ſimplici diſputaturus eſt. Quoniā omnis enunciatio ſimplex verbis nominibuſqꝫ cōiungitur: primā diſputationē de nominibus ⁊ verbis conſtituit. His enim prius ad ſcientiā veniētibꝰ tota facillime natura oratiōis aperit. De quibꝰ aūt ei in toto dicēdū eſt libro: inchoās ipſe ſic ꝓponit.

p Rimū oportet conſtituere quid ſit nomen: ⁊ quid verbū: poſtea quid eſt negatio: ⁊ affirmatio: ⁊ enunciatio: ⁊ oratio.

¶ Jn principio inquit huius ſermonis qui de enunciatione inſtituitur: cōſtituere id eſt definire oportet: qđ nomen ſit: quid verbū. Hec enim (vt dictū eſt) omnē coniungere orationē valēt. Que oratio genus eſt aliarū orationū. Sunt enim principales qnqꝫ orationū differentie. Eſt autem prima oratio deprecatiua: vt iuppiter omnipotens precibus. Si flecteris vllis. Secūda imperatiua: vt ſuggere tela mihi. Tertia iterrogatiua: vt quo te moueri pedes. Quarta vocatiua: vt huc ades o melibee. Quinta enūciatiua: in q̄ verū ineſſe falſumqꝫ perſpicitur. Huius autē due ſunt ſpecies. vna affirmatio: altera negatio. Affirmatio eſt: vt hō animal eſt. Negatio: vt homo animal non eſt. Ergo orationem verba nominaqꝫ conſtituūt. Enūtiationis autē oratio genus eſt. Enuntiatio vero Affirmatiōis ⁊ negationis. Quare elementa quedam ſunt que coniūgūt orationē: verba ⁊ nomina: ⁊ de his diſputat primū. Dehinc propoſitionis duas vltimas ſpēs ſumit: ⁊ dicit ſe de affirmatione ⁊ negatione dicturū. Poſt has harū genus ꝓponit. ſ. enūtiationē. Ultimū vero: quod horū maximum eſt: orationē. Eſt vero quodāmodo conuerſus ordo ab ſpeciebus: vſqꝫ ad earū genera prima peruenias. Proponēdo enim ab affirmatione ⁊ negatione ad enuntiationē: quod eſt genꝰ: aſcenſum eſt. Ab enuntiatiōe ad enūtiationis genus: quod eſt oratio: ꝓpoſitionē operis leuauit: diuerſo tū modo de cunctis diſputat. Prius enī de oratione: poſt de enūtiatione: deinde de affirmatiōe: poſtremo de diffinitiōe negationis ediſſerit conuerſo. ſ. ordine. Sed hoc poſterius liquebit. Quod autē prius negationē poſtea propoſuit affirmationē: nihil intereſt cū oēs ſpēs eque ſibimet ſint ⁊ vni generi eq̄liter ſupponantur. Quocirca ſi affirmatio ⁊ negatio enūtiatōis ſpecies ſunt: rectum eſt quālibet earū prius indiſcrete proponere. Quēadmodū autē affirmatio ⁊ negatio ſpecies enuntiationis ſint: ⁊ hec earū genus: Secunda editione monſtrandū eſt.

Tunc ergo ea que ſunt in voce earum que ſunt in anima paſſionū note. ⁊ ea que ſcribūtur eorum que ſunt in voce. Et quēadmodū nec littere omnibus eedē: ſic nec eedem voces. Quorū autē he primorū note: eedem

**oībus paſſiões aię ſunt. ⁊ quorū hę ſimilitudines res iam eędem. De his quidē igitur dictū eſt in his quę dicta ſūt de anima. Alterius eſt enim negocij.**

Quoniā nomen ⁊ verbū in deffinitionibus ſuis ſignificatiua paulo poſt ppoſiturus eſt: primū explicat quorū ſint ſignificatiua quęcūqȝ ſignificant: id eſt q̄ deſignēt ipſum nomē ⁊ verbū. Tota autē rō ſenſus huiuſmodi eſt. Tria ſunt ex quibus omnis collocatio diſputatioqȝ perficitur: res: itellectus: voces. Res ſunt quas animi ratione percipimus: intellectuqȝ diſcernimus. Intellectus vero quibus res ipſas adiſcimus. Voces quibus id quod intellectu capimus: ſignificamus. Preter hęc autem tria eſt aliud quoddaȝ: quod ſignificat voces. eę ſunt litterę. harum enim ſcriptio vocū ſignificatio eſt: cū igitur hęc ſint quatuor: res intellectus: vox: littera. Rē concipit intellectus: intellectū vero voces deſignāt: ipſas vero voces litterę ſignificant. Intellectus vero animę quędam paſſio eſt. Niſi enim quandā ſimilitudineȝ rei quā quis intelligit in animę ratione patiatur: nullus eſt intellectus. Cum enim video orbē vel quadratū: figurā eius mēte concipio: ⁊ eius nihil ſimilitudo in animę ratione formatur: paciturqȝ anima rei intellectę ſimilitudinē: vnde fit vt intellectus ⁊ ſimilitudo ſit rei: ⁊ animę paſſio. Hę autem rurſus. iiij. duę ſunt naturales: duę ſcdȝ hominū poſitionē. Voces nāqȝ ⁊ litterę ſcdm hominū poſitionē ſunt. Intellectus autē ⁊ res naturaliter. Hoc illo approbat: quod apud diuerſas gentes diuerſis vocibus vtunť ⁊ litteris. Idcirco quoniaȝ ipſi ſibi voces: quibus vterentur: ⁊ litteras quib⁹ ſcriberent: compoſuerūt. Intellectus aūt ⁊ res null⁹ poſuit Sed naturaliter ſunt. Neqȝ eniȝ quod apud romanos eſt equus: apud barbaros ceruus. Sed apud diuerſas gentes eadē rerū natura eſt: preterea neqȝ quod nos intelligimus eſſe equū: canē barbari putant. Sed eadem apud diuerſiſſimas gentes ſubſtantiarū intellectuūqȝ ratio eſt conſtituta Quare duę harū ſunt ſcdm hominū poſitionē: id ē voces ⁊ litterę: duę ſcdm naturā: res ⁊ intellectus. Nunc ergo hoc dicit: quoniā voces quideȝ ſignificant intellectū: ipſas autem voces litterę ſignificāt Sunt autem intellectus animę paſſiones. ⁊ voces qdē ⁊ litterę naturales non ſunt. quēadmodū enim vox nō eadem apud omnes: ita nec litterę. Sed intellect⁹ ⁊ res eadē apud oēs quaſlibet diuerſiſſimas gētes inuenies. Atqȝ hoc ē qd ait. Sūt ergo ea q̄ ſunt in voce earū q̄ ſūt in aīa paſſionū notę. Idē ipſe ingt voces intellect⁹ ſunt animę paſſiones ſignificant: eorūqȝ ſunt ſignificatiuę. ergo ea quę ſunt in voce ſignificant illas: ⁊ earum ſunt notę: quę ſunt animę paſſiones. Animę aūt paſſiones intellectus ſunt. Igitur ea quę ſunt in voce: intellectuū qui ſunt animę paſſiones: notę ſunt: eoſqȝ ſignificant. Quoniā his id eſt vocibus omnis ſignificatur intelligentia mentiſqȝ conceptio. At vero quod addidit: ⁊ ea quę ſcribūtur eorū quę ſunt in voce: tātūdē valet: quātū ſi diceret. Notę ſunt litterę quę ſcribūtur verboruȝ ⁊ nominū: quę ſunt in voce: monſtrauit igitur voces intellectuū eſſe ſignificatiuas: ⁊ litteras vocū. nūc de eorū natura pertractat dicens. Et quemadmodū nec habere omnibus eędem: ſic nec eędeȝ voces. hoc ad monſtrādū valet voces ⁊ litteras poſitiōe cōſtitui nō natura. Etenī diuerſę apud diuerſos ſunt voces ⁊ litterę: ⁊ quēadmodū litterę eędem apud omnes homines nō inueniūtur: ita quoqȝ nec voces. Quare hę ſcdm poſitionē ſunt: qd ipſe reticuit velut planū. Manifeſtū enī eſt: quod per gentes ſingulas permutatur: hoc nō natura conſtitutū eſſe: ſed poſitione. Qd vero addidit. Quorū autem hę primorū notę ſunt: eędeȝ omnib⁹ paſſiones animę ſunt ⁊ quorū hę ſimilitudines: res iam eędem. Ad hoc pertinet: ut naturales eē res intellectuſqȝ declaret. Idē nāqȝ (vt dictū eſt) intellectus paſſiones quidē animę ſunt rerū vero ſimilitudines. Ergo nunc hoc dicit: quorū hę id eſt voces: de quibus ſupra dixerat: notę ſunt: eędem ſunt animę paſſiones: ⁊ ut nec litterę ſunt eędeȝ: ſic nec eędē voces. Quorū ergo hę voces ſignificatiuę ſunt: id eſt paſſionū animę: hę ſunt apud omnes eędē. Significant autēȝ voces illa quę ſunt in intellectib⁹. Intellect⁹ igitur animę paſſio eſt apud omnes homines nō diuerſa. Ergo naturalis apud omnes homines eſt animi cōceptio: atqȝ animę paſſio. Quorū ſunt notę ea quę verſantur in vocibus. Docet autē ⁊ res quarū ſunt ſimilitudines intellect⁹ ⁊ aię paſſiones: eſſe nō poſitiōe ſed naturaliter cōſtitutas. Idcirco qȝ hę res quarū ſimilitudines ſunt intellect⁹: q intellect⁹ aię paſſiones ſunt: apud oēs eędē ſunt. hoc eſt enim quod ait ⁊ quorū ſimilitudines ſcilicet animę paſſiones: quę ſunt ſimilitudines rerū: res etiā eędē. Ac ſi diceret. Quoruȝ intellectus ſunt ſimilitudines: qui intellectus animę paſſiones ſunt: id eſt rerū apud omnes eędē ſunt. qd aūt ita poſuit. Quorū autē hę primorū notę. hoc ſentit. De vocibus enim dicit. quoniā quorū voces primorū notę ſunt: apud omnes eędē ſunt animę paſſiones. Vox enī etiā intellectū rei ſignificat ⁊ ipſaȝ rem. Ut cū dico lapis ⁊ ipſum lapidem id eſt ipſaȝ ſubſtantiā deſignat. Sed prius intellectū: ſecundo vero loco ſignificat rē. Ergo nō oīa q̄ vox ſignificat: paſſiones animę ſunt: ſed illa ſola quę prima primus enim ſignificatur intellectus: ſecundo vero loco res: ſed intellectus paſſiones animę ſunt: quorū ergo primorū notę ſunt voces: eędem ſunt omnes homines animę paſſiones. Eſt alia quoqȝ ſcriptura hoc modo ſe habens. Quorum autē hę primorū notę: hę omnibus paſſiones animę ſunt: ⁊ quorū hę ſimilitudines: res etiā hę quod ſi ita ſcriptū eſt: hoc dicere: oſtendit enim quorū ſint voces notę: ⁊ quorū rurſus ſint animę paſſiones: tāqȝ ſi diceret. Voces quod ſignificant: ⁊ quorū notę ſunt: illę ſunt aię paſſiones. ⁊ rurſus quorū ſimilitudines ſunt hę q̄ ſunt aię paſſiōes: hę ſunt res: tāqȝ rurſus ſi diceret: quorum ſunt ſimilitudines ea quę in intellectibus atqȝ aię paſſionibus ſunt: illę res ſunt. Sed de his diſputationes trahere longius non vult. Ait enī de his quidē igitur dictū eſt. In his quę ſunt dicta de anima. Alterius eſt enī negotij. Etenī aliud eſt principaliť de itellectib⁹ aię diſputare: aliud tātis ſibi ad diſputatōeȝ ſumere: qȝtū ad logicę poſſit pertinere peritiā. Quare alterius negotij eſt principaliter de animę paſſionib⁹ diſputare.

**Eſt autē quēadmoduȝ in anima aliquotiēs intellectus ſine vero vel falſo: aliquotiens vero cui iā neceſſe eſt horuȝ alterum ineſſe ſic etiam in voce: circa cōpoſitionē enim et diuiſionē eſt falſitas veritaſqȝ.**

De enūtiatione dicturus in qua veritas ⁊ falſitas inuenitur: recte prius monſtrare ꝯtēdit: in qua prolatione vocū horū alterū idē aut veritas aut falſitas inueniri queat. Sȝ omnis vox animi ſenſa ſignificat. Quare ex animi intellectib⁹ quicquid euenit: vocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit. Similitudo eſt ingt quędam inter ſe intellectuū atqȝ vocū quēadmodū enim ſunt quędā ſimplicia quę ratiōe animi cōcipiunť: conſtituunťqȝ intelligentia mentis: in quibus neqȝ veritas vlla: neqȝ falſitas inueniť: ita quoqȝ in vocib⁹ eſt. Simplex eniȝ intellectus: vt verbi gratia hominis vel equi: neqȝ falſitatem vllā retinet neqȝ veritatē: cū enim intelligo ſimpliciter hominē vel ſubſtātiā ipſam: nihil veri vel falſi in cogitatione retineo. Qd ſi curſuȝ rurſus animi cogitatione pſpexero: cogitatio ipſa quoniā ſimplicis rei tenet intuitū: veritate ⁊ falſitate ſecluſa ē. Sed quādo curſuȝ ⁊ hominē iūxero: ⁊ ex his aliquid intelligētia mea fecero id quoqȝ ſi voce proferā: huiuſmodi erit: hō currit. Tūc ex hac ſubſtantię ⁊ accidētis cōpoſitione ⁊ coniunctione huiuſmodi intellect⁹ fit: in quo vel falſitas poſſit eſſe vł veritas. Ergo quemadmodū in intellectu quędam aliquotiens ſimplicia vero falſoqȝ carētia: aliquotiens autem cum iam neceſſe eſt aut veritatem ineſſe intellectui aut falſitatem: ſic eſt etiā in voce. Nam ſi ſimplicē intellectū vero falſoqȝ carēteȝ vox pferat: ipſa quoqȝ vox a veritate ⁊ falſitate relinqtur. Quod ſi huiuſmodi pferat intellectū: qui in ſe verū falſumqȝ cōtineat: ipſa quoqȝ veri falſiqȝ retinet ſignificationeȝ. Docuit autē per hoc qd ait. Circa compoſitionē enī ⁊ diuiſionē eſt veritas falſitaſqȝ: in qua prolatione vocis enūciationes poſſumus inuenire. Quotiens enī ſubſtantiam cū accidenti coniūgim⁹ atqȝ cōponimus: vel intellectū intellectui copulamus: ut fieri poſſit ppoſitio in cogitatione: tūc fit idem in voce. Et eſt nunc affirmatio: ut homo currit. Hominē qppe curſumqȝ cōpoſuit atqȝ coniunxit: ⁊ inde affirmatio nata eſt veritatem continens vel mendaciū. Nunc vero negatio: ſi huic aduerbiū negatiuū iunxero: ⁊ ſubſtātiaȝ ab accidente diuiſero atqȝ diſiunxero: ut eſt hō non currit: non quod eſt aduerbiū negatiuū hoīem a curſu diuiſit atqȝ diſiunxit: factaqȝ eſt inde negatio rurſus veritatē falſitatēue ſignificās. Recte igiť dictum eſt circa cōpoſitionē qd eſt affirmatio: vel diuiſionem qd eſt negatio: veritatis falſitatiſqȝ cōſtare naturam.

**Nomina igitur ipſa ⁊ verbā cōſimilia ſunt ſine compoſitione vel diuiſione intellectui ut homo vel album: quādo non additur aliquid: neqȝ enī adhuc verū aut falſum eſt.**

¶ Nunc quid ſit intellect⁹ ſine vero vel falſo cōtinuata orōne perſequiť. Ea enī inquit quę ſimplicia dicunť: ſimilia ſunt ſimplicibus intellectibus: qui ſine vlla cōpoſitione vel diuiſione animi puro capiuntur intuitu. Cum enim homo vel albū ipſa quidē ſimplicia ſint: et ſignificent aliquid: nihil tamē neqȝ verū neqȝ falſuȝ deſignant. Omne enim ſimplex nomē vel verbū a veritate ⁊ falſitate ſecludiť. Atqȝ ideo (quoniā ut dictuȝ eſt) quęcūqȝ ſunt in vocibus: ſignificant animę paſſiones Simplices voces ⁊ ſine cōpoſitione vel diuiſiōe ſimiles ſunt his intellectibus quos ſine cōpoſitione ⁊ diuiſione ſimplex intelligentia concipit. In his enim atqȝ in huiuſmodi nulla neqȝ veritas neqȝ falſitas inueniť: niſi enī aliquid addatur: ut id quod ſimplex intelligis: vel per ſe conſtituas eſſe: vel ei aliquid ſcdm eſſe cōiungas: in his veritas ⁊ falſitas nō erit. Cū enim ſimpliciter dico homo: ſi nō aliquid addidero: ut verbū eſt: ⁊ fiat huiuſmodi cōpoſitio: homo eſt: vel huiuſmodi aliquid: ut homo viuit: quod idem valet: tanqȝ ſi dicam: homo viuens eſt. Ergo niſi aliquid huiuſmodi fuerit adiunctuȝ quod intellectam rem vel per ſe eſſe conſtituat: ut homo eſt: cū dico hominē: per ſe eſſe deſignaui: vel iuncto accidente tale aliquid opponať: quod idem ei quod eſt eſſe ſignificet: ut eſt hō viuit. Vita enim homini iuncta eſt: ⁊ viuit ideȝ ſignificat: quod viuens eſt: nulla veritas nec falſitas valet intelligi. Hoc aūt conuenientiſſimo monſtrat exemplo.

**Signum auteȝ huius eſt etenim hyrcoceruus ſignificat quidē aliquid: ſed qd nondū verum vel falſum: ſi nō vel eſſe vel nō eſſe addať vel ſimpliciter vel ſcdm tēpus.**

¶ Magnā vim habet exempli huius ſubtilitas. Nō enim ſola illa nomina vel verba falſitate ac mendacio ſeparata ſunt: quęcūqȝ ſimplicia ſunt: ſed etiam illa quęcūqȝ ſunt cōpoſita ſi ſint ſimpliciter dicta. Hyrcoceruus enī compoſitū nomē eſt: ſignificans hyrcū ⁊ ceruū. Sed niſi ei aut eſſe aut non eſſe addať: ut dicamus hyrcoceruus eſt: vel hyrcoceruus nō eſt: nullus inde veri falſiue intellectus poterit prouenire. Ipſuȝ enim quāqȝ ſit cōpoſitum tamen ſimpliciter dictū veritati vel falſitati proximū non eſt. Si quis enim dicat tm̄ hyrcoceruus: nihil enūciat. Quod ſi nihil enunciat preter veritatē falſitatemqȝ: quoddā compoſitum deſignans nomen auditor intelligit. Quod vero ait vel ſimpliciter vel ſcdm tēpus: ad hoc valet: ne putaremus tunc fieri ſolum de nomine enunciationem. Cum ei preſens tempus adijcitur: ut cū dicimus hyrcoceruus eſt: vel hyrcoceruus nō eſt: in his iam veritas eſt aut falſitas. Sed non ſolum ſi preſens tempus deſignet propoſitio: ſed etiā ſi preteritum: ut ſi quis dicat: hyrcoceruus fuit: vel futurum: vt ſi quis dicat hyrcoceru⁹ erit: enunciationē facit: ergo id eſt quod ait vel ſimpliciter vel ſecunduȝ tempus huiuſmodi enim eſt. Simpliciter facta enunciatio ſecundum preſens eſt. Etenim quod preſens dicimus tēp⁹ non eſt ſed confinium temporū: tempus enim eſt futurū aut preteritum: ergo non poteſt in eo quod eſt hyrcoceru⁹ veritas aut falſitas inueniri: niſi ei aut eſſe: aut non eſſe addať: vł pſens: ſignificās qd ē ſimpliciter: vł tēpus quod eſt preteritū aut futurum. Si quis enī ſic dicat: hycoceruus eſt: ſimpliciter dixit: id eſt ſecunduȝ preſens. Si quis autem hyrcoceruus erit vel fuit: ſecundū tempus futurum ſcilicet ⁊ preteritum. Hęc igitur quę erāt vtilia prelocutus ad definitionem nominis diſputationis curſum intendit.

## De Nomine

**Nomen eſt vox ſignificatiua ſcdm placituȝ ſine tempore: cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata.**

¶ Omnis diffinitio genere ⁊ differentijs perficitur. Sumpſit ergo ad definitiōem vocem nominis genus. Cetera vō q̄ execut⁹ eſt: pro differētijs aggregauit. Eſt autem huius termini talis expoſitio: nomen eſt inquit vox. Sed vocū alię ſunt quę ſignificant: alię quę nihil ſignificant. Nomen autem ſignificat: id cuius nomen eſt Nomen igitur eſt vox ſignificatiua. Vocū ſignificatiuarū: alię ſunt naturaliter: alię non naturaliter. Naturaliter eſt vox ſignificatiua: vt ea quę dolores naturaliter mōſtrat aut gaudia. Non naturaliter vero ſignificatiuę voces ſunt: quas ſecundum poſitionē eſſe dicimus. Secundum poſitionem vero ſunt: quas ſibiipſi homines poſuerunt: vt cum dixit aliquis primus qui rebus nomina condidit: hęc ſubſtantia dicatur aurum: hęc lapis hęc aqua: ⁊ alia ſimilia. Tales igitur voces ſecundū poſitionem ſunt hominū. Et ita ſecundum poſitioneȝ: quēadmodum ipſis hominibus placuit: a quibus nomina ipſa formata ſunt: huiuſmodi ergo voces quę ſecunduȝ poſitionem ſunt: ſecundum ponentium placitum ſunt. Sed nomen non naturaliter ſignificat. Apud diuerſas enim gentes diuerſa ſunt nomina. Quę autem apud diuerſos diuerſa ſunt: ea non ſunt naturaliter: ſed ſecundū placitum eorū qui poſuerunt: poſitionemqȝ ponentiū. Alioquin ſi naturaliter eſſent quēadmodum ea quę dulcia ſunt apud romanos: non eadem ſunt apud ſcythas amara nec acida: ſȝ apud ipſos quoqȝ ſunt dulcia: ⁊ apd omnes gentes ſunt eodē modo. Ita quoqȝ oīa noīa ſi naturaliter eſſent eiſdem omnes homines vterenť. Quare quoniam nomina naturaliter non ſunt nec naturaliter ſignificant: ſecundum placituȝ ſunt ſcilicet ponentiū atqȝ auctorū: ⁊ a quibus nomina ipſa rebus impreſſa ſunt. Eſt ergo nomen vox ſignificatiua ſecundum placitū. Secundū placitū autem poſitionēqȝ ſignificantiū vocum alię tempus ſecum ad ſignificationem trahunt: alię preter tempus predicantur. Tempus ſecum trahūt vt eſt curro ⁊ lego: vel cucurri vel legi: ⁊ quęcunqȝ ſunt verba. Omne enim verbum cū tempore eſt. Nomina vero ſine tempore ſunt. Cū enim dico ſocrates vel plato vel albedo: vel aliquid huiuſmodi: temporibus carent:

Nomen ergo vox eſt ſignificatiua ſecundum placitū ſine tempore. Uocū ſignificatiuarū ſine tempore ſecundum placitum. Alię ſunt quarum partes aliquid extra ſignificant: alię quarū parteſ extra nihil deſignant. Hec nāqꝫ vox: quę eſt ſocrates cum platone aliiſqꝫ diſcipulis quę eſt oratio: ⁊ ſignificatiua eſt ⁊ ſecundū placituꝫ. Partes nāqꝫ ipſiꝰ q̄ ſunt nōīa: ſcd̄ꝫ placitū ſunt ⁊ ſine tp̄e. Nulla nāqꝫ in ea nec imaginatio qd̄ē tp̄is īuenit: ſed habet hoc qd̄ partes eiꝰ extra ſignificāt. Tota nāqꝫ orō ē ſocrates cū platone aliiſqꝫ diſcipulis: ſed eiꝰ pars ſocrates ſi a tota orōne diſiūcta ſit: ſignificat aliqd. Nōīs aūt pars nihil extra ſignificat: ipſiꝰ enī nōīs qd̄ eſt ſocrates: quod diſiunctū a tota conexione ſignificat aliqd: partes nihil extra deſignāt. Neqꝫ enī ſo. neqꝫ cra. neqꝫ tes. neqꝫ aliquid preter totū nomē extra deſignat. Quare rectiſſime diffinitio ↄſtituta eſt. Nomen eſſe vocē ſecundū placitū deſignatiuam ſine tempore: cuius partes nihil extra ſignificant. Hoc autem propoſitis docet exemplis.

**In nōīe enim quod eſt equiferus: ferus per ſe nihil ſignificat: quēadmoduꝫ in oratione quę eſt equus ferus.**

⁋ Si enim ſit oratio quę dicat equus ferus: duas res ſignificat: equuꝫ ⁊ ferū. Utrunqꝫ enim eſt vnum ſubſtātia: alteruꝫ quale. Qui vero dicit equiferus: vnū nomē eſt: ⁊ ei vnuꝫ qd̄ ſignificat ſubiectū eſt. Quocirca vnum quoqꝫ permixtio iſta ſignificat. Quod ſi vnuꝫ ſignificat tota p̄mixtio: pars idē ſeparata nihil extra deſignat. In toto enim nomine quod eſt equi ferus: conſignificat quidem ferus: per ſe vero nihil ſignificat. Quod ſi per ſe id quod dicimus ferus aliquid ſignificare arbitremur: nō iā erit pars nōīs: ſed ipſuꝫ erit integrū nomē: ⁊ habebit partes. fe. ⁊ rus. Quocirca qm̄ nōībꝰ vnū ſubiectū eſt: ⁊ vnū ſignificat totum nomē: vel ſi ſit ęquiuocū: vel ſi nō ſit: canis enī cū ſit ęquiuocū ſemel totū latrabilē: ſecundo totū celeſtē: ⁊ rurſus totū marinū ſignificat. Quare qm̄ qd̄libet nomē vnū aliqd ſignificat totū: pars eiꝰ ſeparata: ⁊ velut a tota cōpoſitione ſeiuncta: in q̄ vnū aliquid conſignificabat: nihil extra ſignificat. Dat autē differentias ſimplicium nominū ⁊ compoſitorū.

**At vero nō quēmadmodū in ſimplicibus nominibus: ſic ſe habet etiā in cōpoſitis: in illis enī nullo modo pars ſignificatiua eſt. In his autē vult quidē: ſed nullius ſeparata: ut in eo qd̄ eſt equiferus ferus.**

Simplicis inqt nōīs p̄tes qm̄ nō ↄſtāt ex aliis p̄tibus ne imaginatiōē quidē ſignificatiōīs aliqd produ͞ut ut in eo nōīe qd̄ eſt hō: neqꝫ ho. neqꝫ mo. qc͞qꝫ ſignificāt: neqꝫ ſignificare putāt̄: iccirco qm̄ ſimplex nomē ē: Ibi ſ quoqꝫ q̄ cōpoſita ſunt qm̄ ex duobꝰ ſignificatiuis in vnā ſignificātiā rediguͭt̄: vult qdē ſignificare aliqd pars: ſꝫ nihil ſeparata deſignat. In eo enī qd̄ eſt equiferꝰ: dat qdē imaginatiōnē aliquā ſignificatiōīs: ⁊ putat̄ ſignificare ferꝰ. Hoc eſt enī qd̄ dicit vult qdē: ſed nihil extra ſeparatūqꝫ ſignificat. Si enī hoc ipſuꝫ ferꝰ vt pars nōīs dicat̄ dimidiū nomē dr̄ eiꝰ qd̄ eſt equiferꝰ: dimidiū aūt nomē deſignat nihil. Ergo id qd̄ dicimꝰ ferꝰ: cū alia parte nōīs q̄ eſt equi vnū ↄſignificat: id eſt equiferꝰ: ſeparatū etiā nihil extra ſignificat. Quod ſi rurſus ipſum nomen extrinſecꝰ non in alterius nominis parte ponatur: per ſe ſibi ſignificat velut nomen. Ergo non eſt ſimilis in ſimplicibus nōībꝰ cōpoſitiſqꝫ partiū cōſignificatio. Sed ſimpliciuꝫ quidē nominū partes nec ipſe ſignificāt: nec ſignificare putant̄. Cōpoſitorū vō volūt qdē partes aliqd ſignificare: ⁊ dāt ſignificationis imaginationē: ⁊ ſignificare aliquid putant̄: ſed nulliꝰ ſeparatim retinēt ſignificationē.

**Scd̄m placitum vero quoniā naturaliter nominū nihil eſt: ſed quādo ſit nota.**

⁋ Tūc enī ſignificat nomē ſcd̄m placitū: qm̄ ſit nota alicuiꝰ rei: id eſt qm̄ ſignificat aliquā rē: vt metapſus. Quādiu enī huic nihil ſubiecti eſt: metapſus nomen nō eſt. Nā nōīs ē ſignificare ſubiectū. Metapſus aūt ſubiectū nō ſignificat. Non igit̄ nomē eſt. At rurſus ſi huic cōſtituere eſſe ſubiectū: nōīs aūt ſignificare ſubiectū eſt. Non enī nomē aliqd diceret̄: niſi a ſubiecti ſignificatione hoc traheret: p̄cipue cū nomē dr̄ a notamine. Itaqꝫ cū metapſus ſubiectū ſignat: nomē eſt. Cōſtat igit̄ nomen eſſe ſecundū placituꝫ: ſed tunc qm̄ ſit nota: id eſt quando aliquod ſubiectū ſignificat.

**Nam deſignant ⁊ illitterati ſoni: ut ferarū: quorum nihil eſt nomen.**

⁋ Dixerat ſuperius in diffinitione: nomen eſſe ſecundundum placitum non natura. Hoc autem diligentiꝰ monſtrat nunc dicens: nihil eſſe nominuꝫ naturaliter. Atqꝫ ideo nō illi ſufficit ad definitioneꝫ: quod eſt ſignificatiua vox: niſi illud quoqꝫ adderet: quod ſecundū placitum vox ſignificatiua eſt. Alioquin multi litterati ſoni ſignificant: vt ſibilus aliquid interdū ſignificat. Ferarū quoqꝫ multorūqꝫ animalium voces interdum aliqua ſignificatione preditas eſſe perſpicimus. Quędam enim vox canum iraꝫ ſignificat: hinnitus quoqꝫ equorꝫ ſępe alteriꝰ equi ↄſuetudinē q̄rit. Sꝫ hęc naturaliter ſignificāt: atqꝫ ideo nōīa non ſunt: qd̄ igit̄ naturaliter ſignificat: nomē nō eſt. Atqꝫ hęc hactenus. Nūc quēadmodū facta ſit definitio videamꝰ. Qd̄ dixit nomen eſſe vocē. Traxit a genere definitionē. Qd̄ ſignificatiuā eſſe ↄſequent̄ appoſuit: Nomē ab nō ſignificantibꝰ vocibꝰ ſeparauit. Qd̄ ſecūdū placitū a naturaliter ſignificantibus vocibꝰ nōīs natura diuiſa eſt. Qd̄ ſine tempore: ad verborum diſcrepantiam reſpicit. Quod eius nullā partem extra ſignificare propoſitum eſt: idcirco dictū eſt: vt nomen ab orationibus diſtare videretur. Hactenꝰ qdē de tota nominis definitione tractatum eſt. Ex quibus differentiis ab aliis vocibus diſtare poſſit nomen: explicitum eſt. Nunc autēꝫ quę videntur in definitiōēs nominis incurrere: an nomina ſint diligentius quęrit.

**Non homo vero non eſt nomē. At vero nec poſitū eſt nomē: quo illud oporteat appellare. neqꝫ enī oratio neqꝫ negatio eſt: ſed ſit nomen infinitū: quoniā ſimiliter in quolibet eſt: ⁊ quod eſt: ⁊ quod non eſt.**

⁋ Nunc diſſerit qualia eſſe arbitrari oportet: quę cum ſub definitione nōīs quideꝫ cadant: integra tamen nomina non eſſe videantur. Unde fit: vt his diligentiſſime diſtributis integerrima nominis definitio ↄcludatur. Hoc eniꝫ qd̄ dicimus non hō: quid ſit ambigit̄. Oratio enim non eſt. Omnis enim oratio verbiſ nominibuſqꝫ coniungitur. Hoc autem quod dicimus nō homo: duabus quidem partibus conſtat: ſed vnum in ſe retinet nomen: verbum vero nō habet. Negatiua enim particula: quę ē nō: neqꝫ nomē neqꝫ verbū eſt. Rurſus negatio nō eſt. Omnis enim negatio verum falſum ve ſignificat. Non homo vero quod dicimus: neqꝫ veruꝫ eſt neqꝫ falſum. Niſi enī (vt ſupra ait) aliquid quod ſit proximū ad id quod eſt eſſe addatur: nulla veritatis aut falſitatis ratio in qualibet orationis partiū compoſitiōē perficitur. At vō nomen nō eſt. Omne. n. nomen vnaꝫ rem ſignificat definitā: vt cū dicimus homo: ſubſtantiā ſignificat: nec quālibet: ſed rationalem atqꝫ mortalem. Eodem modo ⁊ cętera nomina. Qui vero dicit non homo: hominem quidē tollit. Quid autē illa ſignificatione vellit oſtendere: non definit: poteſt enim quod homo nō ē: ⁊ equus eē: ⁊ canis: ⁊ lapis: ⁊ cętera quęcunqꝫ homo non fuerint. Quare quoniam id quod definite ſignificare poteſt: aufert in eo negatiua particula: quod vero ſignificare debeat: definite nō dicit: ſꝫ multa atqꝫ infinita vnuſquiſqꝫ auditor intelligit. Dicatur inquit nomen infinitum. Hoc enim quod dicimus non homo: tā multa ſignificat: quā multa ſunt: quę a definitiōē hominis diſiunguntur. Sed hoc ariſtotelis vocabulū: cū infinitū nomē vocaret primus īuenit. Apud antiquiores enī iſta quidē erat dubitatio: ſed huic differētię qua differt nomē definitū ab huiuſmodi nomine quod cū negatiōē proponit̄: impreſſum vocabulū nō erat: quod ipſe teſtat̄ dicēs. At vō nec poſitū eſt nomē: quo illud oporteat appellare. Nullus enī poſuit vocabulū: quo oporteat appellare id quod dicimus non homo: ſed ariſtoteles perſpicaciter infinitū nomen huiuſmodi predicamētuꝫ cēſuit appellari.

**Catonis aūt vel catoni: ⁊ quęcūqꝫ talia ſunt nō ſunt nomina: ſed caſus nominis.**

Omnis inquit caſus alteriꝰ caſus eſt. Itaqꝫ fit: vt quicunqꝫ caſus ſit: alterius inflexio videat̄. Ergo quod dicimus huiꝰ catonis: vel hinc catoni: vel alia huiuſmodi: caſus nominamus. Unde fit vt hi caſus inflexiones quoqꝫ dicāt̄: ſed oīs inflexio alicuiꝰ inflexio eſt. Qd̄ aūt inflectitur: ab eo quod ipſa inflexione fit priꝰ eſt. Quare cū id quod dicimus cato nomen ſit: ⁊ ſic primū diſtāt inflexiōībꝰ ſuis. Inflexio aūt nōīatiui genitiuꝰ: ⁊ cęteri. Nullus enī dixerit recte nominatiuū caſuꝫ eſſe. Si enī id quod dicimꝰ cato alicuiꝰ caſus ſit: cuius caſus eſſe poſſit oportet oſtendi: ſed ante id qd̄ dicimꝰ cato: nullꝰ p̄dicat̄ caſus: igit̄ qm̄ cato nomē nulliꝰ inflexio eſt: nec oīno caſus eſt. Cęteri autēꝫ caſuſ qui dicūtur nominatiui inflexione formāt̄: catōīs: ⁊ catoni: ⁊ catonē: quare ſi diſtāt ea quę ab inflexione naſcūtur: ab his quę inflectūtur: diſtant quoqꝫ hi omnes caſus: qui ſunt catonis: catoni: catonē: ab eo quod eſt cato: id eſt a nomine principali: ſed hic cato nomen eſt: caſus igitur nomina nō ſunt. Aliud enim eſt ipſe caſus: aliud cuiꝰ eſt caſus. Quocirca ſi nominis hęc oīa caſus ſunt: hęc nōīa non ſunt. Atqꝫ ideo prudenter veteres omnes caſus genitiuū: datiuū: accuſatiuū: vocatiū: ablatiuū ſuis diuerſiſqꝫ nōībꝰ vocauerūt. Primū vō alias rectū: qſi a nullo inflexū: alias nōīs ipſiꝰ vocabulo nōīatiuū dixerūt. Quare nūc hoc Ariſtoteles exequit̄: qui caſus nōīuꝫ videant̄ nō eſſe nōīa ſed tm̄ nominū inflexiones. i. caſus.

**Ratio aūt eius in aliis quidē eadēꝫ eſt: ſed differūt: qm̄ cū eſt vel fuit: vel erit adiūctū neqꝫ verꝫ neqꝫ falſuꝫ eſt. Nomē vero ſemp̄ ut catonis eſt vel non eſt. Nōdū enī aliqd veruꝫ dicit neqꝫ falſum.**

⁋ Rō inquit. i. definitio nominis: ⁊ caſus nominis eadē eſt. nam ſicut nomen vox ſignificatiua eſt ſcd̄m placitū ſine tp̄e: ut eiꝰ pars nulla extra ſignificet: ſic etiā caſus. Nā vox eſt ⁊ ſcd̄m placitū deſignatiua: ⁊ cuius ſeparate partes nihil extra deſignāt. Ergo eadē diffinitio ratioqꝫ nominis eſt ⁊ caſus nominis: ſed his vna additur differentia: quod omne nomen cū eo quod dicit̄ eſt: aut nō eſt: coniunctū: aut affirmatiuā enunciationē facit: aut negatiuā: ut ſocrates eſt: vel ſocrates nō eſt. Hic enim quoniā veritas aut falſitas incidit: enunciationē eſſe neceſſe eſt. in caſibꝰ vō quāuis addas eſt: aut nō eſt nulla inde affirmatio neqꝫ negatio fit. Neqꝫ enī vlla in hos veritas aut falſitas cadit. Si quis enī dicat ſocratis eſt: ſocratis nō eſt: vel catonis eſt: vel catonis non eſt: quid ſit vel nō ſit non apponens: cū ſimplici caſu eſt: aut nō eſt iungens: imperfectā faciet orōneꝫ falſitate ac veritate diſiūctā. Quare nulla enūciatio ē. Ergo differt nomē a caſu: qd̄ nomē quidē cū eſt: aut nō eſt iūctū: aut verū vel falſuꝫ facit. Caſus vō neqꝫ verū dicit: neqꝫ mētit̄. Etenī nullo alio addito trūca eſt atqꝫ īperfecta ſentētia: ſꝫ quorſuꝫ iſtud. ſ. ut definitio nōīs integerrima cōpleret̄. Etenī iā nūc definitio nōīs hoc ↄ nō eſt. Nomen eſt vox ſignificatiua ſcd̄ꝫ placitū ſine tp̄e: cuiꝰ nulla pars ſignificatiua ē ſeparata: definitū aliqd ſignificās: cū eſt aut nō eſt iūcta faciēs enūciationē. Sed de nōīe hactenus. Nūc verbū diligētiſſima definitione determinat.



**Uerbū autē eſt: qd̄ cōſignificat tēpus: cuiuſ pars nihil extra ſignificat: ⁊ eſt ſemp̄ coruꝫ quę de altero predicant̄: nota.**

⁋ Uerū diſtat a nomie hoc ſolo qd̄ nomē ſine tp̄e eſt: ut ſupra iā dictū eſt: verbū aūt tēpꝰ in ſignificationibꝰ trahit: ⁊ eſſet quidē plena definitio verbi: ſi alia in eo oīa q̄ in nōīe poſita ſunt poneret̄: hoc ſolo diſcrepāte: qd̄ vbū cōſignificat tēpus: eſſetqꝫ definitio ita. Uerbū eſt vox ſignificatiua ſcd̄m placitū cū tp̄e: cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt: ſed qm̄ ſunt illa nōī verboqꝫ cōīa: propriis aūt verbi eſt cōſignificare tēpus: a ꝓprietate definiti. ſ. nōīs verbū voluit definire. Diligēter aūt ait cōſignificat. Nam ſignificant nomina tēpus: ut dies: vel annꝰ: hęc enī tēporū nōīa ſunt. Uerbū aūt ꝓprie ↄſignificat tēpus: principaliter enī aut paſſionē deſignat aut actū: vt cū dico: accuſo vel accuſor: cum ipſe actus paſſioniſqꝫ ſignificatione vim quoqꝫ ſecū temporis trahit: vt ille actus aut paſſio preter preſens: aut futuruꝫ: aut preteritum: aut quod iter hęc eſt eſſe nō poſſit: ⁊ ē ſemp̄ eorum quę de altero predicantur nota. Senſus huiuſmodi eſt. Omne inquit verbum ſignificat aliquod accidens: quod accidens ſemper de altero predicatur. Nam ſi omne verbū aut actionē aut paſſioneꝫ deſignat: Actio vero ⁊ paſſio in accidētibus numerantur: omne verbū vim ſignificat accidentis: ſꝫ accidens ſemper de eo predicatur qd̄ ſibi ſubiectū ē: vt albū de corpore: ⁊ durū de ferro. Quare oīa verba eiuſmodi aliqua deſignāt: q̄ ſemp̄ de altero predicantur. Qd̄ per hoc. i. dixit: qd̄ ait verbū notā eſſe. i. ſignificationē eorꝫ quę de altero predicantur Quod idē valet tanq̄ꝫ ſi diceret: verbū ſemp̄ accidentia ſignificat: quorꝫ hęc natura eſt: vt ſp̄ de altero predicent̄ cuiꝰ enī quęlibet res nota ē: hāc ipſa q̄ nota eſt: deſignat.

**Dico vō qm̄ conſignificat tēpus: ut curſus quidē nomē eſt; currit vō verbum; conſignificat enim nunc eſſe.**

⁋ Supra in nominis definitione propoſuit nomen eſſe ſine tempore: quod nunc quoqꝫ hoc monſtrat exemplo: ⁊ diligentiſſimo quidem. Nam idem predicamentum ad nomen relatum ſine temporis conſignificatione monſtratur: ad verbū vero videntur eſſe cum tempore. curſus enim ſimpliciter dictus: vt nomen: ⁊ vt res: propria ſine tempore eſt. Si vero in actionē: quę verbi ſemper eſt inducatur: mox proprietatem verbi ac temporis in ſe ſuſcipit ſignificationē. Currit enim verbum eſt: et ſignificat actionem: ⁊ cum eadem tempus oſtendit: mōſtrat enim nunc eſſe. id eſt preſens tempus. Conſignificat autem idcirco dictuꝫ eſt: qm̄ quod dicimꝰ currit: actū quidem quēdam ſignificat: cū eo vero actu in ipſa ſignificatione verbi preſens tempus inducitur. atqꝫ ideo diligenter ait conſignificat. Et eſt hęc verboruꝫ ſubtilitas in ariſtotele mirabilis.

**Semp̄ eorꝫ quę de altero dicunt̄ nota eſt: ut eorꝫ quę de ſubiecto vel in ſubiecto.**

⁋ Semper inquit verbū ea ſignificat: quę de altero predicentur. Quę ſunt autem quāqꝫ breuiſſime: ipſe tamē oſtendit. Eſt autē cōſuetudo ariſtotelis ea q̄ accidentia ſunt in ſubiecto eſſe dicere. Nec nō etiā eadē ipſa accidētia de ſubiecto p̄dicari: idcirco qd̄ oīa quęcūqꝫ accidentia ſunt: vel denominatiuę vel quolibet alio mō ⁊ de ſubiecto predicantur ⁊ in ſubiecto ſunt. Nunc ergo hoc dicit: tale quiddā ſignificat verbū: qd̄ ſp̄ accidēs ſit: qd̄ accidēs vel in ſubiecto ſp̄: vel de ſubiecto predicat̄. Eſt alia quoqꝫ expoſitō hoc mō: de ſubiecto dr̄ genꝰ ſp̄ ad ſpēs. Ergo eorꝫ q̄ ſunt accidētia: alia ſunt īdiuidua: alia generalia. ⁊ illa qdē q̄ ſunt īdiuidua: in ſubiecto ſunt tm̄ vt qd̄libet p̄ticulari corpi accidēs: alia vō ſūt generalia acci

dentia: q̄ de aliis accidẽtibꝰ p̄dicant̃, vt de ſubiectis: ut eſt color: nanqꝫ p̄dicat̃ de albedine ⁊ nigredine ⁊ ceteris. Ergo nunc omne inq̄t verbum quiddaꝫ quod de altero predicatur: ſignificat. Sed hoc huiuſmodi erit: qđ aut particulare ſit: ⁊ in ſubiecto tantū ſit: vt eſt currit. Curſus eni de nullo alio predicat̃ ſubiecto: niſi tantū in ſubiecto eſt: aut generale erit illud accidens ⁊ vniuerſale: vt de alio rurſus accidente predicetur vt de ſubiecto: vt ſi dicā mouetur. Hoc eniꝫ quod dicimus mouet̃: de ſubiecto curſu predicat̃: q currit eni mouet̃. Significat igitur verbū aut particulare accidens: quod eſt tantum in ſubiecto: aut vniuerſale quod de alio accidente velut de ſubiecto predicetur. Hactenus definitioneꝫ verbi diſtribuit. Nunc vero ſicut fecit in nomine: ea que in verbū incidere poterant: ⁊ verba non eſſe: aut verbi ratione ⁊ proprietate diſiungit.

**Non currit, vero ⁊ non laborat: non verbū dico. Conſignificat quidem enim tempus ⁊ ſemper de aliquo eſt. Differentie autem huic nomen non eſt poſitum: ſed ſit infinitum verbum.**

Sicuti in nomine fecit: ita quoqꝫ in verbo ad integraꝫ definitioneꝫ verbi proprietatemqꝫ intendit. Ait enim non currit non eſſe verbum. Et idcirco quod verbum omne finitum aliquid deſignat. Non currit auteꝫ quēadmodū infinitum ſit: paulo poſt demōſtrabitur: quod neqꝫ oratio eſt. In hoc eniꝫ quod dicitur nō currit: neqꝫ duo verba ſunt: neqꝫ duo nomina: neqꝫ nomen ⁊ verbum: que ſola poſſunt iungere orationem. At vero negatio non eſt: etenim in tota imperfecta ſententia eſt: ſꝫ neqꝫ huic inq̄t antiquiores poſuere vocabulū. Hec eni differentia que eſt non currit: ⁊ non laborat: que a verbo puro ⁊ ſimplici diſtat: nullo apud antiquiores vocabulo nuncupata eſt. Differētiam autē vocauit id quod dicitur non currit: ⁊ non laborat: ab eo quod eſt currit ⁊ laborat. Sed quoniā his nullū eſt nomen ab antiquis impoſitum: Ariſtoteles nomē ipſe conſtituit dicens: ſit verbū infinitum. Alioquim maximam dubitationeꝫ facit huius predicamenti ſimilitudo: quod ipſuꝫ quidē predicamentum vox eſt deſignatiua ſecunduꝫ placitum ⁊ de altero predicatur: ⁊ conſignificat tempus: idem ſcꝫ quod verbum: quod eſt currit. Sed hoc ſolo differre perſpicitur: quod illud finitū verbū eſt: hoc infinituꝫ. Cur autem hoc infinitum eſt: continua oratione perſequit̃.

**Quoniam ſimiliter in quolibet eſt: ⁊ quod eſt: ⁊ quod non eſt.**

Infinitū inq̄t verbū ē: q̄ꝫ cū de altero ſemꝑ p̄dicet̃. Non currit enim de altero dicitur: tamē eque vel de ſubſiſtente vel de non ſubſiſtente predicari poteſt: vt in eo quod eſt: homo nō currit: homo res eſt ſubſiſtens. Ergo dicatur id quod eſt non currit: de homine ideſt de re ſubſiſtente. Rurſus dicimus chimera non currit: chimera vero non eſt: nec omnino ſubſiſtit: ⁊ poteſt de ea vere dici: quoniaꝫ non currit. Quod enim non eſt: omnino nec currit. Ergo id quod eſt: non currit: ⁊ de ea re que ſubſiſtit: atqꝫ eſt in rebus dicitur: ⁊ de ea que neqꝫ eſt neqꝫ eſſe poterit predicatur: quare infinitum dicatur verbuꝫ. Nec ſolum hoc: ſed illud etiā: quod qui dicit currit: rem quam quiſqꝫ faciat: definite ſignificat. Cum vero dicit non currit: ipſum quidem curſum videtur auferre: ſed vtrū ſedeat: an iaceat: an ambulet: an aliq̄d aliud faciat non relinq̄d. Quare quoniā ⁊ ea que ſunt: ⁊ ea que nō ſunt: infinita ſunt: ⁊ de his omnibus predicatur: quoniācqꝫ id qđ tollit finitū eſt: quod vero ponat infinituꝫ: propter hoc verbum vocabitur infinitū.

**Similiter auteꝫ vel curret vel currebat nō verbum eſt: ſed caſus verbi. Differt auteꝫ a verbo ꝙ hoc quidē conſignificat preſens tempus: illa vero que circa ſunt.**

Ut in nomine fecit cum caſus a nominibus diſtribuit: ita quoqꝫ caſus verboꝝ nunc a verborū ratione diſiūgit. Curret enim quod futurum eſt: vel currebat quod preteriti retinet partem: vel cucurrit quod eſt integruꝫ perfectumqꝫ preteritū non ſunt verba: ſed verboruꝫ caſus. Preſens enim aut futurum expectat: aut preteritū relinquit. Atqꝫ ideo futurū tempus ad preſens tendit: preteritum a preſenti inchoat. vnde fit vt p̄cipaliter contineat verbum id quod eſt preſens: vt ſit verbū integrū quod preſens deſignat. Hec autem que preter preſens in aliqua ſignificatione ſunt: nō ſunt verba ſed verborū caſus. Hic quoqꝫ ſicut in nomine fecit verboruꝫ ⁊ caſuum differentiam prodit. Ait eniꝫ omne verbum preſens ſignificat tempus. Caſus vero verborum illud tēpus ſignificat: quod circa ipſuꝫ preſens eſt: idqꝫ complectitur. Complectuntur autem id quod eſt preſens: circa quod ipſa ſunt. Futurum ⁊ preteritum tempus: inter vtraqꝫ enim tempora preſens locatur. Quicquid ergo vel futurum tempus: vel preteritum ſignificat: que tēpora preſens complectuntur ⁊ circa ſunt: nō verba: ſed verboruꝫ caſus dicuntur. Eſt ergo integra definitio verbi. Verbum eſt vox ſignificatiua ſecundū placitū cum tempore: cuiꝰ nulla pars extra ſignificatiua eſt ſeparata: definitum aliquid ſignificans: preſentis ſignificationē tenens. Quoniam vero pars verbi nihil extra deſignet: ex eo manifeſtuꝫ eſt: quod ne nominis quidē pars quicquā extra ſignificat.

**Ipſa quidem ſcđm ſe dicta verba nomina ſunt: ⁊ ſignificant aliquid. Conſtituit enim qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quieſcit.**

Subtiliſſimū quidem ingreditur ſenſuꝫ: ſed eſt huiuſmodi. Omne inquit verbis per ſe ⁊ ſine alterius cōiunctione prolatū nominis quodāmodo ſpecieꝫ tenet: ⁊ vere nomē eſt. Cum enim dico homo currit: tūc id qđ dixi currit ad hoīem referens integrū feci verbū: quoniā ſine dubio ſemper de altero predicat̃: ſin vero per ſe dixero currit: ſuū quiddā quodāmodo facio ipſum currit: cum nullo alio iungens: ⁊ fit mihi nomen. Unde greci quoqꝫ his ꝑ ſe dictis verbis: aliquotiēs addūt articularia ꝓpoſitiua: ut eſt ΤΟ ΤΡΕΧΕΙΝ. ΤΟΥ ΤΡΕΧΕΙΝ. Si quis enim dicat velotius eſt id quod eſt currere: eo qđ eſt ambulare. In illo nominatiuū iunxit articulum dicens: id quod eſt currere. In illo vero ablatiuum dixit dicens: eo quod eſt ambulare: velut ſi quis in nomīe dicat: id qđ eſt ſcānū: leuius eſt eo qđ eſt oſtiū. Hoc qđ diximus: id quod eſt ſcānū: ad ipſum ſcānū articulare prepoſitiuuꝫ iunximus: tanqꝫ ſi diceremus hoc ſcamnū: ⁊ quod rurſus diximus eo quod oſtium: tanqꝫ ſi diceremus hoc oſtio. Ita quoqꝫ cum dicimus velocius eſt id qđ eſt currere: eo quod eſt ambulare. hoc qđ dicimus id qđ eſt currere: ita ponimus tanqꝫ ſi dicamus: hoc currere. Et rurſus eo qđ eſt ambulare: tāqꝫ ſi diceremꝰ ablatiuo modo ab hoc ambulare: quaſi tranſlatū ad nomē ſit: dictumqꝫ ſit hac ambulatione. Quare per ſe dicta verba nomina ſunt. Et eſt huius rei probatio quā ipſe ariſtoteles ponit. Cū enim ſimplex dicimus nomē: auditoris inchoat intellectꝰ cū noſtra prolatione. Et dum proferimus: dicētis ſequit̃ vocē: ⁊ tunc quieſcit: cū illud nomē fuerit expletū. Cū enim dico hyppocētaurus: ingredit̃ a prima ſyllaba audientis intellectus: ⁊ vſqꝫ ad finem totiꝰ noīs nō quieſcit. Ubi vō extremā audierit ſyllabā mox quid dictū ſit audito: intelligit: ⁊ eius intelligētia cōquieſcit. Sic ergo ⁊ in verbo cū dicimꝰ currere: intellectꝰ quoqꝫ audiētis per eiꝰ ſyllabas q̄ ſunt: cur. ⁊ re. ⁊ rurſus re. vadit: ſed vbi extremam audierit ſyllabam: mox totius verbi capiens ſignificationem intellectus quieſcit. Ergo verbum per ſe dictū nomini ſimile eſt: ⁊



eſt quodāmodo nomen. Sic enim in nomine is qui dicit: intellectū audientis vltime ſyllabe prolatione ⁊ totius noīs perfectione conſtituit: ⁊ is qui audit quieſcit: ⁊ vltra eius intelligentia non progreditur: ita quoqꝫ ⁊ verbū ſi per ſe dicatur: audientis conſtituit intellectuꝫ quod ſi cū alio coniungatur: nonduꝫ tota intelligentia conſtituitur audientis. Ut cū dico ſocrates ambulat: in ſolo ambulat: quod eſt verbum: nō cōſiſtit perfecta ſentētia: niſi in toto: quod eſt ſocrates ambulat. Rurſus cū dico ambulare moueri eſt: nō in vnoquoqꝫ horū verbo ſētentia conſtituta eſt: ſed in tota oratione conquieſcit auditor. Idcirco quoniā ſi verbū de altero ſubiecto predicetur: vtriuſqꝫ ſignificationem verbi iungit auditor: ⁊ nō per ſe verbū ipſum conſiderat quod dicitur: ſed ad alterꝫ refert: vt ambulare moueri eſt: ambulationē ad motuꝫ. vel ſocrates ambulat: ambulationē ad ſocratē. Tunc ergo fit integrū verbū: cū refertur ad alterū. At ſi ſimpliciter predicetur verbū: nomen eſt: idcirco quod ſicut nomē dictū: ita quoqꝫ verbū audientis conſtituit intellectuꝫ.

**Sed ſi eſt vel non eſt: nondum ſignificat. Neqꝫ enī ſignum eſt rei eſſe vel non eſſe.**

Sed quāquā nomen ſit inquit verbum: ⁊ aliquid definite ſignificet per ſe dictuꝫ: ſolū tamen nō facit enūtiationeꝫ: neqꝫ verū aliquid falſumue conſtituit. hoc eſt enim quod ait. Sed ſi eſt vel non eſt: nōdū ſignificat; ad affirmationeꝫ referens quod dixit: ſed ſi eſt: ad negationem: quod ait: vel nō eſt. Nihil enim horū ſignificat verbi per ſe predicata prolatio. Cum enim dico currit: hoc ipſuꝫ currit ſignificat quidē aliquid: ſed ſi eſt aut nō eſt: nondū ſignificat. Neqꝫ enim eſſe ſignuꝫ eſt rei: aut nō eſſe. Quod tantum valet: tāqꝫ ſi dicam: id quod dico currit: non ſignificat eſſe ipſum curſuꝫ aut non eſſe. Si eniꝫ ſignificaret: ita diceretur. Currere eſt vel currere nō eſt. Nunc autem currit non deſignat eſſe ipſam rem vl' non eſſe. Dicitur enim ſolum: ⁊ eſt intellectus quidam ſed neqꝫ affirmationem ſignificat: neqꝫ negationem: idcirco quod neqꝫ ponit rem eſſe: nec eam interimit. Qđ per hoc monſtrauit quod ait. Neqꝫ enim eſſe ſignum eſt rei: vel non eſſe. id eſt neqꝫ eniꝫ quodlibet verbis ita predicatur: vt ſignū ſit rei illius de qua predicatur: quoniā eſt vel quoniam non eſt.

**Nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris: ipſuꝫ quidē enim nihil eſt. cōſignificat autē quandam compoſitionē: quā ſine cōpoſitis non eſt intelligere.**

Eſt verbū iunctū cū alio verbo vel noīe ſolet facere propoſitionē: vt hō eſt vel currere eſt: ipſū aūt eſt purū inq̄t ſi dictū fuerit: neqꝫ veruꝫ neqꝫ falſū eſt: a quo omnes pene enuntiationes fiunt que ſunt ſimplices. Ergo nec ſi hoc ipſuꝫ eſt purū dixeris: eſſe aliq̄d: aut nō eē ſignificat: id eſt aut affirmat aut negat: idcirco quod ipſum eſt ſimpliciter dictū nihil eſt. Nunc quod omnino nihil ſignificet: ſed quod nihil veritatis habeat neqꝫ falſitatis: id eſt non nihil eſt ad ſignificationem: ſed ad veritatis falſitatiſqꝫ ſignificationē: de qua nūc tractabitur. Cur autē nihil veri falſiqꝫ monſtraret oſtendit. Eſt eniꝫ duobꝰ modis dicitur: vt verū falſūqꝫ deſignet: aut cū vnaꝫ rē quālibet propria compoſitione cōſtituit: vt cū dico: homo eſt ipſū eſt cū homine iunctū atqꝫ compoſitum eſſe hominē ꝯſtituit: ⁊ fit exinde enunciatio. Aut rurſus cū due res per ipſius verbi compoſitionē copulationēqꝫ iungūtur: vt eſt homo animal eſt. Homo nanqꝫ ⁊ animal copulantur atqꝫ iungūtur per id quod dicitur. homo animal eſt. Ergo ſic omnis veri falſiqꝫ in enuntiationem ſignificatio eius quod dicitur eſt: in compoſitione eſt: cum aut ſua cōpoſitione aliq̄d eſſe ꝯſtituit: aut duas res copulat atqꝫ cōponit. Uis aūt eiꝰ q̄ in enūciationibꝰ ꝓpoſitionibuſqꝫ mōſtrat̃: in veri falſiqꝫ. ſ. deſignatōe p̄ter ipſas cōpoſitiones: in quibꝰ hoc ſolet efficere: nulla eſt. Atqꝫ hoc eſt qđ ait. Conſignificat autē quandā cōpoſitionē quaꝫ ſine cōpoſitis nō eſt intelligere. Cū eni dico eſt: nihil ſignificaui: quid ſit aut nō ſit. Qđ ſi faciā enunciationem: cōponā neceſſe eſt: ut homo eſt: aut ut homo animal eſt: quare ſi oīs eiꝰ vis in veri falſiqꝫ enūciatione ad compoſitionē refert̃: cū preter cōpoſitionē dicit̃: quod in cōpoſitione deſignare pōt: id preter cōpoſitionē non deſignat: pōt autē cōpoſitione facta verū falſumqꝫ in enūciatiōe monſtrare. Hec igitur ſine cōpoſitis in verbo eſt nullus valet aduertere. Recte igitur dictū eſt cōſignificare quādā ꝯpoſitionē: que ſine compoſitis intelligi nō valeret.

### De Oratione.

**Oratio autem eſt vox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuū eſt ſeparatū ut dictio: nō ut affirmatio vel negatio.**

Omē quod cōpoſitū eſt: eorū ſuſcipit naturā: ex q̄bus totū cōpoſiti ipſiꝰ corpus efficit̃. Quare qm̄ oratio verbis cōſtat atqꝫ nominibus: que ſignificatiua ſunt: recte quoqꝫ orō ſignificatiua eſſe definit̃. Sed diſtat orō his ex quibꝰ ipſa effecta eſt: id eſt nominibꝰ atqꝫ verbis: qđ eorꝫ partes nihil extra deſignāt. orationis vero pars aliquid ſeparata ſignificat. Nam ſi nomen ⁊ verbum partes orationis ſunt: hec auteꝫ per ſe ſignificāt: nō eſt dubiū ſeparatas orōnis partes ſignificare. Quomodo aūt ſignificāt ſequēti determinatione mōſtrauit. Significāt igit̃ partes orōnū: ut dictio ſemꝑ: nō ſemꝑ ut affirmatio vel negatio. Nunc aūt dictionē dicit ſimplicē verbi aut noīs nūcupationē. Sūt eni quedā orōnes: quaruꝫ partes ita ſignificāt quaſi affirmatio: ut in ea orōne que eſt: ſi dies eſt: lux eſt. id qđ dicimus lux eſt: totiꝰ orōnis pars eſt: ⁊ ita eſt ſignificatiua ut quedā affirmatio. Sed non oīs orō affirmationē habet in parte. hec eni ipſa q̄ dicit lux eſt: habet in partibꝰ id qđ dicimus lux: ⁊ rurſus id quod dicimus eſt: ſed neutra ipſaꝝ affirmatio eſt ſed tm̄ ſimplex dictio. Oīs ergo orō dictionē quidē habet in parte: nō vō oīs orō affirmationē. Recte igit̃ dictū eſt partes orōnis ſignificare: ut dictionē: nō ut affirmationeꝫ. Quid auteꝫ ſit dictio: ipſe paulo poſt clarius demonſtrabit.

**Dico autem vt homo ſignificat aliquid: ſed non quoniā eſt aut non eſt: ſed erit affirmatio vel negatio ſi quid addatur. Sed nō vna hominis ſyllaba.**

Qđ ſupra poſuit dicēs: orōnis partes ut dictioneꝫ ſignificare: nō ut affirmationē: hoc cōuenienti mōſtrauit exemplo: hō inquit dictio eſt: ⁊ eſt pars orōnis: ſi in tota orōne ponat̃: ut eſt: hō aīal eſt. Ergo id qđ dicimꝰ hō dictio q̄dā eſt: ſed affirmatio nō eſt. Cū ergo nomē hoc id eſt hō pars orōnis ſit: ⁊ affirmatio nō ſit: docet̃ verū eſſe qđ dicit̃ orōnis partes ſignificare: ut dictionē: non ut affirmationē. Docet aūt illa res nomē hoc affirmationē nō eſſe: qđ in affirmatione ſemꝑ veritas aut falſitas inuenit̃. Nomē vero ſimpliciter dictū: neqꝫ verū neqꝫ falſum eſt. Quare nomē hoc id eſt hō: ut affirmatio nō ſignificat: ſed deſignat aliq̄d ſimplex: ſignificat igit̃ aliquid: ut dictio. Hec aūt dictio ſi ei aliq̄d addat̃: ut ē verbū: aut quodlibet verbū aliud: ꝙ enūciationē poſſit efficere: erit affirmatio. Si eni quis dicat. hō eſt: vel hō viuit: fit affirmatio. atqꝫ hoc eſt qđ ait: ſed erit affirmatio vel negatio ſi q̄d addat̃. Si eniꝫ aliq̄d ita apponat̃: vel appoſitū ita neget̃: ut enūciatio cōſtitui poſſit: affirmatio negatioue ꝑficitur. Si quis eni dicat hō viuit: affirmatio eſt. Hō nō viuit: negatio eſt. Docet aūt dictionē eſſe ſcđm poſitionē ꝑ ſe ſignificantē ꝑ hoc qđ ait. Sꝫ nō vna hoīs ſyllaba. Una eni ſyllaba hoīs dictio nō eſt: idcirco quod nihil per ſe ſepata ſignificat: ut ho. ⁊ mo. ⁊ in ceteris: ut ſupra oſtēdimꝰ. Oīs enim huiuſmodi pars

que p ſe nihil ſignificat: nõ eſt dictio: ſed tñ in toto nõle quiddã poſitum deſignat: ⁊ cõſignificat: ut in eo qđ ipſe ponit exemplo.

**Neq; enim in eo quod eſt ſorex: rex ſignificat: ſed vox nunc eſt ſola. In duplicibus vero ſignificat quidez aliquid: ſed nõ ſcđm ſe: quẽadmodum dictum eſt.**

In eo inquid qđ eſt ſorex: rex videtur quidẽ aliquid ſignificare: ſed cũ toto nomine cõſignificat potius: quaz quicq; per ſeipſum deſignet: quẽadmodũ iã ſupra dictũ eſt. Docuit enim ſupꝛa partes nominis nihil omnino ſignificare ſeperatas. Quod ergo dicit ſed non ſecũduz ſe: id eſt in eo quod eſt ſorex: rex per ſe nihil ſignificat: ſed tamen quiddam cõſignificat: quod cũ tota nominis cõpoſitione deſignat. Cũ ⁊ ſo ſyllaba ⁊ rex iũcta in vnuz id quod eſt ſorex in tota ſyllabarũ coniunctione deſignat.

**Eſt autẽ oꝛatio omnis quidẽ ſignificatiua: nõ ſicut inſtrumentuz: ſed quẽadmoduz dictum eſt ſecunduz placitum.**

Plato nomina naturalia eſſe conſtituit: ⁊ hoc hinc pꝛobare contendit quod quędã ſuppellex: ⁊ quodãmodo inſtrumentũ ſit inuicez ſenſa pꝛodendi. Naturaliũ vero ſuppellectiles ſunt naturales: vt oculi inſtrumenta ſunt quidẽ videndi: q viſus res naturalis eſt. Quare oculos quoq; naturales eſſe neceſſe eſt: ita etiam oꝛatio rerũ naturaliũ ſuppellex eſt atq; inſtrumentũ: id eſt ſententiarum. Quare ipſa quoq; eſt naturalis Ariſtoteles autem dicit: non ſecundum naturã eſſe oꝛationem ſed ſecundũ placitũ. Quocirca nec eſſe oꝛationẽ ſuppellectilẽ naturalẽ. Quod eniz dicit non ſicut inſtrumentũ non dicit non per hoc inſtrumentũ ſenſa pꝛoferri: ſed tã tũ res eſſe oꝛationẽ ſecundum poſitionẽ: per quas pꝛopꝛias ſentẽtias demõſtremus. Cuius enĩ rei partes ad placitũ ſunt: ipſa quoq; ad placitũ eſt. Sed oꝛationis partes nomen et verbũ ſunt: hęc enim ſunt ad placitum nõ natura. Oꝛatio igiꝛ ipſa ſecũdũ placitũ poſitionẽq; eſt: ſed non eſt naturaliter conſtituta. Eſt aũt integra definitio oꝛationis hęc. Oꝛatio eſt vox ſignificatiua ſecũdum placitũ. Cuius partes aliquid extra ſignicant.

**Enunciatiua vero non omnis: ſed in qua verum vel falſuz ineſt: nõ aũt in omnibus ineſt: ut depꝛecatio oꝛatio quidem eſt: ſed neqz vera neq; falſa.**

Oꝛationis (vt ſupꝛa iam dixim⁹) multę ſunt ſpecies eſt enim oꝛatio pꝛima optatiua: vt vtinam tibi iſtã mentem dij immoꝛtales dent. Scđa vocatiua: vt heus tu. Tertia ĩperatiua: vt cape: da hoc doꝛtio. Quarta depꝛecatiua: ut iuppiter omnipotẽs ⁊ reliqua. Quinta enuntiatiua: vt dies eſt: dies non eſt. Sed in hac ſola ſpecie oꝛationis veritas ⁊ falſitas ineſt: in illis vero cęteris minime. Volens autem ariſtoteles oſtendere multas eſſe oꝛationes: ⁊ non omnez oꝛationẽ eſſe enuntiatiuaz hoc addidit. Depꝛecatio oꝛatio qdem eſt: ſed neq; vera neq; falſa. Etenim depꝛecatio in oꝛationis ſpeciebus ponitur: ſed nulla ĩ ea veritatiſ natura: falſitatiſq; cognoſciꝛ.

**Cętere quidem igitur relinquantur. Rhetoricę enim vel poeticę cõuenientioꝛ conſideratio eſt. Enunciatiua vero pꝛeſentis eſt ſpeculationis.**

Depꝛecatiuã inquit ⁊ optatiuã: ⁊ vocatiuã: atq; imparatiuam poetis atq; oꝛatoꝛibus relinquamus. Illis enim vel ad imitãdos vel ad mouendos affectus cęterę oꝛationis ſpecies aſſumũtur. Nos vero philoſophi quibus veritatis falſitatiſq; diſcretio eſt curę: de illa ſola oꝛatiõe tractamus in qua vtrũlibet hoꝛũ poſſit agnoſci. In enuntiatõe vero aut veritas ineſt aut falſitas: quocirca nos quoq; de enunciatione tractemus.

**Eſt autem vna pꝛima oꝛatio enũciatiua affirmatio: deinde negatio: alię vero omnes coniunctione vnę.**

Enũciatiuarum oꝛationũ alię ſunt per ſe vnę: ut eſt homo animal eſt: alię coniunctione vnę: ut eſt ſi homo eſt: animal eſt. Homo eſt enĩ: ⁊ aĩal eſt: duę ſunt: ſed addita cõiunctione quę eſt ſi: vna reddiꝛ. Earũ autez quę vnę ſunt p ſe. Pꝛima ẽ affirmatio: ſecũda negatio. Hoc enĩ tollit negatio: quod affirmatio ante ꝯſtituit. Et hoc negatio diuidit: quod illa cõiunxit. Enunciatiuarũ igitur oꝛationũ earũ quę ſunt per ſe vnę: pꝛima eſt affirmatio: deinde negatio. Alię võ ſunt nõ per ſe vnę: ſed cuz plures ſint vniuerſaliter: vnę fiunt cõiunctione.

**Neceſſe eſt autẽ omnẽ oꝛationẽ enunciatiuã ex verbo eſſe vel caſu verbi. Eteniz hominis ratio: ſi nõ aut ẽ: aut erit aut fuit: aut aliquid huiuſmodi addatur: nondũ eſt oꝛatio enunciatiua.**

Ariſtotelis in gręco textus non habet ita: ut nos ſupꝛa poſuimus: ſed hoc modo. Eteni hoĩs ſi non aut eſt: aut erit: aut fuit: ⁊ cętera. Subintelligendũ relinquente philoſopho: qđ de ratione diceret. i. de diffinitione quã gręci λόγον dicũt. Sed cũ ſupꝛa de oꝛatiõe tractaſſet quę apud illos eodez modo λόγοσ vocaꝛ: dũ de hoĩs ratione id eſt definitione vellet dicere: quoniã nõ ſignificat verũ vel falſum: niſi ei aut eſt: aut fuit: addatur: cõmunione vocabuli vſus ad λόγον de quo ſuperi⁹ tractabat retulit: ut nõ oꝛationẽ intelligeremus: ſed poti⁹ rationẽ. De qua re nunc illis ſatiſfacimus: ſi qui gręce oꝛationis periti nos foꝛte culpabunt: cur qđ illic nõ fuit noſtrę tranſlationi adijceremus. Nos eniz ad facilioꝛẽ intellectũ latinę oꝛationi famulantes hoc appoſuimus: quia de oꝛatiõe loquẽtibus intellectus ad rõnẽ: niſi id eſſet adiectũ: transferri nõ poterat. Totũ võ quod diciꝛ tale eſt: enũciatiuę oꝛationes ſi ſunt ſimplices: has verba cõſtituũt. Ex duob⁹ enim nominibus ſolis enũciatio nõ fit: ex nomine aũt ⁊ verbo fit: ut eſt hõ viuit. Fit quoq; ex ſolis verbis: ut eſt ambulare moueri ẽ. Fit etiã ex caſu verbi: ut ſocrates fuit: vel dies erit. Erit enim ⁊ fuit verbi caſus ſunt. quocirca enũciatiuã orõnem ſimplicẽ ſola maxime verba conſtituũt. Eoꝛũq; ponit exẽplũ: in quo cũ plura ſunt nomina: niſi addito tñ verbo in enũciationis pꝛopꝛietatẽ: ⁊ ſignificatiuã nõ venit: ut eſt definitio hoĩs (Nõ enĩ hoĩs eſt ſpeciei hoĩs definitio) Cui ſi nõ aut eſt: aut nõ eſt: aut aliquid huiuſmodi addatur: enũciatio eſſe non poterit. Nã ſi quis dicat aĩal rationale moꝛtale: nulla in eo adhuc falſitas aut veritas intelligiꝛ. Si võ addiꝛ eſt: ut ſit aĩal rõnale moꝛtale eſt: enũciatio ſine vlla dubitatione perficiꝛ. Solum igiꝛ verbũ enũciatiuã ſimplicẽ cõtinet oꝛationẽ.

**Quare autẽ vnum quiddã eſt ⁊ non multa animal greſſibile bipes. Neq; enim eo ꝙ ꝓpinquę dicũtur: vnũ erit. Eſt autẽ alterius hoc tractare negotij.**

Cum de ſimplicibus atq; vnis oꝛationib⁹ loqueretur: definitionẽ hominis interpoſuit: de qua nunc hoc dicit. Ita quidẽ interpoſita eſt definitio homĩs: tanq; ſi vna eſſet oꝛatio. Cur aũt vna ſit oꝛatio: nũc inquit dicere intermittemus. Neq; enĩ idcirco vna eſſe putãda eſt quia cõtinue dicũtur ⁊ ſibimet ꝓpinquę animal greſſibile bipes. Poſſis eniz videri hoꝛũ cõtinua: ⁊ ſub vna pꝛolatione dicta vnã facere enũciationẽ: ſed hoc ariſtoteles negat. Nã nõ idcirco vna oꝛatio eſt: quia ꝓpinquę ⁊ continue diciꝛ. Cur autẽ vna ſit alterius eſt hoc tractare negotij: ⁊ de eo diſputat in his libꝛis: quos methaphiſica inſcripſit: qđ eſt pꝛimi op⁹ philoſophi. Nobis autẽ hoc in ſecũda editiõe monſtrandũ eſt.



**Eſt autẽ vna oꝛatio enũciatiua quę vnũ ſignificat vel cõiunctione vna. plures autẽ quę plura ⁊ non vnum vel inconiunctę.**

Duplicem modũ vnarũ multarũq; oꝛationum eſſe denunciat. Eſt nãq; vna oꝛatio vel cũ vnam rem ſignificat vel cũ coniunctione vna eſt: vt eſt ea quę dicit: animal rõnale moꝛtale homo eſt: hanc enĩ huius oꝛatiõis ſententiã nullus in multas ſignificatiões deducere poterit: ſz vnũ quoddã ſignificat: ⁊ eſt pꝛeter cõiunctionẽ. Alia vero oꝛatio eſt vna: quę per coniunctionem vna eſt: vt ſi dies eſt: lux eſt. Eſt ergo vna oꝛatio quę vel vnã rem ſignificat: vl' cõiunctiõe iungitur. plures aũt ſunt: quę plura ſignificant: vt eſt canis mouetur. Hanc enĩ poteſt ⁊ ad latrabilem ⁊ ad marinũ ⁊ ad celeſtẽ auditoꝛ aduertere: atq; ideo qm̃ plura ſignificat: nõ eſt vna oꝛatio: ſed plures. Sunt quoq; oꝛationes per ſe plures ⁊ numero ⁊ ſignificatione: quę nulla cõiunctione copulãtur: vt ſi quis dicat. ſol ẽ pax erit. nox eſt. celũ voluitur. hec enim cũ plura ſignificent: nulla tamẽ ꝯiunctione iungũtur: atq; plures orões ideo vocãtur. In ſumma igitur orõnũ vnarum: alię ſunt ſignificatione vnę: alię cõiunctione. nõ vnarum vero oꝛationũ alię ſunt ſignificatione plures: alię eo quoniã nulla coniunctione copulantur.

**Nomen ergo ⁊ verbũ dictio ſit ſola: quoniã nõ eſt dicere ſic aliquid ſignificantẽ voce enũciare: vel aliquo interrogãte: vel non: ſed ipſo pꝛoferente.**

Per hãc ſentẽtiã ſimplex dictio quid ſit exponit. Dicit enim verbũ nomenq; dictiones videri ſolũ: non etiam affirmationes: atq; huius ſententię cauſam ſubiecit. Idcirco enim verba ⁊ noĩa dictiones ſolũ ſunt: quoniã cum dicta fuerint ſimplicia: ſiue aliquo ꝓferente: vel ſponte dicente: ſiue ad alterius interrogationez aliquo reſpondente neq; verũ ex his neq; falſum valet intelligi. Si quis enĩ per ſe dicat ſocrates: vel rurſus per ſe ſoluz ſimplexq; ambulat: neq; veruz efficit neq; falſum. Si vero aliquo interrogante: ſocrates ne ambulat: ille reſpondeat ambulat ſi huic ipſi vbo per ſe quiſq; vellet aduertere: quod dixit ambulat: enũciatio nulla eſt: quod ſi cũ ſuperioꝛe interrogatione cõiungat: tũc ex interrogationis ⁊ reſpõſionis cõiũctione enunciatio naſcitur. Solũ enim nomẽ: vel vbuz neq; dicente aliquo: ⁊ ſponte pꝛoferente: nec reſpõdente poteſt quiſq; dicere: quoniã enũciatio facta eſt. Et ſenſus quidẽ huiuſmodi eſt. Oꝛdo aũt verboꝛũ talis eſt. Nomẽ ergo ⁊ verbũ dictio ſit ſola: quoniã ſic aliquid ſignificantẽ voce id eſt nomẽ aut verbũ ſimpliciter ꝓferentẽ nõ eſt dicere enũciare. Non enĩ poſſumus dicere quod aliquid enũciet is: qui ſimplex nomẽ aut ſimplex pꝛotulit verbũ: ſiue alio interrogante: vel non interrogante: ſed ipſo ſponte pꝛoferente.

**Harũ aũt hec qdẽ ſimplex ẽ enũciatio: vt aliquid de aliquo: vl' aliqd ab aliquo. Hec aũt ex his ꝯiũcta: velut oꝛatio quędã iã cõpoſita.**

Nunquid oꝛatio ſit ſimplex cõpoſita quę declarat. Eſt enim ſimplex oꝛatio: quę duobus terminis cõſtat. Termini aũt ſunt noĩa ⁊ verba: quę in ſimplici ꝓpoſitione pꝛedicamus: vt in eo quod eſt: ſocrates diſputat: ſocrates et diſputat termini ſunt: ⁊ qui minoꝛ terminus in enũciatione ꝓponitur: vt ſocrates: ſubiectus dicitur: ⁊ ponitur pꝛioꝛ. Qui vero maioꝛ: p̃dicatur: ⁊ locatur poſterioꝛ: vt diſputat. Quecũq; ꝓpoſitio ex vno ſubiecto ⁊ ex vno pꝛedicato facta eſt: illa ſimplex enũciatio nũcupaꝛ: atq; hoc ẽ quod ait. Harũ aũt id eſt enũciatiuarũ ſimplex eſt enũciatio: vt aliquid de aliquo: vt vnũ pꝛedicatuz quod eſt aliquid: de vno ſubiecto quod eſt de aliquo pꝛedicetur. Hoc aũt pertinet ad affirmationẽ: vt aliquid de aliquo pꝛedices. Ad negationẽ vero: vt vnum aliquid ab vno aliquo pꝛedicando diſiũgas: vt in eo quod eſt ſocrates nec diſputat: diſputare vnum terminum a ſocrate alio termino pꝛedicando diſiunxi. Alie vero ſunt orões enunciatiue: quę cõpoſitę nominãtur: quę ex ſimplicibus oꝛatiõibus cõponũtur: vt eſt. ſi dies eſt: lux eſt. Dies eſt ⁊ lux eſt: duę ſunt ſimplices enũciatiuę oꝛationes: idcirco quod binis terminis cõſtant: ex duabus aũt ſimplicibus oꝛationibus tota hęc oꝛatio ẽſt: quę dicit: ſi dies eſt: lux eſt. hoc eſt enĩ quod ait: Hec aũt ex his cõiuncta: id eſt ex ſimplicibus oꝛationibus enũciatiuis: velut oꝛatio iam cõpoſita: quippe quarum totuz coꝛpus ex his iũgitur: quas ſimplices eſſe iam ſupꝛa docui.

**Eſt autẽ ſimplex enũciatio vox ſignificatiua. de eo qđ eſt aliquid: vel nõ eſt. quemadmodũ tempoꝛa diuiſa ſunt.**

Poſtq; de cõpoſitis oꝛationibus ſimplicibuſq; tractauit: diffinitionẽ enũciatiõis p affirmationẽ ⁊ negationẽ ingreditur: ait enĩ. enũciatio eſt vox ſignificãs affirmationẽ vel negationẽ: vel in pꝛeteritũ: vel in pꝛeſens: vel in futurũ tẽpus. Quod enĩ dixit de eo quod eſt: ad affirmationẽ retulit: quod addidit: vel nõ eſt ad negationẽ quod vero ſecutus eſt quẽadmodũ tẽpoꝛa diuiſa ſunt ad ſingulorũ tempoꝛũ retulit rationẽ: ſiue enĩ aliquis ſic dicat: ſocrates viuit. ſocrates nõ viuit: ſiue ſocrates vixit: ſocrates nõ vixit: vel ſic ſocrates victurus ẽ: ſocrates victurus non eſt: qm̃ affirmatio eſt aut negatio: ⁊ quoniã quelibet ipſarũ in aliquo tempoꝛũ eſt: quę diuidũtur in futurum: pꝛeſens: ac pꝛeteritum: plenam retinet ſimplices enunciationis naturam.

**Affirmatio võ ẽ enũciatio alicuius de aliquo. Negatio võ enũciatio alicuius ab aliquo.**

Ad affirmationis ⁊ negatiõis determinationẽ enunciationis nomen ſumpſit: vt generis. eſt aũt affirmatio quotiẽs aliquid de aliquo cũ eo quod eſt eſſe pꝛedicamus vt cũ dicamus homo aĩal eſt: animal de hoĩe pꝛedicamus quotiens aũt aliquid ab aliquo pꝛedicãdo diſiũgimus: negatio eſt: vt homo lapis nõ eſt. lapidẽ enĩ ab hoĩe diſiũgimus q̃ re recta affirmatiõis ⁊ negatiõis facta ẽ diffinitio.

**Quoniã autẽ eſt enunciare: et quod eſt nõ eſſe. et qđ non eſt eſſe: et quod eſt eſſe: et qđ nõ eſt nõ eſſe. ⁊ circa ea: que ſunt extra p̃ſens: tempoꝛa ſimiliter omne cõtingit qđ quis affirmauerit negare: ⁊ qđ quis negauerit affirmare. Quare manifeſtũ eſt. Quoniã omni affirmationi eſt negatio oppoſita: ⁊ omni negationi affirmatio. Et ſit hoc cõtradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſitę.**

Nũc diuidit enũciatiões: vel quę de his fieri poſſint rebus: quę ſunt: vel quę de his quę non ſunt: ſiue in affirmatione: ſiue in negatione. Dicit enĩ quoniã eſt enũciare quod eſt nõ eẽ: vt ſi quis dicat nullus homo aĩal eſt. Hoc enĩ quod eſt: nõ eſſe ꝓpoſuit. Hęc eſt falſa negatio. Secũda ⁊ quod nõ ẽ eſſe: vt ſi quis dicat oĩs lapis aĩal eſt: quod enim nõ eſt: eſſe conſtituit. ⁊ hęc eſt falſa affirmatio. Tertia: ⁊ quod eſt eẽ: vt ſi quis dicat: oĩs homo aĩal eſt. Quod enim eſt eſſe cõfirmat: ⁊ hęc eſt affirmatio vera. Quarta: ⁊ qđ nõ eſt nõ eẽ: vt ſi quis dicat null⁹ lapis aĩal eſt. Quod enim nõ eſt nõ eſſe ꝓpoſuit: ⁊ hęc eſt vera negatio. Et nõ ſolũ hoc in pꝛeſenti tempoꝛe: ſed circa ea quoq; quę pꝛeter p̃ſens ſunt tempoꝛa. Hoc aũt tãtũ valet: ac ſi diceret: hec nõ modo in p̃ſenti tempoꝛe ita enũciari poteſt: vt ſit ⁊ vera ⁊ falſa negatio: ⁊ rurſus vera falſaq; affirmatio: ſed etiã in p̃teritũ ⁊ futurũ: quę extra p̃ſens tempoꝛa ſunt. Similiter enĩ omne cõtingit quod affirmatur: negare: ⁊ quod negatur ab alio: aliũ rurſus affirmare. Quod ſi omni veritati falſitas opponitur omĩ etiã falſitati veritas. Eſt aũt ⁊ affirmationis ⁊ negatiõis falſa ꝓferre: cõſtat quod omĩ negationi affirmatio: ⁊ oĩ affirmatiõi negatio opponitur.

Hinc ergo quid ſit quod dicit̃ contradictio declaratur. Eſt eñ contradictio affirmatiõis et negatiõis oppoſitio. Cum enĩ quis affirmat: quod alius negat: ipſa vtrarũqꝫ propoſitionũ pugna cõtradictio nolatur. Atqꝫ hoc eſt quod ait. Et ſit hoc cõtradictio affirmatio et negatio oppoſita. Cum enĩ affirmatio negationi opponitur: cõtradictio eſt. Sed quę ſit affirmatio oppoſita negationi: aut quę ſit harũ propoſitionũ oppoſitio: in ſequentibus prodit. Neqꝫ enĩ quelibet negatio cuilibet affirmationi oppoſita eſt: ſi tantũ hę quas in ſequẽtibus: ipſe determinat. quo circa erit cõtradictio affirmatio et negatio oppoſitę. quę ſint autẽ oppoſitę. Sequens expoſitionis ordo contexit.

**Dico autẽ opponi eiuſdẽ de eodẽ. Nõ autem equiuoce: et quecũqꝫ cętera taliũ determinauimus cõtra ſophiſticas importunitates.**

¶ Fieri tunc oppoſitionẽ in affirmatõibus negatõibus quę demonſtrat. Cum idẽ ſubiectũ idemqꝫ ꝑdicatũ in negatione ſit: quod quilibet in affirmatiõe propoſuit. oportet enĩ ſemp ſi oppoſita eſt affirmatio negationi: vnaꝫ eſſe verã: alterã falſam. Quod ſi vtręqꝫ falſe ſunt: aut vtręqꝫ verę nõ ſunt oppoſitę. Neqꝫ enĩ ſe perimũt. Si autẽ vna ſit falſa: alia vera: tunc vera perimit falſam. Et ſi alia fuerit vera: alia mox a veritate diſcedit. Quod ſi in qualibꝫ affirmatione aut ſubiectũ: aut predicatũ fuerit equiuocũ: non ſunt oppoſitę. Si quis enĩ dicat: alexander helenã rapuit: quoniã alexandri nomẽ equiuocũ eſt: poteſt vtrũqꝫ eſſe verum et negatio ſi de alexãdro magno loqũtur: et affirmatio ſi de alexandro troiano proponat. Quare nõ ſunt hę oppoſitę. Illas autẽ eſſe dicit oppoſitas: quecũqꝫ eiuſdẽ predicati habent oppoſitionẽ de eodẽ ſubiecto: ut ibi nulla equiuocatio diuerſitatis cauſa ſit. hoc enĩ eſt qđ ait. Dico autẽ opponi eiuſdẽ de eodẽ. Non autẽ equiuoce: ut eiuſdẽ predicati ſit oppoſitio in negatione: qui fuit in affirmatione. Et de eo ſubiecto fiat negatio: de quo ante facta eſt affirmatio. Sed diligentius hec in libro quem ſophiſticũ elenchũ inſcribit: ediſſerit. Illic enĩ ſophiſtarꝫ: quos fallaces argumẽtatores latine poſſumus dicere: qui per huiuſmodi propoſitiones quę verũ inter ſe falſumqꝫ nõ diuidũt: mendaces colligũt ſyllogiſmos: argumẽta diſtinxit: quib[us] capere reſpondentem atqꝫ innectere cõſueuerũt. Ergo nũc hoc dicit etiã illa eſſe obſeruanda: quę cõtra argumentatorũ importunitatẽ determiata ſunt Que vo ſunt illa dicẽda a me ſecũde editionis textus expectet.

**Quoniã autẽ ſunt hec quidẽ rerum vniuerſalia: illa vo ſingularia. Dico ãt vniuerſale: qđ in pluribus natuꝫ eſt ꝑdicari. ſingulare vo qđ nõ: ut homo quidẽ vniuerſale: plato vero eorum: quę ſunt ſingularia.**

Omnis propoſitio queadmodũ fiat oſtendit. Secundum enĩ res quę ſignificãtur: propoſitiões natura perſpicitur. Rerũ autẽ alia ſunt vniuerſalia: alia particularia. vniuerſale eſt quod de pluribus predicat̃: ut homo de plurib[us] dicit̃: et eſt vniuerſalis. Singulare vo eſt: ut quelibet res indiuidua: cuius nulla ꝑdicatio ad ſibimet ſubiecta pueniat: ut plato vel ſocrates: Horũ autẽ naturã docet exemplis. ait enĩ. Ut homo quidẽ vniuerſale. Plato vero eorꝫ quę ſunt ſingularia. Nã ſi hoc eſt vniuerſale qđ de pluribus ꝑdicatur: homo vniuerſale eſt. de pluribus enĩ indiuiduis dicit̃. Quod ſi hoc rurſus eſt ſinglare: quod de nullo alio ꝑdicatur: plato ſingularis eſt. Indiuidua namqꝫ de nullis aliis ꝑdicãtur. Quoniã ergo ſunt quedã rerũ vniuerſalia. Alia vo ſingularia: manifeſtũ eſt: qm̃ om̃is affirmatio aut negatio ꝑ hec cõſtituitur.

**Neceſſe eſt autẽ enunciare: quoniã ineſt aliquid aut nõ. Aliquotiẽs quidẽ eorum alicui: quę ſunt alia: aliquotiẽs autẽ eorum: quę ſunt ſingularia.**

Omnis nãqꝫ propoſitio aut ſingulare habet: aut vniuerſale ſubiectũ: ſiue affirmatione annuat: ſiue abnuat negatione. Si quis enĩ dicat homo animal eſt: homo aĩal nõ eſt: vniuerſalẽ rem idem hominẽ animal aut eſſe aut non eſſe propoſuit. atqꝫ hoc eſt quod ait. neceſſe eſt autẽ enunciare quod ineſt aliquid aut nõ. aliquotiẽs quidẽ eorꝫ alicui quę ſunt vniuerſalia. Homo enĩ cũ ſit vniuerſale: aĩal illi ineſſe affirmatio poſuit. Que dixit: homo animal eſt. et nõ ineſſe negatio: que ait. homo animal nõ eſt. Si vero aliquis ſic dicat. Socrates diſputat: ſocrates nõ diſputat alicui eorꝫ quę ſunt ſingularia eſſe et non eſſe cõiunxit. Et hoc eſt quod ait. Aliquotiẽs autẽ eorꝫ quę ſunt ſingularia Nam cũ ſocrates ſingulare qddã ſit: diſputatio ei ab affirmatione iuncta eſt: ſed a negatione ſeiuncta.

**Si ergo vniuerſaliter enunciet in vniuerſali: quoniã eſt aut nõ: etiã contrarie enunciationes. Dico autẽ in vniuerſali enunciatiõeꝫ vniuerſalẽ: ut omnis hõ albus eſt: nullus homo albus eſt. Quando autẽ in vniuerſalibus non vniuerſaliter: non ſunt cõtrarie quę autẽ ſignificãtur eſt eſſe aliquãdo cõtraria.**

Omnis affirmatio omniſqꝫ negatio aut vniuerſal' eſt: aut particularis: aut indefinita: vniuerſalis ẽ affirmatio: ut ſi quis dicat. omnis homo animal eſt. Cum ſit enĩ vniuerſale ſubiectũ homo (de multis enĩ predicari aliis poteſt) vniuerſaliter ꝑdicatũ eſt. Diximus enĩ om̃is homo animal eſt. Hec ſolũ hominẽ: quod eſt vniuerſale poſuimus: ſed etiã omne et vniuerſale: id eſt om̃e adiecimus vniuerſali id eſt homini. et hec eſt affirmatio vniuerſalis Sin vo dicat aliquis. nullus homo animal eſt. Rurſus homini vniuerſali rei determinatiõem vniuerſalẽ id quod dicit̃ nullus adiecit. Siue ergo in affirmatiõe: ſiue in negatione: ſi quas vniuerſaliter aliquis ꝓferat: vniuerſale in vniuerſali ꝓponit. Non ꝓponit autẽ vniuerſale in vniuerſali. quotiẽs ita dicit. Homo animal eſt. homo aĩal nõ eſt. Cum enĩ homo ſit res vniuerſalis: nulla adiectio vniuerſalitatis: quę eſt nullus: aut om̃is: affirmationẽ vel negationẽ fecit. Quo circa repetẽdũ eſt affirmatio vniuerſalis eſt: in qua vniuerſale vniuerſaliter ꝑdicatur affirmatiue: et negatio vniuerſalis: in qua rurſus vniuerſale vniuerſaliter ꝑdicatur negatiue. et hę huiuſmõi contrarię ſunt. Fieri enĩ nõ poteſt: ut vbi vera eſt affirmatio vniuerſalis: illic vniuerſalis negatio vera ſit: et ecõtrario fieri tñ poteſt: ut vtręqꝫ inueniri falſe poſſint: ut omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt. hic enĩ vtręqꝫ ſunt falſe et vna quidẽ vera: altera falſa reperiat̃: ut in eo quod eſt: omnis homo aĩal eſt: nullus homo animal eſt. vna vera eſt: altera falſa ut vo vtręqꝫ verę ſint: fieri nõ poteſt. quo circa quoniã vtręqꝫ falſe inueniũtur: oppoſitę non ſunt: ſed ſunt contrarie. Cur autẽ contrarie dicantur: alio loco nobis dicendum eſt.

Particulares vo propoſitiones ſunt huiuſmodi: quidam homo animal eſt: quidam homo animal non eſt. hę dicuntur ſub alternę. affirmatio enim particularis ſub affirmatione vniuerſali ſubalterna eſt. Rurſus eodem modo particularis negatio ſub vniuerſali negatione ſub alterna eſt. Sed hę vt vtręqꝫ verę ſint: ut vna vera: alia falſa: fieri poteſt. ut vtręqꝫ falſe ſint: non poteſt inueniri ut in eo quod eſt quidam homo iuſtus eſt. quidam homo iuſtus non eſt vtraqꝫ ſunt vere. Cum vero dicimus quidam homo animal eſt. quidam homo animal nõ eſt. vna vera eſt: altera falſa. et dicuntur affirmatio et negatio particulares ſubcontrarię. Quare nec iſte vocãtur oppoſitę. Idcirco quia vtręqꝫ verę inueniũtur interdũ. Sit autem harũ talis deſcriptio.



Affir. vlis. Negatio vlis.




Affir. pticularis Negatio pticularis

Ergo neqꝫ ſupiores vniuerſales: neqꝫ inferiores particulares oppoſitę ſunt. Idcirco quod inferiores quideꝫ vtręqꝫ verę: ſupiores vtręqꝫ falſe eſſe poſſunt. Sũt autem oppoſitę contradictorię (ut ipſe ait) ſi quis aſpiciat angulares: ut affirmationẽ vniuerſalẽ particulari cõpares negationi: ut eſt: om̃is homo iuſtus eſt: quidã homo iuſtus nõ eſt. Hę enĩ neqꝫ verę poſſunt inueniri: neqꝫ falſe: ſed in omnibus vna vera eſt: altera falſa. Et rurſus ſi vniuerſalis negatio particulari affirmatiõi cõparetur: reperiãtur oppoſitę: ut eſt: nullus homo iuſtus eſt: quidaꝫ homo iuſtus eſt. Semp enĩ vna vera eſt: altera falſa. Et hoc in quilibet terminis ſi diſpexeris. oratio nõ diſcrepabit. Sit autẽ pleniſſima hoc modo deſcriptio.

Affirmatio vlis. Negatio vlis.




Affir. pticularis. Nega. pticularis

Sunt ergo determinatiões vniuerſaliũ quidẽ om̃is et nullus: particulariũ vero quidã. Ille autẽ propoſitiones: quę neqꝫ vniuerſale habent additũ neqꝫ particulare indefinite vocãtur: et particularib[us] ſimiles ſunt: ut eſt: homo iuſtus eſt. homo iuſtus nõ eſt Poſſunt enĩ vtręqꝫ eſſe verę: ut in hoc ipſo exemplo. quod diximus. et poteſt vna eẽ vera: altera falſa: ut homo animal eſt: homo animal non eſt: vtręqꝫ vero ut falſe ſint: nõ poteſt inueniri. et hę (ut dictũ eſt) vocãtur indefinite. Preter has autẽ omnes ſingulares ſunt: in quibus contradictio poteſt euenire: vt in eo qđ eſt. Socrates animal eſt. ſocrates animal nõ eſt. ſocrates iuſtus eſt. ſocrates iuſtus nõ eſt. Nam ſi nulla eas equiuocatio vel ꝑdicati: vel ſubiecti: vel alterius tempis: vel aliquid eorũ: quę ſingulas determinãt: impediat: ſemꝑ vna vera eſt: altera falſa. Quare quoniã de om̃ibus in cõmune ſpeculati ſumus: et quid quęqꝫ eſſet quantũ breuitas patiebat̃: expreſſim[us]: ad textũ nũc quoniã tẽpus ẽ reuertamur. Si ergo inquit vniuerſaliter enunciet in vniuerſali: quoniã eſt aut nõ: erũt cõtrarię enunciatiões: vniuerſaliter enĩ enũciat aliquis in vniuerſali: quotiẽs vniuerſalẽ affirmationẽ: aut vniuerſalẽ fecerit negationem. Cum enĩ dicit omnis homo animal eſt. vniuerſalẽ hominẽ vniuerſaliter enũciauit per id quod addidit omnis. quod ſi rurſus dicat. nullus homo animal eſt. eodẽ modo vniuerſalẽ hominẽ vniuerſaliter enũciat per id quod ait nullus. et ſunt contrarię. Quas autem dicat eſſe contrarias: ſubiecto declarat exemplo. Dico autem in vniuerſali enunciationẽ vniuerſalem: ut omnis homo albus eſt: nullus homo albus eſt. vna ſiquidẽ affirmatio vniuerſalis: altera negatio vniuerſalis: quas cõtrarias eſſe ſupra in deſcriptione docuimus. Quando autẽ in vniuerſalibus non vniuerſaliter: non ſunt contrarię. Quotiens autem inquit indefinite ſunt propoſitiones: et vniuerſaliter vniuerſale nõ proponit̃: cõtrarię nõ ſunt. ea eſt affirmatio quę dicit: hõ iuſt[us] eſt: et quę dicit: hõ iuſt[us] nõ eſt: cõtraria nõ ẽ. Poſſunt enĩ vtręqꝫ ſimul eſſe verę et in eodem idem homine: quod in contrariis fieri impoſſibile eſt. Quod vero addidit. quę autẽ ſignificãtur: eſt eſſe contraria tale eſt. Ipſe quidem propoſitiones contrarię non ſunt. Significat tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat homo albus eſt: et alius negat homo albus non eſt. ipſe quidem contrarię non ſunt. Quod autẽ dicitur homo albus nõ eſt Poteſt quiddã ſignificare contrariuꝫ. Nam deſignat hoc quod dicitur: homo albus non eſt: et rubri coloris eſſe et pallidi et fuſci: deſignat etiam nigri: quod eſt albo contrarium. Poteſt igitur id quod nõ eſt album: eſſe nigrum. Ergo quamquã ipſe contrarię non ſunt: tamen poteſt aliquando quidam ſignificare contrariũ. Priori affirmationi: ut in eo quod diximus. Nam ſi id quod dicitur: nõ eſt homo albus: nigrum eſſe deſignet: quoniam is qui niger eſt: albus non eſt. Contrarię quidẽ propoſitiones nõ ſunt quoniã poſſunt eſſe vtręqꝫ verę. Que autẽ ſignificantur: interdũ contraria reperiũtur. que autem ſint huiuſmodi propoſitiões: exemplorũ ſubiectione monſtrabit.

**Dico autem non vniuerſaliter enunciare in his quę ſunt vniuerſalia ut eſt albus homo non eſt albus homo.**

¶ Et quid dicat eſſe vniuerſale non vniuerſaliter predicare: planiſſime demonſtrauit dicens.

**Cum enim vniuerſale ſit homo: non vniuerſaliter utitur enunciatiõe. Omnis namqꝫ non vniuerſale ſignificat: ſed quoniam vniuerſaliter.**

¶ Nam id quod dicitur om̃is illud ad quod predicatur colligit: atqꝫ in vnum corpus adducit: ut cum dicitur omnis homo iuſtus eſt: nullum excipit hominẽ. Sed totam colligit humanitatem: et fit de re vniuerſali homine predicatio vniuerſalis: cum dicimus omnis homo. Nam cum ſit vniuerſale homo: huic vniuerſali vniuerſalitatem cõſignificat id quod additur omnis. et res vniuerſalis vniuerſaliter predicatur.

**In eo vero quod vniuerſale predicatur: id quod eſt vniuerſaliter predicare: non eſt verum.**

¶ Hac nos ſententia quem ad locum vniuerſalitatis determinationẽ recte ponamus inſtituit. Docet enim ſemꝑ iſtam vniuerſalitatem: quam determinationem vniuerſalem vocamus: ad ſubiectum poni debere terminum: nunquam ad predicatum. Si quis enim ſic dicatur: om̃is homo animal eſt. Recte dixerit omnis ad ſubiectum id eſt ad hominem ponẽs Quod ſi ſic dicat. omnis homo omne animal eſt. falſum dixerit. Ergo hoc non dicat: in eo vero quod vniuerſale predicatur: ut animal de homine. Animal enim vniuerſale eſt. De omni enim homine predicatur. non eſt verum. Hoc ipſum vniuerſale. quod eſt animal: vniuerſaliter predicare: ut dicatur omne animal eſſe hominem. nec ſolum in his. Sed in nulla recte fieri affirmatione concedit. ait enim.

**Nulla enim affirmatio vera erit: in qua de vniuerſaliter predicato vniuerſale predicetur ut omnis homo eſt omne animal.**

¶ Hoc autem cur eueniat: paucis oſtendam. Predicatũ ſemper maius eſt ſubiecto: vel equum maius ſit: ut cum dico. homo animal eſt. Animal predicatur: homo ſubici-

tur. Sed maius eſt animal homine. De pluribus enim quam ipſe homo pꝛedicatur. Rurſus equale eſt: cum ſic dicimus. homo riſibilis eſt. homo ſubiectũ eſt. riſibile pꝛedicatum. Sed homo atqꝫ riſibile equalia ſunt. pꝛopꝛium namqꝫ eſt hominis: quod eſt riſibile. ut autem minus pꝛedicatum inueniatur: quã ſubiectũ: fieri non poteſt. Siue ergo maius ſit pꝛedicatum: falſum eſt vniuerſale adicere pꝛedicato: ut in eo quod ipſe poſuit: exemplo. Omnis homo omne animal eſt. ſiue equale ſit: ſuperfluum eſt: ſi quis ſic dicat: omnis homo omne riſibile eſt. quare vniuerſale pꝛedicatũ pꝛedicare vniuerſaliter non opoꝛtet.

Opponi autem affirmationē negationi cõtradictoꝛie: que vniuerſale ſignificat eidē quoniam non vniuerſaliter: ut omnis homo albus eſt: nõ omnis homo albus eſt: nullus homo albus eſt: quidam homo albus eſt.

Quid ſit pꝛopꝛie cõtradictio: conſequenter exponit. ait enim opponi contradictoꝛie pꝛopoſitiones: quotiens vniuerſalem affirmationem particularis abnuit negatio: et quotiens vniuerſalem negationem particularis affirmatio aſtruxerit. Cum enim omnis homo albus eſt dicitur: illa negatio que dicit non omnis homo albus eſt: de eodē homine vniuerſaliter tollit: quod vniuerſaliter affirmatio conſtituerat. Illa enĩ oēm hominē eſſe albũ ponit. Iſta dicit non omnē: tamquã ſi concedat aliquē: ſed ei tantum auferat vniuerſalitatem. Hoc eſt enim quod ait. que vniuerſaliter ſignificat eidem: quoniã non vniuerſaliter. Nã ſicut vniuerſale ſignificat affirmatio dicens hominem: ita quoqꝫ negatio vniuerſale ſignificat. habet enim ⁊ ipſa hominem. Sed idem ipſum vniuerſale docet non eſſe vniuerſaliter. id eſt non omne eſſe album: quod affirmatio eſſe vniuerſaliter poſuerat: omnē hominē eſſe album pꝛoponens. Eodem modo etiam in negatione. quas nos ſupꝛa angulares poſuimus: ⁊ contradictoꝛias in deſcriptione. Hic nunc eaſdem oppoſitas contradictoꝛie vocat. Quod autem vniuerſali affirmationi: que eſt omnis homo albꝰ eſt: particularē negationem oppoſuit: que eſt non omnis homo albus eſt: tantundem eſt tanquã ſi diceret. quidam homo albus non eſt. Nam ſi non omnis homo albus eſt: quidam homo albus nõ eſt.

Contrarie vero vniuerſalem affirmationē et vniuerſalem negationem. ut omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt. Quo circa has quidem impoſſibile eſt ſimul eſſe veras. His vero oppoſitas contingit aliquãdo in eodem: ut nõ omnis homo albus eſt: ⁊ quidam homo albus eſt.

Planiſſime omnes exequitur: dicit contrarias vniuerſalem affirmationē: ⁊ vniuerſalem negationem. Has enĩ nos quoqꝫ ſupꝛa deſcripſimus. Hic vero eaſdem cõtrarie demonſtrat opponi. Illud quoqꝫ addidit. quod eas impoſſibile ſit in eodem veras aliquãdo cognoſci. Nam ſicut contrarioꝛũ natura in eodem nõ poteſt inueniri. neqꝫ enĩ vno eodemqꝫ tempoꝛe aliquid nigrũ eſt atqꝫ album. ſic quoqꝫ nec contrarie ut vtreqꝫ ſimul ſint vere: fieri poteſt. Quod autem adiecit. His vero oppoſitas cõtingit in eodem particularem affirmationē: et particularem negationem deſignat. Particularis namqꝫ affirmatio vniuerſali negationi oppoſita eſt contradictoꝛie. Particularis vero negatio vniuerſali affirmationi. Contrariarũ igitur oppoſite poſſunt in eodem vere aliquotiēs inueniri: vel particularis affirmatio ⁊ particularis negatio vere ut ſint aliquotiens fieri poteſt: ut eſt quidam homo albus eſt: quidam homo albus non eſt: vtreqꝫ ſunt vere.

Quecunqꝫ igitur cõtradictiones vniuerſalium ſunt vniuerſaliter: neceſſe eſt alteram eſſe veram vel falſam: ⁊ quecunqꝫ in ſingularibus ſunt: ut ē ſocrates albus: nõ eſt ſocrates albus

De contradictoꝛie oppoſitis loquitur: ⁊ de ſingularibꝰ pꝛopoſitionibus: quod vnam ſemꝑ veram: falſam ſemper alteram neceſſe eſt inueniri. Hoc enim dicitur cõtradictiones inquit eoꝛum: que ſunt vniuerſaliũ vniuerſaliter pꝛedicatoꝛum: vna ſemꝑ vera eſt: altera falſa. Uniuerſalium autem vniuerſaliter pꝛedicatoꝛũ ſunt contradictiones vniuerſaliũ particulariter pꝛedicatoꝛũ. Nam affirmatio vniuerſalis vel negatio vniuerſalis vniuerſaliter pꝛedicatur: hoꝛum contradictoꝛie particulares affirmationes: vel negationes ſunt: ſi ſibi angulariter comparētur. Haꝛum igitur contradictionũ: que ſunt vniuerſalium vniuerſaliter pꝛedicatoꝛum: vna ſemꝑ vera eſt: ſemper falſa altera reperitur. In ſingularibus quoqꝫ idem eſt. Nam ſi nulla. ut dictum eſt. varietas equiuocationis impediat, idemqꝫ ſit pꝛedicatum: idemqꝫ ſubiectum: ad vnũ idemqꝫ tempus: ad vnam eandemqꝫ partem: ad vnũ idemqꝫ relatum: vno atqꝫ eodem modo: vna ſemper vera eſt: altera falſa: ⁊ veritatis inter ſe naturã: ⁊ mendacij partiũtur.

Quecunqꝫ autē vniuerſalibus nõ vniuerſaliter: nõ ſꝑ hec quidē vera eſt: illa vero falſa.

Que vero ſunt inquit indefinite: ut neqꝫ vniuerſalem habeant: neqꝫ particularē determinationem: quod tacuit: non ſemper vna vera eſt: altera falſa: ſed vtreqꝫ interdum inueniũtur vere. In vniuerſalibus autem nõ vniuerſaliter pꝛedicatur aliquid hoc modo. homo albus eſt: homo albus nõ eſt. in quo vno eodemqꝫ tempoꝛe vtraſqꝫ veras eē cõtingit. Hic enim cum vniuerſale ſit homo: non vniuerſaliter pꝛedicatum eſt nomen. At vero nec particulariter. Neqꝫ enim quidã: aut nullus: aut omnis adiectum eſt. Docet autem huiuſmõi pꝛopoſitiões non inter ſe diuidere veritatem atqꝫ mendaciũ hoc modo.

Simul enĩ verum eſt dicere: quoniã eſt homo albus: ⁊ non eſt homo albus. et eſt homo pulcher: ⁊ non eſt homo pulcher. Si enim fedus: et nõ pulcher: et ſi fit aliqd: et non eſt.

Documentũ eſt huiuſmodi dictum indefinitã affirmationem: negationēqꝫ veras vtraſqꝫ poſſe inuenire. verum enim dicere eſt. Eſt homo albus: ⁊ non eſt homo albus: huius autē rei pꝛobatio eſt. nam ſi verũ eſt dicere, eſt homo niger: ⁊ eſt homo albus ſimul vno eodemqꝫ tempoꝛe. Qui autem niger eſt: albus nõ eſt. verum eſt dicere vno eodēqꝫ tempoꝛe: quoniã eſt homo albus: ⁊ non eſt homo albus. Rurſus ſi verũ eſt dicere: quoniã eſt homo pulcher: ⁊ eſt homo fedus: vno eodemqꝫ tempoꝛe. Qui autē fedus eſt: pulcher non eſt. verũ autem dicere hominē eſſe pulchꝛum: ⁊ hominē eſſe fedum: vno eodemqꝫ tempoꝛe manifeſtum eſt. Cum enĩ achilles eſſet pulcher: erat clodius therſides fedus. Rurſus ſi verum eſt dicere eſſe hominē album: et rurſus eodem tempoꝛe fieri hominē album. Nec hoc vlla contrarietas vetat: ut ſit homo albus: ⁊ rurſus fiat homo albus. ſed qui fit albus: nondũ albus eſt. verũ eſt dicere igitur: quoniã eſt homo albus: ⁊ nõ eſt homo albus. Hoc eſt enĩ quod ait. ⁊ ſi fit aliquid: ⁊ non eſt. cum enĩ fit non eſt: ſed poteſt dici: quoniã eſt homo albus: ⁊ fit homo albꝰ ut vtrũqꝫ vere dicatur. Poteſt igitur vere vtrumqꝫ dici. Et eſt homo albus: ⁊ non eſt homo albus.

Uidebitur autem ſubito incõueniens eſſe: Idcirco quoniã videtur ſignificare nõ eſt homo albus: ſimul etiã quoniã nemo hõ albus. Hoc aũt neqꝫ idē ſignificat: neqꝫ ſil' neceſſario.

Tacite hominũ dubitationi reſpõdit. Quod enim dicimus: eſt albus homo: ⁊ nõ eſt albus homo vtrũqꝫ verum eſſe: videt aliquotiēs incõueniēs eſſe. Si enĩ verũ eſt dicere: eſt albus homo: quẽadmodũ fieri poteſt: ut verũ ſit dicere: non eſt albus homo? Hoc autem videtur idcirco



quoniã appareat quibuſdã id quod dicimus nõ eſt homo albus: hoc ſignificare: tanqꝫ ſi dicamus nullus homo albus eſt. ſed hoc verũ nõ eſt. Neqꝫ enĩ idem eſt dicere: non eſt albus homo: ⁊ nullus homo albus eſt. Et quãqꝫ cum dicimus nullus hõ albus eſt: ſimul ſignificamus: quoniã nõ eſt homo albus: non tñ ex neceſſitate idē vtraqꝫ ſignificat. Cum enĩ dicimus: nõ eſt homo albus ſimul nos dicere: quoniã nullus hõ albus eſt: nõ opoꝛtet intelligi. neqꝫ enĩ ſemꝑ ſimul eſt: nõ eſt homo albus: ⁊ nullus hõ albꝰ eſt. Nam aliquotiēs ſimul eſt. ſ. cum pꝛius dicit vniuerſalis negatio. Cũ vero indefinita dicit pꝛius: nõ eſt ſimꝉ negatio vniuerſalis negationi indefinite. Nam ſi dicam nullus homo albus eſt: ſimul dixi: quoniã homo albus nõ eſt. Quod ſi dicã: homo albus nõ eſt: nõ eſt ſimul dicta negatio vniuerſalis: que eſt nullus hõ albus eſt: quoniã poteſt quidã eſſe nõ albus: de quo dicat homo albus nõ eſt: neqꝫ tamē oīs eſſe nõ albus. Non igit ſimul neceſſario ſunt: nõ eſt homo albus: ⁊ nullus homo albus eſt.

Manifeſtũ eſt autē: quoniam vna negatio vnius affirmatiõis eſt. Hoc enĩ idem opoꝛtꝫ negare negationē: qꝺ affirmauit affirmatio: ⁊ de eodem: vel de aliquo ſingularium: vel de aliquo vniuerſalium: vel vniuerſaliter: vel non vniuerſaliter.

Hoc quoqꝫ argumentũ eſt negationē indefinitã ⁊ vniuerſalē idē non ſignificare: ⁊ eas a ſe eē diuerſas. Nam ſi vnius affirmatiõis vna negatio eſt: contra eã que dicit. nõ eſt homo albus: illa eſt affirmatio: que dicit eſt homo albus. Et cõtra eam que dicit nullus hõ albus: illa affirmatio eſt que dicit: quidã hõ albus eſt. ſed he affirmationes diuerſe ſunt. i. eſt hõ albus: ⁊ quidã hõ albus eſt diuerſe igitur. Ille quoqꝫ ſunt: que his ꝓpoꝛtionaliter opponũtur. Diuerſa igit eſt negatio que dicit: nullꝰ homo albus eſt: ⁊ ea que dicit: nõ eſt hõ albus. Docet autē nos vnius affirmationis vnam eſſe negatiõem: idqꝫ hac ratiõe demõſtrat. Opoꝛtet enĩ idē pꝛedicatũ negare negatione: quod pꝛedicauerit affirmatio: ⁊ rurſus de eodē ſubiecto auferre pꝛedicatum negationē opoꝛtꝫ: ad qꝺ affirmatio ante coniũxerat. Quod ſi fit: dubiũ nõ eſt vnius eſſe affirmationis vnã negationē. ſiue autē hoc in vniuerſalibꝰ ſiat: ſiue vniuerſaliter pꝛedicatis: ſiue indefinite: ⁊ nõ vniuerſaliter: ſiue in ſingularibus: vna eadēqꝫ pꝛopoſitionũ natura eſt: ut vnius affirmationis ſit tantũ naturaliter vna negatio. Hoc autē inductione pꝛobat.

Dico autem ut eſt ſocrates albus: non eſt ſocrates albus.

In hac enĩ pꝛopoſitiõe idem ſubiectum eſt: idē pꝛedicatum. ⁊ in medio exemploꝛũ ſubiecit.

Si aũt aliud aliquid: vel de alio idē: nõ oppoſita: ſed erit ab ea diuerſa.

Senſus huiuſmodi eſt. ſi aũt aliud aliqd pꝛedicauerit negatio: qꝫ affirmatio pꝛedicauit: vel de alio ſubiecto idem negatio pꝛedicauerit: quod in affirmatiõem inerit pꝛedicatũ: nõ ſunt ſibi oppoſite: ſed a ſe tantũ diuerſe ſunt. Si quis enĩ dicat: ſocrates diſputat: ⁊ alius ridet: ſocrates nõ ambulat: diuerſum pꝛedicatũ eſt: ⁊ diuerſe ſunt pꝛopoſitiões ⁊ nõ oppoſite. et hoc eſt qꝺ dixit. Si autē aliud aliquid Aliud enĩ pꝛedicauit negatio: quã affirmatio pꝛedicauerat Quod ſi quis ſic dicat. ſocrates diſputat: aliuſqꝫ rideat plato nõ diſputat: de alio ſubiecto idē pꝛedicauit: ⁊ ſunt a ſe diuerſe pꝛopoſitiões: ⁊ nõ oppoſite. Et erit id qꝺ ait vel de alio idē. Quod ſi vtraqꝫ ſit diuerſa: multo magis diuerſe pꝛopoſitiões ſũt. quibꝰ poſitis ad ꝓpoſita rurſus exẽpla contēdit: ⁊ vni affirmationi vna enũciationē negationis opponit: angularibus angulares: affirmatiuis negatiuas: ꝑticularibus vniuerſales: indefinitis indefinitas opponēs ⁊ comparans.

Huic vero que eſt oīs hõ albus eſt: illa que eſt: nõ oīs hõ albus eſt. Illi autē que eſt: aliqs hõ albus ē: illa que eſt nullus hõ albus ē. Illi aũt que eſt: hõ albus ē: illa que ē: hõ albus ñ eſt

Et poſt hec concludit ſententiam dicens.

Quoniã quod igitur vna affirmatio vni negatiõi opponitur cõtradictoꝛie: ⁊ que ſunt he dictum eſt. Et quoniam alie cõtrarie: ⁊ que ſunt he: dictũ eſt. ⁊ quoniã nõ oīs vera vel falſa contradictio: ⁊ quare: ⁊ quãdo vera vel falſa.

Reuoluit qꝫ breuiter: quoniã alie ſunt cõtrarie alie cõdictoꝛie dicitqꝫ ſe que ſint he diligētiꝰ in ſupioꝛe diſputatiõe mõſtraſſe. Illud quoqꝫ nõ omnē eſſe veram vel falſam affirmatiõis ⁊ negationis oppoſitionē: quam nũc cõmuniter ⁊ impꝛopꝛie cõtradictionē vocat. Et quãdo non ſit vere vel falſe: vel cur: ſe expoſuiſſe cõmemoꝛat.

Una autē affirmatio ⁊ negatio eſt: que vnũ de vno ſignificat: vel cum ſit vniuerſale vniuerſaliter: vel non ſimiliter, ut oīs homo albus eſt: nõ omnis homo albus eſt: eſt homo albus: nõ eſt hõ albus: nullus homo albus ē quidam homo albus eſt.

Quid ſit vna affirmatio: ⁊ ſupꝛa iã diximus: ⁊ nũc quoqꝫ idem docere nõ piget. Cum idē ariſtoteles reuoluerit vna enĩ affirmatio eſt. que vnã rem de vna ſignificat. i. que huiuſmodi habet pꝛedicatũ. ⁊ huiuſmodi ſubiectũ: ut vtrũqꝫ ſingula ſignificet. Nam ſi vnũ aliquid ſignificet pꝛedicatuꝫ ſimplex atqꝫ vnũ eſt. Quod ſi rurſus vnũ aliquid ſignificet ſubiectũ: ⁊ nõ plura: ſimplex rurſus eſt atqꝫ vnũ. Quocirca ſi vnũ pꝛedicatũ de vno erit ſubiecto: vtraqꝫ ſingula ſignificabũt ⁊ non plura. Eoqꝫ ſit: ut nõ ſit multiplex pꝛopoſitiõis ſignificatio: ⁊ que vnũ ſignificet: vna ſit. Idē autem opoꝛtet eſſe etiã in vniuerſalibus vniuerſaliter pꝛedicatis: ⁊ in particularibus: quas vniuerſalibus opponi neceſſe eſt. quoꝝ etiã ſubdit exempla. Dicit enĩ vnaꝫ eſſe ꝓpoſitionē. Oīs hõ albus eſt. ⁊ ſi rurſus oppoſitã vnam eſſe. non eſt omĩs homo albus.

Si album vnũ ſignificat. Si vero duobus vnũ nomē poſitũ eſt: ex qbus nõ eſt vnũ: non eſt vna affirmatio: neqꝫ vna negatio.

Si albũ inquit vnũ ſignificat. Quod ſi plura deſignat non eſt vna affirmatio: nec vna negatio. Hoc aũt ⁊ in ſubiecto cõuenit cuſtodire. ſ. ut ſubiecti quoqꝫ ſimplex ſignificatio ſeruetur. Docet autē non eſſe vnã pꝛopoſitionē: ſi pꝛedicatum vel quodlibet in pꝛopoſitiõe verbũ multa ſignificat hoc modo. Sin vero duobus vnũ nomē eſt poſitum ex quibus nõ eſt vnũ: nõ eſt vna affirmatio: neqꝫ negatio ſunt quedã res: que plura quidē ſignificent: ex quibus omnibus iunctis vnũ quidã valet effici. hominis quidē nomen ſignificat animal: ſignificat moꝛtale: rationale quoqꝫ deſignat. ſed hec iuncta vnũ quidã efficiũt: quod eſt aĩal rõnale moꝛtale. Nec nãqꝫ omnia vnũ hominē cõplent. Sunt quoqꝫ alia: que duas vel plures huiuſmodi res deſignãt ex qbus iũctis vnũ aliqd eē nõ poſſꝫ: ut liber. Dicit nãqꝫ ⁊ dioniſius liber dicit liber: et ingenitus. ſed ingenitus ⁊ dioniſiꝰ iũcti nihil efficiũt. quare ſi quid tale ſit. ingt aut ſubiectũ aut pꝛedicatũ: qꝺ plura ſignificet: ex qbus vnũ aliquid eſſe nõ poſſit: nõ eſt illa vna affirmatio: neqꝫ vna negatio. Et hoc ficticij exempli ratione cõfirmat.

At ſi qs ponat hoc nomē tunica hoĩ ⁊ equo quoniã tunica eſt alba: hec nõ eſt vna affirmatio: nec vna negatio. Nihil enĩ differt hoc qꝫ dicere: quoniã eſt hõ ⁊ equus albus. Hoc autem nihil differt qꝫ dicere: eſt homo albus: et eſt equus albus.

Dicat enĩ inquit equꝰ: ⁊ hõ tunica. Et habeãt vbi gra

hoc nomē: ſi ꝗs dicit. eſt tunica alba: q̄m tunica equū atq̄ hoīem deſignat. videt̄ dicere q̄ſi eſt equ⁹ ⁊ hō albus. ſꝫ hoc tale eſt: tanq̄ ſi ꝗs dicat. eſt equ⁹ albus: ⁊ eſt hō albus. Sed hec ſunt due ꝓpoſitiões: ⁊ nō vna. duplex igit̄ illa quoq̄ ꝓpoſitio eſt: eſt hō ⁊ equus albus. quare duplex illa quoq̄ que dicit: eſt tunica alba. Etení ſubiecti hoīus idē tunice duplex ſignificatio: ꝓpoſitiões fecit eſſe duplices. Qđ ſi quis dicat vnū quidā ſignificare eſt tunica alba. q̄ ſignificat. Eſt hō ⁊ equus albus. impoſſibile eſt. Neq̄ enī ex hoīe et equo quidā vnū fit: ut hec ꝓpoſitio vnū aliquid deſignet. quare et hec ꝓpoſitio multa ſignificat: aut ſi nō multa: nihil oīno deſignat. Nihil enī eſt hō equus: ut ſimul dicatur atq̄ intelligatur. hoc eſt enī quod ait.

**Si ergo hec multa ſignificāt: ⁊ ſunt plures: manifeſtū eſt: quoniā ⁊ prīa multa vel nihil ſignificat. Neq̄ enī eſt aliquis homo equus.**

¶ Si ergo hec multa ſignificāt ⁊ ſunt plures. manifeſtū eſt, qđ et prīa idē ea que dicit. eſt tunica alba. multa vel nihil ſignificat. Nihil autē idcirco: q̄m ſi nō multa deſignet ꝓpoſitio cuius q̄libet terminus equiuocus eſt: cū illa que noīe equiuoco ſignificātur: iūcta fuerīt: neq̄ in vnam ſubſtantiā cōuenerit talis iūcture: que res ſibimet incōtextas copulat: nō erit vllus intellectus: ut in ea que eſt, tunica alba ē. aliter eē vna n̄ poteſt. ſi tunica equū hoīemq̄ ſignificet: niſi equus atq̄ hō iūcti vnū aliquid efficiāt. ſed hi termi tales ſunt: ut neceſſe ſit hāc ꝓpoſitiōem vel multiplicē eſſe: vel nihil ſignificare: nā ſi iūgant hō et equus: fit nihil. Nihil ei eſt hō equus: qđ ꝑ hoc mōſtrauit quod ait. Neq̄ enī eſt aliquis hō equ⁹. hoc at cur nūc ab ipo ꝓpoſitū ſit: lucidiſſime demōſtrauit. cū. n. de his ꝓpoſitōibus loq̄retur: que verū inter ſe falſumq̄ que diuiderēt: hoc addidit. Quod etiā he que hn̄t vel p̄dicatū equiuocū vel ſubiectū: verū falſumq̄ nō diuidūt. vtreq̄ ei vere eē poſſunt: ut he que dicūt. ē liber hō: ſi ad ingenuitatē referas: et nō ē liber hō: ſi ad dionīſiū. Recte igitur dictum eſt.

**Quare nec in his neceſſe ē hāc quidē contradictionē verā eſſe: illā vero falſam.**

¶ Cū ei multa ſignificat: multiplex ſignificatio in negatiōe: atq̄ affirmatiōe ſemutuē nō perimit. quod ſi vna ſit affirmatio: ⁊ vna negatio: q̄m vtreq̄ in eodē eē nō poſſunt vnam verā ſemp: falſam alterā neceſſe eſt eſſe.

**In his ergo que ſunt: ⁊ facta ſunt: neceſſe ē affirmationē vel negationē verā eē vel falſam. In vniuerſalibus q̄dē vniuerſalr̄ ſp hāc verā illā vō falſam eſſe: ⁊ in his que ſunt ſingularia quēadmodū dictū ē. In his vō que in vniuerſalibus non vniuerſalr̄ dicūt: non eſt neceſſe: dictū eſt autem et de his.**

¶ In p̄ntibus rebus ⁊ in p̄teritis factas ꝯdictorie enūciatiōes: dicit definite vnā ſp verā: alterā definite ſp eē mēdacē: ut ſi ꝗs dicat. oēs fabri p̄ierūt: qui ad pugnā ꝯ veniētes priuata ꝯſpiratiōe ꝓgreſſi ſunt. Hoc ſi neget ſic. n̄ oēs fabri p̄ierūt: q ad pugnā ꝯ veniētes priuatā ꝯſpiratiōe ꝓgreſſi ſunt. Neceſſe ē quidē vnā verā: vnā eē falſā. ſed definite vera affirmatio ē: definite falſa negatio. Cū ei id qđ factū ē: dicit̄ factū: definite verū ē. qđ ſi id factū denegetur. falſum definite eſt. ſiue ergo in vniuerſalib⁹ vniuerſaliter p̄dicatis ꝯtradictio ꝑ oppoſitionē p̄ticularitatis fiat. ſiue in ſingularib⁹: ut in ſocrate ⁊ in ceteris indiuiduis: in his que ſunt p̄terita: ſp vna vera ē: altera falſa: ut in eo qđ eſt: ſocrates veneno ꝑempt⁹ ē. ſocrates veneno ꝑempt⁹ n̄ ē. vera ē affirmatio definite: ⁊ ita rurſus falſa negatio. in p̄ſentib⁹ q̄ꝫ idē neceſſe eſt eſſe. Si enī diſputātis ſocrate. dicat aliquis ſocrates diſputat. ⁊ hoc ali⁹ neget. ſicut deſputare ſocratē p̄ntis tp̄is ratiōe definitū eſt. ita q̄ꝫ definite affirmatio retinet veritatē: negatio definite mēdatiū. Et in vniuerſalibus quidē vel affirmatiuis vel negatiuis. in q̄bus vl' affirmatio p̄ticularis: vel negatio p̄ticularis opponitur idem eſt. Hoc eſt enī quod ait. In his que ſunt ⁊ que facta ſunt. idē in p̄ntibus atq̄ in p̄teritis vna ſemp definite vera eſt: ſemp altera falſa definite: ſiue vniuerſalis ſit vna: altera particularis. Quod ꝑ hoc monſtrat̄ quod ait. In vniuerſalibus quidē vniuerſaliter ſemp hanc verā. illā vero falſam. ſiue in ſingularib⁹ atq̄ indiuiduis p̄dicamētis Quod ꝑ hoc deſignat quod addidit: ⁊ in his que ſunt ſingularia. ſed poſtq̄ dixit de cōtradictorijs: adiecit: in his autē que indefinite ſunt: nō neceſſe eſt ſemp hanc quidē veram: illā nō eſſe mendacē. Hoc ſcilicet deſignās quod ait. In his vero que in vniuerſalib⁹ nō vniuerſaliter dicūtur: nō eſt neceſſe in his vnā verā: alterā falſam ꝓponi. pōt enī fieri: ut vtreq̄ ſint vere: que fuerīt indefinite.

**In ſingularibus vō ⁊ futuris non ſimiliter**

¶ Propoſitionū alie ſunt tantū ineſſe ſignificātes: ut ſi ꝗs ſocrate viuo dixiſſꝫ. ſocrates caluus ē. ali⁹ negarꝫ. ſocrates calu⁹ n̄ ē. Illa. n. ineē poſuit ſocrati caluicie: illa caluicie a ſocrate disiūxit. alie vō ſunt neceſſarie: ut ſi ꝗs dicat: neceſſe ē ſolē ānis oīb⁹ i arietē rurſus redire. Rē nāq̄ neceſſariā ⁊ ex neceſſitate eueniētē p̄dicās totā fecit neceſſariā ꝓpoſitionē. Alie autē ſunt cōtingētes. que cum nō ſint: eas tamen in futurū euenire poſſibile eſt. ut ſi quis dicat. hodie alexander p̄ranſurus eſt. hodie alexāder pranſurus nō eſt. Sunt enī cū illa dicant̄: q̄m illi adhuc prandere nō ineſt ineſſe tamē cōtingit: ⁊ poteſt fieri: ut hodie prandeat: idcirco dicimus eas contingētes. contingit enī fieri: quod adhuc nondū factū eſt. Sed he non inſunt quidē: ut dictū ē. Sunt enī futuri temꝑis que autē nō inſunt ſi ineē p̄nt. neceſſarie nō ſunt. quoniā huiuſmodi retinēt naturā: ut eas ⁊ eſſe: ⁊ nō eē poſſibile ſit. poteſt. n. fieri: ut hodie alexāder prandeat. ⁊ rurſus poteſt fieri: ut hodie non prandeat. Et hanc eueniēdi vel non eueniēdi poſſibilitatē vtrūlibet vocamus. In huiuſmodi enī rebus vtrūlibet contigit aut affirmatio: aut negatio: ⁊ nō eſt neceſſe aut affirmationē fieri aut negationē. Nam cū non ſit affirmatio neceſſaria: non intercluſū eſt contingere negationē. Rurſus cū negatio neceſſaria non ſit: interdum accidit: ut affirmatio ꝯtingat. Quare hec huiuſmodi eueniēdi vel non eueniēdi potētia vtrūlibet vocatur: Quod in his vtrūlibet. id eſt vel affirmationes vel negationes euenire concedit. Nunc ergo ariſtoteles hoc validiſſima argumentatione contēdit aſtruere. Quod quēadmodū in p̄teritis ⁊ in his que ſunt p̄ntia. non modo in affirmatione ⁊ negatione vnā veram: alteram falſam eſſe neceſſe eſt: ſed definite vna vera eſt: definite altera ſuſcipit falſitatē. non ita in his que contingentes vocātur. Neceſſe enī eſt ut aut affirmatio vera ſit: aut negatio: ſed non ut definite quelibet earum vera ſit: altera falſa definite. Nam quod dicim⁹ alexander lauandus eſt: id ſi alius neget. dicatq̄: alexander lauandus non eſt: totū quidē hoc neceſſe eſt euenire: ut aut lauetur: aut non lauetur: ⁊ neceſſe eſt vnā eſſe verā: alterā falſam: aut affirmationem: ſi lotus fuerit: aut ſi non fuerit lotus: negationem. Sed non eſt neceſſe ut definite affirmatio vera ſit: idcirco qđ in huiuſmodi rebus poterit euenire negatio. Sed nec vnq̄ definitum eſt: ut negatio vera ſit: falſa affirmatio. idcirco quoniam poteſt non euenire negatio. Quare in tota contradictione vnam quidē veram: falſam alteram neceſſe eſt. Ut autem definite vna vera ſit: altera falſa definite: ſicut in his que ſunt preterita queq̄ preſentia. Nulla rerum ratione poſſibile eſt. Sed hoc prius ariſtoteles in ſingularium predicamentorū propoſitionibus probat. Poſt autem idem debere in vniuerſalibus docet intelligi. Idcirco ait in ſingularibus vero et futuris non ſimiliter. Id eſt in ſingularib⁹ ꝓpoſitōib⁹: de quib⁹ prius tractat. Et futuris. i. cōtingētib⁹ nō idē mod⁹ ē verarū falſarūq̄ ꝓpoſitionū: qui in preteritis atq̄ p̄ſentibus. Quoniā in preteritis atq̄ preſentibus ⁊ totū contradictionis corp⁹ in veritatē falſitatēq̄ diuidit̄. Et vera vna ē definite: ut poſſit



ex his certe aliquis ac ſciens dicere: q̄m affirmatio vera ſit: vel rurſus q̄m negatio: vel ſi id nullus dixerit: Certa p̄teriti n̄ tēporis vel p̄ſentis ſcōm ſui naturā rō certuſq̄ euētus eſt. in his vō in quib⁹ cōtingēs eſt ⁊ futurū. id eſt variabile ⁊ inſtabile: Totū quidē corp⁹ cōtradictiōis veritatem falſitatēq̄ partit̄: ſꝫ hec veritas atq̄ falſitas indiſcreta eſt: atq̄ volubilis. Nullus. n. pōt dicere: q̄m affirmatio vera ē. Nō eſt. n. neceſſe verā eē affirmationē: idcirco qđ negationē fieri poſſibile ē. Nec rurſus negationē: q̄m nō eſt impoſſibile affirmationē cōtingere. ⁊ poſtremo q̄m vtrūlibet ipſorū ꝯtingit: idcirco vna eorū vera eē definite: ⁊ certa naturaliter nō pōt: quib⁹ aūt id argumentationibus exequat̄: manifeſtū erit hoc modo.

**Nā ſi oīs affirmatio vel negatio vera: vel falſa ē: ⁊ oē neceſſe ē vel eſſe: vel nō eē. Quare ſi hic q̄dē dicat futurū aliq̄d: ille vero non dicat hoc idē ipſū manifeſtū ē: q̄m neceſſe ē verū dicere alterū ipſorū. ſi enī affirmatio vera vel falſa ē. Utraq̄ enim nō erūt ſil' in talibus.**

¶ Si q̄cq̄d in affirmatiōibus negatiōibuſq̄ ꝓponitur: verū vl' falſū ē definite. ſeq̄tur vt qđ ille negatiōes affirmatiōeſq̄ ſignificāt: aut euenire: aut nō euenire neceſſe ſit. hoc eſt enī qđ dicit. Nā ſi oīs affirmatio vl' negatio vera vl' falſa eſt definite. idcirco. n. addidit oīs. In his. n. q̄ ſunt futura vl' ꝯtīgētia: nō eē affirmatiōes ⁊ negatiōes veras vl' falſas definite ꝓbare ꝯtēdit. Nā ſi vn⁹ dicat aliq̄d futurū: ali⁹ neget vt vtraq̄ eueniāt: fieri nō pōt ꝗs. n. dixerit dicēte alio ſocrates cenaturus ē: alioq̄ ſocrates cenaturus nō ē: vtraſq̄ veras in vno eodēq̄ ꝯtingere: hoc igitur fieri nō pōt, vnus ḡ eorū verū dicitur⁹ ē: alius mētietur. ponatur. n. definite vna eorū vera eē: vl' falſa. ſi ḡ oīs affirmatio ⁊ negatio vera vl' falſa ē definite: ⁊ vtreq̄ negās affirmāſq̄ veri in ꝯtradictiōib⁹ eē nō p̄nt: neceſſe ē vnū verū dicere: alterū falſū: ⁊ vnū definite verū: alterū definite falſū. Ꝭ ſi ē in oīb⁹ affirmatiōibus atq̄ negatiōibus: ut vna definite falſa ſit. altera vera definite: quicq̄d vera dic̄ euēturū euenire: q̄cq̄d nō euēturū: nō euenire: neceſſe ē. Hē. n. qđ ait. Manifeſtū ē, q̄m neceſſe ē verū dicere alterū ipſorū. neq̄. n. pōt fieri: ut affirmatio negatioq̄ ꝯſentiāt i talib⁹. i. in ꝯdictiōis ꝓpōnib⁹. Neceſſe aūt ē euenire q̄cq̄ꝫ vere definite affirmatio loq̄t: ⁊ nō euenire qđ ꝓfert definite vera negatio qđ ſic ꝓbat.

**Nā ſi verū ē dicere: quoniā albuꝫ vel non albū: neceſſe ē eē albuꝫ vel nō albuꝫ. ⁊ ſi ē albū vl' n̄ albuꝫ verū ē affirmare vl' negare ⁊ ſi nō ē: mētit̄: ⁊ ſi mētit̄: nō ē. quare neceſſe ē aut affirmationē aut negationē veraꝫ eſſe vel falſam.**

¶ Qđ de futuro poſſit eē iudiciū: a p̄ſentib⁹ trahit exēplū ait. n. Hāc eē rerū ꝯſequētiā: vt rē ſubſiſtētē ꝓpōnis veritas ꝯſequat̄: ⁊ v̄itatē ꝓpōnis rei: de q̄ loq̄t̄ ꝓpoſitio: eſſentia cōmittet̄. Nā ſi hic lapis vl' qđlibet aliud albū ē: verū eſt de eo dicere q̄m albū ē: ⁊ Ꝭ ꝯuertit̄. Nā ſi verū eſt dicere de eo q̄m albū ē ſine dubio albū ē: ⁊ albū eē neceſſe ē: itaq̄ fit: vt res veritatē: ⁊ veritas rē: de q̄ ꝓponit̄: ſubſequatur Rurſus ſi lapis hic alb⁹ nō ē: verū ē de eo dicere: q̄m nō ē albus: ⁊ ſi de eo verum eſt dicere quoniam non eſt albus: ut ſit albus fieri nō pōt: cum vere dicat̄: q̄m nō eſt albus. Idē q̄ꝫ in mēdacijs valet. Nā ſi q̄d nō ē: cuꝫ hoc aliq̄s eſſe ꝓpoſuit: mētit̄. Et ſi ꝗs de alio mētiat̄: illud de q̄ ſit mendaciū: nō ē: vt ſi quā rē cuꝫ alba nō ſit: dicat aliq̄s eē albam mētit⁹ ē. quo circa neceſſe ē illud q̄ꝫ nō ē: de q̄ mētit⁹ ē, Ita igit̄ veritas quidē rei que ē: ⁊ res que ē: veritati: falſitas vero rei q̄ nō ē: ⁊ res q̄ nō ē: falſitati cōuertit̄. qđ ſi hoc ē in oīb⁹ reb⁹: ⁊ quicq̄d dr̄ cū veritate vl' falſitate: ad rē q̄ eſt vel nō eſt cōuertit̄: ſiue negatio ſit: ſiue affirmatio. ⁊ vnā verā ſemp: alterā falſaꝫ eē neceſſe ē. ſi vna definite vera ē, impoſſibile quidā ex hac poſitiōe cōtinget. eueniēt nāq̄ oīa q̄cūq̄ ſunt vl' fiūt ex neceſſitate fieri: ⁊ nihil a caſu: nihilq̄ eē poſſibile qđ ſit: ⁊ nō eē poſſibile. Nihil ē et in liberi arbitrij moderamine relinq̄t̄: ſꝫ totū erit ex neceſſitate: q̄cquid euenerit. Nā ſi verū ē definite de q̄libet re dicere q̄m erit: illā rē ſine dubio futurū eē neceſſe eſt: ⁊ ut nō fiat: nō pōt euenire. verū. n. eſt dicere de ea q̄m futura ē: nec veruꝫ de ea: q̄m futura ē: poterāt dici: niſi eā forte eē neceſſe. quare ſi i oī affirmatiōe ⁊ negatiōe: aut affirmatio: aut negatio in futurū definite: vera vl' falſa ē: neceſſe ē vel qđ ab affirmatiōe vera definite: vl' qđ a negatiōe dr̄: euenire. In falſitate q̄ꝫ ſilis cauſa ē. Nā qđ nō erit falſuꝫ ē dicere q̄m erit. Et qđ falſum ē dicere: q̄m erit: ex neceſſitate nō erit. Itē qđ erit: falſum ē dicere: q̄m nō erit. ⁊ qđ falſuꝫ ē dicere q̄m nō erit: neceſſario erit. Ut igit̄ veras ꝓpōnes neceſſarius ſeq̄t̄ euentus: vt fiat qđ dicit̄: ita ⁊ falſas ꝓpoſitiōes neceſſarius ſequit̄ euētus: ut nō fiat: qđ dicit̄ a falſa ꝓpoſitiōe. Quod ſi in futurū oīs affirmatio vel negatio definite ſemp diuidūt veritatē: ⁊ falſitatē: erit rerū que p̄dicat̄: neceſſari⁹ euentus ⁊ oīa ex neceſſitate cōtingent: vel nō cōtingent. Itaq̄ ⁊ caſus ⁊ poſſibilitas ⁊ liberū perit arbitriū. ſyllogiſm⁹ autē huiuſmodi eſt. ſi oīs affirmatio vera ē aut falſa definite: ⁊ eadē modo negatio: eueniet: ut oīa ineuitabili neceſſitatis ratiōe cōtingāt. qđ ſi hoc eſt: liberū perit arbitriū: ſꝫ hoc impoſſibile eſt. Nō igit̄ verū eſt oēm affirmationē vel negationē verā definite eē vel falſam: Oīa aūt ex neceſſitate cōtingere: ſi ille definite vere vel falſe ſunt: talis ſyllogiſm⁹ oſtēdit. oīs in futurū definita: veritas vel falſitas euētuꝫ rei vel futurū vl' nō futurū ex neceſſitate cōſtituit. ſꝫ oēs ꝓpoſitiōes future definite vere vl' falſe ſunt. In oīb⁹ ē igit̄ eueniēdi: vel nō eueniēdi neceſſitas: ꝑ qua cōcluſiōe illud Ariſtotelis intulit quod ait.

**Nihil igit̄ neq̄ ē: neq̄ fit: nec a caſu: nec vtrūlibet nec erit: nec nō erit: ſed ex neceſſitate. aut enī q̄ dicit: verus eſt: aut qui negat̄ oīa: ⁊ non vtrūlibet.**

¶ Caſus nāq̄. ⁊ id qđ ē vtrūlibet: extinguit̄ libera etiaꝫ volūtas adimit̄. ſi oīa q̄cūq̄ fiūt: ex neceſſitate futura ſūt ⁊ ꝓbat ſuperiorē cōcluſionē. que dicit: oīa ex neceſſitate cōtingere: ꝑ hoc qđ ait: aut enī qui dicit ver⁹ ē: aut qui negat ſi ergo veritas rerū neceſſitati cōuertit̄ eā: aut qui negat verus eſt: aut qui affirmat. omnia fieri ex neceſſitate neceſſe ē Nam ſi nō erūt ex neceſſitate: nō erunt vere definite: id qđ ipſe ſubiūxit.

**Similiter enī: vel fieret vel nō fieret: vtrūlibet enim nihil magis ſic vel non ſic ſe habet aut habebit.**

¶ Exponit enī que ſit cōtingētis natura: cū quid ſit vtrūlibet exponit. vtrūlibet eſt cuius indiſcret⁹ euentus eſt. i. quod equaliter eſſe vel non eſſe cōtingit. Hoc eſt enī quod ait: ſimiliter enim fieret vel nō fieret. Neq̄ enim directā viā neceſſariāq̄ habet vnā, vl' affirmationē vl' negationē ſꝫ nihil ſe magis ſic habet vel ſic nō habet. Et eſt vtrūlibet quod equalē curſum ⁊ ad euenire retinet: ⁊ ad nō euenire. Nihil enim ſe magis vel ſic habet vel ſic non habet. id eſt equaliter ſe habet ad eſſe: ⁊ non eſſe. Nihil enim magis ſe habet: ut fiat: q̄ꝫ ut non fiat.

**Amplius ſi ē albū nūc: verū erat dicere p̄us q̄m erit albū. quare ſemp verū fuit dicere qđlibet eorum que facta ſunt: quoniā eſt vel erit.**

¶ Validā ſibi ipſi vim argumētatiōis opponit: q̄ poſſit oſtēdere affirmatiōes negatiōeſq̄ veras vl' falſas eē definite. ⁊ ait ꝓuidēdū eē: ne forte neceſſe ſit ſuſpicari id qđ iā factū ē vere dici potuiſſe anteq̄ fieret: eē faciēdū: vt ſi ſocrates extrema nocte cenauit: verū fuit extrema matutina dicere: q̄m cenatur⁹ eſt. quo circa definite q̄q̄ verū fuiſſet: ſi de eo prediceretur. Omnia igitur ea que fient: definite poterant vere predici. Hoc eſt enim quod dicit. ſi eſt album nūc: verum erat dicere prius: quoniā erat album. Nam ſi qua res nunc alba eſt: verum erat ante dicere: quoniam erit alba. Quare definite quoq̄ fuit quodlibet eorū que facta ſunt

vere pꝛedicere. Hoc enim rei ipſius exitus compꝛobatur. Huic oppoſitioni per eadem ruſus occurrit. Non enim qui hec dicit: licet ei laqueum ſuperioꝛis argumentationis effugere. ruſus enim eadem illum cuncta circumueniunt. ⁊ eiſdem iterum vrgetur incōmodis.

Quod ſi ſemper verū fuit dicere quoniā eſt vel erit: non poteſt hoc non eſſe: vel non futurum eſſe. Qđ autē non poteſt nō fieri: impoſſibile eſt non fieri: et quod impoſſibile eſt non fieri: neceſſe eſt fieri. Omnia ergo que futura ſunt: neceſſe eſt fieri. Nihil igitur vtrūlibet: neqꝫ caſu erit. nā ſi caſu: nō ex neceſſitate.

¶ Mira ratione ſuperioꝛem argumentationē dicentis: ad idem reduxit incōmodum dicens: ſi verum eſt omnia quecunqꝫ facta ſunt: definite vere potuiſſe pꝛedici: quoniā veritatem ꝓpoſitionis rei neceſſitas ſequitur: quod vere definite pꝛedictum erat: non euenire nō poterat. ſed ſi nō euenire non poterat: ut nō eueniret: erat impoſſibile. Qđ autem nō fieri impoſſibile eſt: fieri neceſſe eſt. Euentus igitur eius ex neceſſitate conſequit. Nihil ergo vtrumlibet: neqꝫ a caſu erit. Nam ſi a caſu eſſe poterit non ex neceſſitate futurum eſt: quod ſi nō eſt ex neceſſitate futurum: non eſt impoſſibile nō fieri. Si nō eſt impoſſibile nō fieri: pōt nō fieri. ſi pōt nō fieri non poteſt definite vere pꝛedici: quod enim vere definite pꝛedicitur: ex neceſſitate futurū ē: quod autē caſu: ex neceſſitate non euenit.

At vero nec quoniā neutrū verum eſt: contingit dicere: vt quoniam neqꝫ erit: neqꝫ non erit. pꝛimū enim cum ſit affirmatio falſa: erit negatio non vera: ⁊ cū hec ſit falſa: contingit affirmationem eſſe non veram.

¶ Quatuoꝛ differentijs contingentium futuroꝛum diuerſitas conſtat. Aut enim id quod affirmatur ⁊ negatur in futurum: vtrumqꝫ erit verum: aut vtrūqꝫ falſum: aut vnum verum: falſum alterum definite: aut vnum verū falſum alterum indefinite. Non eſſe quidem ⁊ affirmationem ⁊ negationem verā in his ꝓpoſitionibus: que de rebus contingentibus in futurum pꝛoponunt: per hoc demonſtrauit ſuperius quod ait. Manifeſtum eſt quoniā neceſſe eſt verum dicere alterum ipſoꝛū: ſi omnis affirmatio vera vel falſa. Vtraqꝫ enim non erunt ſimul in talibus. Neqꝫ enim fieri poteſt: ut in contradictoꝛia pꝛopoſitionum oppoſitione veraſqꝫ: veras quiſqꝫ valeat inuenire. Nunc autem monſtrat: quoniam ne hoc quidem fieri poteſt: vt vtreqꝫ ſint falſe. ait enim. At vero: ne hoc quidem nobis contingit dicere: quoniam neutrum verū eſt idest vt affirmatio nec negatio: contingeret autē vtrāqꝫ eſſe falſam affirmationem ſcilicet ⁊ negationem: ſi nec qđ diceret affirmatio: futurum eſſet: nec quod non eſſe negatio diceret: non eſſet. Ita enim fieret: ut nec eſſet: quod affirmatio eſſe pꝛedicauit: nec non eſſet: quod negatio non eſſe pꝛopoſuit. Siquis ergo hoc ita dicat: pꝛimum inquit illud inconueniens: atqꝫ impoſſibile eſt: quod in contradictoꝛia pꝛopoſitione cum affirmatio falſa fit: non eſt vera negatio. ⁊ ruſus cum negatio falſa ſit: falſa quoqꝫ affirmatio fit. Hoc enim in ſolis contrarijs contingebat: non etiā in contradictoꝛia oppoſitione. In hac enim vnam ſemper veram eſſe neceſſe eſt: ſemper alteram falſam.

Ad hec ſi verum eſt dicere: quoniam albū eſt ⁊ magnum: opoꝛꝫ eſſe vtrumqꝫ. Si vero erit cras: opoꝛtet eſſe cras. Si autem neqꝫ erit neqꝫ non erit cras: non erit vtrumlibet: vt nauale bellum. Opoꝛtebit enim neqꝫ fieri nauale bellum: neqꝫ non fieri. Que ergo contingūt inconuenientia: hec ſunt: ⁊ huiuſmodi alia: ſi omnis affirmationis ⁊ negationis: vel in his que in vniuerſalibus dicuntur vniuerſaliter: vel in his que ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidem veram eſſe: illam vero falſam. Nihil autem vtrumlibet eſſe in his que fiunt: ſed omnia eſſe et fieri ex neceſſitate. Quare non opoꝛtebit neqꝫ conſiliari: neqꝫ negociari: quoniā ſi hoc facimus: erit hoc: ſi vero non hoc: non erit hoc. Nihil enim pꝛohibet in milleſimum annum hunc quidē dicere hoc futurum eſſe: illum vero non dicere. Quare ex neceſſitate erit: quodlibet eoꝛū verum erat dicere tunc. At vero nec hoc differt. Si aliqui dixerint contradictionem: vel non dixerint. Manifeſtū eſt enim: quoniā ſic ſe habēt res: ⁊ ſi non hic quidē affirmauerit: ille vero negauerit. Non enim pꝛopter negare: vel affirmare erit vel non erit: nec in milleſimum annum magis ꝙ in quantolibet tempoꝛe. Quare ſi in omni tempoꝛe ſic ſe habebat: vt vnum diceretur vere: neceſſe erat hoc fieri. ⁊ vnumquodqꝫ eoꝛū que fiunt: ſic ſemper ſe habebat: vt ex neceſſitate fieret. Quando enim vere dicit quis: quoniam erit: non poteſt non fieri: ⁊ quod factum eſt: verū erat dicere ſemper: quoniam erit.

¶ Addidit quoqꝫ aliud: quo magis id quod dicitur: videatur incōgruum. Omne enim quod pꝛedicitur in futurum: ſi vere pꝛedicitur: erit. Siquis enim dicat in pꝛeſenti tempoꝛe: hoc animal quodlibet albū eſt: vel magni coꝛpoꝛis: ⁊ hoc vere pꝛonunciet: albū ⁊ magnū illud animal eſſe neceſſe eſt. Ita etiam in futurū: ſiquis vere dicat: quoniā hoc animal cras album fiet: ⁊ coꝛpoꝛis vaſtioꝛis: neceſſe eſt cras vtraqꝫ contingere: ut ⁊ album fiat: ⁊ coꝛpoꝛis vaſtioꝛis. Sin vero falſo aliquid pꝛedicatur: neceſſe eſt non eſſe quod dicitur. ſi fit affirmatio: vt ſiquis affirmet falſo futurum nauale bellum: neceſſe eſt non fieri: quod ſ falſa affirmatione pꝛedicitur. At ſi fit falſa negatio: neceſſe eſt fieri: quod falſa negatio futurum non eſſe pꝛedixit. Sin vero vtraqꝫ falſa ſunt: nec erit ex neceſſitate quod dicitur: quia definite affirmatio falſa eſt: nec non erit quod dicitur ex neceſſitate: quia definite eſt falſa negatio. Unde fit: vt vtrumlibet quod eſt in rebus omnino perimatur: vtraqꝫ enim neceſſaria ſunt ⁊ ex neceſſitate contingunt: ⁊ eſt neceſſitas illa impoſſibilis. Nam ſiquis dicat cras futurum nauale bellum: aliuſqꝫ neget: ⁊ pꝛonunciet nō futurum: ſi vtraqꝫ ſint falſa: neceſſe quidē erit nō eſſe cras nauale bellum: quoniā affirmatio: que illud dicit futurum: falſa eſt. Ruſus neceſſe eſt nō eſſe cras nauale bellū: quoniam negatio: que dicit cras non futurum: ipſa quoqꝫ mentitur. Quare neceſſe erit ⁊ eſſe nauale bellum: ⁊ non eſſe: quod eſt impoſſibile: et pꝛeter communem cogitationis naturam. Non eſt igitur verum vtraſqꝫ ⁊ ſimul idest affirmationē negationemqꝫ mentiri. Que ergo inquit contingunt inconueniētia: hec ſunt ⁊ huiuſmodi: ſiquis dicat uel in his que vniuerſalia ſunt ⁊ vniuerſaliter pꝛedicantur: vel in his que ſingularia in pꝛopoſitionibus enunciātur: vnā neceſſario definite eſſe veram: definite alteram falſam: talia illum inquit inconuenientia conſequētur: ⁊ alia ſimilia. Hoc ſcilicet dicens: de ſuperioꝛibus argumentis: in quibus oſtendebat omnia ex neceſſitate cōtingere: ſiquis vnam veram definite: alteram diceret definite mendacem. Que nam vero afferat alia incōuenientia impoſſibiliaqꝫ concurrere his: qui vnam definite veram pꝛoponunt: hec ſunt. ſiquis enim pꝛoponat vnam eſſe veram: alteram falſam: tollit (vt ſupꝛadictum eſt) id quod eſt vtrumlibet in rebus: ⁊ omnia eſſe vel fieri ex neceſſitate conſtituit. Nihil caſu: nihil a pꝛopꝛia voluntate. vnde fit: vt neqꝫ negociari ſit vtile: nec inire actum: que omnia conſilij ratiōe tractantur. ipſum enim conſilium ſuperuacuū eſt: cū omnia quecunqꝫ futura ſint: neceſſe ſit euenire. quid enim vnuſquiſqꝫ dicat: ſi hoc faciam: illud mihi eueniet atqꝫ cōtingit ſi vero hec: illa res eueniet. et enim nihil ꝓhibet quemuis illum affirmare aliquid eſſe faciendum. alium vero negare cum omnia vi neceſſitatis eueniant. Nā ſi omnia que fiūt nunc: ante aliquis vere pꝛediceret: quis dubitat quin illa que facta ſunt: immutabili violētia neceſſitatis euenerint. Hoc enim quod ait: Quare ex neceſſitate erit quodlibꝫ eoꝛum verum erat dicere: ſed ne illud videatur incongruum: quod rerum euentū non ex ipſa rerum natura: ſed ex pꝛopoſitionū veritate ⁊ falſitate iudicamus. Hunc ſcrupulū ipſe diſſoluit dicens: At vero nec hoc differt: ſi aliqui dixerint contradictionē vel non dixerint. Ad tollendū enī pꝛiuendumqꝫ conſiliū: quod nihil omnino homines opoꝛteat conſiliari: parum valet aliquid ante pꝛedici. ſiue enim dicatur aliquid: ſiue non: quicquid vere pꝛedici potuiſſet: illud etiam ſiue pꝛedicatur: euenire neceſſe eſt. idcirco enim vere pꝛedicitur: quia vere pꝛedici poteſt: idcirco vere pꝛedici poteſt: quia imutabiliter futurum eſt: quare futurū eſt: ſi pꝛedicitur vere: nec tantū ſi pꝛedicitur: ſed etiam ſi pꝛedici vere poteſt. ſiue enim pꝛedicatur: ſiue non pꝛedicat quicquid vere pꝛedici poteſt: hoc ex neceſſitate futurum eſt. Manifeſtū eſt enim inquit quod ſi ſic habeat res: ſiue vnꝰ eam affirmet: alius neget: ſi euentura eſt: nihil illi negatio efficit: ſi euentura non eſt: nihil affirmatio pꝛodeſt. Non enim inquit pꝛopter negare ⁊ affirmare erit vel nō erit: nec hanc vim nature tempus mutabit. Eadē modo enim euenient ea que poſt milleſimū annum euentura credūtur: his que poſt quantūlibet tempus ex neceſſitate futura ſunt. vnde fit: vt ſi in omni tempoꝛe omnia ſic ſe habeāt: vt vnū definite vere dici poſſet: definite alterum falſe: omnia quecunqꝫ facta ſunt vel fient: imutabile rerum ratione contingāt. Hoc eſt enim quod ait: neceſſe eſſet fieri vnū quodqꝫ eoꝛum que fiunt. idest ſi ſic ſe haberet: ut ex neceſſitate fierent omnia. ⁊ hoc ſuperioꝛe argumentatione confirmat dicens: quando enim vere dicit quis: quoniā erit: non poteſt non fieri. euentus enim neceſſitas ſequitur veritatem ⁊ quod factū eſt verum erat dicere ſemper: quoniā erit: veritas nāqꝫ pꝛopoſitiōis ex rerū neceſſarijs venit euētibꝰ.

Quod ſi hac nō ſunt poſſibilia. Videmus enim eſſe pꝛincipium futuroꝛū ⁊ ab eo ꝙ conſiliamur: atqꝫ agimus aliquid. ⁊ quoniam eſt oꝛatio in his: que non ſemper actu ſunt: eē poſſibile ⁊ non eſſe ſimiliter: in quibus vtrumqꝫ contingit ⁊ eſſe ⁊ non eſſe: quare fieri ⁊ nō fieri ⁊ multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habentia vt quoniam hanc veſtem poſſibile eſt incidi: ⁊ non incidetur: ⁊ pꝛius exteretur. Similiter autem ⁊ non incidi poſſibile eſt. Non enim eſſet eam pꝛius exteri: niſi poſſibile eſſet non incidi. Quare ⁊ in alijs facturis: que ſcđm potentiam huiuſmodi dicuntur. Manifeſtū igitur eſt: quoniā non omnia ex neceſſitate vel ſunt: vel fiunt: ſed alia quidem vtrūlibet: ⁊ nō magis vel affirmatio: vel negatio vera ē. alia vero magis quidem: ⁊ in pluribus alterū. Sꝫ contingit fieri ⁊ alterū: alterū vero minime.

¶ Longum hyperbaton eſt: quod nos pꝛius exponimꝰ poſtea continuamus. Liquet enim aliquarum rerum nos eſſe pꝛincipium: ut actuum noſtroꝛum. Si enim quis aliquid conſilio facit: quicquid cōſiliatione peregerit: eius rei ipſe pꝛincipium eſt. A conſilia me enim incipit. quicquid conſilij ſolertia miniſtratur. Sunt enim quedam que actu non ſunt ſed pꝛeſtare: Que pꝛeſtas non fit ex neceſſitate. idest ut poſſit quidem fieri: Non tamen neceſſe ſit: ut hāc vel quālibet tunicam poſſibile eſt quidem ferro incidi: ſed non eſt neceſſe. Foꝛtaſſe enim vtendo vetuſtabitur: ⁊ ipſo quotidiano ſoluetur attritu. Ergo poteſt quidem incidi: ſed foꝛte non incidetur: ſed anteqꝫ poſſit incidi: exteretur. Ruſus poteſt fieri ut non diuidatur. Neqꝫ enim exteri eam poſſibile eſſet: niſi pꝛius eſſet poſſibile nō incidi: quare poſſunt quidem quedam fieri. Sed ſi ita contingit: foꝛtaſſe non fient. Sunt igitur quedam poſſibilia nō neceſſaria: ⁊ in alijs quoqꝫ que fiunt eadē ratio eſt. Omne enī quod fit a quolibet conſilio: ipſe qui conſiliatur: illius rei pꝛincipium eſt non neceſſitas. ⁊ quecunqꝫ ſunt poſſibilia mutabiliter euenient. Que enim ſcđm aliquā poſſibilitatem dicuntur: non eueniunt ſcđm neceſſitatem. vnde fit ut manifeſtum ſit: quoniam non omnia ex neceſſitate vel ſunt vel fiunt: ſed quedam ſunt que equali modo vel fiūt vel non fiunt. ⁊ hoc eſt vtrumlibet fieri. alia vero in pluribus quidem fiunt: in paucioꝛibus vero non fiūt: ⁊ equaliter quidem fiunt: vt egredientem domo amicum videre. fit enim hoc et fit equaliter. quedam vero frequentius fiunt. quā non fiunt: vt ſexagenarium caneſcere. frequentius fit ꝙ non fit. Et tñ ita hoc poteſt fieri: vt ⁊ non fieri impoſſibile non ſit. Hoc enim eſt quod ait. Alia vero magis quidem in pluribus alterum vt caneſcere in pluribus ſexagenarijs quā non caneſcere. Sed contingit fieri alterum ſcilicet vt non caneſcat: alterum vero minime ſcilicet vt caneſcat. Eſt autē hyperbaton hoc modo. Quod ſi hec impoſſibilia. videmus enim ꝙ ſumus aliquibus ipſi pꝛincipiū ⁊ quecunqꝫ poſſibilia ſunt: fieri poſſunt ⁊ non fieri. ſi igit poſſibile eſt vt ⁊ ſint: ⁊ non ſint. Manifeſtum eſt nō omnia ex neceſſitate cōtingere: ſed alia equaliter: alia vero euenire quidem in pluribus: in paucioꝛibus vero non euenire: ſed vt non eueniant neceſſe non eſt.

Igitur eſſe quod eſt: quando eſt: ⁊ non eſſe quod non eſt: quando non eſt: neceſſe eſt. Sꝫ non omne quod eſt: neceſſe eſt eſſe: nec quod non eſt neceſſe eſt non eſſe. Non enim idem eſt omne quod eſt: neceſſario eſſe: quando eſt ⁊ ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. Similiter autem ⁊ in eo quod non eſt. ⁊ in contradictione eadem ratio eſt. eſſe quidem vel non eſſe omne neceſſe eſt: ⁊ futurum eſſe: vel non: Nō tamen diuidentem dicere alterum neceſſariū. Dico autem: neceſſe eſt quidem eſſe futurū bellum nauale cras: uel non futurum eſſe. Sꝫ non futurum eſſe cras bellum nauale neceſſe eſt: vel non futurum eſſe. Futurum autē vel eſſe: vel non eſſe neceſſe eſt.

¶ Nunquid ſit neceſſariū tempoꝛale deſcribit. Ait enim Res omnis quādo eſt: eam ſine dubio neceſſe eſt eſſe. Nō enim fieri poteſt: ut cum eſt: nō ſit: ⁊ ruſus res que nō eſt quādo non eſt: eam non eſſe neceſſe eſt. neqꝫ enim fieri poteſt: ut quādo non eſt: ſit: ſed ſi quando eſt: eam eſſe neceſſe eſt. Non idcirco ſimpliciter ⁊ ſine tempoꝛis pꝛeſentis deſcriptione ex neceſſitate eſt: quando enim ſedeo: non poteſt fieri ut nō ſedeam: ⁊ neceſſe eſt mihi tunc ſedere cum ſedeo: ſꝫ ipſū ſedere mihi nō ex neceſſitate ineſt. poſſū enī ſurgere. Ruſus cum nō ſedeo: tunc mihi neceſſe eſt non ſedere. Sed ipſum nō ſedere: mihi ex neceſſitate: nō ineſt. poſſum enim ſedere: ergo quod eſt: quando eſt: ex neceſſitate eſt: ⁊ quod nō eſt: tunc cū nō eſt: fieri ut ſit nō poteſt. Non tamen omnia quecūqꝫ ſunt aut nō ſunt: aut ex neceſſitate ſunt pꝛeter tempoꝛis pꝛeſentis nūcupationē: aut ex neceſſitate non ſunt nulla mentione pꝛeſentis tempoꝛis facta. Quare inquit non eſt idem tempoꝛaliter neceſſarium eſſe:

ut eſt mihi cum ſedeo: ⁊ ſimpliciter ex neceſſitate eſſe: ut homini mortalitas: nec idem eſt: cum non eſt neceſſario non eſſe: ut mihi cum nõ ſedeo: non ineſt ſedere: ⁊ quod ſimpliciter ex neceſſitate non habeo: ut tres oculos vel immortalitatem: atqꝫ hoc eſt quod ait; ſimpliciter autẽ ⁊ in eo quod non eſt: hoc autem cum dixerit: ſequitur ⁊ in contradictione eadem ratio eſt: eſſe quidem vel non eſſe omne neceſſe eſt: ⁊ futurum eſſe: vel non. Similis eſt inquit ratio in cõtradictionibus cõtingentibus: ⁊ in his: que cum ſunt ſcḋm tempus neceſſaria ſunt; ſimpliciter autem neceſſaria non ſunt. Nam in futuris ⁊ incõtingentibus contradictionibus totam quidem contradictionẽ neceſſe eſt vnam verã habere partem: alteram falſam: ut ſi quis affirmet cras bellum nauale futurum, id ergo non eſt neceſſe: ⁊ rurſus ſi qs neget non futurũ: eſt quidem aut eſſe: aut non eſt neceſſe: ſed non eſt neceſſe eſſe: nec rurſus neceſſe eſt non eſſe. Sed tantũ aut eſſe aut non eſſe, idcirco tota quidem cõtradictio vnaꝫ habebit partem veram: alteram falſam: ſed non erit ipſorum vna diffinite vera: falſa altera diffinite. In preteritis enim ſic dicimus Romulus Romam condidit. Romulus romam non condidit: vna quidem vera eſt: altera falſa: ſed in his diffinite vera eſt affirmatio: diffinite falſa negatio. Nam quia quod factũ eſt: fieri ut factum non ſit: non poteſt ideo diffinite in preterito contradictio vera vel falſa eſt, In futuris vero ꝓpoſitionibus non idem eſt in his ſcilicet que contingentia ſignificant: ut ſi dicam philoxenus cenaturus ẽ philoxen⁹ cenaturus nõ eſt. In tota quidem contradictione vna vera eſt: altera falſa: ſed null⁹ poteſt diuidere: ut dicat aut affirmationẽ conſtitute ⁊ diffinite veram eſſe: aut negationem. Ante enim quã cenet: indefinitum eſt ⁊ variabile an cenet. Poſtqꝫ vero cenauerit preteritum diffinitur: igitur aut eſſe aut non eſſe aliquid in futuris contradictionibus neceſſe eſt. Et autem vnuꝫ fiat: ⁊ vnum non fiat: non eſt neceſſe: in quo igit̃ ſimilitudo eſt contingentis contradictionis ⁊ tẽporalis: neqꝫ ſimplicis neceſſitatis eſt in eo ſcilicet quia ſicut neceſſe eſt eſſe quod eſt quando eſt. Non tamen ſimpliciter neceſſe eſt eſſe quod eſt quãdo eſt preter temporis adiectionem: ita in cõtradictione contingenti affirmationem quidem vel negationem veram eſſe neceſſe eſt: non tamen vel affirmationẽ ſimpliciter ac diffinite veram vel negationem: ſed vtramlibet ⁊ quã certe veritatis conſtituerit euentus.

Quare quoniã ſimiliter orationes vere ſũt quemadmodum ⁊ res: manifeſtum eſt: quoniam quecũqꝫ ſic ſe habẽt: vt vtrumlibet ſint ⁊ contraria ipſoruꝫ cõtingãt: neceſſe eſt ſimiliter ſe habere ⁊ contradictionẽ quod contingit in his: que non ſemper ſunt: ⁊ non ſemper nõ ſunt. Horum enim neceſſe eſt alteram partẽ contradictionis veram eſſe vel falſam. Non tamen hoc vel illud: ſed vtrumlibet: ⁊ magis quidem alteram veram: nõ tamen iam verã vel falſam. Quare manifeſtum eſt: quoniam non eſt neceſſe omnis affirmationis: ⁊ negationis oppoſitarum hanc quidem veram: illam vero falſam eſſe. Neqꝫ enim quẽadmodum in his: que ſunt: ſic ſe habet etiam in his que non ſunt: poſſibilibus tamen eſſe vel nõ eſſe. Sed quemadmodum dictum eſt.

¶ Habent inquit quandam cognationem res: ⁊ illa que res ipſas propria ſignificatione deſignant. Quare ⁊ oratio que deſignat atqꝫ ſignificat rem: ſic ſe habebit: quemadmodum res ipſa. Ergo ſi res non fuerit: falſa oratio eſt: ſi res fuerit: vera oratio eſt: ⁊ ſi vera vel falſa oratio eſt: erit quod dicitur vel non erit: ut ſibi res ⁊ oratio conuertãtur Ergo ſi res conſtituta non eſt: nec diffinita neceſſitate proueniens: nec illa oratio que rem ipſam deſignat: diffinite eſt veritatis. Ergo in quibus rebus poſſibile eſt non modo eſſe: ſed etiam non eſſe cõtingere: in his affirmatio ⁊ negatio vtrumlibet ſeſe habet. ⁊ quemadmodum rem ipſam ⁊ eſſe ⁊ non eſſe contingit: ita quoqꝫ ⁊ contradictionem et veram ⁊ falſam eſſe indefinite prouenit. Hoc autẽ in quibus fiat: ipſe declarat: ait enĩ. In his que non ſemper ſunt ⁊ non ſemper non ſunt. ſola enim ſunt que ⁊ eſſe ⁊ nõ eſſe contingunt: que non ſemper ſunt: ⁊ non ſemper non ſunt ſi enim ſemper eſſent: ſtatus eorum mutari non poſſet: atqꝫ ideo ex neceſſitate eſſent: ſi autem ſemper non eſſent: eas non eſſe neceſſe eſſet. Et enim ſicut ipſa natura rerum euentus eſt varia: ita quoqꝫ altera pars contradictionis habet variabilẽ veritatẽ: ⁊ ſemper quidẽ vera vel falſa eſt: non tamen vna diffinite: ut hoc verum ſit determinare: aut illud ſed vtrumlibet. Et ſicut ſtatus ipſe rerum mutabilis eſt: ita quoqꝫ veritas aut falſitas propoſitionuꝫ dubitabilis ſit ⁊ eueniat quidem: vt in aliquibus frequentius vna ſit vera: non tamen ſemper: ⁊ ut vna rarius vera: non tamẽ eam falſaꝫ eſſe neceſſe ſit: quod per hoc demonſtrauit: quod dixit: ⁊ magis quidem veram alteram: non nũ iam veraꝫ vel falſaꝫ. Concludit igitur totã de futuris contingẽtib⁹ propoſitionibus queſtionem. ⁊ ait: Manifeſtum eſſe: nõ neceſſe eſſe omnes affirmationes ⁊ negationes diffinite veras eſſe: ſed deeſt diffinite: atqꝫ ideo ſubaudiendũ eſt. Illarum enim que contingentes ⁊ future ſunt: nunqꝫ diffinite vna vera ẽ: altera falſa. Neqꝫ enĩ inquit quẽadmodũ in his que ſunt ſic ſe hꝫ in his q̄ nõ ſũt. poſſibilib⁹ tñ eſſe: aut nõ eſſe. Sed quẽadmodũ dictũ eſt illa. ⁊ enĩ que ſunt preſentis temporis: ſicut ipſorum eſſe diffinitum eſt: ita quoqꝫ de his diffinita eſt propoſitionuꝫ veritas falſitaſqꝫ Illa vero que non ſunt quidem: poteſt tamen eſſe: ⁊ non eſſe: ⁊ ita futura ſunt: vt non ex neceſſitate proueniãt: ſed poſſunt ita eſſe: vt etiã poſſint nõ eſſe: in his hoc modo ſe habebit contradictio quemadmodum dictum eſt. Dictum autem eſt: quoniam eſſe quidem vel non eſſe omne neceſſe eſt: ⁊ futurum eſſe vel non neceſſe eſt. Non tamen iam diuiſe ac diffinite alterum eorum eſſe neceſſe eſt: erant autẽ quattuor diuerſitates: vt aut vtreqꝫ vere eſſent: quod ſuſtulit per hoc quod ait. vtreqꝫ enim non erunt ſimul in talibus. Aut vtreqꝫ falſe eſſent: quod per hoc euertit. quod ait: At vero nec quoniam neutrum verum eſt: cõtingit dicere: aut vt vna vera diffinite: altera falſa definite eſſet. qḋ illa argumentatione deſtruxit: per quam omnia ex neceſſitate docuit euenire: ſi hoc admitteretur: quod ſi res ille minime ſunt: conſtat vnam quidem veram eſſe: aliam vero in contradictione mendacem: ſed ſicut res ipſe mutabiliter ⁊ indefinite future ſunt: ita quoqꝫ enunciationes variabili nec diffinita veritate ⁊ falſitate proferuntur.

Quoniã autem eſt affirmatio dicit̃ aliquo ſignificans aliquid. Hoc autem eſt vel nomẽ vel innominatum. Vnum autẽ oportet eſſe ⁊ de vno id: quod eſt in affirmatione. Nomen autem dictum eſt: et innominatum prius. Non homo enim nomen quidem non dico ſed nomen infinitum. Vnum enim ſignificat quodãmodo infinitum nomen. Quẽadmodum ⁊ non currit nõ verbum dico: ſed infinitum verbum. Erit omnis affirmatio ⁊ negatio vel ex nomine ⁊ verbo: vel ex infinito nomine ⁊ verbo. Preter verbũ autem nulla affirmatio vel negatio eſt. Eſt enĩ: vel erit: vel fuit: vel fit: vel q̄cũqꝫ alia huiuſmodi verba ex his ſũt: que ſũt poſita. Cõſignificãt enĩ tẽpus.

¶ Poſtqꝫ de preteriti ac preſentis: futuri etiam tẽporis veritate ⁊ falſitate diſſeruit: nunc in ſimplicis ⁊ predicatiue ꝓpoſitionis informat dicens: quoniã ſimplex affirmatio



vnam rem de vna ſignificatione, ideſt de vno ſubiecto vnum predicat. ſubiectũ autem illud: aut nomẽ eſt: aut qḋ apud veteres quidẽ fuit innominatũ: ab ariſtotele vero infinitum nomen inuocatũ eſt: prius enim dictum eſt: quod homo nomen eſſet: nõ homo vero innominatum quidem apud antiquos: ſed nunc infinitum nomẽ. quoniã igitur manifeſtũ eſt vnum de vno predicare ſimplicem propoſitionẽ: omnis erit ꝓpoſitio ſimplex: aut ex nomine ⁊ verbo aut ex infinito nomine ⁊ verbo: quod autẽ dixit. Nõ homo enim nomen nõ dico quidẽ: ſed infinitũ nomen huiuſmodi eſt. Nomen inquit omnia quidẽ diffinita ſignificat. non homo vero quãuis vnum quodlibet eorum deſignare poſſit: que homines nõ ſunt: tamen quid deſignet: infinitum eſt ⁊ dubium. Nam cũ multa ſint: que homines non ſint: ⁊ vnum quodlibet eorum ſignificare poſſit: quid ſignificet: ignoratur. ſicut enim nõ currit non eſt verbũ ſimpliciter: ſed infinitũ verbum: ita nomina cũ negatione nõ ſunt nomina: ſed infinita nomina. Erunt igitur in propoſitionibus ſubiecta aut nomina: aut infinita nomina. preter autem verbũ nulla eſt affirmatio vel negatio. planiſſime docuit que pars orationis in ſimplici ꝓpoſitione obtineat principatũ. Nam ſi preter verbũ fieri ſimplex propoſitio non poteſt: cõſtat omnẽ fieri ſimplicis propoſitionis verba complecti. Omnis autẽ propoſitio aut eſſe aut fuiſſe: aut futurũ eſſe: aut huiuſmodi aliquibus habebit. Nã qui dicit currit: currens eſt dicit. Et qui dicit cucurrit: currens fuit proponit: ⁊ qui curret: currẽs erit. ſi ergo omnis propoſitio aut eſſe aut fuiſſe: aut futurum eſſe: aut aliquid huiuſmodi: ut ſit enunciatio: retinebit: manifeſtum eſt: qḋ preter verbum eſſe non poſſit. Nec enim idem fuit: vel eſt aut futurum eſt: verba ſunt: ut ex his cognoſci poſſit: que ſunt ſuperius poſita atqꝫ cõfeſſa: cũ diceremus verba eſſe que conſignificarent tempus. Et enim eſt ⁊ fuit: ⁊ cetera ſignificationem temporis ſecum trahunt.

Quare prima eſt affirmatio ⁊ negatio: eſt homo: non eſt homo: deinde eſt nõ homo: non eſt nõ homo: rurſus eſt omnis homo: nõ eſt omnis homo: eſt omnis non homo: non eſt omnis non homo. Et in extrinſecus temporibus eadem ratio eſt.

¶ Simplicium exempla propoſitionuꝫ appoſuit. ſimplices autẽ ſupradiximus eſſe ꝓpoſitiones: que duobus terminis iungerentur. Quare quoniã omne diffinitũ prius eſt infinito: ⁊ non homo non eſt nomen: ſed infinitum nomen: homo vero finitum: Recte priores eas ꝓpoſitiones que ex diffinito ſunt nomine: in eorum pronũciauit exemplis: ait enim: quare affirmatio prima eſt ⁊ negatio ẽ homo: non eſt homo. Deinde infiniti nominis affirmationes ⁊ negationes ſubiunxit dicens: eſt non homo: nõ eſt non homo. Et poſt hec vniuerſalitate iungens eaſdẽ rurſus iterat ꝓpoſitiones. Et prius illas proponit: que ex finito nomine ſunt. Secũdo vero loco eas: que infinito nomine proponit. vnde fit: ut illud intelligere neceſſe ſit: illas quantitates: que vniuerſale ⁊ particulare determinat in terminis nõ haberi. Naꝫ cũ duorum terminorũ propoſitio ſola ſimplex ſit: inter ſimplices huiuſmodi numerat ꝓpoſitionem: que dicit: eſt omnis homo: cum tres ſint partes orationis: quare determinationes non numerantur in terminis. Eodem modo dicit: eãdẽqꝫ ratione in extrinſecus temporibus ſimplices fieri propoſitiões: ut eſt: fuit homo: non fuit homo: fuit non homo: non fuit non homo Et in aliis quidem temporibus idem modũ eſt. extrinſecus vero tẽpora vocat: que ſunt preter preſens. ideſt preteritum ⁊ futuruꝫ: ſed hic de his ſolis propoſitionibus locutus eſt: que vnum ſubiectum habent: alterum predicatum. Nũc de his loquitur: que vnuꝫ habent ſubiectum: duo predicata. An vero he quoqꝫ ſimplices ſint: in ſecũde editionis expoſitione dicendum eſt. Nunc vero preter demonſtrationem eſſe ſimplices intelligamus.

Quando autẽ eſt tertiũ adiacẽs predicatur dupliciter dicũtur oppoſitiones. Dico autẽ: vt ẽ iuſtus homo. eſt tertiũ dico adiacere nomen vel verbũ in affirmatiõe. Quare quattuor erũt iſte: quarũ due quidẽ ad affirmationẽ ⁊ negationẽ ſe habebũt ſcḋm cõſequentiã: vt priuationes: due vero minime. Dico autem q̄m eſt aut iuſto adiacebit: aut nõ iuſto. Quare etiã negatio. Quattuor ergo erũt. Intelligimus vero qḋ dicit̃: ex his: que ſubſcripta ſunt. eſt iuſtus homo. Huius negatio eſt. Non eſt iuſtus homo. eſt nõ iuſtus homo. Huius negatio eſt. Nõ eſt nõ iuſtus homo. eſt enĩ hoc loco: ⁊ nõ eſt iuſto: ⁊ nõ iuſto adiacet. Hac igitur: quẽadmodũ in reſolutoriis dictũ eſt. Sic ſunt diſpoſita. Similiter autẽ ſe habẽt: ⁊ ſi vniuerſalis nõis ſit affirmatio: vt oĩs eſt homo iuſtus. Negatio. Non oĩs eſt homo iuſtus. omnis eſt homo nõ iuſtus. Non oĩs eſt homo nõ iuſtus. Sꝫ nõ ſimilr angulares cõtingit veras eſſe. Cõtingit autẽ aliquãdo.

¶ Vnum ſubiectũ: ⁊ duo predicata: quẽadmodũ poſſunt eſſe in ꝓpoſitione: cõmemorat. Si enĩ hoc modo ſit: ut dicamus eſt iuſtus hõ: eſt: ⁊ iuſtus predicatur. homo vero ſubiectus eſt. Nũc enim nõ illud aſpiciamus: quid prius quid poſterius dictũ eſt. Sed q̄m vniuerſalius eſt iuſtũ eſſe qꝫ hominẽ. poteſt enim iuſtus eẽ ⁊ qui homo non eſt: ut deus: ⁊ rurſus poteſt eſſe ſimpliciter ⁊ qui homo nõ eſt. idcirco eſt atqꝫ iuſtus: quãqꝫ primo dicãtur in eo quod eſt eſt iuſtus homo: tamẽ q̄m vniuerſaliora ſunt: de his nõ homo: ſed hec de hoĩe predicãtur: ⁊ his homo ſubiectus eſt Ex his igitur duplicẽ fieri oppoſitionẽ. dicit: ⁊ quattuor ꝓpoſitiones: quarũ ſubter exẽpla ſubiecit addens. Dico autẽ: q̄m eſt aut iuſto adiacebit: aut nõ iuſto. Siquis enĩ ſic dicat faciẽs duas affirmationes: eſt iuſtus hõ: eſt nõ iuſtus homo. Hę cũ due affirmatiões ſint: duas habebunt negatiões. Nã ſi verbũ eſt in hac ꝓpoſitiõe que dicit: eſt iuſto hõ: ad iuſtũ poſuimus. Et in hac rurſus ꝓpoſitione que dicit: eſt nõ iuſtus hõ. Rurſus ad non iuſtũ idem eſt verbũ iunximus: q̄m negationes oppoſitionẽ efficit cum eſt verbo iuncta negatio. i. non: manifeſtũ eſt: q̄m id quod dicitur nõ eſt: ad iuſtum rurſus ⁊ ad non iuſtum adiungendũ eſt: ut negationes fiant huiuſmodi: non eſt iuſtus homo: non eſt nõ iuſtus homo. Recte igitur dixit. Quare ſi eſt iuſto ⁊ non iuſto adiacebit: etiã negatio iuſto ⁊ non iuſto adiacebit. Sunt autẽ ꝓpoſitiones quas dicit: quattuor he: eſt iuſtus homo: in hac affirmatione ad iuſtũ verbum eſt adiũximus: huius eſt negatio: non eſt iuſtus homo. In hac quoqꝫ negatione que dicit nõ eſt: ad iuſtũ rurſus adiũximus. Iterũ eſt non iuſtus homo. In hac eſt ad nõ iuſtũ iungitur negatio: nõ eſt non iuſtus homo: etiam in hac quoqꝫ negatione que dicit nõ eſt: ad non iuſtũ ponitur. quod vero ait: Dico autẽ vt eſt iuſtus homo. Eſt tertium adiacere nomen vel verbũ in affirmatione huiuſmodi eſt. Tertiũ inquit dico. i. adiacere verbũ eſt. Hõ. n. ⁊ iuſtus duo ſunt: qbus dicitur vbũ eſt. Idcirco autẽ dixit nomẽ vel verbũ: quia ſupius quoqꝫ docuit ipſa verba nomina eẽ: eo. ſ. loco vbi ait. ipſa quidẽ verba ſcḋm ſe dicta nomina ſunt. Quod autem ſequitur cõtinet difficilimũ ſenſum: queꝫ ipſe ſolita breuitate perſtrinxit. In medio nãqꝫ totius ſenſus addidit. Quare idcirco quattuor iſte erunt quarũ due ad affirmationẽ et negationẽ ſeſe habebũt ſecũdũ conſequentiã: ut priuationes: due vo minime. Huius ſententie multiplex expoſitio ab Alexandro: et porphirio. Aſpaſio quoqꝫ: et hermino proditur: in quibus quid excellentiſſimus expoſitorũ porphirius dixerit: alias di

cernus. quoniā vō ſimpliciorū explanatio alexandri ēē videretur: eā nunc pro breuitate ſubiecimus. priuatorie propoſitiones ſunt: quecūq; predicāt priuationē. Priuatio autē eſt: vt ſi quis dicat iniuſtus. priuat enī cum iuſticia Ergo affirmatio priuatoria eſt: que dicit. homo eſt iniuſtus. Negatio rurſus priuatoria eſt. nō eſt homo iiuſtus Sed neq; illa in ſignificatiōe plena affirmatio eſt (aliqd enī tollit) Sed priuatoria affirmatio: quoniā formā quidem affirmatiōis tenet: ſed priuationē ꝑdicat: et aliquid ab eo (in priuationē copulat) abiūgit: vt in propoſitiōe eſt iniuſtus homo. ab homine iuſticiā. Nec hec rurſus pura negatio eſt. Iungās enī priuationē. vt in ea que eſt: nō eſt homo iniuſtus: habitū retinet. i. iuſticiā. Sed quoniā quod affirmatio predicabat: hoc auſert negatio: licet habeat talis negatio quaſi reponēdi habitus ſignificationem tamē quia ipſam priuationē ſubtrahit: priuatoria negatio noīatur. Ergo nūc hoc dicit. Cum ſint inquit quatuor propoſitiōes: quarum due ex finitis noibus ſunt: vt eſt iuſtus homo: nō eſt iuſtus homo. due ex infinitis nominibus: vt eſt nō iuſtus homo: nō eſt nō iuſtus homo. Due inquit he: quarū vna affirmatio eſt habēs infinitū nomē: vt eſt nō iuſtus homo: et vna negatio habens rurſus infinitū nomē: vt eſt: nō eſt nō iuſtus homo: ſic ſe habens ad affirmationē et negationē. id eſt eadē formā retinent affirmationis et negationis. Et ſimiles ſunt ad affirmandū aliquid vel negandū: his que ſunt priuatorie. Nam quemadmodū priuatoria que dicit. eſt iuſtus homo. nō ſolum affirmatio eſt: ſed priuatoria affirmatio: ita quoq; ea que dicit: eſt nō iuſtus homo: nō ſolum eſt affirmatio. Sed cum infinito nomine: ⁊ cū aliqua priuatione affirmatio. Idem enim valet ad intelligentiam quod dicitur iniuſtus: tāq; ſi dicatur nō iuſtus. Et rurſus quēadmodum nō eſt iniuſtus homo: nō eſt ſolum negatio: Sed priuatoria negatio: quoniā quāq; det habitum: tamē priuationē negat: ita quoq; ⁊ ea que eſt ex infinito nomine nō eſt non iuſtus homo: nō ſolum eſt negatio: ſed ex infinito facta nomine infinitum negans. Quia igitur infinitum negat: ⁊ ſubiectū infinito negando priuat: priuatorie ſimilis eſt. Nam ſi idem valet iniuſtum eſſe: quod nō iuſtum: idem valebit non eſſe iniuſtum: quod nō eſſe non iuſtum. Igitur he due que infinitū nomen habent: quātum ad ſpeciem formamq; affirmationis ⁊ negationis ſimiliter ſe habent his: que ſunt priuatorie affirmatiōes ⁊ negationes. Due vero ille: que ſimplex definitumq; predicant nomen: ab omni ſimilitudine priuationū ſecluſe ſunt. Nihil enim ſimilis eſt illa que dicit: eſt iuſtus homo: cum vtreq; ſint affirmationes: ſed illa eſt ſimplex: illa priuatoria. At vero ea que dicit: non eſt iuſtus homo: ad eam que dicit: non eſt iniuſtus homo: nulla ratione ſimilitudine coniungitur: cum ſint vtreq; negationes: ſed illa eſt ſimplex: illa priuatoria: quare due: que ex infinito nomīe ſunt: ſimiliter ſeſe habent: quemadmodū priuationes: ſimilis nāq; affirmatio eſt ea que dicit: eſt non iuſtus homo ei que dicit: eſt iniuſtus homo. Et rurſus ea que dicit nō eſt non iuſtus homo: ſi que dicit: non eſt iniuſtus homo priuationes vero ſimplicibus propoſitionibus: et his que ex finitis nominibus ſiunt: non coniungūtur. Neq; enim quiſquā dixerit eam: que dicit: eſt iuſtus homo. eſſe comparē ſi que dicit: eſt iniuſtus homo. nec vero eam que dicit: non eſt iuſtus homo. poſſe aliquid comparari cum ea que dicit non eſt iniuſtus homo. Recte ergo dictum eſt de his quatuor propoſitionibus: duas ad affirmationē et negationem ita ſe habere: vt ſunt priuationes. Duas vero ſimplices et preter aliquam priuationū ſimilitudinem. Quod autē ait ad conſequentiā tamq; ſi dixiſſet ad ſimilitudinē: ita debet intelligi. Que enim ſibi ſunt ſimilia: a ſe quodammodo nō recedunt: et ſeinuicē cōſequūtur. Deſcribātur ergo due priꝰ ſimplices propoſitiōes: poſt has due priuatorie. poſtreme que infinitis noibꝰ cōſtāt vt affirmatiōes ſub affirmatiōibꝰ: negatiōes ſub negatiōibꝰ cōſtituant.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Affir. | Eſt iuſtus hō. | Nō eſt iuſtus hō. | Neg. |
| Affir. | Eſt iniuſtꝰ hō. | Nō ē iniuſtus hō. | Neg. |
| Affir. | Eſt ñ iuſtꝰ hō. | Nō ē nō iuſtꝰ hō. | Neg. |

Sed he inquit ita ſunt diſpoſite ad eandemq; ad ſe ſimilitudinē gerunt: quemadmodū in analyticis id eſt reſolutoriis dictū eſt. Scripſit autē duos reſolutorios libros de ſyllogiſmis. In quorū primo de propoſitionū ex finito nomine ⁊ infinito conſequētia diſſeruit. Eſt vero ſimilitudo affirmatiue quidem ſimplicis ⁊ finito nomine: ⁊ negatiue eius que habet infinitum nomen. Nāq; ei que dicit: eſt iuſtus homo: affirmatio: ei que dicit: non eſt non iuſtus homo: negationi ſimilis eſt. Negatio quoq; ſimplex finiti nominis. Affirmatiōi infiniti nominis cōuenerit. Ea enim que dicit: non eſt iuſtus homo: ſimilis eſt ei que dicit: eſt non iuſtus homo. Sed quemadmodum iſte ſibi ſint ſimiles: ⁊ quomō in conſequētia propriū teneant ordinem: nūc quidem exequi diſtulimus paulliſper: tamen deſcribātur: ut ex earū quedam proprietas oſtēdatur. Sit enim affirmatio finiti nominis: ⁊ ſub ea negatio nomīs infiniti: ſit item negatio finiti nominis: ⁊ ſub ea affirmatio nominis infiniti.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Affir. | Eſt iuſtꝰ homo. | Nō eſt iuſtꝰ hō. | Neg. |
| | angulares | angulares | |
| Neg. | Nō ē ñ iuſtꝰ hō. | Eſt nō iuſtꝰ hō. | Affir. |

In hac igitur deſcriptione negatio ex infinito nomine ſub affirmatiōe finiti nominis ponitur: ⁊ rurſus affirmatio infiniti nominis ſub negatione finiti quarū angulares quoniā ſunt indefinite in omnibus ſimul nominibꝰ vere eſſe poſſunt: niſi in his tantū que aut naturaliter inſunt: aut naturaliter ineſſe nō poſſunt: ut ſi quis dicat. eſt homo animal: nunq; cū hac vera eſſe poteſt: que dicit ē homo nō animal que eſt angularis. Idcirco quoniā animal naturaliter in ſubſtantia homis ꝑſpicitur inherere. Rurſus ſi quis dicat: eſt homo lapis: eſt homo nō lapis: ne he quidē ſimul vere eſſe poſſunt. Idcirco ꝙ lapidē ineſſe homini naturaliter impoſſibile eſt. Quod ſi huiuſmōi ſunt que nō inſint naturaliter. ſed ineſſe poſſint: vt in his que ſupra propoſuimus exēplis: angulares vere ſunt ſemꝑ. Poteſt enī vera eſſe et ea que dicit: eſt iuſtus homo. et ea que dicit: eſt nō iuſtus homo. Rurſus poteſt vera eſſe ea que dicit: nō eſt iuſtus homo. ſi hoc de ſylla dicatur. et ea que dicit nō eſt nō iuſtus homo: ſi hoc de catone ꝑdicetur In his igitur que ſunt indefinite: ſi ea que ꝑdicantur: naturaliter nō inſunt: et ea ineſſe poſſibile eſt: ſemꝑ angulari ſimul veras eſſe cōtingit. Quod ſi huiuſmodi propoſitiones cū definitione ponamus: ita dicendū eſt. eſt omnis homo iuſtus. huius negatio: nō eſt omnis homo iuſtus. Rurſus eſt omnis homo nō iuſtus. huius negatio: non eſt oīs homo nō iuſtus: que diſponātur hoc modo. ut negatio ſub affirmatiōe ſit: ⁊ ſub negatione affirmatio.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Affir. | eſt oīs hō iuſtꝰ | nō ē oīs hō ñ iuſtꝰ | Neg. |
| | nō ſimul | vere | |
| | ſimul | vere | |
| Neg. | nō ē oīs hō iuſtꝰ | eſt oīs hō ñ iuſtꝰ | Affir. |

In his ergo quandā diſſimilitudinē monſtrat. Nam in indefinitis ſi ea que ꝑdicantur: naturaliter nō ineſſent eſſe tamē in ſubiectis poſſent: ſemꝑ angulares ſimul veras eſſe ſine dubio cōtingebat. Nam ⁊ affirmatiōes affirmationibus: et negatiōes negatiōibus conueniebāt In his autē que cū definitiōe quātitatis dicūtur: nō idem modus eſt. Affirmationes enī affirmatiōibus nulla ratione iunguntur. Nam ſi vera ſit ea que dicit: eſt omnis homo iuſtꝰ nunq; vera eſſe poteſt ea que dicit eſt omnis homo non iuſtus. que eſt angularis. ⁊ hoc diſcrepare nullo reperietur exemplo. Negationes autē particulares: que ſunt ſibi angulares ſimul veras eſſe cōtingit. Poteſt. n. verū eē in his que naturaliter nō ſunt: ⁊ poſſibilia ſunt ineſſe: ut negatio particularis negationi particulari eiq; angulari cōueniat: ut ei que eſt. nō eſt omnis homo iuſtꝰ: ei que eſt angularis conueniat. non eſt oīs homo non iuſtus: ſed hoc diſſimiliter quā in indefinitis. Nam in illis ⁊ ea que dicit: eſt iuſtus homo: ei que dicit: eſt nō iuſtus homo: angulari. ſ. conueniebat Rurſus ea que dicit. nō eſt non iuſtus homo: ei que eſt: non eſt iuſtus hō: angulariter poſite congruebat. In his autē idem fit quātitatē definitis. Affirmatiōes quidē due vniuerſales: que ſunt. eſt oīs homo iuſtꝰ: et eſt oīs homo nō iuſtus. nunq; ſimul vere eſſe poſſunt. angulares autē negatiōes que particulares ſunt. idē nō eſt oīs homo iuſtus: ⁊ nō eſt oīs homo nō iuſtꝰ: in his que ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe poſſibilia ſunt: ſimul vere ſunt. Non ergo ſilr in his que ſunt definite: angulares ſibimet cōgruūt: ut in his que definite ſunt. Quod ꝑ hoc demōſtrat qđ ait. Sꝫ nō ſimiliter angulares cōtingit veras eſſe. In illis enī ſibimet vtreq; conſentiūt angulares. in his autē angulares quidē affirmatiuas nunq; ſimul veras eſſe contingit Alias vero angulares: que ſunt particulares negatiōes: cōtingit aliqñ. Hoc. n. ipſius declarāt verba dicētis. Sed non ſimiliter angulares cōtingit veras eē. Contingit aūt aliqñ. Non ſimiliter quidē contingit veras eē. idcirco ꝙ affirmatiōes vniuerſales angulares vere nunq; ſunt. qđ in his que indefinite ſunt: cōtingebat. Cōtingere autem aliqñ dixit: cū angularium: que ſunt particulares negationes facimus comparationē: ſi ea que predicātur: nō ſint naturalia ſubiectis: ſed tamē ineſſe poſſibilia.

He igitur due oppoſite ſunt. alie autē ad id quod ē nō homo quaſi ſubiectuꝫ aliquodadituꝫ: ut eſt iuſtus nō homo: nō eſt iuſtus nō homo. eſt nō iuſtus nō homo. non eſt nō iuſtus nō homo. Magis autem plures his nō erunt oppoſitiōes. he autē extra illas ipe ſcdꝫ ſe erunt: ut noīe vtētes eo qđ eſt non homo.

❡ Huius argumenti pꝛincipiū eſt: quo pꝛo confeſſo vtitur ⁊ pꝛobato: quod vnius rei plura atqꝫ infinita nō poſſint eſſe contraria: quare vnius rei vnum erit contrarium Eſt ergo opinio boni quoniam bonum eſt: ⁊ hec vera eſt. eſt rurſus boni quoniam bonū non eſt: ⁊ hec falſa eſt. Poteſt eſſe etiam que putet eſſe bonum: id quod non eſt. Ut ſiquis dicat id quod eſt bonum: quoniam malum eſt: vel quoniam quantitas eſt: vel quoniā aliquid quod nō eſt. Sed hec que de bono dici poſſunt: que ipſum bonuꝫ nō eſt: infinita ſunt. Rurſus poſſumus de bono arbitrari multa non eſſe: que eſt. Bonum enim quod honeſtuꝫ eſt poſſumus dicere: quoniam honeſtum non eſt. poſſumus dicere: quoniam vtile nō eſt: poſſumus quoqꝫ dicere: quoniam expetendū non eſt: ⁊ alia plura. Infinita ergo ſunt ⁊ ea que poſſumus arbitrari de bono: quoniam eſt id quod bonum ipſum nō eſt. Et ea que opinamur non eſſe bonū quod eſt: ea quoqꝫ ſunt infinita. Quare nec ea que putat opinio bonum eſſe quod non eſt: nec ea que putat non eſſe quod eſt: ei opinioni ponenda eſt eſſe cōtraria: que putat bonum eſſe quod bonum eſt. Hoc eſt enim quod ait. Aliarum quidem nulla ponenda eſt: neqꝫ quecunqꝫ eſſe quod non eſt opinātur: ut dicamus de bono: quoniā malum eſt: vel inutile: vel turpe: neqꝫ quecunqꝫ non eſſe qđ eſt: ut ſi de eodem bono dicamus: bonum expetendum nō eſt bonum: honeſtū non eſt. Infinite enim vtreqꝫ ſunt: et que eſſe opinantur: quod non eſt: ⁊ que non eſſe quod eſt. Hę igitur reijciende ſunt: ⁊ ad nullam contrarij oppoſitionem ſumende: quoniā infinite ſunt: cum ſemper contrarioꝛum oppoſitio ſit finita. Que autem contrarie ponende ſint opiniones: ſequit̄ dicens: Sed in quibus eſt fallatia. hę autem ſunt ex his ex quibus ſunt ⁊ generationes Ex oppoſitis vero generationes: quare etiam fallatie. opinioni inquit de bono: quoniaꝫ bonum eſt: contraria illa ſola ponenda eſt: in qua pꝛimuꝫ fallatia reperitur. In qua autem fallatia pꝛimū reperiatur: oſtendit per id quod dixit. Ex quibus ſunt generationes fallatia facillime reperitur. Generatio enim ſemper ex oppoſitis eſt: quotiens enim aliquid ſit album: non fit ex dulci: nec ex duro: nec ex liquido: ſed ex non albo. Et quod dulce fit: non fit ex calido: neqꝫ frigido: nec nigro: nec ex vlla alia qualitate: niſi ex ſibi oppoſito. ideſt ex non dulci. Eodemqꝫ modo in alijs ſeſe habet. Omnis generatio ex eo fit quod nō fuit: ut dulce ex non dulci: album ex non albo: calidum ex non calido. Quare ſi generationes quidem ex oppoſitis ſunt: in his autem eſt fallatia: in quibus ſunt generationes. erit in oppoſitis pꝛima fallatia. Pꝛima namqꝫ fallatia eſt: non putare aliquid eſſe quod eſt. Secūda putare eſſe quod nō eſt ⁊ in eo quod eſt bonum pꝛima fallatia eſt putare illud nō eſſe bonum. Secunda malum eſſe arbitrari quod bonum eſt. Quo circa illic maxime ponēda eſt ꝯtrietas: vbi pꝛima ē fallatia. in his aūt ē pꝛima fallatia: ex qbꝰ generatōes oriūt̄



Generatiōes vero dico eſſe: que fiunt ex his: que id quod fiunt non fuerūt. Generatiōes autem ex oppoſitis: in oppoſitis eſt igit̄ pꝛima fallatia: ſed in quibꝰ eſt pꝛima fallatia: maxime contraria illa ponēnda ſunt: oppoſita igitur maxime cōtraria ſunt: ſed bonum eſſe: ⁊ bonum non eſſe oppoſita ſunt. Bonum igit̄ nō eſſe ei quod eſt bonuꝫ eſſe contrariū eſt: non illud: quod eſt maluꝫ eſſe: quod maioꝛe argumentatione confirmat.

Si ergo quod bonum eſt: ⁊ bonum: ⁊ non malū ē: ⁊ hoc quidē ſcđm ſe: illud vero ſcđm accidens. Accidit enim ei maluꝫ non eſſe. magis autem in vnoquoqꝫ vera eſt: que ſcđm ſe eſt: etiam falſa: ſiquidē ⁊ vera: ergo ea que eſt quoniā non eſt bonum quod bonū eſt: ſcđm ſe conſiſtentis falſa eſt. Illa vero que eſt quoniam malum: eſt eius que eſt ſcđm accidens. Quare magis erit falſa de bono ea que eſt negationis opinio: q̄ꝫ ea que eſt contrarij.

❡ Perſubtilis argumētatio tali ratione foꝛmata eſt: bonum inquit ⁊ bonum eſt: ⁊ non malū. quoꝛū vnum ſm̄ ſe ⁊ pꝛoxime: ⁊ naturaliter eſt. hoc ſcilicet quod bonum eſt: alterū vero eſt accidenter. ideſt quod maluꝫ non eſt. Accidit enim ei quod bonum eſt: ut malum non ſit: ergo quod bonum eſt naturalius habet bonum eſſe q̄ꝫ non eſſe maluꝫ illud enim ſm̄ ſe ineſt: illud (vt dictum eſt) ſm̄ accidens Quod ſi hoc eſt: verioꝛ non eſt illa ꝓpoſitio que affirmat: quod ſm̄ ſe eſt: q̄ꝫ illa que affirmat quod accidens eſt. Eſt autem ſm̄ ſe bonum eſſe quod bonū eſt: ſm̄ accidens vero malum nō eſſe quod bonū eſt. verius igitur ⁊ pꝛopinquiꝰ eſt dicere de bono quoniam bonum eſt: q̄ꝫ dicere de bono quoniam malum nō eſt. quod ſi hoc eſt: etiā ea opinio que ſm̄ ſe falſa eſt: mendatioꝛ iuſte videbit̄ ab ea que ſm̄ accidens mentit̄. Nā ſi illa vera eſt pꝛopinquius: que ſm̄ ſe eſt: illa erit falſa pꝛopinquius que ſm̄ ſe eſt. Hoc eſt enim quod ait: magis autem in vnoquoqꝫ eſt vera: que ſm̄ ſe eſt: etiam falſa: ſiquidem et vera. ſi illa magis vera eſt que ſm̄ ſe eſt: recte illa magis falſa dicit̄: que ſm̄ ſe falſa eſt: id eſt que id negat quod ſm̄ ſe verum eſt. Ergo ea que eſt: quoniam non eſt bonū: quod bonum eſt: ſm̄ ſe conſiſtentis falſa eſt: ad quid tendat tota ſuperioꝛ argumētatio: cōtinua diſputatione: ſubnectit. Superius enim dictum eſt opinionem eam que putat bonum eſſe quod bonum eſt ſm̄ ſe eſſe: quare illa opinio que dicit nō eſſe bonum quod bonum eſt: falſa eſt: et de ea re falſa eſt: que ſm̄ ſe vera eſt. Scđm ſe enim vera eſt opinio: que putat bonuꝫ eſſe quod bonum eſt: que vero arbitrat̄ non eſſe bonum: quod bonū eſt: eiꝰ que ſm̄ ſe eſt veritatem opinionis intercipit. Naꝫ bonū eſſe qđ bonū eſt quiſquis opinat̄: ſm̄ ipſius boni naturam habet opinioneꝫ: atqꝫ ideo ſm̄ ſe opiniones huiuſmodi nominant̄. quare erit hec quoqꝫ ſm̄ ſe falſa: quoniaꝫ ſm̄ ſe veritatis videtur auferre pꝛopoſitionē. Idem auteꝫ bonum ſm̄ accidens eſt nō malum. Et hoc de bono veruꝫ eſt dicere: quoniaꝫ nō eſt malum: ſed accidenter. Bono enī accidit nō eſſe malum. illa vero que putat maluꝫ eſſe quod bonum eſt: aufert nō malum ab eo quod bonum eſt: ⁊ interimit rem ſm̄ accidens veram. vera namqꝫ eſt opinio: que dicit non eſſe maluꝫ quod bonū eſt: ſed ſm̄ accidens. quare ſm̄ accidens falſa erit ea que dicit malum eſſe: quod bonum eſt. Illam enim pꝛopoſitioneꝫ tollit: que ſm̄ accidēs vera eſt. Quare quoniam pꝛioꝛ eſt: ea que ſm̄ ſe eſt: q̄ꝫ ea que ſm̄ accidēs: ea falſitas que ſm̄ ſe eſt: fallatioꝛ erit ea falſitate: que ſcđm accidens eſt. Sed ea que putat bonū non eſſe: quod bonum eſt: ſcđm ſe veritatis peremptoꝛia eſt: ea vero que dicit malum eſſe quod bonum eſt: eius quod eſt non eſſe malum quod bonū eſt: ſcđm accidens rei vere peremptoꝛia eſt. Quare falſioꝛ eſt ea que dicit nō eſſe bonum quod bonū eſt: q̄ꝫ ea que dicit eſſe malum id qđ eſt bonū.

Falſus autem eſt maxime circa ſingula qui habet contrariam opinioneꝫ. Cōtraria enim ſunt eoꝛum: que plurimū circa idem differūt Quod ſi haruꝫ contraria eſt altera: magis vero contraria contradictionis eſt: manifeſtum eſt: quoniam hec erit contraria.

❡ Querebat̄ vtrum affirmatio contrarij: an negatio pꝛopoſite rei: eiuſdem pꝛopoſite rei affirmationi magis poſſit eſſe contraria. Sed nunc hoc dicit: quoniaꝫ que falſa ſunt magis: ea ſunt magis contraria. Contraria enim ſunt que cunqꝫ circa eandem rem plurimū differunt: vt circa coloꝛē album ⁊ nigrum: ergo que maxime falſa ſunt: ⁊ maxime vera: ea plurimū a ſe diſtant. Maxime autem vera eſt ſm̄ ſe conſiſtentis rei enunciatio. Maxime autem falſa ſcđm ſe conſiſtentis rei peremptoꝛia. Neceſſe eſt inter affirmationem contrarij: ⁊ negationē pꝛopoſite rei vnam magis eē contrariam. Falſioꝛ autē ⁊ magis contraria eſt opinio illa: que contradictionē cogitat: vt ea que eſt nō eſſe bonuꝫ qđ bonum eſt: q̄ꝫ ea opinio que habet malum eſſe quod bonū eſt: quoniam ea que ſunt in vocibus opiniones ſequūtur ſimili mō negatio eius que eſt omē bonū bonū eſt. ea ſcilicet que dicit nullum bonū bonum eſt. Magis eſt contraria: quā ea que pꝛoponit omne bonum malū eſt. Quo circa et in alijs quoqꝫ: ut in ea que eſt omnis homo iuſtꝰ: magis ē contraria illa que dicit nullus homo iuſtus eſt: quam ea que dicit omnis homo iniuſtus eſt.

Illa vero que eſt: quoniam malum eſt: qđ bonum eſt: implicita eſt. ⁊ enim quoniaꝫ non bonum eſt: neceſſe eſt foꝛte idē ipſuꝫ opinari.

❡ Addit ad demonſtrationē ſuperioꝛem argumentuꝫ qđ demonſtret magis eſſe contrariam eam que negat: quam eam que contrariam affirmat. implicita eſt inquit affirmatio contrarij. Quiſquis enim putat id quod bonū eſt malum eſſe: fieri aliter non poteſt: niſi illud quoqꝫ putet non eſſe bonū: quare duplex quodāmodo pꝛopoſitio eſt ea que dicit malum eſſe quod bonum eſt. Nam etiam illud in ſe continet: quod bonum non eſt. Simplex autem eſt pꝛopoſitio bonum eſſe quod bonum eſt: et ſimplici ſimplex poteſt magis eſſe contraria. ſimplexqꝫ eſt negatio quod bonū eſt non eſſe bonum: hec igitur magis contraria eſt.

Amplius ſi etiam in alijs ſimiliter opoꝛtet ſe habere. ⁊ hic videtur bene eſſe dictum. aut enī vbiqꝫ ea que eſt contradictionis: aut nuſq̄ꝫ quibus vero non eſt contrarium de his quidem eſt falſa ea que eſt vere oppoſita: vt qui hominem nō putat hominem falſus eſt. ſi ergo hę contrarie ſunt ⁊ aliam contradictionis.

❡ Aut in omnibus inquit vere dicit̄ contradictionē magis eſſe contrariam: q̄ꝫ contrarij affirmationem: aut nuſq̄ꝫ Aut enim ⁊ in alijs quoqꝫ idē euenire opoꝛtet: aut ne hic quidem verum eſt: quod dicit̄ contrariam eſſe eam que cōtradictionis eſt id eſt negationis potiuſq̄ꝫ contrarij affirmationem. Hoc autem ſpeculemur inquit in his que contrarium non habent: ut in homine. Siquis enim putet hominem hominē eſſe: vera eſt. ſiquis vero hominem putet non eſſe hominē: falſa eſt. Siquis autem putet hominem equum eſſe: nullus dixerit hanc magis eſſe contrariā qui putat hominem equum eſſe: quaꝫ qui hominem non eſſe hoīem arbitratur. Quare ſi in his que contraria nō habent: illa contraria eſt: que cōtradictione foꝛmatur. in his quoqꝫ que habent cōtraria: non contrarij affirmatio: ſed negationis pꝛopoſitio magis contraria eſt.

Amplius ſimiliter ſe habēt boni qm̄ bonū eſt: ⁊ nō boni qm̄ nō bonū eſt: ⁊ ſup has boni qm̄ nō bonuꝫ eſt: ⁊ nō boni qm̄ bonuꝫ ē. Illi ergo que ē nō boni qm̄ nō bonuꝫ ē vere opinationi que ē cōtraria. Nō .n. ea que dicit qm̄

ſimiliſ eſt. Sil' enī aliqñ erunt vere. nunq̄ autē vera vere ē cōtraria. eſt enī qdā nō bonum malū. quare ↄtingit ſil' eē veras. At vero nec illa que ē qm̄ nō malū: vera enī ⁊ hec, ſil' enī ⁊ hec erunt. Relinqt ergo ei q̄ ē nō boni qm̄ nō bonū eſt: vere ↄtraria ea que ē nō bonū qm̄ bonū eſt. Falſa enī hec. quare ⁊ ei que ē boni qm̄ bonū ē: ea que ē boni qm̄ nō bonum eſt.

¶ Ex ſimilitudine ⁊ ꝓportione cōtrarietatis vim ꝓpoſitionū veſtigare conat. Sz has p̄ri⁹ diſponam⁹. poſt autē quātū poſſum⁹ breuiter, vim Ariſtotelice argumētationis exequamur.

Vera boni quoniā bonum eſt.
Falſa boni quoniā bonū nō eſt
Vera n̄ bōi quoniā nō bonū ē.
Falſa n̄ bōi quoniā bonū eſt.

¶ Harū quattuor opinionū due vere ſunt: due falſe. Illa quidē: q̄ eſt boni qm̄ bonū eſt: vera eſt. illa vero q̄ eſt boni qm̄ bonū nō eſt: falſa ē. Rurſus illa q̄ eſt nō boni: qm̄ bonū nō eſt: vera ē. illa vera q̄ eſt nō boni qm̄ bonū eſt: falſa eſt. Ergo hec eſt ſimilitudo ⁊ ꝓportio harum quattuor ꝓpoſitionū. Nā quemadmodū ſe habet opinio boni qm̄ bonū eſt ad eā opinionē que eſt boni qm̄ bonū nō eſt: eodē modo ſeſe habet ⁊ opinio que ē nō boni qm̄ nō bonū eſt: ad eam que eſt nō boni qm̄ bonum eſt. Nā ſicut illic: vera vna eſt: altera falſa: ita quoq̄ hic vna vera eſt: altera falſa. Capit igit exemplū prius ab ea que eſt nō boni qm̄ non bonū eſt. Hec enī inquit cū vera ſit: quā huic ponem⁹ eſſe contrariā: ea in he que dicit malū eſt: ſz nō eſt cōtraria. Poteſt enī ſimul eſſe vera: ⁊ ea que dicit nō eſſe bonū: quod bonum nō eſt: ⁊ ea que dicit malū eſſe: qd̄ bonū nō eſt. Sūt enim quedā nō bona que mala ſunt: quocirca cōtrarie non ſunt: in quib⁹ ponit quod nō bonū eſt: bonū non eſſe. Et quod nō eſt bonū: malum eſſe. Cōtrarie enī vere ſimul nequeunt inueniri: ⁊ vera vere cōtraria nunq̄ eſt: ſed nec illa poterit huic eſſe cōtraria: que dicit nō malū eſſe quod bonum nō eſt. Poſſunt enī quedā nō quidē eſſe bona: non eſſe tamē mala: vt ex arbore nulli⁹ vtilitatis cauſa ramū defringere: ſi arborem nihil ledat: neq̄ malū neq̄ bonū eſt. Quare vere ſimul poſſunt eſſe. ⁊ he quoq̄ que opinantur id quod eſt nō bonū quoniā nō bonū eſt: ⁊ id quod nō ē bonum: qm̄ malum nō eſt. Quare nec he cōtrarie ſunt. Reſtat igit ut ei⁹ opinionis que eſt nō boni: qm̄ nō bonū eſt ea ſit contraria que eſt nō boni qm̄ bonum eſt. Quod ſi in his quattuor ꝓpoſitionib⁹: quas ſupra deſcripſim⁹ ſimilitudo ſeruat: ⁊ ſicut eſt opinio nō boni qm̄ nō bonum eſt ad eam que eſt non boni qm̄ bonū eſt: ſic opinio boni quoniam bonū eſt ad opinionē boni quoniā bonū non eſt. cōtraria autē eſt opinio non boni qm̄ bonū non eſt: opinioni non boni qm̄ bonū eſt. contraria igit erit opinioni boni qm̄ bonū eſt: opinio boni quoniam bonum non eſt.

Manifeſtū eſt autē: qm̄ nihil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationē. Huic enim vniuerſalis negatio erit cōtraria: vt opinioni que opinat: quoniā oē quod eſt bonū bonum eſt: ea que eſt: quoniā nihil bonū que bona ſunt: bonum eſt. Naz eius que eſt boni quoniā bonū eſt: ſi vniuerſaliter ſit bonū: eadem eſt ei: que opinat: quicqd bonū eſt: quoniam bonū eſt. Hoc autē nihil differt ab eo qd̄ eſt: quoniā omne qd̄ eſt bonū: bonū eſt. Quare ſi in opinione ſic ſe habet. ſunt autē he que ſunt in voce affirmationes ⁊ negationes note eorū que ſunt in aīa: manifeſtū eſt: quoniam affirmationi cōtraria qd̄ negatio eſt circa idem vniuerſalis: ut ei que eſt: quoniā omne bonum bonū eſt: vel quoniā omnis homo bonus eſt: ea que eſt: quoniā nullum: vel nullus. cōtradictorie autem: quoniam nō omne: aut non omnis.

¶ Illud quoq̄ recte cōmemorat: qd̄ nihil differt in opinionib⁹ hec eſſe cōtraria nō vniuerſaliter conſtitutis: ⁊ in his que ſibi vniuerſaliter opponūt. Silr. n. in ea q̄q̄ opinione que arbitrat oē bonū bonū eſſe: illa ↄtrario eſt q̄ putat nullū bonū bonū eſſe. Nā qd̄ dicim⁹ bonū eē id qd̄ bonū eſt: id ſi in opinione vniuerſaliter affirmet: ita putandū eſt: quicquid bonū eſt: bonū eſſe. Hoc aūt nihil differt tāq̄ ſi dicam⁹ oē bonū bonū eſt. Que opinio cū ſit vera: illa ei ↄ̄rie opponit: que dīc quicquid bonū ē: bonū non eſt. Hoc aūt nihil differt tāq̄ ſi opinemur nullū bonū bonū eſſe: ⁊ in nō bono q̄z eodē mō: ut ſi ita dicam⁹ oē quod nō bonū eſt: nō eſt bonū. ⁊ rurſus oē qd̄ nō bonū eſt bonum eſt eodē mō ſibi ſunt iſte cōtrarie: ut vna vera ſit altera falſa. Quod in cōtrariis maxime reperit: quare tota diſputatio queſtioq̄ ita ↄcludit. Nā ſi ea que ſunt in aīa principia quedā ſunt eoꝝ que ſignificant in voce: vox aūt nota quedā eſt aīe paſſionū: quicquid cōtingit in aīa: idē q̄z in voce redire neceſſe eſt. Qd̄ ſi vniuerſalis affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio ſunt in opinione ↄtrarie: eodē q̄z in vocibus erūt. Idē nō erit ea ↄtraria q̄ ↄtrariū affirmat: ſz ea q̄ id quod añ ꝓpoſitū eſt p vniuerſalitatis ↄtrarietatē negat: ut eſt oē bonū bonū ē: vel oīs hō bon⁹ eſt. his contraria eſt nullū bonū bonū ē: null⁹ homo bon⁹ eſt. Hoc eſt enī qd̄ ait: vel qm̄ nullū: vel null⁹: nullū ad illā referēs ꝓpoſitionē: que dīc oē bonū bonū eſt. Null⁹ illi. ſ. opponit q̄ dicit oīs hō bon⁹ eſt: ut ſint hoc mō. oē bonū bonū eſt: huic ↄtraria nullū bonū bonū eſt. Rurſus oīs hō bon⁹ ē: huic ↄtraria null⁹ hō bon⁹ eſt. cōtradictorias aūt dīc eas eē: q̄s ſupra ꝓpoſuit: duz de vniuerſalib⁹ ac p̄ticularib⁹ loq̄ret. eas. ſ. que ſunt angulares. Uniuerſalis enī affirmatio p̄ticulari negationi. ⁊ particularis affirmatio vniuerſali negationi per contradictionē opponi monſtrata eſt.

Manifeſtū eſt aūt: qm̄ ⁊ verā vere nō contingit eſſe cōtrariā nec opinionē: nec cōtradictionē: cōtrarie enī ſunt: que circa oppoſita ſūt: circa eadē aūt cōtingit verū dicere eūdē. Simul autē nō cōtingit eidem ineſſe contraria.

¶ Ex his que ſupra ſunt dicta. i. illud q̄z colligit: quod nec ea q̄ ſunt ↄtraria vera ſil' eē poſſint: nec ea que vera ſūt ſibi poſſunt eē ↄtraria. ⁊ hoc nō ſolum in opinionib⁹ eſſe: ut vera opinio vere opinioni ↄ̄ria nō ſit: ſz in ꝓpōnib⁹ q̄z nec. n. fieri pōt: ut duas ↄ̄rias ſil' veras eē cōtingat. Et hī per ſyllogiſmū colligit huiuſmōi. Oīa ↄ̄ria ſunt oppoſita. Que aūt oppoſita ſunt: ſil' eidem ineſſe nō poſſunt. cōtraria igit in vno eodē q̄z eē vera nō patit. quare ſi duo de eodē p̄dicari poſſūt. duo aūt ↄ̄ria eidē ineſſe nō p̄nt. Que ↄ̄ria ſunt: vera eſſe nulla nature rōne p̄mittit. Hoc eſt enī quod ait. ↄtrarie. n. ſūt: que circa oppoſita ſūt. i. oē ↄ̄riū oppoſitū eſt: nec fieri pōt: ut nō que ſunt ↄ̄ria in oppoſitꝭ contineant: ſicut. n. in p̄dicamētꝭ edocuit: ↄtrarioꝝ gen⁹ quoddā eſt oppoſitio. circa eadē aūt cōtingit veꝝ dicere eūdē. i. duo vera p̄nt ſil' eſſe: ⁊ de eodē mō ſil' vere p̄dicari: ut cum dicim⁹ aliquid bonū nō eē: ⁊ malū eſſe: vtraq̄ ſil' vere dici p̄nt. Poſſūt. n. q̄dā q̄ cū bona nō ſint: tn̄ mala eē: ut turpitudo bona quidē nō ē: malū tn̄ eſt. Ergo ea q̄ vera ſunt ſil' ut p̄dicēt vere fieri pōt: ⁊ ut in eodē ſint: ſil' aūt eidē nō ↄtingit ineſſe ↄ̄ria. Quo circa ſi vera quidē p̄nt eidē ineſſe ↄ̄ria āt eidē ineſſe nō p̄nt: ea q̄ ↄ̄ria ſūt: vera ſil' eē nō p̄nt. q̄re conuertit: nec q̄ vera ſunt ſil': ↄ̄ria eſſe p̄nt. Nō igit fieri pōt: ut vel in opinionib⁹ vel in ꝓpōnib⁹ ea que vera ſunt: poſſit aliquis recte cōtraria ſuſpicari. Hec autē q̄ztū breuitas expoſitiōis p̄mittebat expliſim⁹. quid aūt altior huj⁹ libri tractat⁹ erat: ſecūde editionis ſeries explicabit.



## Nicolaus Iudeus Uenetus: Petro Paſqualico Patricio Ue. Sal.

¶ Nullus fere liber Ariſtotelis eſt in ea facultate: quā greci Logicen appellant: Petre ſuauiſſime: cuius a pluribus tentata ſit expoſitio: quiq̄ minus intelligat (de recentioribus loquor) q̄z hic: qui περὶ ἑρμηνείας ab eo inſcript⁹ eſt. Nam grecaꝝ litteraꝝ ignari ⁊ corrupte legunt oīa: et ſapientiſſimi philoſophi ſenſa cōfundūt. Neq̄ difficile admodū ſit iſtoꝝ Neotericoꝝ errata peruidere. Nam in ipſo ſtatim limine ignorantiā ſuaz manifeſtiſſime oſtendūt. Occurrit mihi nūc ridicula quedā Gratiadei eſculani expoſitio: quā nō tacebo. Ille enī hunc Ariſtotelis librū ab eo loco ↄcepit interptari: vbi deſierat diuus Thomas. id eſt ab illis verbis. Similiter autē ſe habent: ⁊ ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio: ut omnis eſt homo iuſtus. negatio. nō omnis eſt homo iuſtus. Omnis eſt homo nō iuſtus. non oīs eſt homo nō iuſtus. Sed nō ſimiliter angulares cōtingit veras eſſe inuicē. Contingit autē aliquādo. Hic tria dicit: et tria peccat eſculanus noſter. Primū nanq̄ id quod ariſtoteles ait ſimiliter: ad numerū enūciationū: atq̄ oppoſitionū refert: nō etiā ad conſequentiā propoſitionū. Quam ſententiā proh pudor iam reiecerat diuinus boetius. Hanc enī et ante eū quidaz ſecuti fuerant. Quare qui diligētius hoc cognoſcere volunt. illū legant. alteꝝ eſt: ꝙ ariſtotelis verba diminute legit hoc modo. Similiter autē ſe habet: et ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio: ut omnis eſt homo iuſtus: omnis eſt homo non iuſtus. Sed nō ſimiliter. et reliqua. Quaſi ariſtoteles duas tantū affirmatiōes poſuerit: et ex his ↄtrapoſitas negatiōes (ut ait eſculanus) intelligi voluerit. cum tamē omnes greci codices ita habeant: ut nos prius diximus: atq̄ ita legant diligentiſſimi expoſitores tū greci: tū latini. Tertium eſt: in quo mirabilis iſte interpres maxime exorbitat. Nam neq̄ propoſitiones ariſtotelico ordine diſponit: nec que ſint angulares intelligit. negationē enim infinitam ſub affirmatione ſimplici: et negationē ſimplicē ſub affirmatiōe infinita collocat: neq̄ id ſolū in indefinitis: verum etiam in vniuerſalib⁹. Hoc modo.

Eſt homo iuſtus — Eſt homo nō iuſtus — Eſt omnis hō iuſtus — Eſt oīs homo non iuſtus

Non eſt hō non iuſt⁹ — Non eſt hō iuſtus — Non oīs eſt hō nō iuſt⁹ — Non oīs eſt homo iuſtus

Ergo angulares enūciationes appellari putat eſculanus tam eas: quaꝝ altera ſub altera ſita eſt: q̄z illas: que in angulis obuerſis ⁊ cōtrapoſitis cōſtituūtur: verbi gratia tam has. eſt hō iuſtus: non eſt homo nō iuſtus. q̄z illas. eſt homo iuſtus: nō eſt homo iuſtus. et in vniuerſalib⁹ eodē modo. Inquit igit in indefinitis propoſitiōibus fieri poſſe: ut oēs angulares ſimul vere ſint: ſiquidē et que altera ſub altera: et que obuerſe locate ſunt: hoc patiūtur. Idem tamē non euenire in vniuerſalibus. nam queuis cōtingat eas ſimul veras eſſe: quaꝝ altera ponitur ſub altera: ut eſt omnis homo iuſtus: nō omnis eſt homo nō iuſtus: tamē obuerſe deſcriptas neq̄ veritatē ſimul: nec ſimul mendaciū ſuſcipere de cauſa: ꝙ contradictorie ſint: ut eſt oīs homo iuſtus: nō omnis eſt homo iuſtus. ⁊ in aliis eodē modo. en q̄z turpiter labitur ſapientiſſim⁹ iſte expoſitor. Primū enī ignorat enūciationes a boetio: cuius eſt illa traductio: quā ſequit: angulares appellari eas: q̄s ariſtoteles κατὰ διάμετρον. idē p lineā dimetiētē oppoſite deſcriptas eſſe dixit. Deinde qd̄ cōſeq̄ns eſt: totā ariſtotelicā deſcriptionē corrūpit. At qui ſi grecas litteras nō callebat homo iſte: debuit ſaltē boetiū legiſſe. Is enī vbi ꝓpoſitiones deſcripſit: in hoc inquit ordine propoſitionū: quē ſupra deſcripſimus: que ſint angulares manifeſtū eſt. Sūt nāq̄ affirmatiōes quidē affirmatiōibus: negatiōes vero negatiōibus. Audis ne eſculane angulares eſſe affirmatiōes affirmationibus: item negatiōes negatiōibus. at tu affirmatiōes negatiōibus angulares cōſtituiſti. Eodē quoq̄ errore tenet burleus ille: qui o miſella tp̄a poſthabito diuino boetio publice legitur in ſcholis: et quē etiā qui magni philoſophi habent: magnopere admirantur. Qui etiā minus venia dignus eſt: ꝙ meliora quidē vidit: deteriora ſecutus eſt. Nam ait quoſdā angulares ꝓpoſitiōes dixiſſe eas: que in obuerſis angulis eſſent conſtitute. Cui ſententie ſuā inconſiderate p̄fert. Condende igit in ordinē ſunt propoſitiōes hoc modo.

Eſt omnis homo iuſtus — angulares — Non omnis eſt homo nō iuſtus

Non omnis eſt hō iuſt⁹ — angulares — Eſt omnis homo nō iuſtus

¶ Et ille dicende ſunt angulares: que p diametrū obuerſe ſunt. atq̄ hinc cōſtat in indefinitis eodē modo diſpoſitis oēs cōtingere ſimul veras eſſe: in vniuerſalibus autē nō oēs. nā queuis he vere ſint ambe: nō oīs eſt homo iuſtus: non omnis eſt homo nō iuſtus. nō tamē affirmatiōes ſimul veritatē ſuſcipiūt: eſt omnis hō iuſtus: eſt oīs homo nō iuſtus. Sed pleniorē expoſitionē: ⁊ diligētiorē erroꝝ reprehenſionē audies: cū hoc anno diuinū hoc opus enarrabo. Ceterum ut haberēt omnes ariſtotelicaꝝ reꝝ ſtudioſi iuratiſſimū aliquē eius philoſophi interpretē: recognoui quāta potui diligētia et boetij tranſlationē cōſulto greco exemplari: et eius ampliſſimos cōmentarios: in quib⁹ nō tantū boetiū ip̄m audies: verū etiā porphiriū: alexandrū: herminiū: ſirianū: aſpaſiū. videbiſq̄ quantū ab his diſtent neoterici. Suſcipies igit boetium noſtꝝ: qui erit impſſus: et ei niſi primū in bibliotheca tua locū dederis: non dabis tertiū. Uale.

¶ Eiuſdẽ Boetii libri ϖερὶ ἑρμηνείας ariſtotel' eadem traductio: et in eam Comentarioꝝ editionis ſecunde liber pꝛimus.

[A]Lexander in cõmẽtariis ſuis hac ſe impulſum cauſa ꝓnũciat ſumpſiſſe lõgiſſimũ expoſitiõis laboꝛẽ: qꝺ in multis ille a pꝛioꝝ ſententiis ſcriptoꝝ diſſideret. Mihi vero maioꝛ pſequẽdi operis cauſa eſt: ꝙ nõ facile quiſq; vel tranſferendi vel etiã cõmentandi cõtinuam ſumpſerit ſeriẽ: niſi ꝙ vegetius pꝛetextatus pꝛioꝛes poſtremoſq; analyticos nõ vertẽdo ariſtotelẽ latino ſermoni tradidit: ſed trãſferendo themiſtiũ qꝺ qui vtroſq; legit facile intelligit. Albinus quoq; de eiſdẽ rebus ſcripſiſſe ꝑhibet. cuius ego geometricos quidẽ libꝛos editos ſcio: de dialectica vero diu multũq; queſitos reperire nõ valui Siue igitur ille oĩno tacuit: nos pꝛetermiſſa dicemus: ſiue aliquid ſcripſit: nos quoq; docti viri imitati ſtudiũ in eadẽ laude verſabimur. Sʒ quãq; multa ſint ariſtotelis que ſubtiliſſima philoſophie arte celata ſunt. Hic tamen ante omnia liber nimis ⁊ acumine ſententiaꝝ: ⁊ verboꝝ bꝛeuitate conſtrictus eſt. Quocirca plus hic q̃ʒ in decem pꝛedicamẽtis expoſitione ſudabit. Pꝛius ergo quid vox ſit diffiniendũ eſt. hoc enim perſpicuo et manifeſto oĩs libꝛi huius patefiet intentio.

Iſagoge ad hunc libꝛũ.

[U]Ox eſt aeris per linguã percuſſio: que per quaſdam gutturis partes: que arterie vocant: ab animali ꝓfertur. Sũt eñi quidã alii ſoni: qui eodem ꝑficiũtur flatu: quos lingua non percutit: ut eſt tuſſis. hec enim flatu fit quodã per arterias egrediente: ſed nulla lingue impꝛeſſione foꝛmat: atq; ideo nullis ſubiacet elementis ſcribi enim nullo modo poteſt. Quocirca hec vox non dicit ſed tantũ ſonus. Illa quoq; poteſt eſſe diffinitio vocis: ut eam dicamus ſonũ eſſe cum quadã imaginatiõe ſignificandi. Vox namq; cũ emittitur: ſignificatiõis alicuius cauſa pꝛofertur. Tuſſis vero cum ſonus ſit nullius ſignificatiõis cauſa: ſurrepit potius q̃ʒ pꝛofertur. Quare quoniã flatus noſter ita ſe habet: ut ſi ita percutiatur atq; foꝛmetur: ut ſolũ cum lingua percutiat: vox ſit: ſi eũ lingua ita percutiat: ut terminato ⁊ circũſcripto quodã ſono vox exeat: locutio fit: que grece dicitur lexis. Locutio enim eſt articulata vox. neq; enim hũc ſermonẽ. id eſt lex indictionem dicemus: idcirco ꝙ phaſin dictionem interpꝛetantur lexin vero locutiõem. Cuius locutionis partes ſunt littere: que cũ coniũcte fuerint: vnam efficiũt vocem coniũctã compoſitãq;: que locutio pꝛedicat. Siue aũt aliquid quecunq; vox ſignificet: ut eſt hic ſermo homo: ſiue omnino nihil: ſiue poſitum alicui nomẽ ſignificare poſſit ut eſt blictri. hec enim vox cum per ſe nihil ſignificet: poſita tamẽ ut alicui nomen ſit: ſignificabit: ſiue per ſe quidẽ nihil ſignificet: cũ aliis vero iuncta deſignet: ut ſunt coniunctiones: hec omnia locutiones vocãtur: ut ſit pꝛopꝛia locutiõis foꝛma vox compoſita que litteris deſcribit. ut igitur ſit locutio voce opus eſt. id eſt eo ſono quẽ percutit lingua. ⁊ ut vox ipſa ſit per linguã determinata in eum ſonũ qui inſcribi litteris poſſit: ſimiliter opus eſt eo ſono queʒ percutit lingua. ſʒ ut hec locutio ſignificatiua ſit: illꝺ quoq; addi opoꝛtet ut ſit aliqua ſignificandi imaginatio: per quã id quod in voce vel in locutione eſt pꝛoferat. Aut certe ita dicendum ſit. ſi in hoc flatu queʒ per arterias emittimus: ſit lingue ſola percuſſio: vox eſt. Si vero talis percuſſio ſit: ut in litteras redigat ſonum: locutio eſt. ꝙ ſi vis quoq; quedaʒ imaginatiõis addatur: illa ſignificatiua vox reddit. Concurrẽtibus igitur his tribꝰ lingue percuſſione: articulato vocis ſonitu: imaginatiõe aliqua ꝓferendi fit interpꝛetatio. Interpꝛ̃tatio nanq; eſt vox articulata ꝑ ſeipſam ſignificans. Quocirca nõ omnis vox interpꝛ̃tatio eſt. ſunt enim animaliũ ceteroꝛũ voces: que interpꝛetationis vocabulo non tenẽtur. nec omnis locutio interpꝛ̃tatio eſt: idcirco (ut dictũ eſt) ſunt locutiões quedã: que ſignificatione carent: et cũ per ſe quedã non ſignificent: iuncta tamẽ cum aliis ſignificant: ut cõiunctiones. Interpꝛetatio aũt in ſolis ꝑ ſe ſignificatiuis ⁊ articularis vocibus ꝑmanet. Quare cõuertitur ut quicquid ſit interpꝛetatio: illud ſignificet. Et quicquid ſignificat: interpꝛ̃tationis vocabulo nũcupetur. vnde etiã ipſe quoq; Alex. in libꝛis quos de arte poetica ſcripſit: locutionis eſſe partes ſyllabas ⁊ cõiunctiones tradidit. Quare ſyllabe in eo ꝙ ſunt ſyllabe nihil omnino ſignificant. Coniũctiones vero cõſignificare quidẽ pñt: ꝑ ſe vero nihil deſignant. Interpꝛetationis vero partes hoc libꝛo cõſtituit nomẽ et verbũ: que ſcilʒ per ſeipſa ſignificant. nihilominus quoq; oꝛatiõem interpꝛ̃tationẽ eſſe conſtat: que et ipſa cũ vox ſit et ſignificatiuis partibus iũcta: ſignificatione nõ caret. Quare quoniã non de oꝛatiõe ſola ſed etiã de nomine et verbo: nec vero de ſola locutione ſed etiã de ſignificatiua locutiõe que eſt interpꝛ̃tatio: in hoc libꝛo ab Alex. tractat. Idcirco quoniã verbis atq; nominibus et ſignificatiuis locutionibus nomẽ interpꝛ̃tationis aptat: a cõmuni nomine eoꝛũ: de quibus in hoc libꝛo tractatur. id eſt ab interpꝛ̃tatione ipſe quoq; liber de interpꝛetatione inſcriptus eſt: cuius expoſitiõem nos ſcilʒ q̃ʒ maxime a poꝛphirio: q̃ʒq; etiam a ceteris trãſferentes latina oꝛatiõe digeſſimus. Hic enim nobis expoſitoꝛ et intellectus acumine et ſententiarũ diſpoſitione videtur excellere. Erunt ergo interpꝛetationis due pꝛime partes nomen ⁊ verbũ. his eñi quicquid eſt in animi intellectibꝰ deſignatur. his nanq; totus oꝛdo oꝛatiõis efficitur. et inq̃ʒtum vox ipſa quidẽ intellectum ſignificat: in has duas (ut dictum eſt) ſecatur partes nomẽ et verbum: inq̃ʒtum vero vox ꝑ intellectuũ medietatẽ ſubiectas intellectui res demonſtrat. Significantiũ vocũ Alex. numerũ in. x. pꝛedicamenta partitus eſt. Atq; hoc diſtat libꝛi huius intentio a pꝛedicamẽtoꝝ in denariam multitudinẽ numeroſitate collecta: ꝙ hic quidẽ tantũ de numero ſignificantiũ vocum querat quantũ ad ipſas attinet voces: quibꝰ ſignificatiuis vocibus intellectꝰ animi deſignent. que ſunt ſimplicia quidẽ nomina ⁊ verba: ex his vero cõpoſite oꝛationes. Pꝛedicamentoꝛũ vero hec intentio eſt de ſignificatiuis rerũ vocibus dicere in tantũ q̃ʒtum eas animi medius ſignificat intellectus. vocis eñ quedã qualitas eſt nomen et verbũ: que nimirũ illa ipſa. x. pꝛedicamẽta ſignificant. Decem nanq; pꝛedicamẽta nunq̃ʒ ſine aliqua verbi qualitate vel nominis pꝛoferũtur. Quare erit libꝛi huius intentio de ſignificatiuis rerũ vocibus in tantũ: quãtum conceptiões animi intellectuſq; ſignificent. de decẽ autem pꝛedicamẽtis libꝛi intentio in eius cõmentario dicta eſt: quoniã ſit de ſignificatiuis rerũ vocibus: quot partibus diſtribui poſſit earũ ſignificatio in tantũ quantum ꝑ ſenſuũ atq; intellectuũ medietateʒ res ſubiectas intellectibus voces ipſe valeant deſignare. In opere vero de arte poetica non eodẽ modo diuidit locutionẽ: ſed omnes omnino locutionis partes appoſuit confirmans eſſe locutionis partes elementa: ſyllabas: coniũctiones: articulos nomina: caſus: verba: oꝛationes. locutio nanq; non in ſolis ſignificatiuis vocibus conſtat: ſed ſupergrediens ſignificationes vocũ ad articulatos ſonos vſq; cõſiſtit. Quelibet enim ſyllaba vel quelibet alia vox: que ſcribi litteris poteſt: locutionis nomine continet: que grece dicit lexis. Sed non eodẽ modo interpꝛetatio. huic nanq; non eſt ſatis: ut ſit huiuſmodi vox: que litteris valeat annotari: ſed adhuc ut aliquid quoq; ſignificet. Pꝛedicamentoꝝ vero in hoc ratio cõſtituta eſt: in quo hee due partes interpꝛetationis res intellectibus ſubiectas deſignant. Nam quoniam decẽ res omnino in omni natura repiũtur decẽ quoq; intellectus erũt: quos intellectus quoniã nomina ⁊ verba ſignificant: decem omnino erunt pꝛedicamenta: que verbis atq; nominibus deſignẽtur. duo vero quedam ſunt id eſt nomen ⁊ verbuʒ: que ipſos ſignificant intellectus.



Sunt igit elementa interpꝛ̃tationis verba et nomina: ꝓpꝛie vero partes quibus ipſa conſtat interpꝛ̃tatio: ſunt oꝛationis. Oꝛationũ vero alie ſunt perfecte: alie imperfecte. perfecte ſunt: ex quibus plene id quod dicit valet intelligi: imperfecte vero in quibus aliquid adhuc animꝰ plenius expectat audire: ut eſt ſocrates cum platone. Nullo eñi addito adhuc oꝛationis intellectus pẽdet ac titubat: ⁊ auditoꝛ aliquid vltra expectat audire. Perfectaꝝ vero oꝛationũ partes. v. ſunt depꝛ̃catiua: ut iupiter oĩpotens pꝛecibus ſi flecteris vllis. Da deinde auxiliũ pater: atq; hec omnia firma. Imparatiua: ut vade age nate voca zephyros ⁊ labere pennis. Interrogatiua: ut dic mihi damoeta cuiũ pecꝰ: an meliboei. Vocatiua: ut o pater o hominũ rerũq; eterna poteſtas. Enũciatiua in qua veritas vel falſitas inuenit: ut pꝛincipio arboꝛibus varia eſt natura creandis. huius autẽ due partes ſunt. eſt nãq; ⁊ ſimplex oꝛatio enũciatiua ⁊ compoſita. ſimplex: ut dies eſt: lux eſt. compoſita ut ſi dies eſt: lux eſt. In hoc igitur libꝛo ariſt. de enũciatiua ſimplici oꝛatione diſputat: ⁊ de eius elemẽtis nomine ſcʒ atq; verbo. Que quoniã ſignificatiua ſunt: ⁊ ſignificatiua vox ⁊ articulata interpꝛetationis nomine cõtinetur: de cõmuni (ut dictũ eſt) vocabulo libꝛũ de interpꝛetatiõe appellauit. Et theophꝛaſtus quidem in eo libꝛo: queʒ de affirmatione ⁊ negatione compoſuit: de enũciatiua oꝛõe tractauit. ⁊ ſtoici q̃ʒ in his libꝛis q̃s περὶ ἀξιωμάτων appellant: de eiſdẽ nihilominus diſputant. ſed illi quidẽ ⁊ de ſimplici ⁊ de ñ ſimplici oꝛõe enũciatiua ſpeculãt Alex. vero in hoc libꝛo nihil niſi de ſola ſimplici enũciatiua oꝛatione cõſiderat. Aſpaſius quoq; et alexander ſicut in aliis Ariſtotelis libꝛis in hoc quoq; cõmentarios edidere. ſed vterq; ariſtotelem de oꝛatiõe tractaſſe ꝓnunciat. Nam ſi pꝛoferre aliquid oꝛatiõe (ut aiunt ipſi) interpꝛetari eſt: de interpꝛetatiõe nimirũ liber veluti de oꝛatiõe perſcriptus eſt: quaſi vero ſola oꝛatio: ⁊ non verba quoq; ⁊ nomina interpꝛetationis vocabulo cõcludant. Eque namq; et oꝛatio et verba ac nomina: que ſunt interpꝛetationis elementa: nomine interpꝛetatiõis vocãtur. Sed alexander addidit imperfecte ſeſe habere libꝛi titulũ. neq; enim deſignare de qua oꝛatione perſcripſerit. multe namq; (ut dictũ eſt) ſunt oꝛatiões. ſed adiciendum vel ſubintelligendũ putat de oꝛatione illũ ſcribere philoſophica vel dialectica. id eſt qua verũ falſumq; valeat expediri. Sed qui ſemel ſolam oꝛationẽ interpꝛetationis nomine vocari recipit: in intellectu quoq; ipſius inſcriptionis errauit. cur eniʒ putaret imperfectũ eſſe titulũ: quoniã nihil de qua oꝛatiõe diſputaret: adiecerit: ut ſi quis interrogans quid eſt homo. alio reſpondente animal. culpet ac dicat imperfecte illũ dixiſſe quid ſit: quoniã non ſit omnes differentias perſecutus Qꝺ ſi huic id eſt homini ſunt quedã alia cõmunia ad nomen animalis: nihil tamẽ impedit perfecte demonſtraſſe quid homo eſſet: cum qui animal dixerit. Siue eñ differentias addat quis ſiue nõ: hominẽ animal neceſſe eſt eſſe Eodẽ quoq; modo et de oꝛatione ſi quis hoc cõcedat pꝛimũ nihil aliud interpꝛetationem dici niſi oꝛationem: cur qui de interpꝛetatione inſcripſerit et de qua interpꝛetatione dicat nõ addiderit: culpetur. Non eniʒ eſt ſatis cum libꝛi titulum etiã de aliqua cõtinenti cõmunione feciſſe: ut nos eũ et de nominibꝰ ⁊ verbis et oꝛatiõibus: cũ hec omnia vno interpꝛetatiõis nomine continerẽtur: ſupꝛa feciſſe docuimus: cũ hic liber ab eo de interpꝛetatiõe nominat. Sed ꝙ addidit illã interpꝛetationẽ ſolaʒ dici: qua in oꝛatione poſſit veritas ⁊ falſitas inueniri: ut eſt enunciatiua oꝛatio: fingentis eſt (ut ait poꝛphyrius) potius ſignificationẽ nominis q̃ʒ docentis: atq; ille quidẽ et in intentiõe libꝛi: ⁊ in titulo falſus eſt: ſed non eodeʒ modo de iudicio quoq; libꝛi huius errat Andronicus eñi libꝛũ hunc Ariſtotelis eſſe nõ putat: quẽ alexã. vere foꝛtiterq; redarguit. Nã cum acutũ diligentẽq; ariſt. libꝛoꝛũ et iudicem ⁊ repertoꝛẽ iudicauerit antiquitas: cur in huius libꝛi iudicio ſit falſus: pꝛoꝛſus eſt magna admiratione digniſſimũ Non eſſe nanq; pꝛopꝛiũ ariſtotel'. hinc conatur oſtendere quoniã quedã ariſtote. in pꝛincipio libꝛi huius de intellectibus animi tractat: quos intellectus anime paſſiões vocauit: ⁊ de his ſe plenius in libꝛis de anima diſputaſſe cõmemoꝛat. ⁊ quoniã paſſiones anime vocabat vel triſticiã vel gaudiũ vel cupiditatẽ vel alias huiuſmodi affectiões dicit andronicus ex hoc pꝛobari hũc libꝛum ariſtote. non eſſe: ꝙ de huiuſmodi affectionibus nihil in libꝛis de anima tractauiſſet: nõ intelligẽs in hoc libꝛo ariſtotelẽ paſſiones anime nõ pꝛo affectiõibus: ſed pꝛo intellectibus poſuiſſe. His alexã. multa alia addit argumẽta. cur hoc opꝰ maxime ariſtote. eſſe videatur. Ea nanq; dicunt hic que ſententiis ariſtote. que ſunt de enũciatiua oꝛatione cõſentiant. Illud quoq; quod ſtilus ipſe ꝓpter bꝛeuitatẽ pꝛeſſioꝛ ab ariſtote. obſcuritate nõ diſcrepat: vel ꝙ theophꝛaſtus ut in aliis ſolet cum de ſimilibus rebus tractat que ſcʒ ab ariſtotele ante tractata ſunt: in libꝛo quoq; de affirmatione ⁊ negatione iiſdem aliquibꝰ verbis vtitur: quibus in hoc libꝛo ariſtoteles vſus ẽ. Idẽ quoq; theophꝛaſtus dat ſignũ hunc ariſtote. libꝛũ eſſe. in omnibꝰ enim de quibus ipſe diſputat poſt magiſtrũ: leuiter ea tangit: que ab ariſtotele dicta ante cognouit: alias vero diligentiꝰ res nõ ab ariſtotele tractatas exequit. hic quoq; idem facit. nã que ariſtoteles hoc libꝛo de enunciatione tractauit leuiter ab illo trãſcurſa ſunt: que vero magiſter eius tacuit: ipſe ſubtilioꝛi modo cõſiderationis adiecit. addidit quoq; hãc cauſam: quoniã ariſtote. quidẽ de ſyllogiſmis ſcribere animatus nunq̃ʒ id recte facere potuiſſet: niſi quedã de pꝛopoſitiõibus annotaret. Mihi quoq; videtur hoc ſubtiliter perpendẽtibus liquere hunc libꝛuʒ ad analyticos eſſe pꝛeparatũ. Naʒ ſicut hic de ſimplici pꝛopoſitiõe diſputat ita quoq; in analyticis de ſimplicibus tantũ cõſiderat ſyllogiſmis: ut ipſa ſyllogiſmoꝝ pꝛopoſitionũq; ſimplicitas non ad aliud niſi ad cõtinens opus ariſtotelis pertinere videatur. Quare nõ eſt audiẽdus andronicus: qui pꝛopter paſſionũ nomẽ hunc libꝛũ ab ariſtotel. operibus ſeperat. Ariſtoteles eñ idcirco paſſiones anime intellectus vocauit: ꝙ intellectus quos ſermone dicere et oꝛatiõe pꝛoferre conſueuimus: ex aliqua cauſa atq; vtilitate pꝛofecti ſunt. ut enim diſperſi homines colligerẽtur: ⁊ legibus vellẽt eẽ ſubiecti: ciuitateſq; condere: vtilitas quedã fuit et cauſa. quocirca que ex aliqua vtilitate veniũt: ex paſſione quoq; venire neceſſe eſt. Nam ut diuina ſine vlla ſunt paſſione: ita nulla illis extrinſecus vtilitas valet adiũgi. Que vero ſunt paſſibilia: ſemꝑ aliquã cauſam atq; vtilitatẽ quibus ſubſtentẽtur inueniũt. Quocirca huiuſmõi intellectꝰ qui ad alterũ oꝛatione pꝛoferendi ſunt: quoniã ex aliqua cauſa atq; vtilitate vident eſſe collecti: recte paſſiones animi nominati ſunt. Et de intentiõe quidẽ: ⁊ de libꝛi inſcriptione: ⁊ de eo ꝙ hic maxime ariſtotelis liber eſſe putandus eſt: hec dicta ſufficiãt. Qꝺ vero vtilitatis habeat: nõ ignoꝛabit: qui ſciet qua in oꝛatione veritas conſtet ⁊ falſitas. In ſola eñi enũciatiua oꝛatione hec conſiſtũt. iam vero que diuidãt veꝝ falſumq;: que ve diffinite: vel que varie ⁊ mutabiliter veritatẽ falſitatẽq; partiãtur. que ve iũcta dici poſſint. cũ ſeparata valeant pꝛedicari que ſeparata dicant: cum iuncta nõ ſint pꝛedicata. que ſint negationes cũ modo pꝛopoſitionũ que earũ conſequẽtie. aliaq; plura in ipſo opere cõſideratoꝛ poterit agnoſcere. quarũ magnã experiet vtilitatẽ: qui animũ cura alicuius inueſtigatiõis aduerterit. Sed nũc ad ipſius ariſtote. verba veniamꝰ

[P]Rimum opoꝛtet conſtituere: quid ſit nomen: ⁊ quid ſit verbũ: poſtea q̃d negatio ⁊ affirmatio: et enũciatio: et oꝛõ.

¶ Libꝛũ inchoans de quibus in libꝛi omni ſerie tractaturus ſit: ante pꝛopoſuit. ait eñi opoꝛtere pꝛius de quibꝰ diſputaturus eſt diffinire. hic enim conſtituere diffinire intelligendum eſt. determinandũ nanq; eſt quid hec omnia ſint id eſt quid nomẽ ſit: quid verbũ ⁊c̃. que elementa

interpretationis eſſe prediximus. Sʒ affirmatio atq; ne
gatio ſub interpretatione ſunt. Quare nomen et verbum
affirmationis et negationis elementa eſſe manifeſtũ eſt.
his enĩ cõpoſitis affirmatio ⁊ negatio cõiunguntur. Exi-
ſtit hic quedã queſtio cur duo tantũ ſe nomẽ ⁊ verbum de
terminare promittat: cum plures partes oratiõis eſſe vi-
deantur. Quibus hoc dicendũ eſt tantũ ariſtot. hoc libro
diffiniſſe: quantum illi ad id quod inſtituerat tractare ſuffecerit.
Tractat nanq; de ſimplici enũciatiua oratiõe que. ſcʒ hu-
iuſmodi eſt: ut iunctis tantũ verbis ⁊ nominibus cõpona-
tur. Si quis nomen iũgat ⁊ verbum ⁊ dicat. ſocrates ã-
bulat. ſimplicẽ enunciatiuã fecit orationem. Enũciatiua
namq; oratio eſt (ut ſupra memoraui) que habet in ſe ve
ri falſiue deſignationẽ. Sʒ in hoc quod dicimus ſocrates am
bulat. aut veritas neceſſe eſt ut cõtineatur aut falſitas. hoc
enim ſi ambulãte ſocrate dicitur verum eſt. ſi non ambulan
te: falſum eſt. Perficitur ergo enunciatiua oratio ſimplex ex
ſolis nominibus atq; verbis. Quare ſuperfluũ eſt que-
rere: cur alias quoq; que videntur orationis partes nõ pro
poſuerit: qui non totius ſimpliciter orationis: ſed tantuʒ
ſimplicis enunciatiõis inſtituit elementa partiri. quãq;
hę due proprie partes oratiõis dicendę ſint nomẽ. ſcilicʒ
⁊ verbũ. hęc enĩ per ſe ſe vtraq; ſignificant. Coniũctiones
autẽ vel prepoſitiões nihil omnino niſi cũ aliis iũctę de-
ſignant. Participia vero verbo cognata ſunt: vel quod a ge-
rundiuo modo veniãt: vel quod tempus propria ſignificatio
ne cõtineant. Interiectiones vero atq; pronomina necnõ
aduerbia in nominis loco ponẽda ſunt: idcirco quod aliqd
diffinitũ ſignificant: vbi nulla eſt vel paſſionis ſignifica-
tio vel actionis. Quod ſi caſibus hec quedã flecti nõ poſ
ſunt: nihil impedit. Sunt enĩ quedã nomina que mono
ptota vocãtur. quod ſi quis longius illa ⁊ nõ proxime petitã
eſſe arbitretur: illud tamẽ concedat quod ſupra iam diximus:
non eſſe equũ calumniari ei: qui nõ de omni oratione: ſed
tantũ de ſimplici enunciatione proponat: quod tantũ ſibi ad
diffinitionẽ ſumpſerit: quantum arbitratus ſit operi inſtitu
to ſufficere. quare dicendũ eſt ariſtotelem nõ omnis ora-
tionis partes opere hoc velle diffinire: ſed tantũ ſolius ſim
plicis oratiõis enũciatiuę: que ſunt ſcilicʒ nomẽ ⁊ verbũ.
Argumentũ autem huius rei hoc eſt. poſtq; enĩ propoſu-
it dicens. Primũ oportet cõſtituere quid ſit nomẽ ⁊ quid
verbũ. non ſtatĩ inquit quid ſit oratio: ſed mox addidit qd
negatio et quid affirmatio: ⁊ quid enũciatio: poſtremo ve-
ro quid oratio. quod ſi de omni oratione loqueretur: poſt nomẽ
⁊ verbum non de affirmatione et negatione: ⁊ poſt hãc de
enũciatione: ſed mox de oratiõe dixiſſet. Nunc vero quo-
niam poſt nominis et verbi propoſitionẽ affirmationem
⁊ negatiõem ⁊ enũciationem ⁊ poſt oratiõem propoſuit;
confitendũ eſt id quod ante diximus non oratiõis vniuer
ſalis. ſed ſimplicis enũciatiuę oratiõis: que diuiditur in
affirmationẽ atq; negationem: diuiſionẽ partiũ facere vo
luiſſe: que ſunt nomina ⁊ verba. hęc enim per ſeipſa intelle
ctum ſimplicẽ ſeruant. que eędem dictiões vocantur: ſed
nõ ſole dicũtur. Sũt namq; dictiões ⁊ alię quoq; ut ora
tiones vel imperfecte vel perfecte: cuius plures eſſe partes
ſupra iã docui: inter quas perfecte orationis ſpecies eſt enũ
ciatio. Et huius quoq; alia ſimplex: alia compoſita eſt. De
ſimplicis vero enũciationis ſpeciebus inter philoſophos cõ
mentatoreſq; certatur. Aiunt enĩ quidaʒ affirmationẽ atq;
negationem enũciationi ut ſpecies ſupponi oportere: in q
bus ⁊ porphy. eſt. Quidã vero nulla ratione conſentiũt:
ſed cõtendunt affirmatiõem ⁊ negatiõem ęquiuoca eſſe: et
vno quidẽ enunciatiõis vocabulo nũcupari. Predicari
autẽ enũciationem ad vtraſq; ut nomẽ equiuocũ: non ut
genus vniuocũ: quorũ princeps alexander eſt: quorũ cõ
tentiones apponere nõ videtur inutile. Ac prius quibus
modis affirmationẽ atq; negationẽ non eſſe ſpecies enũ-
ciationis alexander putet: dicendũ eſt. Poſt vero addam
qua porphyrius hęc argumẽtatione diſſoluerit. Alexãder
namq; idcirco dicit nõ eſſe ſpecies enũciationis affirma-
tionẽ et negationẽ: quoniã affirmatio prior ſit. priorẽ ve
ro affirmationeʒ idcirco conatur oſtendere: quod omnis nega
tio affirmatiõeʒ tollat ac deſtruat: quod ſi ita eſt: prior eſt affir
matio: que ſubruatur: quã negatio que ſubruat. in quibus
autem prius aliquid ⁊ poſterius eſt: illa ſub eodem gene-
re poni nõ poſſunt: ut in eo titulo predicamentorũ dictuʒ
eſt: qui de eis que ſunt ſimul inſcribitur. Amplius negatio
inquit diuiſio eſt: affirmatio compoſitio atq; cõiunctio eſt.
Cum enim dico ſocrates viuit: vitam cum ſocrate cõiungi
cum dico ſocrates non viuit: vitam a ſocrate diſiungi. di-
uiſio igitur quedã negatio eſt: ⁊ cõiunctio affirmatio. Cõ
poſiti autẽ eſt coniũctioq; diuiſio. Igitur affirmatio quędaʒ
eſt coniũctio. negatio vero cõpoſiti coniũctioq; eſt diuiſio.
Prior igitur eſt coniũctio: quod eſt affirmatio. poſterior ve
ro diuiſio: quod eſt negatio. Illud quoq; adiecit: quod ois per
affirmationẽ facta enũciatio ſimplicior ſit per negationem
facta enunciatiõe. Ex negatione enim particula negatiua ſi
ſublata ſit affirmatio ſola relinquitur. De eo enim quod eſt ſo-
crates non viuit: ſi non particula que eſt ad verbũ auferatur
remanet ſocrates viuit. Simplicior igitur affirmatio eſt
quam negatio. Prius vero ſit neceſſe eſt quod ſimplicius eſt: in
quãtitate etiã quod ad quantitatẽ minus eſt: prius eſt eo quod
ad quantitatẽ plus eſt. Omnis vero oratio quãtitas eſt
ſed cum dico ſocrates ambulat minor oratio eſt: quam cum di
co ſocrates non ambulat. Quare quoniã ſcdm quantitateʒ
affirmatio minor eſt: eam priorẽ quoq; eſſe neceſſe eſt. Il-
lud quoq; adiunxit affirmationẽ quendam eſſe habitum
negationẽ vero priuationem: ſed prior eſt habitus priua-
tione. Affirmatio igitur negatione prior eſt. Et ne ſingu
la perſequi laborem: cum his aliiſq; modis demõſtret af-
firmationem negatione priorem eſſe: a cõmuni eas genere
ſeparauit. Nullus enim ſpecies arbitratur ſub eodem gene
re eſſe poſſe: in quibus prius vel poſterius aliquid conſi
deratur. Sed porphyrius ait ſeſe docuiſſe ſpecies enuncia
tionis eſſe affirmationem ⁊ negationem in his cõmenta-
riis quos in theophraſtum edidit. hic vero alexandri ar-
gumentationẽ tali ratione diſſoluit. Ait enim nõ oporte
re arbitrari quęcunq; quolibet modo priora eſſent aliis:
ea ſub eodem genere non poſſe poni. Sed quęcunq; ſecũ-
dum eſſe ſuum atq; ſubſtantiã priora vel poſteriora ſunt
ea ſola ſub eodem genere non ponuntur. Et recte dicitur. Si
enim quicquid quolibet modo prius eſt: cum eo quod poſte-
rius eſt ſub vno genere eſſe non poteſt: nec primis ſubſtã
tiis et ſecundis cõmune genus poterit eſſe ſubſtantia. quod
qui dicit: a recto ordine rationis exorbitat. Sed queadmo
dum quamq; ſint prime ⁊ ſecũdę ſubſtantię: tamẽ vtraq;
ęqualiter in ſubiecto nõ ſunt. ⁊ idcirco eſſe ipſorũ ex eo pẽ-
det: quod in ſubiecto non ſunt. atq; ideo ſub vno ſubſtãtię ge
nere collocantur. ita quoq; quamq; affirmationes negationibus
in orationis prolatione priores ſint: tamen ad eſſe atq; ad
naturã propriã ęqualiter enũciatione participant. Enũcia-
tio vero eſt in qua veritas ⁊ falſitas inueniri poteſt. Qua
in re ⁊ affirmatio ⁊ negatio ęquales ſunt. Equaliter eniʒ
affirmatio ⁊ negatio veritate ⁊ falſitate participãt. Quocir
ca quoniã id quod ſunt affirmatio ⁊ negatio: ęqualiter ab enũ
ciatione participant: a cõmuni eas enũciatiõis genere di-
uidi nõ oportet. mihi quoq; videtur quod porphirii ſit ſequen
da ſentẽtia: ut affirmatio ⁊ negatio cõi enũciatiõis genere
ſupponãtur. Longa namq; illa ⁊ multiplicia argumenta
Alexandri ſoluta ſunt: cum demõſtrauit porphirius non
modis omnibus ea: que priora ſunt: ſub cõmuni genere cõ
ſtitui atq; poni non poſſe. Sʒ quęcunq; ad eſſe propriũ
atq; ſubſtantiã priora ſunt: illa ſola ſub cõmuni genere
conſtitui atq; poni nõ poſſe. Syrianus vero: cui philoxe
nus cognomẽ eſt: hoc loco querit: cur proponẽs prius de
negatione: poſt de affirmatione pronũciauerit dicẽs Pri
mũ oportet cõſtituere quid ſit nomen: ⁊ quid verbum: po-
ſtea quid negatio et affirmatio. et primo quidẽ nihil prõ-
priũ dixit: quoniã in quibus affirmatio poteſt ⁊ negatio
prouenire: prius eſſe negatio: poſtea vero affirmatio. põt:



vt de ſocrate ſi ſanus eſt. Poteſt ei talis affirmatio apta
ri vt de eo dicatur ſocrates ſanus eſt. ⁊ huiuſmodi põt ap-
tari negatio. vt de eo dicatur ſocrates ſanus nõ eſt. quoni
am ergo in eum affirmatio ⁊ negatio poterit prouenire: pri
us euenit vt ſit negatio quam affirmatio. ante enĩ quam natus eſſz
potuit de eo dici ſocrates ſanus nõ eſt. qui enĩ natus nõ erat:
neceſſe poterat ſanus. huic illud adiecit ſeruare ariſt. con-
uerſam propoſitionis ⁊ executiõis diſtributiõem. hic eniʒ pri
us poſt nomen ⁊ verbum de negatione propoſuit: poſt de
affirmatione ⁊ hinc de enuntiatione. tertio de affirmatio-
ne: poſtremo vero de oratione. ſed de propoſita diffinitione
nominis ⁊ verbi prius orationem: poſtea enuntiationẽ
⁊ affirmatiõem: vltimo vero loco negatiõem determinauit
quam hic poſt propoſitiõem verbi ⁊ nominis primaʒ lo
cauerat. Ut igitur ordo ſeruaretur conuerſus: idcirco nega
tionem prius ait eſſe propoſitam. qua in expoſitiõne ab ale
xandri quoq; ſententia non diſcedit. Illud quoq; eſt addi
tum quod nõ eſſet inutile enũtiationem genus affirmationis
⁊ negationis accipi oportere: quod quamq; (vt dictum eſt) ad pro
lationem prior eſt affirmatio: tamen ad ipſam enuntiatio
nem ideſt veri falſiq; vim vtraſq; ęqualiter ſub enuntiati
one ariſtotelis conſtituit. Id etiam ariſtotelem probare di-
cit: premiſit enim primam negatiõem. ſecundam affirma-
tionem que res nihil habet vitii. ſi ad ipſam enuntiatiõeʒ
affirmatio ⁊ negatio ponãtur ęquales. que enĩ natura ęq
les ſunt nihil retinẽt contrarii indifferenter accepte. Eſt igi
tur ordo: quod propoſuit primũ totius orationis elementuʒ
ſcilicet nomen ⁊ verbum: poſt hęc negationem ⁊ affirma-
tionem. que ſpecies enuntiationis ſunt. Quorum genus
id eſt enũtiationem tertiam nominauit: quartã vero orati
onem poſuit: que ipſius enũtiationis genus eſt. ⁊ horum
ſe diffinitiones olim daturum eſſe promiſit: quas interiʒ re
linquẽs atq; preteriẽs ⁊ in poſteriorem tractatũ differẽs
illud nunc addit. que ſunt verba ⁊ nomina: aut quid ipſa
ſignificent. quare anteq; ad verba ariſtotelis ipſa veniamus
pauca cõmuniter de nominibus atq; verbis: ⁊ de his que ſi
gnificantur a verbis ac nominibus diſputemus. Siue. n.
quęlibet perpetua interrogatio ſit atq; reſponſio: ſiue per-
petua cuiuſlibet orationis continuatio: atq; alterius audi
tus ⁊ intelligentia: ſiue hic quidem doceat: ille vero diſcat.
tribus his totus orandi ordo perficitur: rebus: intellecti-
bus: atq; vocibus. Res enim ab intellectu cõcipitur. Uox
vero conceptionis animi intellectuſq; ſignificat. ipſi vero in
tellectus ⁊ cõcipiunt ſubiectas res: ⁊ ſignificantur a voci-
bus. Cum igitur tria ſint hęc. per que omnis oratio collo-
cutioq; perficitur: res que ſubiectę ſunt: intellectus qui res
concipiũt: ⁊ rurſus a vocibus ſignificãtur. Uoces vero que
intellectus deſignãt: quartum quoq; quidam eſt. quo vo
ces ipſę valeant deſignari. id autem ſunt littere. Scriptę
nanq; litterę ipſas ſignificant voces. Quare quattuor iſta
ſunt: vt litterę quidem ſignificent voces. voces vero intel-
lectus: intellectus autem res cõcipiant: que ſcilicet hʒ quã
dam nõ cõfuſam neq; fortuitã conſequentiã: ſed terminato
naturę ſuę ordine conſtant. res enim ſemper cõmitantur eũ
qui ab ipſis concipitur: intellectum: ipſum vero intellectũ
vox ſequitur: ſed voces elementa id eſt littere. Rebus enim
ante propoſitis ⁊ in propria ſubſtantia conſtitutis intel-
lectus oriuntur. Rerum enim ſemper intellectus ſunt: qui-
bus iterum cõſtitutis mox ſignificatio vocis exoritur. Pre
ter intellectum nanq; vox penitus nihil deſignat. Sʒ quo
niam voces ſunt: iccirco littere: quas vocamus elementa.
repertę ſunt: quibus vocum qualitas deſignetur. ad cogni
tionem vero conuerſim ſeſe res habet. namq; apud quos
ędem ſunt littere: ⁊ qui eiſdem elementis vtuntur: eiſdẽ
quoq; nominibus eos ac verbis id eſt vocibus vti neceſſe
eſt. ⁊ qui vocibus eiſdem vtuntur: iidem quoq; apud eos
intellectus in animi conceptione verſantur. Sed apud
quos iidem intellectus ſunt. eaſdem res eorum intellecti-
bus ſubiectas eſſe manifeſtum eſt. Sed hoc nulla ratione
conuertitur. Nanq; apud quos ędem res ſunt: iidemq; in
tellectus: nõ ſtatim ędem voces: ędẽq; ſunt litterę: nam
cum romanus grecus ac barbarus ſimul videant equum
habent quoq; de eo eundem intellectũ quod equus ſit: ⁊ apud
eos eadem res ſubiecta eſt: idẽq; a re ipſa concipitur intel
lectus. ſed grecus aliter equũ vocat: alia quoq; vox in equi
ſignificatiõe romana eſt: ⁊ barbarus ab vtroq; in equi de-
ſignatiõe diſſentit. quocirca diuerſis quoq; voces proprias
elementis inſcribũt. Recte igitur dictum eſt apud quos
ędem res iidẽq; intellectus ſunt: non ſtatim apud eos vel
eaſdem voces vel eadem elementa conſiſtere. Precedit autẽ
res intellectum: intellectus vero vocem: vox litteras. ſed
cõuerti hoc nõ poteſt. neq; ſi litterę ſunt: mox aliqua ex his
ſignificatiõ vocis exiſtit. Hominibus nanq; qui litteras igno
rant: nullum nomen quęlibet elementa ſignificant quip-
pe que neſciunt: neq; ſi voces ſunt: mox intellectus eſſe ne
ceſſe eſt. Plures enim voces inueniuntur: que nihil om-
nino ſignificẽt. nec intellectui quoq; ſubiecta eſt res ſemper.
ſunt enim intellectus ſine re vlla ſibi ſubiecta: vt quos cẽ-
tauros vel chimeras poetę finxerunt. horum enim intellectus
ſunt quibus ſubiecta eſt nulla ſubſtantia. Sʒ ſi quis ad na
turam redeat eamq; conſideret diligenter. agnoſcet cum res
eſt eius quoq; intellectum eſſe. Quod ſi nõ apud homines:
certe apud deum: qui proprie diuinitati ſubſtantię in propria
natura ipſius rei nihil ignorat. Et ſi eſt intellectus ⁊ vox
eſt quod ſi fuerit vox: eius quoq; ſunt litterę: que ſi ignoran
tur: nihil ad ipſam vocis naturam. Neq; enim quaſi cã
quędam eſt vocum intellectus: aut vox cã litterarum: vt cum
ędem ſint apud aliquos litterę: neceſſe ſit eadeʒ quoq; eſſe no
mina ⁊ verba. Ita quoq; cum ędem ſint res vel intellectus
apud aliquos: non mox neceſſe eſt intellectuum ipſoruʒ
vel rerum eadem eſſe vocabula. Nanq; cum eadeʒ ſit ⁊ res
⁊ intellectus hominis: apud diuerſos tamẽ homines hu-
iuſmodi ſubſtantia aliter ⁊ diuerſo nomine nuncupatur.
quare voces quoq; cum ędem ſint: poſſunt litterę eſſe di-
uerſę. vt in hoc nomine quod eſt homo cum vnum ſit no
men diuerſis litteris ſcribi poteſt. naʒ que latinis litteris
ſcribi poteſt. poteſt etiam grecis: poſt aliis nũc primũ in-
uentis figurarũ figuris. Quare quoniã apud quos ędẽ
res ſunt: eoſdeʒ intellectus eſſe neceſſe eſt: apud quos iideʒ
intellectus ſunt: voces ędem nõ ſunt: ⁊ apud quos ędẽ
voces ſunt: nõ neceſſe eſt eadem elementa conſtitui: dicen-
dum eſt res ⁊ intellectus: quoniam apud omnes iſdeʒ ſunt
eſſe naturaliter conſtitutos. voces vero atq; litteras. quo
niam diuerſis hominum poſitionibus permutãtur nõ eẽ
naturaliter ſed poſitione. Concludenda eſt igitur quoniaʒ
apud quos elementa ſunt eadem: apud quoq; eos ędem
voces ſunt: ⁊ apud quos ędem voces ſunt: iidem ſunt in
tellectus: apud quos autem idem ſunt intellectus: apud
eos quoq; res ędem ſubiectę ſunt. Rurſus apud quos ę
dem res ſunt iidem quoq; ſunt intellectus: apud quos ii-
dem intellectus: nõ ędem voces ſunt: nec apud quos ędẽ
voces ſunt: eiſdem ſemper litteris verba ipſa vel nomina
deſignantur. Sed nos in ſupradictis ſententiis elemen
to atq; littera promiſcue vſi ſumus. que autem ſit horuʒ di
ſtantia paucis abſoluam. littera inſcriptio eſt atq; figura
partis minimę vocis articulatę. Elementum vero ſonus
ipſius inſcriptionis: vt cuʒ ſcribo litteram que eſt. a. a. for
mula ipſa: que atramento vel graphio ſcribitur: littera
nominatur. ipſe vero ſonus quo ipſam litteram voce pro
ferimus: dicitur elementum. quocirca hoc cognito illud
dicendum eſt: quod is qui docet: vel qui continua oratio-
ne loquitur: vel qui interrogat. contrarie ſe habet his vel
qui diſcunt: vel qui audiunt: vel reſpondent in his tri-
bus voce: ſcilicet intellectu: ⁊ re. pretermittuntur litterę
propter eos: qui earum ſunt expertes. Nam qui docet:
⁊ qui dicit: ⁊ qui interrogat: a rebus ad intellectum pro-
fectus per nomina ⁊ verba uim proprie actionis exercet.
atq; officium. Rebus. n. ſubiectis ab his capiunt intelle-

cuis. ⁊ per nomina ⁊ verba pnūtiant. qui vero diſcit vel
qui audit vel qui reſpondet: a nominibus ad intellectus
pgreſſus ad res vſqꝫ peruenit. Accipiens enim his qui
diſcit vel qui audit vel qui reſpondet. docentis vel dicen
tis vel interrogantis ſermōnez quid vnuſquiſqꝫ illoꝝ
dicat intelligit: ⁊ intelligens rerum quoqꝫ ſcientiam capit
⁊ in ea conſiſtit. Recte igitur dictum eſt in voce intellectu
atqꝫ re contrarie ſe ſe habere eos qui docent dicunt interro
gant: atqꝫ eos qui diſcunt audiunt ⁊ reſpondent. Cū igi
tur hęc ſint quattuor litterę: voces: intellectus: ⁊ res: pri
me qdem ⁊ principaliter litterę verba ⁊ nomina ſignificāt
h̄ vero principaliter quidem itellectus ſecundo vero loco
res quoqꝫ deſignāt. Intellectus vero ipſi nihil alius niſi
reꝝ ſignificatiui ſunt. Antiquiores vero quorum eſt plato
ariſtoteles: ſiue chryſippus. ⁊ xenocrates: hi inter res ⁊ ſi
gnificationes intellectuum medios ſenſus ponunt in ſen
ſibilis rebus vel imaginationes quaſdam: in quibus itel
lectus ipſius origo ꝯſiſtat. Et nūc quidem quid de hac re
ſtoici dicunt p̄termittendum ē. hoc autem ex his omnibꝰ
ſolum cognoſci oportet: ꝙ ea quę ſunt in litteris eā ſignifi
cent orationem quę in voce conſiſtit: ⁊ ꝙ ea quę eſt vocis
oratio animi atqꝫ itellectus orationē deſignet: quę tacitaꝫ
cogitatione conficitur: ⁊ ꝙ hęc intellectus oratio ſubiectas
principaliter ſibi res concipiat ac deſignet. Ex quibus q̄t
tuor duas quidem Ariſtoteles eſſe naturaliter dicit res ⁊
animi conceptiones id eſt eam quę fit in intellectibus ora
tionem: ideirco ꝙ apud omnes eędem atqꝫ imutabiles ſint
duas vero non naturaliter ſed poſitione conſtitui. q̄ ſunt
ſcilicet verba ⁊ nomina ⁊ lrę: quas ideirco naturaliter ſitas
eſſe non dicit: ꝙ (vt ſupra demonſtratum eſt) non eiſdem
vocibus omnes: aut eiſdem vtantur elementis atqꝫ hoc
eſt quod ait.

**Sunt ergo ea que ſunt in voce earum que ſunt in anima paſſionū notę. ⁊ ea quę ſcribunť eorum quę ſunt in voce. ⁊ quēadmodum nec litterę eędem omnibus. ſic nec eędem voces. Quorum autem hę primoruꝫ notę ſunt: eędē omnibus paſſiones animę ſunt: ⁊ quorum hę ſimilitudines ſunt. res iam eędem. De his q dem dictuꝫ eſt in his quę dicta ſunt de anima. alterius enim eſt negocii**

¶ Cum igitur prius prepoſuiſſet nomen ⁊ verbum: ⁊ q̄
cunqꝫ ſecutus eſt: poſtea ſe diffinire promiſiſſet: hęc iterim
pretermittēs de paſſionibus animę: deqꝫ earuꝫ notis: quę
ſunt ſcilicet voces: pauca premittit. Sed cur hoc ita inter
poſuerit: plurimi cōmentatores cauſas reddere neglexerūt
ſed a tribus tantū quantū adhuc ſciam: ratio huius inter
poſitionis explicata eſt. quorum herminij quidem a reruꝫ
veritate longe diſiuncta eſt. Ait enim ideirco Ariſtotelem
de notis animę paſſionū interpoſuiſſe ſermonem: vt vti
litatem propoſiti operis inculcaret. Diſputaturus enim
de vocibus quę ſunt notę animę paſſionum recte de his
q̄dam ante premiſit. Nam cum ſiue nul us animę paſſio
nes ignoret: notas quoqꝫ cū animę paſſionibus nō neſci
re vtiliſſimū eſt. neqꝫ. n. illę cognoſci poſſūt niſi per voces
quę ſunt eaꝝ ſcilicet notę. Alexan. vero aliam huiuſmodi
iterpoſitionis reddit cauſam. quoniam inquit nomina ⁊
verba iterpretatōe ſimplici continētur. Oratio vero ex ver
bis noībuſqꝫ coniuncta eſt: ⁊ in ea iaꝫ veritas aut falſitas
inuenitur. ſiue autem quilibet ſermo ſit ſimplex: ſiue iā ora
tio coniuncta atqꝫ compoſita. ex his quę ſignificantur mo
mentuꝫ ſumunt. In illis enim prius eſt eorum ordo ⁊ cōti
nētia: poſt redundat in voces. quocirca quoniā ſignifican
tium momentū ex his quę ſignificantur oriť: ideirco prius
nos de his quę voces ipſę ſignificant: docere pponit. Sꝫ
herminius hoc libro repudiādus eſt. Nihil enim tale qd
ad cauſas propoſitę ſententię pertineret explicuit. Alexan.
vero ſtrictim proxima intelligentia pretervectus tetigit q
dem cāṁ: non tamen principalem rationeꝫ Ariſtotelice p
poſitionis evoluit. Sed porphyri. hic ipſam plenus cau
ſam originēqꝫ ſermonis huius ante oculos collocauit: qui
omnē apud priſcos philoſophos de ſignificationis in con
tentionem litēqꝫ retexuit. Ait nāqꝫ dubię apud antiquo
rum philoſophorum ſententias conſtitiſſe: quid eſſet pro
prie ꝙ vocibus ſignificaretur. Putabant namqꝫ alij res
vocibus deſignari: earumqꝫ vocabula eſſe ea quę ſonuerit
in vocibus arbitrabantur. Alij vero incorporeas quaſdā
naturas meditabantur: quaruꝫ eſſent ſignificationes quę
cunqꝫ vocibus deſignarentur platonis aliquo modo ſpe
cies incorporeas emulati dicentis hoc ipſum homo ⁊ hoc
ipſum equus: non hanc cuiſlibet ſubiectam ſubſtantiam:
ſed ipſum illum hominē ſpecialem ⁊ illum ipſum equum
vniuerſaliter ⁊ incorporaliter cogitantes incorporales q̄ſ
dam naturas conſtituebant: quas ad ſignificanduꝫ p̄mas
venire putabant: ⁊ cum alijs item rebus in ſignificationi
bus poſſe coniungi. vt ex his aliqua enūtiatio vel oratio
conficeretur. Alij vero ſenſus. alij imaginationes ſignifi
cari vocibus arbitrabantur. cum igitur iſta eſſet contētio
apud ſuperiores: ⁊ hoc vſqꝫ ad Ariſtote. perueniſſe ętateꝫ
neceſſe fuit vt qui nomen ⁊ verbum ſignificatiua eſſe di
cturus erat: prediceret quorum iſta deſignatiua ſint. Ari
ſtoteles enim nominibus ⁊ verbis res ſubiectas ſignifi
cari non putat: nec vero ſenſus vel etiam imaginatio. ſen
ſuum quidem non eſſe ſignificatiuas voces nomina ⁊ ver
ba in opere de iuſtitia ſic declarat dicens. φύσει γὰρ
ἀινυέχθησαν τάτε νοήματα καὶ τὰ αἰ
σθήματα τὰ q̄ interpretari latine poteſt hoc modo. Natu
ra enim ſunt diuerſa itellectus ⁊ ſenſus. differre igitur ali
quid arbitratur ſenſus atqꝫ intellectus. ſed qui paſſiones
animę a vobis ſignificari dicit: is non de ſenſibus loquitur
Senſus enim paſſiones corporis ſunt. Si igitur ita di
xiſſet paſſiones corporis a vocibus ſignificari: tunc meri
to ſenſus intelligeremus. Sed quoniaꝫ paſſiones animę
nomina ⁊ verba ſignificare propoſuit: non ſenſus ſed intel
lectus eum dicere putandum eſt: Sed quoniam imagina
tio quoqꝫ res animę eſt: dubitauerit aliquis ne forte paſſi
ones animę imaginationes: quas gręci fantaſias vocant:
dicat. Sed hęc in libris de anima veriſſime diligentiſſi
meqꝫ ſeparauit dicens. ἔστι δὲ φαντασία ἑτέρου
φάσεως καὶ ἀποφάσεως. συμπλοκὴ γὰρ
νοημάτων ἐστὶ τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος. τὰ
δὲ πρῶτα νοήματα τί διοίσει τοῦ μὴ φαν
τάσματα εἶναι. ἢ οὐδὲ ταῦτα φαντά
σματα ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων
Quod ſic interpretatur. Eſt auteꝫ imaginatio diuerſa ab
affirmatione ⁊ negatione. complexio nāqꝫ intellectuuꝫ
eſt veritas vel falſitas. primi vero intellectus quid diſtre
pabunt: vt non ſint imaginationes: an certe neqꝫ hęc ſūt
imaginationes: ſed ſine imaginationibus non ſunt. quę ſē
tentia demonſtrat aliud quidem eſſe imaginationes ali
ud intellectus: ex intellectuum quidem complexione affir
mationes fieri ⁊ negationes. quocirca illud quoqꝫ dubita
uit: vtrum primi intellectus imaginationes quędam eſ
ſent. primos autem intellectus dicimus: qui ſimplicem
rem concipiunt. vt ſi quis dicat ſocrates ſolum. dubitaqꝫ
vtrum huiuſmodi intellectus: qui in ſe nihil neqꝫ veri cō
tinet neqꝫ falſi: intellectus ſit: an ipſius ſocratis imagina
tio. Sed de hoc quoqꝫ aperte quideꝫ videtur oſtendere. ait
enī an certę neqꝫ hęc ſunt imaginationes. ſed non ſine ima
ginationibus ſunt: Id eniꝫ quod hic ſermo ſignificat qui
eſt ſocrates: vel alius ſimplex non eſt quidem imagina
tio ſed intellectus: qui intellectus preter imaginationem
fieri non poteſt. Senſus enim atqꝫ imaginatio quędam
primę figurę ſunt: ſupra quas velut fundamento quodā
ſuperueniens intelligentia vitatur. Nam ſicut pictores
ſolent deſignare lineatim corpus atqꝫ ſubſternere. vbi co



loribus cuiuſlibet exprimant vultum: ſic ſenſus atqꝫ ima
ginatio naturaliter in anima perceptione ſubſternit. Naꝫ
cum res aliqua ſub ſenſum vel cogitationem cadit: prius
eius neceſſe eſt vt quędam imaginatio naſcatur. Poſt ve
ro plenior ſuperueniat intellectus cunctas eius explicās
partes. quę confuſe fuerāt imaginatione preſumpte. Quo
circa imperfectum quidam eſt imaginatio. Nomina vero
⁊ verba non curta quędam: ſed perfecta ſignificant: quare
recta Ariſtotelis ſententia eſt quecunqꝫ in verbis nomini
buſqꝫ verſantur: ea neqꝫ ſenſus neqꝫ imaginationes: ſed
ſolam ſignificare intellectum qualitateꝫ. Unde illud quo
qꝫ ab Ariſtotele fluentes peripathetici rectiſſime poſuere
res eē orationes. vnam quę ſcribi poſſit elementis: aterā
quę voce proferri. tertiam quę cogitatione cōnectitur. vnā
qꝫ intellectibus: alteram voce: tertiam litteris ꝯtineri: quo
circa qm̄ id quod ſignificaretur a vocibus: intellectus eſſe
putabat: nomina vero ⁊ verba ſignificatiua eſſe in eoꝝ erat
diffinitionibus poſiturus: recte quorū eſſent ſignificatiua
predixit errorēqꝫ lectoris ex multiplici veterum lite uenie
tem ſententię ſuę manifeſtatione compeſcuit: atqꝫ h̄ modo
nihil in eo dep̄henditur eē ſupfluū: nihilqꝫ ab ordinis cō
tinuatōe ſeiunctum. Quęrit ꝟo Porphyrius cur ita di
xerit. Sūt ergo ea q̄ ſunt in uoce ⁊ nō ſic. ſūt ergo voces ⁊
rurſus: cur ita ⁊ ea q̄ ſcribunť ⁊ nō dixerit. ⁊ lrē quo reſol
uit hoc mō. Dictū ē tres eſſe apud perypatheticos orōnes:
vnā q̄ lrīs ſcribiť: aliā q̄ pfertur ī voce: tertiam q̄ ꝯiungiť
in animo. Qđ ſi tres oratōes ſunt: ptes quoqꝫ oratōis tri
plices eē nulla dubitatio ē. Quare qm̄ verbum ⁊ nomen
principaliter ptes orationis ſunt. Erūt alia verba ⁊ noīa
quę ſcribanť: alia quę dicanť: alia q̄ tacita mente tracten
tur: ergo qm̄ pꝑpoſuit dicēs. Primū oportet ꝯſtituere qd
ſit nomen ⁊ qd ſit verbū. Triplex aūt nominū natura ē at
qꝫ verboꝝ de qbus potiſſimū pꝑpoſuerit: ⁊ quę diffinire
vellit oſtendit. ⁊ qm̄ de his noībus loqtur ac ꝟbis. quę vo
ce pferunť: id ipſum planius explicans ait. Sūt ergo ea q̄
ſunt in voce eaꝝ quę ſunt in anima paſſionū notę: ⁊ ea quę
ſcribūtur eoꝝ quę ſunt in voce velut ſi diceret. Ea verba ⁊
ea nomina: quę in vocali oratōe pferuntur. animę paſſio
nes denūtiant. Illa aūt rurſus verba ⁊ noīa quę ſcribunť
eoꝝ verborum nominūqꝫ ſignificationi pſunt: quę voce p
feruntur. Nam ſicut vocalis orationis verba ⁊ nomīa con
ceptiones animi itellectuſqꝫ ſignificant: ita quoqꝫ verba ⁊
nomina illa quę in ſolis formulis lrārum iacent illorum
verboꝝ ⁊ nominū ſignificatiua ſunt: qui loquimur. id eſt
quę per vocem ſonam s nam ꝙ ait. ſunt ergo ea q̄ ſunt in
voce: ſubaudiendum ē nomina ⁊ verba. Et rurſus cū dicit
Et ea quę ſcribunť: idem ſubnectendum rurſus eſt ꝟba ſci
licet ⁊ nomina: ⁊ ꝙ rurſus adiecit: eorum quę ſunt in voce
addendum eſt eorum nominū atqꝫ verborum: quę profert
atqꝫ explicat vocalis oratio ꝙ ſi nihil deeſſet omnino: ita fo
ret totius plenitudo ſententię. Sunt ergo ea nomina ⁊ ꝟ
ba quę in uoce ſunt earum quę ſunt in anima paſſionum
notę: ⁊ ea verba ⁊ nomina quę ſcribuntur: eorum verborū
⁊ nominū quę ſunt in voce: quod cōmuniter ſubintelligē
dum eſt: licet ea quę ſubiunximus deeſſe videantur: quare
non eſt diſiuncta ſententia: ſed prime propoſitiōi continua
Nam cum quid ſit verbum ⁊ quid nomen diffinire con
ſtituit: cum nominis ⁊ verbi natura ſit multiplex: de quo
nomine ⁊ verbo tractare vellet: clara ſignificatione diſtin
xit. Incipiens igitur ab his nominibus ⁊ verbis quę in
voce ſunt: quorum eſſent ſignificatiua diſſeruit. Ait enim
hęc paſſiones animę deſignare. Illud quoqꝫ adiecit quibꝰ
ipſa nomina ⁊ verba: quę in voce ſunt: deſignenť de his ſci
licet quę lrārum formulis exprimuntur. Sed quoniam
nō omnis vox ſignificatiua ē: uerba autem ⁊ noīa nunq̄ ſi
gnificationibus carent: qm̄ non omnis uox: quę ſignificat
quadam poſitione deſignat: ſed quędam naturaliter ut la
chrymę gemitus atqꝫ meror. animaliū quoqꝫ ceterorum q̄
dam uoces naturaliter aliquid oſtendūt: ut ex canū latrati
bus iracūdia: eorū q̄ alia quadam uoce blandimenta mon
ſtrať. Uerba aūt ⁊ noīa poſitione ſignificāt. Nec ſolum ſūt
uerba ⁊ noīa uoces: ſed uoces ſignificatiue: nec ſolū uoces ſi
gnificatiue: ſꝫ quę poſitōe deſignēt aliqd nō natura: non di
xit. Sūt igitur uoces eaꝝ quę ſunt in aīa paſſionuꝫ notę.
Nāqꝫ neqꝫ oīs uox ſignificatiua ē: ⁊ ſunt quędā ſignificati
ue: quę naturaliter nō poſitōe ſignificāt: ꝙ ſi ita dixiſſet: ni
hil ad proprietatē ꝟboꝝ ⁊ noīum ptineret. Quocirca nō uo
luit cōiter dicere uoces: ſed dixit tm̄ ea quę ſunt ī uoce: uox
enim uniuerſale quoddā eſt. noīa uero ⁊ uerba partes: ps aūt
omnis id toto eſt. uerba ergo ⁊ noīa qm̄ ſunt itra uocem re
cte dictū eſt ea quę ſunt in uoce: uelut ſi diceret: quę itra uo
cē ꝯtinentur: itellectuum ſignificatiua ſunt: ſꝫ hoc ſimile eſt
ac ſi ita dixiſſet. uox certo modo ſe habens ſignificat itellectꝰ
Nō eniꝫ (ut dictum ē) nomē ⁊ uerbuꝫ uoces nū ſunt. Si
cut nūmus quoqꝫ non ſolum es impſſum quadā figura ē
ut nūmus uoceť: ſꝫ ēt ut alterius ſit rei p̄cium: eodē quoqꝫ
modo uerba ⁊ noīa non ſolum uoces ſunt: ſꝫ poſita ad quā
dam itellectuum ſignificationē: uox. n. quę nihil deſignat:
ut ē gargulus: lꝫ eam grāmatici figuram uocis iuuētes no
men eē contendant tamē eam nomen philoſophia nō puta
uit: niſi ſit poſita: ut deſignaret aliquā animi conceptioneꝫ
eoqꝫ modo ſignificare aliquid rerum poſſit. ⁊ enim nomen
alicuius nomen eē neceſſe erit: ſꝫ ſi uox aliqua nihil dēſignat
nullius nomen ē: nec nomen quidē eſſe diceť. Atqꝫ iđ hu
iuſmodi uox. id eſt ſignificatiua: non uox tantū ſed uerbuꝫ
uocať aut nomen: quēadmoduꝫ nūmus non es: ſed pꝓprio
nomine nummus: quo ab alio ęre diſcrepet: nuncupatur.
Ergo ariſtotelis hęc ſententia. qua ait: ea quę ſunt in uoce:
nihil aliud deſignāt niſi eam uocem: quę non ſoluꝫ uox ſit:
ſꝫ quecunqꝫ uox ſit: habeat tamē aliquaꝫ pprietatem ⁊ ali
quā quodāmodo figurā poſitę ſignificationis impſſaꝫ: ho
rū uero id eſt uerborū ⁊ nominū: quę ſunt in uoce aliquo
modo ſeſe habente: ea ſunt ſcilicet ſignificatiua quę ſcribun
tur: ut hoc quod dictū eſt quę ſcribunť de uerbis ac noibꝰ
dictum quę ſunt in litteris itelligatur. Poteſt uero h̄ quo
qꝫ eē ratio cur dixerit. ⁊ ea quę ſcribuntur: quoniā litteras
⁊ ſcriptas figuras ⁊ uoces: quę eiſdem ſignificantur formu
lis: nuncupamus: ut. a. ⁊ ipſę ſonus littere nomen capit:
⁊ illa quę in ſubiecto cerę uocem ſignificans forma deſcribi
tur. Deſignare ergo uolēs quibꝰ uerbis atqꝫ noibus ea q̄
in uoce ſunt apparerent: non dixit litteras: ꝙ etiam ad ſo
num referri poterat litterarum: ſꝫ ait quę ſcribunť: ut oſtē
deret de his litteris dicere: quę in ſcriptōe conſiſterēt. i. q̄ꝝ
figura ⁊ ī cera ſtilo ⁊ in mēbrana calamo poſſꝫ effingi. alio
quin illa ēt quę in ſonis ſunt ad ea noīa referūtur: quę in
uoce ſunt: quoniam ſonis illis noīa ⁊ uerba iunguť. ſed
porphyriꝰ de utraqꝫ expoſitione iudicauit dicens. Id qđ
ait ⁊ quę ſcribuntur: nō potiꝰ ad litteras: ſed ad uerba ⁊ no
mina que poſita ſunt in lrārum inſcriptione: referendum
Reſtat igitur ut illud quoqꝫ addā: cur nō ita dixerit. Sūt
ergo ea quę ſunt in uoce intellectuum notę. Sed ita earum
quę ſunt in anima paſſionum notę. Nam cum ea quę ſūt
in uoce res intellectuſqꝫ ſignificent: principaliter quidem
intellectus. res vero quas ipſa intelligentia comprehen
dit: ſecūdaria ſignificatione p intellectuū medietatē: intelle
ctus ipſi nō ſine qbuſdā paſſionibꝰ ſūt q̄ ī aīam ex ſubiectis
ueniūt rebꝰ. Paſſus. n. qlibet eiꝰ rei pprietatē: quā intelle
ctu cōplectitur. ad eiꝰ enūtiatōem deſignationēqꝫ ꝓcedit. cū
eni qs aliquā rē itelligit. prius imaginatōe formā neceſſe ē ī
tellectę rei pprietatēqꝫ ſuſcipiat: ⁊ fiat vel paſſio uel cū paſ
ſione q̄dā itellectꝰ perceptio: hac ꝟo poſita ac in mētis ſedibꝰ
collocata fit idicande ad alteꝝ paſſionis uolūtas. cui acꝰ
qdē ꝯtinuāde itelligētię ptinꝰ ex itimę rationis pprietate
ſuperuenit: quem explicat. ſ. ⁊ effudit oratio nitens ea que
primitus in mente fundata eſt paſſione: ſiue quod eſt
uerius: ſignificatione progreſſa oratio explicat proge-

diente ſimul ⁊ paſſione ſignificant ſe orationis motibus
adequāte: ſit vero hęc paſſio vel vt figure alicuius īpreſ-
ſio: ſed ita vt in animo fieri conſueuit. Aliter nāqꝫ natura
liter eſt in re qualibet propria figura: aliter vero ei⁹ ad ani
mum forma transfertur: vel vt non eodem modo cerę vel
marmori uel chartis lr̄e idest vocum ſigna mandantur ⁊
imaginationem ſtoici a rebus in animaꝫ tranſlataꝫ loquū
tur: ſed cum adiectione ſemper dicentes: vt in anima fieri
conſueuit. Quocirca cum omnis anime paſſio quedam rei
videatur eſſe proprietas. Porro autem cum deſignatiue
voces intellectum principaliter: rerum dehinc: a quibus
intellectus profecti ſunt ſignificatione nitantur: quicquid
eſt in vocibus ſignificatiuum: id anime paſſiones deſignat
ſed hę paſſiones animorum ex rerum ſimilitudine procre-
antur. videns nāqꝫ aliquis ſperam vel quadratū vel quā
libet rerum aliam figuram: eaꝫ in animę intelligentia qua
dam vi ac ſimilitudine capit. Nam qui ſperaꝫ viderit: ei⁹
ſimilitudinem in animo perpendit ⁊ cogitat atqꝫ eius ani
mo quandā paſſus imaginem. id cuius imagineꝫ patitur
agnoſcit. Omnis vero imago rei: cuius imago eſt ſimilitu
dinem tenet: mens igitur cum intelligit: rerum ſimilitudi
nem reprehendit. Unde fit: vt cum duorum corporū ma
ius vnum minus alteruꝫ contuemur: a ſenſu poſtea remo
tis corporibus illa ipſa corpora cogitantes illud quoque
memoria ſeruāre naſcimus ſciemuſqꝫ: quod minus: quod
vero maius corpus fuiſſe complectimus: quod nullatenus
eueniret niſi quas mens ſemel paſſa eſt: rerum ſimilitu-
dines obtineret. Quare quoniam paſſiones anime: quas
intellectus vocant: rerum quedam ſimilitudines ſunt: ic
circo Ariſtote. cum paulo poſt de paſſionibus loqueretur
anime: continenti ordine ad ſimilitudinem tranſitum fe-
cit. quoniam nihil differt: vtrum paſſiones anime diceret
an ſimilitudines. Eadem nāqꝫ res anime quidem paſſio
eſt: rei vero ſimilitudo. ⁊ Alexander hunc locum. Sunt
ergo ea que ſunt in voce earum quę ſunt in anima paſſio
num note. ⁊ ea que ſcribuntur eorum quę ſunt in voce. ⁊
quemadmodum nec littere omnibus eędem: ſic nec eędeꝫ
voces. hoc modo conatur exponere. propoſuit inquit ea q̄
ſunt in voce intellectus animi deſignare: ⁊ hoc ꝓbat exem
plo. Eodem enim modo ea quę ſunt i voce paſſiones ani
me ſignificant: quemadmodū ea quę ſcribūtur voces deſi-
gnant: vt id quod ait: ⁊ ea quę ſcribuntur ita itelligam⁹
tanqꝫ ſi diceret: quemadmodū etiam ea quę ſcribūtur eo
rū q̄ ſūt in voce: ea vō que ſcribuntur inquit Alexander
notas eſſe vocum. idest nominū ac verborum: ex hoc mō-
ſtrauit quod dixit: ⁊ quemadmodum nec littere omnibus
eędem ſic nec eędem voces. Signum nāqꝫ eſt vocum ipſa
rum ſignificationem litteris contineri: ꝙ vbi varie ſūt lit
tere ⁊ non eadem quę ſcribuntur: varias quoqꝫ voces eſſe
neceſſe eſt. hęc Alexander. Porphyrius vero quoniaꝫ tres
poſuit orationes: vnam quę litteris contineretur. ſecundā
quę verbis ac nominibus perſonaret: tertiam quam men
tis euolueret intellectus: id Ariſtoteleꝫ ſignificare pronun-
tiat cum dicit. Sunt ergo ea quę ſunt in voce earuꝫ quę
ſunt in anima paſſionum note quod oſtenderet ac ſi ita di
xiſſet: ſunt ergo ea quę ſunt in voce ⁊ verba ⁊ nomina ani-
me paſſionum note. ⁊ quoniam monſtrauit quorū voces
eſſent ſignificatiue. illud quoqꝫ docuiſſe: quib⁹ ſignis ver-
ba ⁊ nomina panderentur: ideo addidiſſe ⁊ ea quę ſcribun
tur eorum quę ſunt in voce tanqꝫ ſi diceret ea q̄ ſcribunt
noia ⁊ verba: eorꝫ q̄ ſūt i voce nominū ⁊ verborum note
ſunt: nec diſiunctam eſſe ſententiam: nec (vt Alexander pu
tat) id quod ait ⁊ ea quę ſcribuntur: ita eſt intelligendum:
tanqꝫ ſi diceret: ſicut ea quę ſcribuntur. idest littere illa quę
ſunt in voce ſignificant: ita ea que ſunt in voce notas eſſe
animę paſſionum. Primo quidem ꝙ ad ſimplicem ſen-
ſum nihil addi oportet: deinde ꝙ tam breuis ordo tanqꝫ
neceſſaria orationis non eſt intercidēda partitio: tertio ve
ro quoniam ſi ſimilis eſt ſignificatio litterarum vocumqꝫ

quę eſt vocum ⁊ animę paſſionum: oporteret ſicut voces
diuerſis litteris permutantur: ita quoqꝫ paſſiones anime
diuerſis vocibus permutari: quod non fit: idem nāqꝫ in-
tellectus poteſt variatis vocibus ſignificari. Sed alexan
der id ꝙ cum ſenſiſſe ſuperius memoraui: hoc probare ni
titur argumento. ait enim etiam in hoc quoqꝫ ſimileꝫ eſſe
ſignificationem litterarum ac vocum: quoniam ſicut littere
non naturaliter voces: ſed poſitione ſignificant: ita quoqꝫ
voces non naturaliter animi intellectus: ſed aliqua poſiti
one deſignant. Sed qui prius recipit: vt id quod Ariſto-
les ait: ⁊ ea que ſcribuntur: ita dictum eſſet tanqꝫ ſi diceret
ſicut ea quę ſcribuntur: quicquid ad hanc ſententiam vi-
detur adiungere: equaliter non dubitatur errare. Quocir-
ca noſtro iudicio qui rectius tenere volent ſententijs por-
phyrij ſe applicabunt. Aſpaſius quoqꝫ ſententie alexan-
dri: qꝫ ſupra propoſuimus: valde conſentit: qui a nobis i
eodem quo ⁊ alexander culpabitur errore. Ariſtoteles ve-
ro duobus modis has notas eſſe putat: litterarum: vocū
paſſionūqꝫ anime conſtitutas: vno quideꝫ poſitione: alia
vero naturaliter. Atqꝫ hoc eſt quod ait: ⁊ quemadmoduꝫ
nec littere omnibus eędem ſint: nec eędem voces. Nam ſi
littere voces: ipſę vero voces intellectus animi naturaliter
deſignarent. omnes homines: eiſdem litteris. eiſdem vo-
cibus etiam vterentur. Quod quoniam apud omnes nec
eędem littere: neqꝫ eędem voces ſunt: conſtat eas non eſſe
naturales. Sed hic duplex lectio eſt. Alexander enim hoc
modo putat legi oportere: quorum autem hę primorum
note: eędem omnibus paſſiones anime ſunt: ⁊ quorum hę
ſimilitudines: res etiam eędem. Uolens enim Ariſtote.
ea quę poſitione ſignificant ab his quę aliquid deſignant
naturaliter ſegregare hoc interpoſuit: ea quę poſitiōe ſigni
ficant: varia eſſe. Ea vero quę naturaliter apud omnes ea
dem ⁊ inchoans quidem a vocibus ad lr̄as: venit eaſqꝫ
primo non eſſe naturaliter ſignificatiuas demonſtrat di-
cens ⁊ quemadmodum nec lr̄e omnibus eędem: ſit nec eę-
dem voces: nā ſi idcirco littere probantur non eſſe natura
liter ſignificantes: ꝙ apud alios alie ſint ac diuerſę. Eodeꝫ
quoqꝫ modo probabile erit voces quoqꝫ non naturaliter
ſignificare: quoniam ſingule hominuꝫ gentes nō eiſdem i
ter ſe vocibus colloquantur. Uolens vero ſimilitudineꝫ
intellectum rerumqꝫ ſubiectarum docere naturaliter conſti
tutam ait: quorum autem hę primorum note: eędem om-
nibus paſſiones anime ſunt: quorum inquit voces quę
apud diuerſas gentes ipſę quoqꝫ diuerſę ſunt: ſignificati
onem retinent: quę ſunt ſcilicet anime paſſiones: ille apud
omnes eędem ſunt. Neqꝫ enim fieri poteſt: vt quod apud
romanos homo intelligitur: lapis apud barbaros intelli-
gatur. Eodem quoqꝫ modo de ceteris rebus. Ergo huiuſ
modi ſententia eſt quę dicit. ea quę voces ſignificent apud
oēs hoīes gentes non mutari: vt ipſę quidem voces: ſicut
ſupra monſtrauit cum dixit quemadmodum nec lr̄e omnī
bus eędem: ſic nec eędem voces: cum apud plures diuerſe
ſint. Illud vero ꝙ voces ipſę ſignificant apud omnes ho
mines idem ſit: nec vlla ratione valeat permutari: qui ſunt
ſcilicet intellectus rerum: qui quoniam naturaliter ſunt
permutari non poſſunt: atqꝫ hoc eſt quod ait. Quoruꝫ au
tem hę primorum note. idest voces: eędem omnibus paſ
ſiones anime ſunt: vt demonſtraret quidem voces eſſe di-
uerſas: quorum autem ipſe voces ſignificatiue eſſent: quę
ſunt ſcilicet anime paſſiones: eaſdem apud omnes eſſe: nec
vlla ratione: quoniam ſunt conſtitute naturaliter: permu
tari. Nec vero in hoc conſtituit: vt de ſolis vocibus atqꝫ ī
tellectibus loqueretur. Sed quoniam voces atqꝫ litteras
non naturaliter conſtitutas per id ſignificauit: ꝙ eas non
apud omnes eaſdem eſſe propoſuit. Rurſus intellectus
quos anime paſſiones vocat: per hoc eſſe naturales oſten
dit: quod apud omnes iſdem ſint: a quibus: id eſt intellectī
bus ad res tranſitum fecit. Ait enim quorum hę ſimilitu-
dines: res etiam eędem. Hoc ſcilicet ſentiens quod res



quoqꝫ naturaliter apud omnes homines eſſent eędem: ſi-
cut enim ipſe anime paſſiones: quę ex rebus ſumuntur:
apud omnes homines eędeꝫ ſunt: ita quoqꝫ ipſe res: quo-
rum ſimilitudines ſunt anime paſſiones: eędem apud
omnes ſunt. Quo circa qꝫ res naturales ſunt: ſicut ſunt
etiam ſimilitudines rerū quę ſunt paſſiones anime. Her
minius vero huic eſt expoſitioni contrarius. Dicit enim
non eſſe verum eoſdem apud omnes homines eſſe intel-
lectus: quoruꝫ voces ſignificatiue ſunt. quid enim inquit
in equiuocatiōe dicetur: vbi vnus idemqꝫ vocis modus
plura ſignificat: ſed magis hanc lectionem veram putat:
ut ita ſit: quorum autem hę primorū notę: hę omnes paſ
ſiones anime ſunt: et quorum hę ſimilitudines: res iam
eędem: ut demonſtraſſe videatur: quorum voces ſignifica
tiue ſint: uel quorum paſſiones anime ſimilitudines. Et
hoc ſimpliciter accipiendū eſt ſcd̄m Herminiū: ut ita dica
mus. quoruꝫ voces ſignificatiue ſunt: ille ſunt anime paſ-
ſiones: tanqꝫ ſi diceret anime paſſiones ſunt: quas ſignifi
cant voces: ⁊ rurſus quoruꝫ ſimilitudines ſunt: ea quę in
tellectibus continent: ille ſunt res. Tanqꝫ ſi dixiſſet: res
ſunt: quas ſignificant intellectus. Sed Porphyrius de
vtriſqꝫ acute ſubtiliterqꝫ iudicat: ⁊ alexandri ſententiam
magis ꝓbat hoc quod dicit nō debere diſſimilari de mul-
tiplici equiuocationis ſignificatione. Nam ⁊ qui dicit ad
vnam quālibet rem accōmodat animū ſcilicet quā intelli-
gens voce declarat: ⁊ vnum rurſus intellectum quemlibet
is qui audit expectat: Quod ſi cum vterqꝫ ex vno nomine
res diuerſas intelligit: ille qui nomen equiuocuꝫ dixit de
ſignet clarius: quid illo nomine ſignificare voluerit: accipit
mox qui audit: ⁊ ad vnum intellectuꝫ vtriqꝫ conueniunt:
qui rurſus fit vnus apud eoſdem illos: apud quos p̄mo
diuerſe fuerant anime paſſiones propter equiuocationem
nominis. Neqꝫ enim fieri poteſt: ut qui voces poſitione
ſignificantes a natura eo diſtinxit: ꝙ eaſdem apud omnes
eſſe non diceret: eas res quas naturaliter eſſe preponebat
non eo tales eſſe monſtraret: ꝙ apud omnes eaſdē eſſe con
tenderet. Quo circa Alexander uel propria ſententia vel
Porphyrij auctoritate probandus eſt. Sed quoniam ita
dixit Ariſtote. quorum aūt hę primorum note: eędem om
nibus paſſiones anime ſunt: querit Alex. ſi rerum nomi-
na ſunt: quid cauſe eſt: ut primorum intellectuum notas
eſſe voces dixerit Ariſtote. rei enim ponit nomen: ut cum
dicimus homo: ſignificamus quidem intellectum: rei ta-
men nomen eſt ſciliꝫ animal rationale mortale. Cur er-
go non primarū reruꝫ magis note ſunt voces quibus po
nuntur: potiuſqꝫ intellectuum. Sed fortaſſe quidem ob
hoc dictum eſt inquit. ꝙ licet voces rerum nomina ſint: ta
men non idcirco vtimur vocibus: ut res ſignificemus: ſed
ut eas: quę nobis ex rebus innate ſunt: anime paſſiones.
Quo circa propter quorum ſignificantiā: voces ipſe profe
runtur: recte eorum primorum dixit eſſe notas. In hoc ve-
ro Aſpaſius permoleſtus eſt. Ait enim qui fieri poteſt: ut
eędem apud omnes anime paſſiones ſint: cum tam diuer-
ſa ſententia de iuſto ac bono ſit. Arbitratur enim Aſpaſ⁹
paſſiones anime nō de rebus incorporalibus: ſed de his
tantum quę ſenſibus capi poſſunt: Ariſtotelem paſſiones
anime dixiſſe: quod perfalſum eſt. Neqꝫ enim vnqꝫ intel
lexiſſe dicetur: qui fallitur: ⁊ fortaſſe quidem paſſionē ani-
mi habuiſſe diceretur: quicunqꝫ id quod bonum eſt: non
eodem modo quo eſt: ſed aliter arbitratur: intellexiſſe vero
non dicitur. Ariſtoteles autem cū de ſimilitudine loquit:
de intellectu pronunciat. Neqꝫ enim fieri poteſt: ut qui ꝙ
bonum eſt: malum eſſe arbitretur: boni ſimilitudineꝫ men
te conceperit. Neqꝫ enim intellexit rem ſubiectam: ſꝫ quo-
niam quę ſunt iuſta ac ad bona poſitionem oīa naturam
ue referuntur: et ſi de iuſto ac bono ita loquitur: ut de eo ci-
uile ius: aut ciuilis iniuria dicitur: recte non eędem ſunt
paſſionē anime: quoniā ciuile ius ciuile bonuꝫ poſitione
eſt non natura. Naturale vero bonum atqꝫ iuſtum apud
omnes gentes idem eſt. Et de deo qꝫ idem eſt: cui⁹ qꝫuis

cultura diuerſa ſit idē tn̄ cuiuſdā eminētiſſime naturę ē in
tellectus. Quare repetendū breuiter a principio eſt: par-
tibus enim ad orationem vſqꝫ peruenit. nam ꝙ ſe prius
quid eſſet nomen: quid verbum cōſtituere dixit: hę mini-
me partes oratiōis ſunt. Quod vero affirmationē ⁊ nega
tionem. iam de compoſita ex verbis ⁊ nominibus oratio-
ne loquitur: quę eędem rurſus partes ſunt enunciationis
Et poſt enunciationis propoſitionē de oratione loqui ꝓ
poſuit: cuius ipſa quoqꝫ enunciatio pars eſt. Et quoniā
(vt dictuꝫ eſt) triplex eſt oratio: quę in litteris: quę in vo
ce: quę in intellectibus eſt: qui verbum ⁊ nomen diffinitu
rus eſſet: eaqꝫ ſignificatiua poſitur⁹: dicit prius quorum
ſignificatiua ſint ipſa verba ⁊ nomina: ⁊ inchoat quidem
ab his nominib⁹ ⁊ verbis quę ſunt in voce dicens: Sūt
ergo ea quę ſunt in voce. ⁊ demonſtrat quorum ſint ſignifi
catiua adijciens earum quę ſunt in anima paſſionum no-
te. Rurſus nominū ipſoruꝫ verborūqꝫ quę in voce ſunt
ea verba ⁊ nomina: quę eſſent in litteris conſtituta: ſignifi
catiua eſſe declarat dicens: ⁊ ea quę ſcribuntur eorum quę
ſunt in voce: ⁊ quoniam iſta quattuor: quedam ſunt litte-
re: voces: intellectus: res: quorum littere ⁊ voces poſitione
ſunt: natura vero res atqꝫ intellectus: demonſtrauit vo-
ces non eſſe naturaliter: ſed poſitione per hoc ꝙ ait nō eaſ-
dem eſſe apud omnes ſed varias: ut eſt. ⁊ quemadmodum
nec littere omnib⁹ eędem: ſic nec eędem voces. Ut vero de
monſtraret intellectus ⁊ res eſſe naturaliter ait apud om-
nes eoſdem eſſe intellectus: quorū voces eſſent ſignifica-
tiue: ⁊ rurſus apud omnes eaſdem eſſe res: quarū ſimilitu
dines eſſent anime paſſiones: ut eſt. quorū autem hę pri-
morum note ſcilicet quę ſunt in voce: eędem omnib⁹ paſ-
ſiones anime ſunt: ⁊ quorum hę ſimilitudines: res etiam
eędem. Paſſiones autem anime dixit: quoniā alias dili-
genter oſtenſum eſt omnē vocem animalis aut ex paſſione
anime: aut propter paſſionem proferri. Similitudinem
vero paſſionē anime vocauit: quod ſcd̄m Ariſtotelem ni-
hil eſt aliud intelligere niſi cuiuſlibet ſubiecte rei proprie-
tatem atqꝫ imaginationeꝫ ī anime ipſi⁹ reputatione ſuſci-
pere. de quibus anime paſſionibus in libris ſe de anima
cōmemorat diligentius diſputaſſe. Sed quoniā demon
ſtratum eſt: quoniam verba ⁊ nomina ⁊ oratio intellectuū
principaliter ſignificatiua ſunt: quicquid eſt in voce ſigni-
ficationis: ab intellectibus venit. Quare prius paululū
de intellectibus perſpiciendū ei erat: qui aliquid recte de
vocibus diſputaret. Ergo qd̄ ſupra paſſiones anime ⁊ ſi-
militudines vocauit: idem nunc apertius intellectum vo
cat dicens.

**Eſt autem quemadmodum in anima ali-
quotiens quidem intellectus ſine vero falſo
ve. Aliquotiens autem cui iam neceſſe eſt ho
rum alteruꝫ ineſſe: ſic etiam in voce: circa con
poſitionem enim ⁊ diuiſionem eſt veritas fal
ſitaſqꝫ. Nomina igitur ipſa ⁊ verba conſimi-
lia ſunt ſine compoſitione et diuiſione intelle
ctui: vt homo vel album: quando non addi-
tur aliquid: neqꝫ enim adhuc verum vel fal-
ſum eſt: huius autem ſignum hoc eſt. Hyrco
ceruus enim ſignificat aliquid: ſed nondum
verum vel falſum: ſi non eſſe vel non eſſe ad-
datur vel ſimpliciter: vel ſcd̄m tempus.**

¶ Quoniam nomen ⁊ verbum atqꝫ omnis oratio ſigni-
ficatiua ſunt anime paſſionum: ex ipſis ſine dubio quę de
ſignant in eiſdem vocibus proprietas ſignificationis in-
naſcitur. Hic vero eſt totus atqꝫ continuus Ariſtotelicę
ordo ſententie. Quoniam inquit ea primum vocibus ſi-
gnificāt: q̄ in aīo ⁊ cogitatōe verſanṫ: intellectuū vero ali-
os qdē ſimplices ⁊ ſine veri vł falſi enūciatōe ꝑpēdim⁹ ut
cū nob̄ hoīs ꝓprietas tacita imaginatōe ſuggerit. Nullis

namqꝫ ex hac intelligẽtie ſimplicitate vel veritatis naſcit̃ vel falſitatis agnitio. Sunt vero intellectus quidam cõpoſiti atqꝫ coniuncti: in quibus ineſt iam quedam vel veritatis uel falſitatis inſpectio: ut cum ad quamlibet ſimplicem perceptionem mentis adiungitur aliud quod uel eſſe aliquid uel non eſſe cõſtituat: ut ſi ad hoīs intellectuȝ eſſe vel non eſſe: uel albũ eſſe uel nõ eſſe album copuletur fient enim cogitabiles orationes veritatis vel falſitatis participes hoc modo: homo eſt: homo non eſt: homo albus eſt: homo albus nõ eſt. Quarũ quidẽ homo eſt: vel homo albꝰ eſt: cõpoſitio dicit̃. Nã prior eſſe atqꝫ hoīem: poſterior hoīem albo cõpoſita intellectꝰ predicatione cõnectit. Si võ ad hoīs intellectũ adijciã quidã: ut ita ſit: homo eſt vel nõ eſt: vel albꝰ eſt: aut aliquid tale: tũc in ipſa cogitatione veritas aut falſitas innaſcit̃. Ergo inquit quẽadmoduȝ aliquotiẽs quidã ſimplices intellectꝰ ſunt: qui in vero falſoqꝫ careant: quidã vero in quibꝰ alterũ horũ reperiat̃: ſic etiaȝ in voce. Nã que voces denũciant ſimplices intellectꝰ: ipſe quoqꝫ a falſitate ⁊ veritate ſe iuncte ſunt: Que vero huiuſmodi ſignificãt intellectꝰ: in quibꝰ iam veritas vel falſitas cõſtituta eſt: in ipſis quoqꝫ horũ alterũ inueniri neceſſe eſt. Nã ſi quis hoc ſolũ dicit homo vel albũ: uel etiã hyrcocervus: q̃q̃ iſta quidẽ ſignificẽt: quoniã tñ ſignificãt ſimplices intellectꝰ: manifeſtũ eſt eõ veritatis vel falſitatis proprietate carere. Et tota quidẽ ſentẽtia hoc modo ſe habet. Diligẽtius tñ eſt attendẽdũ quid eſt ꝙ ait: circa cõpoſitionem eni ⁊ diuiſionẽ eſt veritas falſitaſqꝫ: quid etiaȝ ꝙ dictum eſt. noīa igit̃ ipſa ⁊ verba cõſimilia ſunt ſine cõpoſitione uel diuiſione intellectui. Illud quoqꝫ cur compoſito noīe: uel cur etiã vſus eſt rei nõ exiſtentis exemplo: ut diceret: hyrcocervus eni ſignificat aliquid. Nec illud preteredũ eſt: quid ſit qõ dictũ eſt: uel ſimpliciter uel ſm tempꝰ primũ quidẽ de eo dicendũ eſt ꝙ ait: circa cõpoſitionẽ enim ⁊ diuiſionẽ ẽ veritas falſitaſqꝫ: Querit̃ nãqꝫ vtrũ ne omnis veritas circa cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ ſit: an quedã eſt: quedam vero minime. Illud quoqꝫ an in omni cõpoſitiõe vel diuiſione veritas falſitaſqꝫ cõſtituta ſit: an hoc nõ generaliter: ſȝ in quadã cõpoſitionis vl' diuiſionis parte veritas falſitaſqꝫ verſet̃. in opinionibꝰ nãqꝫ veritas eſt: quotiẽs ex ſubiecta re capit̃ imaginatio uel etiã quotiẽs: ita ut ſeſe res habet: imaginationẽ accipit intellectꝰ. Falſitas vero ẽ quotiẽs aut nõ ex ſubiecto: aut ita ut ſeſe res nõ habȝ imaginatio ſubijcit̃ intellectui: ſȝ adhuc in veritate atqꝫ falſitate nihil equidẽ aliud reperit̃: niſi quedã opinionis habitudo ad ſubiectã rem. Quadã eni habitudine ⁊ quo modo ſe habet imaginatio ad rem ſubiectã: hoc ſolũ in hac veritate uel falſitate cõſpicit̃: quã quideȝ habitudine nullꝰ dixerit cõpoſitioneȝ. In hoc vero diuiſionis nullꝰ nec fictus quidem modus intelligi põt. Illud quoqꝫ cõſiderandum eſt nõne aliqua ſit in his cõpoſitio vel diuiſio: que ſcdm ſubſtantiã ſuã vera dicunt̃ aut falſa: ut eſt vera voluptas bene viuendi: ut eſt falſa voluptas bellãdi. Etiã illud quoqꝫ reſpiciendũ eſt: ꝙ in omniũ maximo deo quicqd intelligitur: nõ in eo accidẽtaliter: ſȝ ſubſtantialiter intelligit̃: ⁊ eni que bona ſunt ſubſtãtialiter de eo nõ accidẽtaliter credimus. Qõ ſi ſubſtãtialiter credimꝰ deũ: deũ vero nullus dixerit falſum: nihilqꝫ in eo accidentaliter poterit euenire. ipſa veritas deus dicẽdus eſt: nõ eſt igit̃ cõpoſitio uel diuiſio in his: que ſimplicia naturaliter ſunt: nec vlla cuiuſlibet rei collatione iungũt̃. Quare nõ omnis veritas neqꝫ falſitas circa compoſitionẽ diuiſionẽqꝫ conſiſtit: ſȝ ſola tantum: que in intellectũ multitudine fit: ⁊ in prolatione dicendi. Nam in ipſa quidẽ habitudine imaginatiõis ⁊ rei nulla cõpoſitio eſt: in cõiunctione vero intellectuũ compoſitio fit. Nam cũ dico ſocrates ambulat: hoc ipſum quidem ꝙ cũ ambulare cõcepi: nulla cõpoſitio eſt: ꝙ vero intellectus ꝓgreſſione ambulationẽ cũ ſocrate coniungo: quedaȝ iam facta eſt compoſitio. Qõ ſi hoc oratione protulero: rurſus eadem compoſitio eſt: ⁊ circa eam vis veritatis ⁊ falſitatis apparet. Quo circa in his ſolis compoſitionibꝰ inuenit̃ veritas atqꝫ mendaciũ: de quibꝰ tota nũc queſtio ẽ: in nomine. ſ. ⁊ in verbo: in negatione et affirmatione: in enũciatione: ⁊ oratione. Quem. ſ. cõpoſitione veritatis et falſitatis naturã ab intellectibꝰ accipientes in vocis prolatione cõſeruant. De diuiſione autẽ que ad negationem pertinet: deqꝫ compoſitione: que ad affirmationem: paulo poſt enucleatius dicã. Nunc illud eſt videndũ: vtrũ verũ ſit circa omnem compoſitionẽ circaqꝫ omnem diuiſionem veritatem vel mendaciũ prouenire: quod falſum eſt: quis enim dixerit huiuſmodi nominũ coniunctionem: ⁊ ſocrates ⁊ plato uel ſi a ſe hec nomia diuidant̃: nec ſocrates: nec plato: veri aliquam falſive tenere ſignificantiã. Quare cõfitendum eſt: nec circa omnẽ diuiſionem: neqꝫ circa omneȝ compoſitionẽ eam ſcilicet que in oratione verſatur: mendacium veritatemqꝫ ſubſiſtere. Sed illud veriſſimuȝ eſt ꝙ omnis que in oratione eſt veritas falſitaſqꝫ: in compoſitione ⁊ diuiſione naſcitur: non tamẽ omnis orationis cõpoſitio vel diuiſio iterum retinet: aut verum aut falſum. Ergo ſi ſic dixiſſet: circa omnem compoſitionẽ vl' diuiſionẽ veritas falſitaſqꝫ eſt: mentiret̃. Sed quoniam dixit ſimpliciter: veritas falſitaſqꝫ circa compoſitioneȝ diuiſionẽqꝫ eſt: veriſſime ſubtiliſſimeqꝫ dixiſſe putandum eſt. illa etiã nomina que ita dicuntur ſimplicia: ut veritatem aut falſitatem quodãmodo valeant deſignare: huiuſmodi ſunt: ut intra ſe atqꝫ intra ſignificationẽ ſuam quandaȝ retineant compoſitionem: ut ſi quis dicat lego: hoc eſt enim dicere lego: tãq̃ ſi diceret ego lego. Hec autem compoſitio eſt. Sed uel quotiens interrogante alio reſpondet alius vno tamẽ ſermone: videtur quoqꝫ tunc ſimplex ſermo veritatẽ mendaciumqꝫ perficere. ꝙ ꝓfalſum eſt. Audiẽtis nãqꝫ reſponſio ad totum ordinem ſuperioris enunciationis adiungitur: ut ſi quis interroganti mundus ne animal ſit: reſpondeat eſt. videtur hec vna particula veritatem uel mendacium continere: ſed falſo. Non enim vna eſt: ſed ad vim ipſius reſponſionis intuenti tale eſt ac ſi diceretur mũdus animal eſt. Quod vero ait nomina ipſa ⁊ verba conſimilia eſſe ſine compoſitione vel diuiſione intellectui: illud deſignat: quod ſupra iã dixit: ea q̃ ſunt in voce notas eſſe anime paſſionum. Quod ſi note ſunt: ſicut littere vocum in ſe ſimilitudinem gerunt: ita voces intellectuuȝ. Et quoniã dictum eſt cur de ſimilitudine verborum ⁊ nominuȝ atqꝫ anime paſſionum dixerit: cur circa compoſitionem ⁊ diuiſionem falſum verumqꝫ eſſe propoſuerit: dicenduȝ eſt qd ſit ipſa compoſitio vel diuiſio: in qua aut veritas aut falſitas inuenitur. Nam quoniã de ſimplici enunciatiua oratione perpendit: ut poſterius ipſe in diuiſione declarat dicens. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio deinde negatio. illam nunc compoſitionẽ deſignare vult: que alicuius uel ſubſtantiã conſtituit. vel aliquid ſm eſſe coniungit. Nam cum dico ſocrates eſt. hoc ipſum eſſe ſocrati applico. ⁊ ſubſtantiam eius eſſe conſtituo. Si vero dixero ſocrates philoſophus eſt. philoſophiam ⁊ ſocrateȝ ſcdm eſſe compoſui: uel ſi dicam ſocrates ambulat. huiuſmodi eſt tanq̃ ſi dicam ſocrates ambulans eſt: igitur quotiens huiuſmodi fuerit compoſitio: que ſcdm eſſe verbum uel ſubſtantiam conſtituat uel res coniungat: affirmatio dicitur. ⁊ in ea veri falſiqꝫ natura perſpicitur. ⁊ quoniam omnis negatio ad predicationem conſtituit̃. huius enim affirmationis que eſt ſocrates eſt: negatio eſt non ea que dicit non ſocrates eſt: ſed ea que pronunciat ſocrates non eſt. ⁊ ad id quod eſſe ſocrates dictus eſt non negatio apponitur: ut eum id dicamus non eſſe: quod ante dictum eſt eſſe. ergo quoniam id quod in affirmatione ſcdm eſſe vel conſtitutum vel coniunctum fuerit: ad id addita negatio ſeparat uel ipſam ſubſtantie conſtitutionem: uel etiam factam per id quod dictum eſt eſſe aliquid: coniunctionẽ: diuiſio vocatur. Quando enim dico ſocrates non eſt: eſſe a ſocrate ſeiunxi. ⁊ cum dico ſocrates: philoſophus non eſt: ſocratẽ ab eo ꝙ eſt philoſophũ eſſe ſeparaui: quam ſeparationem: que ad negationeȝ pertinet: diuiſionem vocauit.



Ergo manifeſtũ eſt ꝙ ſi ſimplex in anime paſſionibus intellectus fuerit: cum ipſe intellectus nullã adhuc veri falſiqꝫ retineat naturã: vocꝫ quoqꝫ prolationẽ ab vtriſqꝫ eſſe ſeparatam. Sed cum compoſitio ſecundũ eſſe facta vel etiam diuiſio intellectibꝰ: in quibus principaliter veritas ⁊ falſitas procreat̃: euenerit quoniã ex intellectibus voces capiunt ſignificationẽ: eas quoqꝫ ſecundũ intellectuũ qualitatẽ veras ⁊ falſas eſſe neceſſe eſt. Maximã vero habet vim hyrcocerui exempli nouitas ⁊ exquiſita ſubtilitas ad demonſtrandũ eni ꝙ vnũ ſolum nomẽ neqꝫ verũ ſit neqꝫ falſum poſuit huiuſmodi nomẽ: quod compoſitum quidẽ eſſet: nulla tamen eius ſubſtantia reperiretur. Si quod ergo nunq̃ nomen vnum veritatem poſſet falſitatem ve retinere: poſuit huiuſmodi nomen: ꝙ eſt hyrcocervus. ſed quoniã omnino in rebus nulla illi ſubſtantia eſt: falſum aliquid deſignare videtur: ſed nõ deſignat aliquam falſitatem. Niſi enim dicatur hyrcocerꝰ vel eſſe vl' nõ eſſe: q̃q̃ ipm per ſe non ſit: ſolum tamen dictum nil falſi in eo ſermone veri ve perpendit̃. Ergo ad demonſtrandam vim ſimplicis nominis: ꝙ omni veritate atqꝫ mendacio careat tale in exemplo poſuit nomen: cui res nulla ſubiecta ſit. Qõ ſi quidem verum vel falſum vnuȝ nomen ſignificare poſſet: nomen ꝙ eam rem eſſe deſignat: que in rebus non ſit: omnino falſum eſſet. Sed non eſt. non igit̃ vlla veritas falſitaſqꝫ in ſimplici vnq̃ nomine reperietur. Nec illud parue cure fuit nomen non ponere: ꝙ omnino nihil ſignificaret: ſed quod cũ ſignificaret quidã: tamen aut veruȝ aut falſum eſſe non poſſet: ut non videat̃ veritatis falſitatiſqꝫ cauſa eſſe in eo: quoniã nihil ſignificaret. Sed quoniam eſſet ſimpliciter dictuȝ quãq̃ in eodem illud quoqꝫ cõficit: ut oſtenderet nõ ſolum ſimplex nomen veritate atqꝫ mendacio eſſe alieniſſimũ: ſed etiam compoſita quoqꝫ nomina: ſi non habeãt aliquã ſecundũ eſſe vel non eſſe (ſicut ſuperius dictum eſt) compoſitionẽ: verũ vel falſum ſignificare non poſſe. Tanq̃ ſi diceret: non ſolum ſimplex nomẽ preter aliquã compoſitionẽ nihil verũ falſum ve ſignificat ſed etiã compoſita vtroqꝫ carent (ſicut iam ipſe dixit) niſi illi aut eſſe aut nõ eſſe addatur et vel ſimpliciter vel ſecũdũ tempus. hoc vero idcirco addidit ꝙ in quibuſdam ita enũciationes fiunt: ut quod de ipſis dicit̃: ſecundũ ſubſtantiã proponatur. in quibuſdã vero hoc ipſum eſſe quod addit̃ non ſubſtantiã ſed preſentiã quandã ſignificat. Cum eni dicimus deus eſt: nõ eum dicimus nũc eſſe. ſed tantuȝ in ſubſtantia eſſe: ut hoc ad ĩmutabilitatẽ potius ſubſtantie quã ad tempus aliquod referat̃. Si autẽ dicimus dies eſt ad nullã dici ſubſtantiã pertinet: niſi tantũ ad temporis conſtitutionẽ. hoc eni ꝙ eſt: tale eſt: tanq̃ ſi dicamus nũc eſt. quare cum ita dicimus eſſe ut ſubſtantiã deſignemus ſimpliciter eſt addimus. Cum vero ita ut aliquid pñs ſignificet̃: ſecundũ tempus. Hec eſt vna quã diximus expoſitio. Alia vero huiuſmodi eſt eſſe aliquid duobꝰ modis dicitur aut ſimpliciter aut ſecundũ tempus. ſimpliciter quidẽ ſecundũ preſens tempus: ut ſi quis dicat hyrcocervus eſt. preſens autẽ ꝙ dicit̃: tempus nõ eſt ſed cõfiniũ temporũ. finis nanqꝫ p̃teriti eſt futuriqꝫ principium. Quocirca quiſquis ſecundũ preſens hoc ſermone ꝙ eſt eſſe vtit̃ ſimpliciter vtit̃. qui vero aut preteritũ iungit aut futurũ: ille non ſimpliciter: ſed iam in ipm tempus incurrit. Tempa nanqꝫ (ut dictum eſt) duo ponũtur preteritũ atqꝫ futurũ. Qõ ſi quis cũ preſens nominat: ſimpliciter dicit: cũ vtrũlibet preteritũ vel futurũ dixerit: ſecũdũ tempus vtit̃ enũciatiõe. Eſt quoqꝫ tertia hmõi expoſitio: ꝙ aliquotiẽs ita tempe vtimur: ut indefinite dicamus: ut ſi quis dicat. eſt hyrcocervus: fuit hyrcocervus: erit hyrcocerꝰ: hoc indefinite ⁊ ſimpliciter dictũ eſt. Sin vero aliquis addat: nunc eſt: vel heri fuit: vel cras erit: ad hoc ipſum eſſe qõ ſimpliciter dicit̃ addit tempꝰ. quare ſm vnã triũ harum expoſitionũ intelligendũ eſt ꝙ ait: ſi nõ vel eſſe vel non eſſe addat̃: vel ſimpliciter vel ſm tempꝰ. Sȝ ei qõ ante ꝓpoſuit: quẽadmodũ aliquotiẽs quidẽ in anima intellectꝰ ſine vero vel falſo. poſtq̃ eĩ cõſequens reddidit noĩa ipſa per ſe vtraqꝫ eſſe ſimplicibꝰ intellectibus cõſimilia: ut homo vel album: ei vero ꝙ alter: cui iã neceſſe ſit alterũ horũ ineſſe: nihil interim reddidit: ſȝ hoc eo ipſo ſuppleuiſſe putabit̃: ꝙ ait: ſed nõdũ verũ vel falſum eſt ſi nõ eſſe vel nõ eſſe addatur: hoc eſt enim intellectuũ quedã cõpoſitio: cui iam neceſſe eſt alterum horũ ineſſe: qua in oratiõe vel eſſe vel nõ eſſe addit̃. Quo circa quoniã de noĩe vtroqꝫ ꝓpoſuit: ⁊ q potuit breuiter: vocũ litterarũ intellectuũ rerũqꝫ cõſequẽtias altiſſima ratione mõſtrauit: ad id quod primũ ꝓpoſuit dicens: Primũ oportet cõſtituere: quid ſit nomen ⁊ quid verbũ: ad hoc inquã ꝙ promiſerat diffinire: reuertitur: nomẽ eni diffiniens ita ſubiecit.

**Nomen eſt vox ſignificatiua ad placitum ſine tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeperata: in nomie eni quod ẽ equiferus ferus per ſe nihil ſignificat: quẽadmodũ in oratione que eſt equus ferus.**

¶ Omnis diffinitio generis cõſtitutione conformat̃: differentiarũ vero cõpoſitione perficit̃. Nam ſi ad ꝓpoſitum genus differẽtias colligamus: eaſqꝫ ad vnaȝ: quã diffinire volumus: ſpeciẽ aptemus: vſqꝫ dum vni tñ ſpeciei illa collectio cõueniat: nihil eſt ꝙ vltra ad faciendã diffinitionem deſideret̃: vt ipſum hominẽ ſi quis diffiniat: generi eius quod eſt aĩal duas neceſſe eſt differẽtias iungat rationale. ſ. atqꝫ mortale: faciatqꝫ huiuſmodi ordinẽ animal rationale mortale: que diffinitio ſi ad hominẽ referat̃: plena eſt rõnis ſubſtãtieqꝫ deſcriptio. Volẽs ergo ariſto. diffinire quid eſſet nomẽ prius eius genꝰ ſumpſit dicẽs vocẽ ẽẽ: idcirco. ſ. vt hoc ꝙ dicimꝰ nomẽ ab alijs que nõ voces: ſed tñ ſoni ſunt ſepararet. Diſtat enim ſonꝰ a voce: ſonꝰ eni eſt percuſſio aeris ſenſibilis: vox vero flatus: qui per gutturis partes egrediens: que arterie vocant̃: aliqua lingue impſſione format̃. Et vox quidẽ niſi animantiũ nõ eſt ſonus vero aliquotiẽs inanimatorũ quoqꝫ corporũ cõflictatione perficit̃. Quare quoniã nomẽ vocem eſſe mõſtrauit: ab alijs que voces nõ ſunt: ſȝ tñ ſoni hanc orationis partem ſeparauit atqꝫ diſtribuit: ⁊ vocem quidem noĩs velut genus ſumpſit. Habet nãqꝫ aliã quidã ſpeciei loco differens a noĩe: qõ eſt verbũ. habet quoqꝫ quaſdã locutiões: que nihil vlla ratione ſignificent: ut ſunt inarticulate voces: quarũ ipſa ſignificatio nõ poteſt inueniri: ut ſindapſus. huic ergo generi alias differẽtias rurſus apponit: que nomen ſicut vox a ſonis alijs ſegregauit. Ita quoqꝫ he differentie nomẽ ab alijs ſpeciebꝰ ſub voce poſitis diuidãt atqꝫ diſcernãt: quod eni addidit nomen vocẽ eſſe ſignificatiuaȝ ab his inquã vocibus nomẽ diſgregauit: que nihil oĩno ſignificãt: ut ſunt ſyllabe. Syllabe eni cuȝ ex his totũ nomen cõſtet: adhuc ipſe oĩno nihil ſignificãt. Sunt quoqꝫ quedã voces ſyllabis litteriſqꝫ cõpoſite: que nullã habent ſignificationẽ: vt eſt blictiri. Ergo quoniã videbant̃ quedam voces eſſe que ſignificatione carerẽt. Nomen qꝛ vox eſt ⁊ alicuiꝰ deſignationis ſemp cauſa ꝓfert̃: nõ aliter diffiniẽdũ erat niſi illud ante a nõ ſignificantibꝰ vocibus ſegregaret: itaqꝫ ait nomẽ eſſe vocẽ ſignificatiuã: ut voce quidẽ ab alijs ſonis: ſignificatione vero addita ab his que ſub voce ſunt nihil deſignãtia: ſegregaret. Sȝ hoc nõdũ ad totam diffinitionẽ valet: neqꝫ ſolũ nomẽ vox ſignificatiua ẽ ſȝ ſunt quedã voces que ſignificãt quidẽ: ſed noĩa nõ ſunt vt ea que a nobis in aliquibꝰ affectibus ꝓferunt̃: vt cum qs gemitũ edit vl' cũ dolore cõcitus emittit clamorẽ. Illud enim doloris animi: illud corporis ſignum eſt: ⁊ cum ſint voces ⁊ ſignificẽt quandã vel animi vel corporis paſſionẽ: nullꝰ tamẽ gemitũ clamorẽqꝫ dixerit nomẽ. Multorũ qȝ aĩaliũ ſũt voces q̃dã q̃ ſignificẽt: ut canũ latratꝰ iras ſignificat canũ: alia võ mollior q̃dã blãdimẽta deſignat: q̃re adiecta differẽtia ſeperãdũ erat nomẽ ab his oĩbꝰ q̃ voces qdẽ eẽnt ⁊ ſignificarẽt: ſȝ noĩs vocabulo nõ tenerẽt̃: igit̃ adiecit nomẽ vocẽ ẽẽ ſignificatiua nõ ſimplr: ſȝ ſm placitũ.

Scdm placitū vero eſt ꝙ ſcdm quandam poſitionē placitūqꝫ ponentis aptaꝛ. nullum enī nomē naturaliter cōſtitutū eſt: neqꝫ vnqꝫ ſicut ſubiecta res a natura ē: ita quoqꝫ a natura veniente vocabulo nūcupaꝛ. Sꝫ hominū genus ꝙ ⁊ ratione ⁊ oratione vigeret: nomina poſuit: eaqꝫ quibꝰ libuit litteris ſyllabiſqꝫ cōiungēs ſingulis ſubiectarū rerum ſubſtantijs dedit. hoc aūt illo ꝓbaꝛ: ꝙ ſi natura eſſent nomina: eadē apud omnes gētes eſſent vt ſenſus qm̄ naturaliter ſunt idē apud oēs ſunt. Oēs enī gentes nō alijs niſi ſolis oculis intuenꝛ: audiūt aurib⁹: naribus odoranꝛ ore accipiūt guſtus: tactu calidū vel frigidū: lene vel aſperum iudicāt: atqꝫ hec huiuſmodi ſunt ut apud oēs (ut dictū eſt) gentes eadē videanꝛ ipſa quoqꝫ que ſentiuntur quoniā cōſtituta naturaliter ſunt: non mutanꝛ. Dulcedo enim ⁊ amaritudo: albū ⁊ nigrū: ⁊ que alia ſenſib⁹. v. ſentiuntur: eadē apud omnes ſūt. Neqꝫ enī ꝙ italis dulce eſt in ſenſu: idem perſis videꝛ amarū: nec ꝙ apud nos oculis apparet album: apud indos nigrū eſt: niſi forte aliqua ſenſus egritudine permuteꝛ: ſed hoc nihil attinet ad naturaꝫ Igitur quoniā iſta ſunt naturaliter: apud oēs gentes eadem manēt. Sic ⁊ nomina ſi naturaliter eſſe videanꝛ: eadem eſſent apud oēs gentes: nec vllā ſuſciperēt mutationem. Nunc autē ipſum hoiem alio vocabulo latini: alio greci: diuerſis quoqꝫ vocabulis barbare gētes appellant: que in ponēdis noib⁹ diſſenſio ſignū eſt nō naturaliter: ſꝫ ad ponētiū placitū voluntatemqꝫ rebus noīa fuiſſe compoſita: idem quoqꝫ monſtrat: ꝙ ſepe ſingulorū hoiuꝫ ſunt permutata vocabula. Quē enī nūc vocamus Platonem Ariſtoteles antea vocabaꝛ: ⁊ qui theophraſtus nūc diciꝛ ante ariſtotelē a ſuis parētibus tirtamus appellabaꝛ: in eadem quoqꝫ lingua quādo plura vocabula vni adduntꝛ rei: mōſtraꝛ rē illā nō naturalib⁹ ſꝫ appoſitꝫ noib⁹ nūcupari: ſi. n. natalib⁹ noib⁹ res qꝫ vocarēꝛ: vnā rē vno tm̄ noie ſignarem⁹. Quid. n. attinet ſi naturalia ſūt vocabula: vni⁹ rei plures nominū eſſe voces: que ad vnā deſignationem demōſtrationēqꝫ cōcurrerent. Dicim⁹ enim gladius enſis mucro: ⁊ hec tria ad vnam ſubiectā ſubſtātiā cōcurrunt Ergo mōſtratū eſt nomina eſſe ſcdm placituꝫ. i. ſcdm ponentiū placitū: ac ſi diceret nomē eſſe vocem quidē ⁊ ſignificatiuam: ſꝫ nō naturaliter: ſed ſcdm placitū volūtatemqꝫ ponētis. hoc ſcilicꝫ ut diuideret ab his vocib⁹ que naturaliter deſignarēt: ut ſunt he quas nos in paſſionib⁹ affectibuſqꝫ proloquimur: vel quas aīalia muta conāꝛ. Sed nōdum ſupradicta differētia plenam nois formā diffinitionemqꝫ cōſtituit. Eſt nāqꝫ verbo cōe cum noie: quod vox deſignatiua eſt ⁊ ſcdm placitum: ſed addita differētia que eſt: ſine tempore: nomē a vbo diſtinxit: neqꝫ enim nomen vllum cōſignificat tempus: vbi nāqꝫ eſt: cum aut paſſio ſignificaꝛ aut actio. aliquā quoqꝫ ſecū trahere vim temporis: qua illud cum uel facere uel pati diciꝛ: ꝓferaꝛ. Cū enī dico ſocrates: nullius eſt tēporis: cū lego uel legi uel legam tempore non carent. Addito ergo nomini ꝙ ſine tempore eſſe dicatur: nomen a verbo diſiungitur. Sane nos nemo arbitretur opinari: ꝙ nullum nomen ſignificet tempus. Sunt enī nomina que tempus ſignificatiōe demonſtrēt: velut cum dico hodie vel cras: temporis nomina ſunt. ſꝫ illud dicimus: ꝙ cum eodē nomine tempus quoqꝫ nō cōſignificaꝛ. Aliud eſt enim ſignificare tempus: aliud conſignificare. Verbuꝫ enim cum aliquo proprio modo tempus ſignificat: ut cū agentis vel patientis modū demōſtrat. Nam ſine tempe ipſa paſſio vel actio non profertur. vnde nō dicimus ꝙ nomē non ſignificet tempus: ſed ꝙ nomen ſignificatio temporis nō ſequaꝛ. Reſtat autē vna ſola differentia: que ſi ſuperiorib⁹ adiungaꝛ: pleniſſima ſere nomen diffinitiōe formabiꝛ. hec autem eſt qua nomen ab oratione ſeparaꝛ. Inueniūtur enim quedā ſine dubio orationes: que cū voces ſint ⁊ ſignificatiue ⁊ ſm placitum quippe que ſunt nominibus colligate: tamen ſunt ſine tempore: ut cum dico ſocrates et plato. hec nanqꝫ oratio: cum ex nominibus iuncta ſit: nomen quidem nō eſt: vox vero eſt ſignificatiua ſm placitum ⁊ tempore vacat. vt igiꝛ nomen ab huiuſmodi oratione diuideret addidit hanc differentiā: que eſt. cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata. Oratio enim quoniā verbis nominibuſqꝫ cōiungiꝛ. verba vero vel nomina ſignificatiua eſſe palā eſt: partes quoqꝫ oratiōis ſignificare aliquid dubiū non eſt. Nominis vero pars quoniā ſimplex eſt: nihil omnino ſignificat ſed cum omnis oratio omneqꝫ nomen ⁊ verbum ex ſubiectis intellectibus vim ſignificandi ſumat. eſt autē aliquotiens: ut vnū nomen multos ſignificet intellectus. Quocirca erit quoqꝫ: ut non ſimplex nomē ſit: ꝙ non vnā tantum animi paſſionē intellectumqꝫ deſignet. Nam cuꝫ dico ſuburbanū vrbanū imaginatiōem ſignificandi tenet: ſed ita ut a toto nomine ſeparatum: cum ad ipſum refertꝛ nomen: ſignificet nihil: et ut in eo quod dicim⁹ equiſerus: ferus quidē aliquid ſignificare vult: ſed ſi a tota compoſitione ſepatur: nihil omnino deſignat in eo ſcꝫ nomine in quo cum equi particula iunctū equiferuꝫ conſignificabat. Omnis namqꝫ hec cōpoſitio vnius intellectus deſignatiua eſt. quare in oratione quidē ferus ſignificat. Et enim equus ferus oratio duos retinet intellectus. in nominē vero nihil: quoniam hoc ꝙ dicim⁹ equiferus vnius intellectus deſignatiuū eſt. Sed fortaſſe ferus cū ea parte qua iunctū eſt: ſimul quidē conſignificat ſeparatū vero nihil. hoc eſt ergo: quod ait.

**At vero nō quēadmodum in ſimplicibus nominibus: ſic ſe habent etiam in compoſitis In illis enim nullo modo pars ſignificatiua ē In his autē vult quidē: ſed nullius ſeparata: ut in eo ꝙ eſt equiferus ferus. Secundū vero placitū: quoniā naturaliter nominū nihil eſt: ſed qm̄ fit nota. nā deſignāt ⁊ illitterati ſoni: ut ferarꝫ: quorū nihil eſt nomen.**

¶ Simplex enim nomē nec imaginationē aliquā partium ſignificationis habet. Compoſitā vero tales habet ꝑtes: ut quaſi conētur quidē aliquid ſignificare: ſed cōſignificent potius: qꝫ quicqꝫ extra ſignificent. Addito igiꝛ nominiqꝫ eius partes nihil ſeparate ſignificant: nomen ab oratiōe diſiunctū eſt. Poſtqꝫ adiectionē que eſt. cui⁹ nulla pars eſt ſignificatiua ſepara. quid in nois diffinitiōe valeret explicuit hoc ſcilicꝫ quo nomen ab oratiōe ſe iungeret: illud quoqꝫ differit cur ſit additū quod dictum eſt ſecundū placitum. Nam quoniā nulla naturaliter nominū ſignificatio eſt: ſꝫ omne nomē poſitionē deſignat: idcirco dictū eſt ſm placitum. quod enī placuit ei qui primus nomina indidit rebus: hoc illis vocabulis deſignaꝛ. age enim quis naturaliter noia eſſe confirmet: quorū apd omnes gentes eſt tam diuerſa varietas? Nec vero dicitur ꝙ nulla vox naturaliter aliquid deſignet: ſed ꝙ nomina nō naturaliter ſed poſitione ſignificent. Alioquin habēt hoc ferarū mutorumqꝫ aīaliū ſoni: quorū vox quidē ſignificat aliquid: ut hinnitus equi cōſueti equi inquiſitionē: latratus canū lacentiū iracundiā monſtrat: ⁊ alia huiuſmodi Sed cum voces mutorū animaliū propria natura ſignificent: nullis tamē elementorū formulis conſcribūtur. Nomen vero quāqꝫ ſubiacet elemētis: prius tamen qꝫ ad aliquā ſubiecte rei ſignificationē ponaꝛ: per ſe nihil deſignat ut cū dicimus ſindapſus vel hercelein: hec per ſe nihil quidem ſignificant. ſed ſi ad ſubiecte rei alicuius ſignificationem ponātur: ut dicatur vel homo ſindapſus. vel lapis hercelein: tunc hec que per ſe nihil ſignificabant: poſitione ⁊ ſecundū ponētis quoddā placituꝫ deſignant. Ergo tunc nomē ſignificatiuū eſt: quando (ut ipſe ait) fit nota. tunc autem fit nota cū ſecundū ponentis placitū vocabulum: quod naturaliter nihil deſignabat: ad ſubiecte rei ſignificationē datur. hoc eſt enim quod ait fit. ſi enim naturaliter nomina ſignificarent: nunqꝫ de his ariſtoteles diceret: fit nota: tunc enim non fieret nota: ſed eſſet. Ergo qm̄



nomina ſm placitum ſignificatiua ſunt. ferarum vo illitterati ſoni ſm naturā: idcirco hor voces eē noīa nō dicūtur. Uniuerſaliter aūt dicim⁹: oīum vocū alie ſunt que ſcribi litteris poſſunt: alie qꝫ non poſſunt. Et rurſus earū que inſcribunꝛ vel minime: alie quidem ſignificant: alie vero nihil. Ampli⁹ quoqꝫ oīum vocum: alie ſm placituꝫ deſignant: alie vero naturaliter. Nomen ergo ſcdm placitum eſt: poſitione. n. factum eſt ſubiecte rei nota. Nihil enim noīum ē: quod naturaliter ſignificet: non enī nomen informat ſignificatio ſm naturā: ſꝫ ſm placitum ſignificatio. Nam ⁊ illiterati ſoni ſignificant: vt ſunt ferarꝫ quos ideo ſon⁹ vocauit: qm̄ ſunt muta quedā animalia: que vocem oīno non habent: ſꝫ tm̄ ſonitu quodam cōcrepant. Quidam. n. piſces non voce: ſꝫ brantijs ſonāt ⁊ (vt porphyri⁹ autumat) cicada per pect⁹ ſonitum mittit quoruꝫ oīum nihil eſt nomen. hoc aūt dcm̄ eſt non ꝙ nullum nomen ſit harꝫ vocū: quas animalia ꝓferunt: ſed ꝙ his non velut nominibus vtantur. Nam qꝫuis illiterata ſit vox ⁊ natura ſignificet: vt latratus canum. Diciꝛ tamē latratus: ⁊ leonis fremitus: ⁊ tauri mugit⁹: hec ſunt nomina ipſarū vocū que a mutis animalib⁹ ꝓferunꝛ: ſꝫ nō hoc dicimus qm̄ eorꝫ nihil eſt nomē: ſed qm̄ horum ſonoruꝫ nihil tale eſt: vt nomen eē poſſit. i. vt ſecūdum ea velut nominibus vtentes fere ſibi inuicem colloquantur habent enim ſignificationem ſed (vt dictum eſt) naturalem. Nomen autem ſecundum placitum eſt.

**Non homo vero non eſt nomen: at vo nec poſitum ē nomen: quo illud oporteat appellare: neqꝫ enim oratio: neqꝫ negatio eſt: ſꝫ ſit nomen infinitum quoniam ſimiliter in quolibꝫ eſt ⁊ quod eſt: ⁊ quod non eſt. Catonis auteꝫ vel catoni ⁊ quecunqꝫ talia ſunt non ſunt noīa ſed caſus nominis. Ratio autem eius eſt ī alijs quidem eadem: ſed differt: quoniam cum eſt vel fuit vel erit adiunctum neqꝫ verum neqꝫ falſum eſt: nomen vero ſemper: vt catonis eſt vel non eſt: nondum enim aliquid dicit verum neqꝫ falſum.**

¶ Supi⁹ oīa quecūqꝫ extra nomen eſſent: predictis adiectionib⁹ a noie ſepauit: nūc vero qm̄ ſunt quedam que ſb diffinitione quidem nois cadent: videaꝛ tm̄ a noie diſcrepare: de his differit: vt quid eē nomen integre videaꝛ expediat. Quod. n. dicim⁹ non homo vel non equ⁹: oratio quidem non ē. Ois. n. oratio aut noib⁹ conſtat ⁊ verbis: aut ſolis duob⁹ vel plurib⁹ verbis: vel ſolis nominib⁹. In eo aūt ꝙ eſt non homo vnū tm̄ nomen ē: quod dr homo. id aūt ꝙ eſt non: neqꝫ nomē eſt neqꝫ verbum. Quare neqꝫ ex duob⁹ verbis conſtat aut ex vbo ⁊ noie. Verbum. n. ī eo nullū eſt. quare id quod dicim⁹ non homo oratio non eſt. Iam vero nec verbum eē monſtrare ſuperfluū eſt: cuꝫ ī verbis ſemꝑ tempora repiantur: in hoc vero nullū quiſqꝫ oīno tempus inueniat. Sed nec negatio eſt. Omnis enim negatio oratio eſt: non homo vero cum oratio nō ſit nec negatio eē pōt. Illud quoqꝫ ꝙ ois negatio aut vera: aut falſa eſt: non homo vero neqꝫ verū neqꝫ falſum eſt: ſēſus enim plen⁹ non eſt: quare negatio eſſe ꝓpter hoc quoqꝫ non diciꝛ. Nomen vero eſſe quis dicat: cum omne nomen ſiue ꝓpriū ſiue appellatiuum ſit: definite deſignet? Cum enī dico cicero: vnam ꝑſonam vnāqꝫ ſubſtantiam nominaui: ⁊ cū dico homo ꝙ eſt nomen appellatiuum definitā ſubſtantiā ſignificaui. Cum vero dico non homo ſignifico quidē quidam quod homo non eſt: ſꝫ hoc infinituꝫ eſt. Poteſt. n. ⁊ canis ſignificari ⁊ equus ⁊ lapis ⁊ quodcūqꝫ homo non fuerit. ⁊ equaliter diciꝛ ⁊ in eo ꝙ eſt ⁊ in eo ꝙ non eſt. Si qs enim de ſcylla qui non: dicat nō homo: ſignificat quidā: quod in ſubſtantia atqꝫ in rerū natura non permanet. Si quis aūt vel de lapide vel de ligno vel de alijs qꝫ ſunt reb⁹ dicat non homo: idē tm̄ aliquid ſignificat: ⁊ ſemꝑ preter id quod noiat: huiuſmodi vocabuli ſignificatio eſt. Sublato. n. hoīe quicqd preter hoiem eſt. hoc ſignificat non homo. quod a nomine plurimū differt: oē enim nomen (vt dcm̄ eſt) definite id ſignificat ꝙ noiaꝛ: ⁊ non ſimiliter ⁊ de eo ꝙ eſt ⁊ de eo ꝙ non eſt dr: ſꝫ hec huiuſmodi vox ⁊ deſignatiua eſt: ⁊ ad placitum: ⁊ ſine tempore: ⁊ (vt dcm̄ eſt) partes ei⁹ nihil extra deſignant. Quare dubia apud antiquos ſentētia fuit vtrum nomen hoc nō dicerent: an hac aliqua adiectione diffinitiōe nois ſubiiceꝛent. Et qui hoc a noie ſepabant: ita nomen diffinitione claudebant dicētes nomen eē vocē deſignatiuam ſecundum placitum ſine tpe circūſcripte ſignificationis: cuius ptes nihil extra deſignarent: ut qm̄ non hō rē circūſcriptā nō deſignaret: a noie ſepareꝛ. Alij vero nō eodem mō ſꝫ dicebant quidē id eē nomē: ſꝫ nō ſimpliciter. Quadam nāqꝫ adiectione ſub noie poni poſſe illud putabant. hoc modo vt ſicut homo mortu⁹ non dr ſimpliciter homo: ſed homo mortu⁹. Ita quoqꝫ ⁊ nomen hoc ꝙ nihil definite ſignificaret: non diceꝛ nomē ſimplr: ſꝫ nomen infinitum: cui⁹ ſentētie Ariſtoteles eſt auctor: qui ſe hoc vocabulum ei autumat inueniſſe. Ait enim: at vero nec nomen ē poſituꝫ: quo illud oporteat appellare: dicens id ꝙ dicim⁹ non hō quo vocabulo debeat appellari: non nouit antiquitas: ⁊ vſqꝫ ad Ariſtotelē null⁹ nouerat quid eſſet id ꝙ nō homo diceꝛ: ſꝫ hic huic vocabulum ꝑnone poſuit dicēs ſed ſit nomē infinitū: non ſimpliciter nomen: quoniā nulla circūſcriptione ſignificat: ſꝫ infinitū nomen: qm̄ plura ⁊ ea infinita ſignificat. Sꝫ hoc nō ſolum huiuſmodi vocibus ꝯtingit. vt ſimpliciter ſub nomine poni poſſint: ſꝫ ſunt quedā alie que oīa quidem nois hñt: ⁊ definite ſignificant: ſꝫ quadā alia diſcrepātia nomina ſimplr dici nō poſſunt: ut ſunt obliqui caſus: vt cum dicim⁹ catonis catoni catonem ⁊ ceteros. horum. n. diſcrepantia eſt a noie: ꝙ nomen rectum iunctū cum eſt vel non eſt enuntiationeꝫ facit: ut ſi quis dicat: ſocrates eſt. hoc verum vel falſum eſt Si enim viuente ſocrate diceret: verꝫ eēt: ſi vero mortuo: falſum eēt. quare affirmatio eſt. Si quis aūt dicat ſocrates non ē: rurſus facit negationem: ⁊ in ea quoqꝫ veritas vel falſitas inueniꝛ. Ergo oē nomen rectum iunctū cuꝫ eſt vel non ē enūtiationē facit. Hi vero obliqui caſus iūcti cū eſt vel cū non eſt enuntiationē nulla rōne perficiūt. Enūtiatio nāqꝫ perfect⁹ orōnis intellectus eſt: in quē veritas vel falſitas cadit. Si qs ergo dicat catonis eſt: nondum ē plena ſnīa: quid. n. catonis eſt non dixit: atqꝫ eodē mō catoni eſt: uel catonē eſt. In his ergo qm̄ cū eſt vel nō eſt iuncti enūtiationeꝫ non ꝑficiunt: ē quedā a noie diſcrepantia: quāqꝫ ſint nomini oī diffinitione ꝯiuncti. Magna. n. ē diſcrepantia: ꝙ rectū nomen cū eſt iunctum perfectā orōnem facit: obliqui caſus imꝑfectam. Quod auteꝫ dictum eſt obliquos caſus cū eſt verbo iunctos orōnē perfectam nō facere: non dicim⁹ qm̄ cum nullo verbo obliqui caſus iunguntꝛ: ita vt nihil idigentem ꝑficiant orationeꝫ. Cum. n. dico ſocratē penitet: enūtiatio ē: ſꝫ nō cum oī verbo: ſꝫ tantum cū eſt vel non eſt hi caſus iuncti perfectam orōnem nulla rōne conſtituunt. Atqꝫ hoc eſt qd ait. Catonis aūt vel catoni ⁊ quecūqꝫ talia ſunt non ſunt nomina ſꝫ caſus nois. Unde et diſcrepare videntur hec enim nomina nō vocantur. Illa enim recti⁹ dicunꝛ nomina que prima poſita ſunt. i. que aliquid monſtrant. Genitiuus enī caſus nō aliqd: ſꝫ alicui⁹ ⁊ datiuus alicui ⁊ ceteri eodē. mō. Rect⁹ vero qui eſt pm⁹ rem mōſtrat: ut ſi quis dicat ſocrates: atqꝫ idō hic noiatiu⁹ dr: ꝙ nois quodāmodo ſol⁹ teneat uim nomēqꝫ ſit. ſ uериſimile eſt cuꝫ q primi⁹ noia reb⁹ impoſuit: ita dixiſſe: uoceꝛ hic hō: ⁊ rurſus uocetur hic lapis. Poſteriore uero uſu factū eſt: ut in alios caſus primi⁹ poſitū nomē deriuareꝛ. Illō quoqꝫ mai⁹ eſt: qd oīs caſus nois caſus ē alicui⁹. Ergo niſi ſit nomē cui⁹ caſus ſit caſus dici nois recte nō pōt. Caſus aūt omnis iflexio eſt. Sed genitiu⁹ ⁊ datiu⁹ ⁊ ceteri noīatiui iflexiones ſūt. qre

nominatiui caſus erunt: ſed omnis caſus qui ſcōʒ nomē eſt: nominis caſus ē. Nomen igitur nominatiuꝰ eſt. Aliud vō caſus ē alicuiꝰ quā eſt id ipm cuius caſus eſt: caſus igitur nois nomē nō ē. Qō vō adiecit: rō vero eiꝰ eſt alijs qdem eadeʒ: hoc ingt. Rō ⁊ diffinitio obliqui caſus ⁊ nois eadē in ctibus alijs eſt. nam ⁊ voces ſunt ⁊ ſignificatiue ⁊ ſcōm placitum ⁊ ſine tēpore ⁊ circūſcripte deſignāt. Sed vt ipſe ait differt: qm̄ cum eſt vel fuit vel erit adiūctum neqȝ verum neqȝ falſum ē. Quod a recto noie ſine vlla dubitatione pficitur: vt cū eſt vel fuit vel erit adiunctum veꝝ vel falſuʒ ↄficiat: quod deſignauit p hoc q̄ ait. Nomē vero ſemp ſubaudiendū eſt ē. i. facit veruʒ vel falſum cū eſt vel fuit vel erit adiunctū: coꝛūqȝ ponit exēpla Catonis ē vel non ē. in his enim vt ipſe ait neqȝ veruʒ aliquid dicit neqȝ falſum. quare itegra nominis diffinitō ē huiuſmodi. Nomen eſt vox deſignatiua ſcōm placituʒ ſine tempoꝛe circūſcripte ſignificationis: cuius partes extra nihil deſignant: ⁊ cum eſt vel erit vel fuit adiunctum nullius idigentis oꝛationis perficiēs intellectum enūtiationēqȝ ↄſtituens: qm̄ igitur de nomine expeditum ē: ad diffinitionem verbi veniamus.

Verbum autem ē: quod cōſignificat tēpus: cuius pars nihil extra ſignificat ⁊ eſt ſemper eorū que de altero predicantur nota. dico autem quoniam conſignificat tempus: vt curſus quidem nomen eſt: currit vero verbum: conſignificat enim nunc eſſe: ⁊ ſemper eſt eorum que de altero dicitur. nota: vt eorum que de ſubiecto: vel in ſubiecto.

¶ Verbi quidem itegra diffinitio ē huiuſmodi. Verbuʒ ē vox ſignificatiua ſm placitū q̄ ↄſignificat tēpus: ⁊ cuiꝰ nulla ps extra ſignificatiua eſt. Sʒ qm̄ cōmune ē illi cuʒ noie eſſe vocē ⁊ ſignificatiuā ⁊ ſm placitū: iccirco illa reticuit. Ab his aūt q̄ pꝛopꝛia ſunt vbi inchoauit. Verbi auteʒ ppꝛium ē: quo a diffinitōe nois ſegregatur: q̄ ↄſignificat tempus. Oē. n. verbum ↄſignificatōem tempoꝛis retinet ſignificatōem nō. Nomen. n. ſignificat tempus. Verbuʒ aūt cum pꝛincipalr actus paſſioneſqȝ ſignificet: cuʒ ipſis actibus ⁊ paſſionibꝰ tempoꝛis quoqȝ vim trahit: vt in q̄ dico lego: actōem qdem quādam p̄ncipaliter mōſtrat hoc verbū: ſʒ cū ea ipſa agēdi ſignificatōe p̄ſens quoqȝ tēpus adducit: atqȝ iō nō ait v̄bum ſignificare tēpus: ſʒ cōſignificare. Neqȝ. n. p̄ncipalr uerbū ſignificat tēpus: hoc enim nominis: ſʒ cū alijs q̄ p̄ncipalr ſignant viʒ quoqȝ tempoꝛis iducit ⁊ iſerit. Ergo cū nomē ⁊ verbū voces ſignificatiue ſint: ⁊ ſm placitū: adduo verbo quod ↄſignāt tēpus a noie ſegregat. vt enim ſepe dictum ē: nomen ſignificare tēpus poterit: verbum uero ↄſignificare. ⁊ ſicut in diffinitōe nois addidit: nihil dīo ptes ſeperatas a tota cōpoſitione nois deſignare, pꝓter oꝛatiōes q̄ noibus eſſent ↄpoſite vt eſt plato ⁊ ſocrates: ita quoqȝ in verbo addidit: nihil extra verbi partes ſignificare vel pꝓter eas oꝛōnes: q̄s verba cōponunt: vt ē ambulare ⁊ currere: hec enim oꝛatio ex v̄bis compoſita ē: ⁊ ſingula uerba ⁊ in ipſa oꝛatōne ⁊ p̄ter eam p ſe ipſa ſignificant. In verbo uero nullo mō: ⁊ ſicut in noie ps nois nihil ſignat ſeparata: ita in uerbo ps uerbi nihil extra deſignat. Dicit aūt eſſe verbū ſemp coꝛum q̄ de altero p̄ncipalr notant quod huiuſmodi ē ac ſi diceret nihil aliud niſi accidentia verba ſignificare. Oē enim v̄bum aliquid accidens deſignat cū. n. dico curſus ipm quidem ē accidens: ſʒ nō ita dr̄: vt ipm qdem alicui ieſſe vl̄ nō ineſſe dicatur. Si aūt dixero currit: tunc ipſuʒ accidēs in alicuiꝰ actōe pponēs alicui ineſſe ſignifico ⁊ qm̄ q̄ dicimus currit: p̄ter aliqd ſubiectum eſſe nō pōt: neqȝ. n. dici pōt p̄ter eum qui currit: iccirco dictū ē oē uerbum coꝛū eē que de altero pꝛincipaliter ſignificatiuuʒ: vt verbuʒ qō ē currit: tale ſignificat qdam: quod de altero pꝛedicetur. i. de currente: his igit expeditis q̄ ait verbum ↄſignificare tempꝰ exemplis aperuit. Ait. n. dico autem qm̄ ↄſignat tempꝰ: ut curſus qdem eſt nomen: currit uero uerbum. cō ſignificat. n. nun eſſe. expeditiſſime quid uerbum diſtaret a noie: uerbi ⁊ nominis iterpoſitione mōſtrauit. ⁊ enī qm̄ curſus accidēs ē: ⁊ noiatum ē ita ut ſit nomen: nō ↄſignificat tempꝰ. Currit uero id ē accidēs in uerbo poſitum p̄ſens tempꝰ deſignat ⁊ hoc uerbū diſtare uidet a noie: qō illud ↄſignificat tempꝰ: illud vō p̄ter oēm ↄſignificationeʒ tempoꝛis pꝛedicat. Sʒ poſtq̄ uerbum ↄſignificare tēpus oſtēdit: id quod ſupꝛa iam dixerat uerbum ſemp de altero pꝛedicari: idem nūc memoꝛiter quemadmodum pꝛediceret oñdit. Ait. n: ⁊ ſemp coꝝ que de altero dicūtur nota ē ut coꝝ que de ſubiecto uel i ſubiecto. Hoc. ſ. dicēs: ita uerbum ſignificat aliquid: ut id q̄ ſignificat de altero p̄dicet ſʒ ita ut accidēs. omne nāqȝ accidens ⁊ in ſubiecto ē ⁊ d̄ ſb̄iecta ſubſtantia ſibi p̄dicat. Nā cum dico currit: id d̄ hoie ſi ita ↄtingit pꝛedico. ſ. de ſubiecto ⁊ ipſe curſus in hoie ē. Unde uerbum currit iflexum ē: ergo quod dicit ſemp coꝛum eē notā uerbuʒ q̄ de altero p̄dicent: hoc mōſtrat: uerbuʒ accidentia ſemp ſignificare: qm̄ ait eas res uerbi ſignificatōe monſtrari: que uel in ſubiecto eēnt: uel de ſubiecto dicerent: uel certe ut ſit aliꝰ intellectꝰ: qm̄ ſolet idifferēter uti de ſubiecto aliqd pꝛedicari: tāq̄ ſi dicat i ſubiecto eē: ⁊ ſepe cum dicit de ſubiecto aliquid pꝛedicari: in ſubiecto eſſe ſignificat: cum uellet oñdere accidentiū ſignificationē contineri uerbis: ait ea ſemp ſignificari uerbis que de ſubiecto eſſent. Sʒ quoniam hoc uidebat obſcuriꝰ patefecit addito uel in ſubiecto: ut quid eſſet de quo ſupꝛa dixerat de ſubiecto exponeret: cum addidit vel in ſubiecto: tāq̄. n. ſi ita dixiſſet. Verbum quidem ſemper coꝛum nota eſt: que de altero pꝛedicantur ſubiecto: ſed ne hoc foꝛtaſſe cuipiam videatur obſcurius: hoc dico eſſe de ſubiecto qō ē eſſe in ſubiecto. Vel melioꝛ hec expoſitio eſt: ſi ſimiliter dixiſſe eū arbitremur: tāq̄ ſi diceret: omne verbum ſignificat quidem accidens: ſed ita vt id quod ſignificat aut particulare ſit aut vniuerſale: ut id quod ait de ſubiecto: ad vniuerſalitatem referamus: quod in ſubiecto ad ſolam particularitatē. Cum. n. dico mouet: verbum quidem eſt: ⁊ accidēs: ſed vniuerſale. Motus. n. plures ſpēs habʒ: ut curſus ſub motu ponitur. Ergo curſus ſi diffiniēdus ē: motum de curſu pꝛedicamus. Quocirca motꝰ genꝰ quidaʒ ē curſus: atqȝ ideo motꝰ de curſu vt de ſubiecto pꝛedicabit curſus vero ipſe: qm̄ ſpēs alias non habet: i ſubiecto tm̄ ē. i. icurrente. Motꝰ autem ⁊ ipſe q̄uq̄ ſit in ſubiecto. tm̄ d̄ ſubiecto pꝛedicat. Ideo dicit eoꝛum eſſe notā verbuʒ q̄ de altero pꝛedicant: atqȝ addit: vt eoꝛuʒ que de ſubiecto uel in ſubiecto. Hoc dicit q̄ accidentiū vim verba ſignificāt: ſed taliū que aut vniuerſalia ſint aut particularia: vt cuʒ dico moueoꝛ: vniuerſale quidam eſt: ⁊ de ſubiecto dicitur vt de curſu. Cum vero dico curro: particulare eſt: ⁊ quoniam de ſubiecto non dicit: in ſubiecto ſolum eſt.

Non currit autem ⁊ non laborat non verbum dico: conſignificat quidem. n. tempus ⁊ ſemper de aliquo eſt: differentia autem huic non ē poſitum nomen: ſed ſit ifinituʒ verbuʒ quoniam ſimiliter in quolibʒ eſt ⁊ q̄ ē ⁊ q̄ nō eſt: ſimiliter autem curret uel currebat non eſt verbum: ſed caſus verbi. differunt autem a verbo quoniam hoc quidem preſens tēpus conſignificat illa vero quod complectitur.

¶ Queadmodū dixit in noie nō hō non eē nomē: iccirco q̄ multis alijs ↄueniret: que hoies nō eēnt: quoniāqȝ de hoie id qō diceret auferret: nihilqȝ deſinitū i eadē p̄dicatione relinqret: q̄ enī nō hōc ē: pōt eē ⁊ centaurus pōt eſſe ⁊ equꝰ: ⁊ alia q̄ vel ſunt vel nō ſunt: atqȝ ideo infinituʒ nomen vocatū eſt: ita quoqȝ in verbo qō eſt nō currit uel nō laboꝛat ifinitū quoqȝ ipm eſt: qm̄ non ſolū de eo qō eſt veꝝ ē: ſed etiam de eo q̄ nō ē pꝛedicari poteſt. Poſſuʒ



namqȝ dicere homo nō currit. ⁊ id q̄ animo nō currit vel nō laboꝛat de ea re que eſt pꝛedico. i. de hoie. Poſſum rurſus dicere ſcylla nō currit: ſʒ ſcylla non eſt: ergo hoc q̄ dico nō currit ⁊ de ea re q̄ eſt valet: ⁊ de ea que nihil ē pꝛedicari. Sed foꝛte aliquis hoc quoqȝ in verbis eſſe finitis contendat. Poſſum nāqȝ dicere equus currit: hipocentaurꝰ currit: ⁊ de ea re. ſ. que eſt ⁊ de ea que nō eſt. Et de p̄terito dixit: q̄ futurū quidē ante pꝛeſens tempꝰ eſt. p̄teritū vero retro relinquit: ⁊ nouo admirabiliqȝ ſermōe vſus eſt: q̄ ait complectit: ſʒ nos id quātū latinitas paſſa eſt: tranſtervere diu multūqȝ laboꝛātes hoc ſolo potuimꝰ: greca vō oꝛōne luculētiꝰ dictū eſt. Ita enī habet τὰ δὲ τοῦ μέρις. Quod qui grece lingue peritꝰ eſt quantum melius greca oꝛatione ſonet: agnoſcat.

Ipſa vero ſcōm ſe dicta verba nomīa ſunt ⁊ ſignificant aliquid. Conſtituit enim qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quieſcit: ſed ſi eſt vel nō eſt: nōdū ſignificāt: neqȝ enim ſignū eſt rei eſſe vel nō eſſe: nec ſi ipſum eſt purū dixeris ipſum quidem enim nihil eſt: cōſignificat autem quandā compoſitionē: quaʒ ſine compoſitis non eſt intelligere.

¶ Hoc in loco Poꝛphyriꝰ de ſtoicoꝝ dialectica: aliarūqȝ ſcholarū multa permiſcet: ⁊ in alijs quoqȝ huiꝰ libꝛi partibus idest in expoſitionibus idē fecit. q̄ interduʒ nobis eſt negligendū. Sepe enī ſuperflua expoſitione magnis obſcuritas cōparat. Nūc aūt ariſto. ſententia huiuſmodi eſt. verba aūt inquit ipſa dicta ſm ſe nomina ſunt: nō ſm id quod oīs pars oꝛationis cōiter nomē vocat: ut dicimꝰ nomina rerū: ſʒ q̄ omne verbū per ſe dictum neqȝ addito de quo illud pꝛedicet tale eſt ut nomini ſit affine. Nā ſi dicaʒ ſocrates ambulat: id qō dixi ambulat totū pertinet ad ſocratem. Nulla enī ipſius intelligētia ppꝛia eſt. At vero cū dico ſolū ambulat: ita quidē dixi tanq̄ ſi alicui inſit. idest tanq̄ ſi quilibet ambulet: ſʒ tm̄ per ſe eſt ppꝛiāqȝ retinens ſententiā huiꝰ v̄bi ſignificatio. vn̄ fit ut apud grecos q̄ʒ cuʒ articularibꝰ pꝛepoſitiuis ſola verba dicta pꝛoferant: ut eſt τὸ περιπατεῖν τοῦ περιπατεῖν τῷ περιπατεῖν. Qō ſi v̄ba cuʒ noibꝰ ↄiūgāt in oꝛōne greca: articularia pꝛepoſitiua addi non poſſunt niſi ſola dicta ſint. Quoniā vero ſignificāt rem: ⁊ ita ut quāuis eā ſignificent que alicui inſint: tamē q̄ ſcōm ſe ⁊ per ſuā eſſentiā dicātur idcirco ſunt nomina: ⁊ q̄ Ariſto. ait: ipſa qō ſcōm ſe dicta verba nomīa ſunt: tale eſt ac ſi diceret: ipſa quidē ſola neqȝ cum alijs iuncta verba nomina ſunt. Cuiꝰ rei hoc argumētum reddit. Cōſtituit enim inquit qui dicit intellectuʒ: ⁊ qui audit quieſcit. hoc aūt tale eſt. Omne nomē auditum quoniā per ſyllabas pgrediēs: vox aliquantulū tēpoꝛis ſpaciū occepit: in ipſa pgreſſione tempoꝛis: qua dicit nomen audiētis quoqȝ animꝰ pgredit: ut cū dico imperterritus: ſicut per ſyllabas im ⁊ per et ter ⁊ ceteras pꝛogredit nomen: ita quoqȝ animꝰ audientis per eaſdē ſyllabas vadit. Sed vbi quis expleuerit nomē: ⁊ dixerit imperterritꝰ ſicut nomē a ſyllabarū pꝛogreſſione finitum cōſiſtit: ita q̄ʒ audientis animꝰ cōquieſcit. Nā cū nomen audit totuʒ: totam ſignificationē capit: ⁊ animꝰ audiētis: qui dicētis ſyllabas ſequebat volēs qō ille diceret intelligere: cū ſignificationē ceperit: ↄſiſtit: ⁊ eius animꝰ perfecto demū nomine cōſtituit: hoc eſt enim qō ait: cōſtituit enim qui dicit intellectum ⁊ qui audit quieſcit. Et enim is qui loquit poſtq̄ totum ſermonē dixerit: audientis animū cōſtituit (Non eſt enim quo pꝛogrediat intelligentia) ipſoqȝ nomine terminato animꝰ auditoꝛis qui pgrediebat: explicatione nominis conſtituit ⁊ quieſcit: ⁊ vltra ad intelligētiā quippe expedita ſignificatiōe nominis nō pcedit: ſʒ hoc verbo nominiqȝ cōmune eſt: ſʒ ſi verbū ſolū dicat. Nā ſi cū nomine coniungat: nondū audientis conſtituit intellectꝰ. Eſt enim quo vltra pgredi animus audientis poſſit. Qō cuʒ dico ſocrates ambulat: hic ambulat nō per ſe intelligit: ſed ad ſocratem refert: ⁊ in tota oꝛatione cōſiſtit intellectꝰ non in ſolo ſermone: at vero ſi ſolū dictum ſit: ita in ſignificatione cōſiſtit quēadmodū in nomine. Recte igit dictum eſt: ipſa ſcōm ſe dicta verba nomina eſſe: quoniaʒ cōſtituit is qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quieſcit. Vel certe erit melioꝛ expoſitio: ſi ita dicamꝰ: verba ipſa ſcōm ſe dicta nomina eē: idcirco quoniā cuiuſdā rei habēt ſignificationē: neqȝ enim ſi talis rei ſignificationē retinēt verba: que ſemp aut in altero ſit: aut de altero pꝛedicet: idcirco iam nihil oīno ſignificāt: nec q̄ ſignificāt aliquid qō pꝛeter ſubiectum eſſe nō poſſit: idcirco iā etiā illud ſignificāt: quod ſubiectū ē ut cū dico ſapit: nō idcirco nihil ſignificat qm̄ hoc ipſuʒ ſapit ſine eo qui ſapere pōt eſſe non poſſit: nec rurſus cum dico ſapit illū ipſum qui ſapiens eſt ſignifico: ſed illud qō dico ſapit: nomē eſt cuiuſdā rei: que ſemp ſit in altero ⁊ de altero pꝛedicet. vnde fit ut intellectꝰ quoqȝ ſit. Nā qui audit ſapit: licet per ſe conſtantē rem non audiat (in altero nāqȝ ſemp eſt) ⁊ in quo ſit dictū nō eſt: tamē intelligit quidam ⁊ ipſius verbi ſignificatione nitit: ⁊ in ea cōſtituit intellectum ⁊ quieſcit: ut ad intelligentiā nihil vltra querat omnino ſicut ſit in nomine. Quēadmodū enī nomen cuiuſdā rei ſignificatio ppꝛia eſt per ſe cōſtantis: ita quoqȝ verbū ſignificatio rei eſt nō per ſe ſubſiſtentis: ſʒ alterius ſubiecto ⁊ quodāmodo fundamento nitentis. Eſt hic queſtio: nō enim verū videri poteſt: quod ait. conſtituit enim qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quieſcit: nā neqȝ q dicit conſtituit intellectum: neqȝ qui audit quieſcit. deeſt enim quidam ſermoni uel nomini: ut ſi quis dicat ſocrates: mox audientis animꝰ requirit quod ſocrates faciat ne aliquid: an patiatur: ⁊ nondū audientis intellectꝰ eſt quietus cuʒ hoꝛum aliquid requirit: ⁊ in verbo idem: cū dico legit: quis legat animus audiētis requirit. Nondū ergo qui dic conſtituit intellectū: nec qui audit quieſcit. Sed ad hoc Ariſtotelē retuliſſe putandū eſt: quoniā quilibet audiēs cum ſignificatiuā vocem ceperit animo: eiꝰ intelligētia nititur: ut cū quis audit homo: quid ſit hoc ipſum qō accipit mente cōpꝛehendit: cōſtituitqȝ animo audiſſe ſe animal rōnale moꝛtale. Si quis vero huiuſcemodi vocē ceperit: que nihil oīno deſignet: animꝰ eius nulla ſignatione neqȝ intelligentia roboꝛatꝰ errat ac vertit: nec vllis deſignationis finibus cōquieſcit. quare Ariſto. recta ſententia eſt: ⁊ verba ſcōm ſe dicta eſſe nomina: ⁊ dicentē cōſtituere intellectum: audientēqȝ quieſcere: ſʒ huiuſmodi q̄ſtio ab Aſpaſio ppoſita eſt ⁊ ab eodē reſoluta. Poſtq̄ igit Ariſto. ſm ſe dicta verba noīa eſſe cōſtituit: inquit: ſed ſi eſt uel nō eſt nondū ſignificant. q̄ huiuſmodi eſt ac ſi diceret. Significat quidē quidā a verbis velut a noibꝰ: ſʒ nulla tamē inde negatio affirmatio ve perficit. Cum enim dico ſapit: eſt quidē quedam ſignificatio: ſed nihil aut eſſe aut nō eſſe demonſtrat. idest neqȝ affirmatiuū aliquid: neqȝ negatiuum eſt: nam ſi affirmatio aut negatio in intellectuū compoſitiōibꝰ inuenitur: ut ſupꝛa iam docuit: neqȝ ſola noīa dicta neqȝ verba aut affirmationē: aut vllam faciēt negationē. Pluribus enim modis docuit Ariſto. alias nō in rebus ſʒ in intellectibus veritatē falſitatemqȝ eſſe conſtitutā: quoniam ſi in rebus veritas falſitas ve eſſet: vna res ſola aut affirmatio eſſet aut que ei contraria eſt negatio. Nunc vero quoniam in intellectibꝰ iunctis veritas ⁊ falſitas ponit: oꝛatio vero opiniōis atqȝ intellectꝰ paſſionūqȝ aie interpꝛes eſt. Quare ſine cōpoſitione intellectuū verboꝛūqȝ veritas ⁊ falſitas nō videt exiſtere. quo circa pꝛeter aliquā compoſitionē nulla affirmatio uel negatio eſt. Verba igit per ſe dicta ſignificāt quidē quidā: ⁊ ſunt rei noīa: ſʒ nondū ita ſignificant: ut uel eſſe uel nō eſſe aliquid cōſtituāt. i. ut affirmationeʒ faciant aut negationem. Nam ſicut in nominis partibus aut verbi partes ipſe nihil ſignificant: omnes vero deſignant ſimul: ita quoqȝ in affirmatiōibus aut negationibus partes quidam ſignificant: tote vero coniūcte verum falſumve deſignāt: ut cum dico ſocrates philoſo-

phus eſt: ſocrates philoſophus non eſt. ſingillatim poſite partes propria ſignificatione nituntur: ſed nihil verum falſumve ſignificant: omnes vero ſimul iuncte: ut cum ſocrates philoſophus eſt: veritatem faciunt. uel ꝙ eſt huic contrarium falſitatẽ. Quare cum verba ſcd̃m ſe dicta nomina ſint: Et ſignificant aliquid: ⁊ partes quedã eius compoſitionis ſunt: que verum falſumve faciant: non tamen ipſa in propria ſignificatione vel eſſe: quod eſt affirmationis: vel non eſſe: quod eſt negationis: deſignant. niſi enim cui iunſit verbum illud fuerit additum: non fit enunciatio: vt cum dico ſapit: niſi quis ſapiat: dicam: propoſitio non eſt. Quod autem addit. neqꝫ enim ſignum eſt rei eſſe vel non eſſe. tale quidam eſt: eſſe quod verbum eſt: uel non eſſe qđ infinitum verbum eſt: non eſt ſignum rei. id eſt per ſe nihil ſignificat. Eſſe enim niſi in aliqua compoſitione non ponitur. Uel certe omne verbum dictum per ſe ſignificat quidem aliquid: ſed ſi eſt vel non eſt nondum ſignificat. Non enim cum aliquid dictum fuerit idcirco aut eſſe aut non eſſe ſignificat. Atqꝫ hoc eſt quod ait: neqꝫ enim ſignũ eſt rei eſſe vel non eſſe: etenim quam rem verbũ deſignat: eſſe: eius uel non eſſe non eſt ſignum ipſum verbum: quod de illa re dicitur: ac ſi diceret: neqꝫ enim ſignum eſt verbum quod dicitur: rei eſſe uel non eſſe. hec eſt de qua dicitur: ut id quod dico rei eſſe vel non eſſe: tale ſit: tanqꝫ ſi dicam rem ipſam ſignificare eſſe uel nõ eſſe: atqꝫ hic eſt melior intellectus: ut non ſit ſignum verbum eius rei de qua dicit eſſe uel non eſſe ſubſiſtendi ſcilicet uel non ſubſiſtendi: qđ illud quidem affirmationis eſt: illud vero negationis: vt ſit talis ſenſus: neqꝫ enim quod dicitur verbum ſignum eſt ſubſiſtendi rem uel non ſubſiſtendi. Sed quod addidit: nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris: uel ſi ita dicimus. Nec ſi hoc ipſum ens purum dixeris. Alexander quidem dicit eſt vel ens equiuocum eſſe. Omnia enim predicamẽta: que nullo cõmuni generi ſubduntur: equiuoca ſunt: et de omnibus eſſe predicatur. Subſtantia enim eſt: ⁊ qualitas eſt. ⁊c̃. Ergo nunc hic dicere videtur ipſum ens vel eſt: vnde eſſe traductum eſt: per ſe nihil deſignat. omne enĩ equiuocum verbum per ſe poſitum nihil deſignat: niſi enĩ ad res quaſlibet pro voluntate ſignificant aptetur: ipſum per ſe eo nullorum deſignatiuum eſt: quod multa ſignificat. Porphyrius vero aliam protulit expoſitionem: que huiuſmodi eſt: Sermo hic: quem dicimus eſt: nullam per ſe ſubſtantiam monſtrat: ſed ſemper aliquam coniunctionẽ vel earum rerum que ſunt. Si ſimpliciter opponatur: vel alterius ſcd̃m participationem: nam cum dico ſocrates eſt: hoc quod dico ſocrates aliquid eorum eſt: que ſunt: ⁊ in rebus his que ſunt ſocratem iungo: ſin vero dicam ſocrates philoſophus eſt: hic inquam ſocrates philoſophia participat. Rurſus hic quoqꝫ ſocratem philoſophiamqꝫ coniungo: ergo hoc ꝙ dico eſt vim coniunctionis cuiuſdam obtinet non rei: quod ſi propoſitionẽ aliquam copulationemqꝫ non mittit: ſolũ dictũ nihil omnino ſignificat: atqꝫ hoc eſt qđ ait: nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris. id eſt ſolum: nõ modo neqꝫ veritatem neqꝫ falſitatem deſignat: ſed omnino nihil eſt: ⁊ quod ſequitur eſt planũ fecit: ſignificat inquit quandam compoſitionẽ: quam ſine compoſitis nõ eſt intelligere. Nam ſi eſt verbum compoſitionis coniunctioniſqꝫ cuiuſdam vim ⁊ proprium obtinet locum: purum ⁊ ſine coniunctione predicatum nihil ſignificat: ſed eam ipſam compoſitionem: quã deſignat: cum fuerit coniunctum ea que cõponuntur: ſignificare poteſt: ſine compoſitis vero quid ſignificet: non eſt intelligere. Uel certe ita intelligendum eſt quod ait: ipſum quidem nihil eſt: non quoniã nihil ſignificet: ſed quoniã nihil verum falſum ve demonſtret: ſi purum dictum ſit: cum enim coniungitur: tunc fit enunciatio. Simpliciter enim dicto verbo nulla veri uel falſi ſignificatio eſt: ⁊ ſenſus quidem totus huiuſmodi eſt: ipſa verba quidem per ſe dicta nomina ſunt: nam ⁊ qui dicit intellectum conſtituit: ⁊ qui audit quieſcit: ſed quãqꝫ ſignificẽt aliquid verba: nondum tamẽ affirmationem negationẽ ve ſignificant. Nam quãuis rem deſignent: nondum tamen ſubſiſtendi eius rei ſignum eſt: nec ſi hoc ipſum eſt uel ens dixerimus: aliquid ex eo verum uel falſum poteſt inueniri. Ipſum enim quãqꝫ ſignificet aliquid: nondum tamen verum uel falſum eſt: ſed in compoſitione fit enunciatio: ⁊ in ea veritas uel falſitas naſcitur: quam veritatem falſitatẽqꝫ ſine his que componuntur: coniunguntur qꝫ: intelligere impoſſibile eſt: ⁊ de verbo quidem ⁊ nomine ſufficienter dictũ eſt. Secũdo vero volumine de oratione eſt cõſiderãdũ.

## Incipit cõmentariorum liber ſecundus.

Si quantũ labor humanum genus excolit: ⁊ beatiſſimis ingenij fructibus complet: ſi in tantũ cura exercende mentis inſiſteret: non tam raris homines virtutibus vterent: ſed vbi deſidia detinuit animos: continuo ſterilibus ſeminarijs animi vber horreſcit. Nec hoc cognitione laboris inuenire conceſſerim: ſed potius ignorantia: quis enim laborandi peritus vnqꝫ a labore diſceſſit? Quare intendenda vis mentis eſt: verumqꝫ eſt amitti animũ: ſi remittatur. Mihi autem ſi potentior diuinitatis annuerit fauor hec fixa ſententia eſt: ut quãqꝫ fuerint preclara ingenia: quorum labor ac ſtudium multa de his que nunc quoqꝫ tractamus: latine lingue contulerint: nõ tamen quendam quodãmodo ordinem filiumqꝫ diſpoſitione diſciplinarum gradus ediderunt: Ego omne Ariſtotelis opus quodcũqꝫ in manus venerit: in romanũ ſtilum vertens: eorum omniũ cõmenta latina oratione perſcribã: vt ſi quid ex logice artis ſubtilitate: ⁊ ex moralis grauitate peritie: ⁊ ex naturalis acumine veritatis ab Ariſtotele conſcriptum eſt: id omne ordinatum tranſferam: atqꝫ id quodam lumine cõmentationis illuſtrem: omneſqꝫ Platonis dialogos vertendo: uel etiam cõmentando in latinam redigam formam. His paractis non equidem contẽpſerim Ariſtotelis Platoniſqꝫ ſententias in vnam quodãmodo reuocare concordiam: eoſqꝫ non ut pleriqꝫ diſſentire in omnibus: ſed in pleriſqꝫ ex his in philoſophia maxime conſentire demõſtrem. ⁊ hec ſi vita ociumqꝫ ſuppeterit cum multa operis huius vtilitate: necnon etiam labore contenderim: qua in re faueant oportet: quos nulla coquit inuidia. Sed nunc ad propoſita reuertamur. Ariſtoteles namqꝫ inchoans librum prius nomen diffiniendum eſſe propoſuit: poſt verbum: hinc negationem: poſt hanc affirmationem: inde conſequenter enunciationem: orationem vero poſtremã. Sed nunc cum de nomine ⁊ verbo dixerit conuerſo ordine quod vltimum propoſuit: nunc exequitur primũ de oratione namqꝫ diſputat: quam poſtremam in operis diſpoſitione propoſuit. ait enim.

Oratio aũt eſt vox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum: vt dictio: non ut affirmatio vel negatio. Dico autem: vt homo ſignificat aliquid: ſed non quoniam eſt aut non eſt: ſed erit affirmatio vel negatio: ſi quid addatur: ſꝫ non vna hominis ſyllaba: nec enim in hoc quidem quod eſt ſorex rex ſignificat: ſed vox eſt nunc ſola. In duplicibus vero ſignificat quidem aliquid: ſed non ſcd̃m ſe: quemadmodũ dictum eſt.

¶ Uidetur Ariſtoteles illas quoqꝫ voces orationes putare: quecunqꝫ uel ex nominibus uel ex verbis conſtent: non tantum que integrum colligant intellectum: ut ſunt ſocrates ⁊ plato. ⁊ ambulare ⁊ dicere. hec enim quãquam pleni intellectus non ſint: verbis tamẽ ⁊ nominibus cõponuntur: ait enim orationem eſſe vocem ſignificatiuam: cuius partes ſignificarent aliquid ſeperatim: ſignificarent inquit non conſignificarent: ut in nomine ⁊ verbo. Docet autem illa quoqꝫ res: cum etiam imperfectas compoſitas tñ ex nominibus ac verbis voces orationes diceret: quod ait cũ de nomine loqueretur: in eo ꝙ eſt equiſerus nihil ſignificare ſerus: quemadmodũ in oratione: que eſt equus ſerus: namqꝫ equus ſerus vox compoſita ex nominibus eſt: ſed ſententiam non habet plenã: et ille ait: quemadmodum in oratione que eſt equus ſerus. Nam ſi ſcd̃m Ariſtotelem equus ſerus eſt oratio: cur non alie quoqꝫ que nominibus verbiſqꝫ conſtent: quãquam ſint imperfecte ſententie: tamẽ orationes eſſe videãtur: cum preſertim orationem ipſe ita diffiniat: Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum. In his ergo vocibus que verbis ⁊ nominibus componuntur: partes extra ſignificant: ⁊ non conſignificant. Nam ſi nomen ⁊ verbum ſignificatiuum eſt ſeparatum: in his vero vocibꝰ que verbis ⁊ nominibus cõponuntur: partes extra ſignificant: non conſignificant: etiã voces imperfecte nominibus ⁊ verbis compoſite orationes ſunt. Nam ſi nomẽ omne ⁊ verbum ſignificatiuum eſt: he autem voces id eſt orationes nominibus componuntur ⁊ verbis: dubium non eſt in his vocibus que ex nominibus ⁊ verbis coniũcte ſunt partes per ſe ſignificare: ꝙ ſi hoc eſt: ⁊ vox cuius partium aliquid ſeparatum ⁊ per ſe ſignificat: licet ſit imperfecte ſententie: tamen orationem eſſe manifeſtum eſt. Sed quod addit orationis partes ſignificare: ut dictionem: non ut affirmationem uel negationem: Alexander ita dictum eſſe arbitratur. Sunt enim inquit alie quidem ſimplices orationes: que ſolis verbis ⁊ nominibus coniungũtur: alie vero compoſite: quarum partes in vnum corpus iuncte iam faciunt orationes: ⁊ ſimplices quidem orationes partes habent eas: ex quibus componuntur: verba ⁊ nomina ut eſt ſocrates ambulat. Compoſite autem aliquotiens quidem tantum orationes: aliquotiens vero etiam affirmationes: ut cum dico ſocrates ambulat: ⁊ plato loquitur vtreqꝫ ſunt affirmationes. Uel cum dico. Aio te eacida: Romanos vincere poſſe. ex orationibus non ex affirmationibus componitur talis oratio. Prior autem ſimplicitas eſt: poſterior vero compoſitio. In quibus eſt autem prius uel poſterius aliquid: illud ſine dubio diffiniendũ eſt priori loco: quod natura quoqꝫ precedit. Ita ergo quoniã prior ſimplex oratio eſt: poſterior vero compoſita: prius ſimplicem orationẽ diffinitione conſtituit dicens: cuius partes ſignificantur dictio: nõ ut affirmatio: dictionem ſimplicis nominis aut verbi nuncupationem ponens. In ſimplicibus enim orationibus huiuſmodi partes ſunt. In compoſitis vero aliquotiens quidem orationes: tantum aliquotiens vero affirmationẽ: vt ſupra monſtrauimus: addit quoqꝫ illud. Omnem inquit diffinitionem uel contractiorem eſſe diffinita ſpecie uel excedere non oportet: ꝙ ſi Ariſtoteles ita conſtituiſſet diffinitionem: ut ſignificare partes orationis diceret ut orationes: ac non ut dictiones: ſimplices orationes ab hac diffinitiõe ſecluderet. Orationũ namqꝫ ſimplicium partes non ut orationes: ſed ut ſimplicia verba nominaqꝫ ſignificant. Nam ſi omnis oratio orationes habebit in partibꝰ: rurſus ipſe partes que ſunt orationes: alijs orationibus coniungentur: ⁊ rurſus partium partes: que eedẽ quoqꝫ orationes ſunt alias orationes habebunt in partibus: ac ſi quis hoc intelligentia ſumpſerit: ad infinitũ procedet: nec vlla erit prima oratio: que ſimplices habeat partes. Neqꝫ enim fieri poteſt: ut prĩa dicatur oratio: que alias orationes habet in partibus: partes enim priores ſunt propria cõpoſitione: quod ſi in infinitũ ducatur intelligentia: nulla prima oratio reperitur: ⁊ cũ nulla ſit oratio prima: nec vlla poſtrema eſt. Quo circa interempta: prima atqꝫ poſtrema omnis quoqꝫ interimitur ⁊ nulla omnino erit oratio: quare nõ recta fuiſſet diffinitio: ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes aliquid extra ſignificant vt orationes. At vero inquit Alexander. Nec ſi quedam orationes in partibus continent: idcirco iam neceſſe eſt ipſarum orationum partes affirmationes eẽ ut cum dico. Deſine meqꝫ tuis incendere teqꝫ querelis. Eſt ergo huius orationis pars vna. Deſine meqꝫ tuis incendere: teqꝫ querelis alia: neutra harum affirmatio eſt: quãquam videatur eſſe oratio. Quocirca nec illa fuiſſet recta diffinitio: ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes extra aliquid ſignificant: ut affirmatio: huiuſmodi enim orationes cum ſint eius partes ex orationibus iuncte: non tamen affirmationibus totũ ipſius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione verba ſunt ⁊ nomina: que ſimplices ſunt dictiones: non autem in omnibus orationibus aut affirmationes aut orationes partes ſunt: quod commune erat: id in diffinitione conſtituit: tanquam ſi ita diceret. Oratio eſt vox ſignificatiua ſecũdũ placitum: cuius partes aliquid extra ſignificant. Ex neceſſitate quidem ut dictio. Non tamen ſemper: ut affirmatio aut oratio. Neqꝫ enim poteſt fieri: ut inueniatur oratio: cuius partes non ita aliquid extra ſignificent ex neceſſitate ut nomen aut verbum cum inueniri poſſit: ut ita extra ſignificent orationis partes. ut tantum orationes aut affirmationes nõ ſint. Quare ſi ita dixiſſet. oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes aliquid extra ſignificant: ut affirmatio: illas orationes hac diffinitione nõ circũſcripſiſſet: quarum partes quidem orationes ſunt ſed non affirmationes. ut ille verſus eſt: quem ſupra iam poſui. Sin vero ſic dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes extra ſignificant: aliquid ut oratio: illas orationes in diffinitione reliquiſſet: quarum partes ſimplices ſunt: ut eſt ſocrates ambulat. Sed cũ dicit orationis partes ita ſignificare vt dictiones nõ omnino ut affirmationes ⁊ ſimplices ⁊ compoſitas hac diffinitione concluſit. Simplices quidem idcirco ꝙ quelibet ſimplex paruiſſimaqꝫ oratio nomine ⁊ verbo coniungitur: que ſunt ſimplices dictiones. compoſitas vero: que cum habent orationes in partibus: partes ipſe habent ſimplices dictiones: que ipſe ſimplices dictiones totius corporis partes ſunt: ut cum dico ſi dies eſt lux eſt dies eſt: ⁊ lux eſt: partes ſunt totius orationis. Sed rurſus harum partium partes ſunt dies ⁊ eſt: ⁊ rurſum lux et eſt: que rurſus totius orationis per quam dico ſi dies eſt: lux eſt: partes ſunt. ſed dies ⁊ eſt: ⁊ rurſus lux et eſt ſunt ſimplices dictiones. Quocirca etiã compoſitarum orationum partes indubitanter: ita ſemper ſignificant vt dictiones: non ut affirmationes: aut quedam orationes. Quare hanc diffinitionẽ Ariſtoteles recte conſtituit. Ad hanc ergo ſententiam locum hunc Alexander expedit: Illud quoqꝫ addens ſepe Ariſtotelem de affirmationibus dicere dictiones: quod diſtinguere volens: cum diceret ita ſignificare partes orationis tanquã dictionem: ne forte dictionẽ hanc aliquis in affirmationem ſuſciperet: addidit ut dictio non ut affirmatio: tanquam ſi diceret. duplex quidem eſt dictio vna ſimplex: alia vero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra ſignificant: ut ea dictio: que eſt ſimplex: non ut ea que eſt affirmatio. ⁊ huiuſcemodi quodammodo intellectum tota Alexandri ſententia tenet. Porphyriꝰ quoque in eadem ſententia eſt: ſed in vno diſcrepat: cuius expoſitio talis eſt. Dictio inquit eſt ſimplex nomen: et ſimplex etiam verbum: ⁊ ex duobus compoſitum: ut cũ dico ſocrates: vel rurſus ambulat: vel equiſerus: procedit etiam nomen dictionis ad orationes quidem: ſed

ſimplicibus verbis ⁊ nominibus coniunctas: ut cum dico ſocrates ⁊ Plato ⁊ ſi ſit ex compoſito nomie: ut eſt equiferus ⁊ homo. Hę orationes quāquam coniuncte ſint atque imperfecte: tamen dictionis nomine nuncupantur: necnon etiam tranſit nomen hoc dictionis uſque ad perfectas orationes: quas enunciationes nuncupari poſterius eſt dicendum. Eſt autem enunciatio ſimplex: ut ſi quis dicat ſocrates ambulat. Et hęc dicitur affirmatio: huius negatio eſt: Socrates non ambulat. Simplices ergo enunciationes ſunt affirmationes vel negationes: quę ſingulis verbis ac nominibus cōponuntur. Itaque cum dico cum dies eſt lux eſt: tota quidem huiuſmodi oratio dictio eſſe non dicitur. Compoſita namqꝫ cōiunctaque eſt ex orationibus: quę ſunt dies eſt et lux eſt. Hę autem ſunt affirmationes: et dicuntur dictiones. Ipſe vero affirmationes: quę dictiones ſunt: habent rurſus alias dictiones ſimplices: ut eſt dies ⁊ eſt: ⁊ rurſus ⁊ lux ⁊ eſt: ergo cum dico Socrates ambulat: hęc oratio partes habet dictiones: nomen ſcilicet ⁊ verbum: quę dictiones quidem ſunt non tamen affirmationes. Sin vero dicam Socrates in litio cum Platone. ⁊ ceteris diſcipulis diſputauit. Hęc pars orationis quę eſt. Socrates in litio. ipſa quoque eſt dictio: ſed non vt ſimplex nomen vel verbum: quę dictiones quidem ſunt non tamen affirmationes: neqꝫ vt affirmatio: ſed tantum vt imperfecta oratio quę verbis tamen nominibuſqꝫ compoſita eſt: ꝙ ſi ſic dicam ſi homo eſt animal eſt. Hęc rurſus oratio habet dictiones in partibus: ſed neque ut ſimplices dictiones: neqꝫ vt imperfectas orationes: ſed ut perfectas: ſimpliceſqꝫ affirmationes: ⁊ vna eſt affirmatio aīal eſt: alia vero homo eſt. Tota vero ipſa oratio dictio non eſt quod ſi dicam ſi animal non eſt homo non eſt. rurſus hęc oratio ex duabus ſimplicibus dictionibus negatiuis videtur eſſe compoſita: quę nihilominus tota dictio non eſt. Ita ergo dictio inchoās a ſimplicibus nominibus atque verbis vſque ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur: nec in his tantummodo conſiſtit: ſed vltra etiam ad ſimplices affirmationes negationeſqꝫ tranſit: et in eo progreſſionis terminū facit: ergo quoniam non omnis oratio partes habet affirmationes ⁊ negationes: quę ſunt ſimplicium dictionum perfectę enunciationes: quoniamqꝫ non omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus: omnis tamen oratio ſimplices dictiōes retinet: quippe cum omnis oratio ex verbis nominibuſqꝫ iungatur: hoc ait. Orationis partes ſignificare ſemper quidem vt dictiones: non tamen ſemper vt affirmationes conſentiente Alexandro: cuius expoſitionem ſupra iam docui: atque ita diligentior vt lector differentias eorum recte perſpiciet: ⁊ conſentientes qui communicant intellectus. Hoc loco Aſpaſius inconuenienter interſtrepit: ait enī Ariſtotelem non in omnes orationes diffinitionem conſtituere voluiſſe: ſed tantum ſimplices: quę ex duobus conſtant verbo ſcilicet ⁊ nomine: ſed ille perfalſus eſt. Neque enim ſi ſimplex oratio ſimplicibus verbis nominibuſque conſiſtit: idcirco non compoſita quoqꝫ oratio verba ⁊ nomina ſimiliter in partibus nō habet. Quod ſi hoc commune eſt ſimplicibus orationibus atque compoſitis: vt habeant in partes quidem dictiōes ſimplices: non etiam affirmationes: ut etiaꝫ orationes quę affirmationes habent. Hę tamen habeant in partibus ſimplices dictiones: Cur autem hanc queſtioneꝫ in Ariſtotelem iaciat: ratione relinquitur Syrianus vero qui philoxenus cognominatur: non putat orationes eſſe: quoniam intellectus ſit imperfectus: atque ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cuꝫ dicit plato in achademia diſputans. Hęc quoniā perfecta non eſt: partes inquit non habet: arbitrans omne quod imperfectum eſt: nullis partibus contineri: atque ideo cū dicit Ariſtoteles: oratio eſt vox ſignificatiua: cuius partes aliquid extra ſignificant: illam orationem conſtitui putat quę perfectum retinet ſenſuꝫ: ipſius enim partes eſſe verba et nomina. Sed hoc ridiculum eſt. Neque enim aliquid compoſitum fieri poteſt: niſi proprijs partibus. Quod ſi quelibet res vt componatur habeat decem partes: eas tamen ſingillatim apponi neceſſe ſit: antequam ad decimam veniamus partem: nihilo tamen minus erunt: quas ſibimet ad componēdam totius corporis ſummam ſingillatim ſuperponimus: etiā ad ſi illud: quod componenduꝫ fuit: minime peruentum eſt. Quocirca ſi anteqꝫ perueniatur ad decimam partem prioris effecti compoſitiqꝫ partes ſunt nulla ratio eſt imperfecte rei partes dici non poſſe. Neqꝫ enim dicitur totius compoſiti partes eſſe: quę ſunt imperfecti: ut ſi ſit integrum nomē: habeat partes quattuor: id eſt ſyllabas: ut terentius: ſi vnam ſyllabam demam: dicamqꝫ terenti: uel ſi vnam rurſus duaſqꝫ ponam: ut ſunt teren: huius tamen vtraqꝫ ſyllaba te ſcilicet ⁊ ren. partes ſunt. ⁊ cum ſit compoſitio ipſa ſenſu vacua: ac ſit imperfecta: tamen partibus continetur Syrianus igitur minime audiendus ē. Sed porphyrius potius: qui ita Ariſtotelis mentem ſententiamqꝫ perſequitur: ut eius diffinitionem quę vera eſt: labare ⁊ in aliquibus alijs diſcrepare non faciat. De his quidem hactenus. Porphyrius autem ita dicit. Volens inquit Ariſtoteles oſtendere non omnem orationem: aut ſimplices tantum habere partes aut compoſitas: a ſimplicibus ſumpſit exemplū: ut diceret ſignificare partes orationis vt dictionem non ut affirmationem: vt cum eſt oratio. Plato diſputat dictiones quidem ſunt ſed non vt affirmationes. Si vero ſic eſſet oratio. ſi plato diſputat: verum dicit: Plato diſputat: et verum dicit. cum ſint dictiones: non ſunt tantum vt ſimplices: ſed etiam vt affirmationes. Neque enim ſimplex dictio affirmatio eſt aut negatio: ſed tunc fit cum additur aliquid: quod aut affirmationis vim teneat aut negationis: atque hoc eſt quod ait. Dico autem ut homo ſignificat: aut aliquid: ſed non quoniam eſt: aut non eſt: ſed erit affirmatio uel negatio: ſi quid addatur. Huiuſmodi hoc eſt tanquam ſi diceret: nomen quidem ſimplex affirmationem: aut negationem non facit: niſi aut eſt verbum addatur: quę eſt affirmatio: aut non eſt quę eſt negatio. Quod autem addit: ſed non vna hominis ſyllaba: nec in eo quod eſt ſorex rex ſignificat: ſed vox eſt nunc ſola. In duplicibus vero ſignificat quidem: ſed nihil ſecundum ſe: quemadmodum dictum eſt. Huiꝰ loci duplex ē expoſitio. Quod eniꝫ dixerat prius: ſꝫ erit affirmatio uel negatio ſi quid addatur ei dictioni: quaꝫ ſupra ſimplicem eſſe propoſuit: cuꝫ de ſignificatiua orationis parte loqueretur: nunc id adimplet ⁊ explicat dicens: non ſi quilibet addatur ſimplici dictioni: ſtatim fieri affirmationem uel negationem: nec vero orationeꝫ neqꝫ enim ſi quid non per ſe ſignificatiuum dictioni ſimplici copulet̄: idcirco iaꝫ uel oratio vel affirmatio uel etiā negatio procreabitur: neqꝫ eniꝫ ſi vna ſyllaba hominis quę ſignificatiua per ſe non eſt: copuletur eidem ipſi dictioni: iā vlla inde procreat̄ oratio. Quod ſi oratio non ſit: nec affirmatio nec propoſitio eſt: hę enim orationes quędam ſunt: ut ſi quis ex eo quod eſt homo tollat vnā ſyllabam: eamqꝫ toti dictionis ſimplici aptet: dicatqꝫ hohomo uel alio quolibet modo accidens partem toti corpori dictionis adijciunt non faciet orationem. Qđ ſi hoc eſt: nec affirmationem nec negationem: quę quedam ſunt orationes. Ita ergo accipiendum eſt: tanquā ſi hoc modo dixiſſet. dico autem vt homo ſignificat aliquid: ſed non quoniam eſt aut non eſt: ſed erit affirmatio: vel negatio ſi quid addatur: ſed non ut vna hominis ſyllaba addat̄: nec cuiuſlibꝫ alterius dictiōis. ſi qđ nō p ſe ſignificat. ut in eo qđ eſt ſorex rex nō ſignificat: ſꝫ vox eſt nūc ſola. Atqꝫ iō ſi qs velut ptē tollat id qđ eſt rex: apponatqꝫ ei quod eſt So: ex: dicatqꝫ ſorex rex: ut rex tanquam pars ſit eius quod eſt ſorex: oratio nulla eſt: atqꝫ ideo neqꝫ affirmatio nec negatio. Hęc enim ex vocibus per ſe ſignificatiuis conſtant. Rex vero in eo quod eſt ſorex: quoniam pars eſt nominis: nihil ipſa ſignificat. Vel certe erit melior intellectus. ſi hoc quod ait. ſed non vna hominis ſyllaba. non aptemus ad orationis perfectionem: ſed potius ad dictionis ſignificationem: ut quoniam dixit ſuperius orationis partes ſignificare ita ut dictionem non ut affirmationem: quę eſſet dictio manifeſte monſtret. Dictionem namqꝫ cōſtituit vocem per ſe ſignificantem. ergo cum dicit. Sed non vna hominis ſyllaba. tale eſt ac ſi diceret. ſignificat quidem pars orationis ut dictio. Sed hę ipſę dictiones perfectę nomina ſunt ⁊ verba: non partes nominum verborumqꝫ. In eo enim quod eſt equiferus currit: equiferus quidem dictio eſt totius orationis ſignificat enim ut pars orationis. ſed ferus conſignificat ut pars nominis, atque ideo ferus dictio non eſt. Quocirca ſiquę alię ſyllabę in parte orationis ſunt. id eſt in nomine vel verbo: nihil per ſe ſignificant. quanquā ſint in parte nominis: quod nomen pars orationis eſt: nihil tamen ipſiꝫ ſignificat in tota oratione: quare nec dictio erit. Audiendum ergo eſt ita: tanquam ſi ſic diceret. Oratio autem eſt vox ſignificatiua: cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum: ut dictio: non ut affirmatio. dico autem ut homo ſignificat aliquid. ⁊ eſt quędam dictio ſimplex. Nam neque oratio eſt quoniam ſimplex eſt: nec affirmatio neque negatio: quoniam non ſignificat: aut eſſe aut non eſſe. Sed erit tunc affirmatio: quando aliquid additur: quod affirmationē negationemve conſtituat. Sed quod ad dictionem eſſe id quod dicimus homo. Idcirco dictio eſt. quoniam p ſe ſignificat. Syllaba vero eius nominis quod eſt homo: quoniam nihil deſignat: nō eſt dictio. Hoc eſt enī ſed non vna hominis ſyllaba. vel ſi videatur quidem ſignificare: pars tamen ſit nominis: ⁊ conſignificet in nomine. in tota oratione nihil ſignificat. Neqꝫ enim pars orationis eſt. Quod per hoc dixit quod ait. nec in eo quod eſt ſorex rex ſignificat. ſed vox eſt nunc ſola nihil ſignificans: vnde probatur huiuſmodi particulas non eſſe dictiones. Vox enim ſola non eſt dictio. ſed vox per ſe ſignificans. Si qua autem ſunt inquit nomina: quę ſint compoſita ex alijs: ut eſt equiferus emittunt quidem quandam imaginem ſignificandi: ſed p ſe nihil ſignificant: conſignificant autem. In ſimplicibus vero nominibus nec imaginatio vlla ſignificandi eſt: ut in eo quod eſt cicero. partes eius cum ſimplices ſono: cum etiam intellectu preter cuiuſlibet imaginationis ſimilitudinem ſignificationemve ſunt. In duplicibus vero vult quod eſt pars ſignificare: ſed nullius ſeparatim ſignificatio eſt. Idcirco quoniam ſolum conſignificat id quod totuꝫ compoſiti nominis corpus deſignat. ipſum vero ſeparatum (ut ſepius dictū eſt) nihil extra ſignificat.

**Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua non ſicut inſtrumentum: ſed (quemadmodū dictum eſt) ſcđm placitum.**

Secundum placitum eſſe orationes illa res approbat: quod earum partes ſunt ad placitum id eſt nomē ⁊ verbum. Quod ſi omne compoſitum ab his ex quibus eſt cōpoſitum: ſumit naturam. Vox quę poſitione conſtitutis vocibus iungitur: ipſa quoque ſecundum placitum poſitionemqꝫ formatur. Quare manifeſtum eſt orationem ſecundum placitum eſſe. Plato vero in eo libro: qui ſcribitur cratylus: aliter eſſe conſtituit: eāqꝫ dicit ſuppellectilem quandam atqꝫ inſtrumentum eſſe ſignificandi res eas quę naturaliter intellectibus concipiūtur: earumqꝫ intellectum vocabulis diſcernendi. Quod ſi omne inſtrumentum naturalium rerum ſecundum naturam eſt: ut videndi oculꝰ. nomina quoqꝫ ſecundum naturam eſſe arbitratur. Sed hoc Ariſtoteles negat. ⁊ Alexander multis in eo nititur argumentis monſtrans orationē non eſſe inſtrumentū naturale. Ariſtoteles vero ita vtitur dicens. Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua: non ſicut inſtrumentum. tanquā ſi diceret. Eſt quidem omnis oratio ſignificatiua non tamen naturaliter. inſtrumentum enim hoc demonſtrat. tanquā ſi diceret naturaliter ſignificare. Qđ qui inſtrumentum orationem eſſe negant: non eam naturaliter ſignificare dicunt: ſed ad placitum. Naturalium enim rerum naturalia ſunt inſtrumenta. Idcirco autem inſtrumentum pro natura poſuit: quod (ut dictum eſt) plato omnium artium inſtrumenta ſecundū naturam ipſarum artium cōſiſtere proponebat. Et alexander quidem non eſſe inſtrumentum orationem ſic ingreditur approbare. Omnis inquit naturalium rerum ſuppellex ipſa quoqꝫ naturalis eſt: ut viſus quoniam natura datur: eius quoque ſuppellex eſt naturalis: ut oculus. Eodem quoque modo auditus cum naturalis ſit: aures nobis quę ſunt audiendi inſtrumenta: naturaliter eſſe datas cognoſcimus. Quare quoniam oratio ad placitum non naturaliter eſt. partes enim manifeſtum eſt orationis ad placitum poſitas: quę ſunt ſcilicet nomina ⁊ verba: ſicut monſtrat apud omnes gētes diuerſitas vocabulorum. Quoniam ergo per hęc ſecundum placitum omnis oratio eſſe monſtrat̄. Quod autem ſecundum placitum eſt: non eſt ſecundum naturam. non eſt ergo oratio ſuppellex. Significandi eniꝫ ratio atque poteſtas naturaliter non eſt. Quod ſi oratio naturaliter non eſt: non eſt ſuppellex. His alijſque ſimilibus rationibus monſtrat non eſſe ſuppellectileꝫ orationem. Quocirca dicendum nobis eſt: naturaliter quidem eſſe voces poteſtateſque naturaliter vocabula rebus imprimendi: non tamen naturaliter ſignificatiuas: ſed poſitione. Sicut ergo naturaliter ſingularuꝫ artium ſumus ſuſceptibiles: ſed eas non naturaliter habemus: ſed doctrina concipimus. Ita vox quidem naturaliter eſt: ſed per vocem ſignificatio non naturaliter. Neque enim vox ſola nomen eſt aut verbum: ſed vox quędam addita ſignificatione. et ſicut naturaliter eſt moueri: ſaltare vero cuiuſdam iam artificij: et poſitionis: et quemadmodum es quidem naturaliter eſt. Statua vero poſitione vel arte. Ita quoque poſſibilitas ipſa ſignificandi: ⁊ vox naturalis eſt. Significatio vero per vocem poſitionis eſt: non naturę. Hactenus quidem de communi oratione locutus eſt: nunc autem tranſit ad ſpecies eius. Ait enim.

**Enunciatiua vero non omnis: ſed illa in qua verum vel falſum ineſt. non autem in omnibus ineſt: ut deprecatiua oratio quidem eſt: ſed neqꝫ vera neqꝫ falſa. cętere quidem igitur relinquātur. rhetoricę enim vel poeticę conuenientior conſideratio eſt. enūciatiua vero preſentis ſpeculationis eſt.**

¶ Species quidem orationis multę ſunt: ſed eas varie partiuntur: at vero peripatetici quinqꝫ partibus omnes ſpecies orationis ac membra diſtribuunt. Orationis autem ſpecies dicimus perfectę: non eius quę eſt imperfecta. perfectas autem voco eas quę complent expediuntqꝫ ſententiam. Et ſit nobis hoc modo diuiſio. Sit genus oratio. orationis aliud eſt imperfectuꝫ: quod ſententiam non expedit ut ſi dicam plato in licio: aliud vero perfectum. Perfectę autem orationis alia eſt deprecatiua: ut adſit letitię bachus dator. Alia imperatiua: ut accipe daqꝫ fidem. Alia interrogatiua: ut quo teneri pedes: an quo via ducit? in vrbem. Alia vocatiua: ut o qui rex hominumqꝫ deumqꝫ eternis regis imperijs. Alia enunciatiua: ut dies eſt. dies non eſt. In hac ſola quę eſt enunciatiua: veri falſiue natura perſpicitur. In cęteris enim neqꝫ veritas neqꝫ falſitas inuenitur. ⁊ multi quidem plures ſpecies eſſe dicunt perfectę orationis. alij autem innumeras eorum differentias produnt. ſed nihil ad nos. Cunctę enim ſpecies orationis aut oratoribus accōmodatę ſunt aut poetis. ſola enunciatiua philoſophis. Ergo hoc dicit. Nō omnis oratio enunciatiua eſt. Sunt eniꝫ plurimę quę enunciatiuę non ſunt: ut hę quas ſupra poſui. Hec autem ſola eſt in qua veruꝫ falſumve inueniri queat. Quocirca quoniaꝫ iſtam in qua veritas vel falſitas inuenitur: dialecticis philoſophiſqꝫ eſt requirere. Cętere autem oratoribus atqꝫ poetis accommodatę ſunt: iure de hac ſola tractabiť, id eſt de enunciatiua oratione. Hucuſqꝫ ergo de partibus interpretationis: et de cōmuni oratione locutus eſt. Nunc autē aſtringit modum diſputationis in ſpeciem: ⁊ de vna ſpecie orationis tractat: deqꝫ vna interpretatione quę eſt enūciatiua. Species namqꝫ eſt enunciatio interpretationis: negatio vero et affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione conſiderandi hinc cum ipſo Ariſtotele cōmodiſſimum ſumamus initium.

**Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alię vero omnes coniunctione vnę. Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu verbi. etenim hominis ratio ſi non eſt: aut fuit: aut erit: aut aliquid huiuſmodi addatur: nondum eſt oratio enunciatiua. Quare autē vnum quidam eſt: et non multa animal greſſibile bipes. Neqꝫ enim eo quod propinque dicuntur. vnum erit. eſt autem alterius hoc tractare negocij.**

¶ Una oratio duplici modo tractatur: vel cum per ſe vna eſt: vel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Uel certe ita dicendum eſt. Alię orationes naturaliter vnę ſunt: alię vero poſitione. Et naturaliter vnę quidem ſunt orationes quę non diſſoluuntur in alias orationes: ut eſt ſol oritur. Quę autem poſitione ſunt vnę in alias orationes diſſoluuntur: ut eſt. ſi homo eſt animal eſt. hęc enim in orationes alias ſeparatur. et quemadmodū lignum vel lapis ſingillatim in propria natura conſiſtunt et ſunt vna: ex his autem facta nauis vel domus quę cum pluribus quidem conſtent: vnę tamen arte ſunt. non natura. Ita quoqꝫ in orationibus ſimplices eas et per ſe naturaliter vnas orationes dicimus: quę verbo tantū ⁊ nomine iunguntur. Compoſitas autē quę in alias (ut dictum eſt) orationes diuiduntur. multas enim orationes in huiuſmodi orationibus coniunctio iungit: ut ſi dicam Plato eſt ⁊ ſocrates eſt. hęc coniunctio et vtraſqꝫ coniunxit. atqꝫ ideo vna videtur poſitione: quę naturaliter ⁊ per ſe vna nō fuerat. naturaliter autem vnius orationis duę partes ſunt affirmatio ⁊ negatio. ſed quoniā non ita dixit. eſt autem vna oratio enunciatiua affirmatio vel negatio. eſt enim vna coniunctione. Sed ait. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. deinde negatio. huiuſmodi oritur queſtio. Utrum id ꝙ ait prima ad affirmationem referatur. ut ſit poſterior negatio. an id ꝙ ait prima ad ſimplicē retulerit orationem: ut ſecunda ſit: quę ex orationibus iungiť. quam dubitatem ipſe diſſoluit. Sic eniꝫ inquit. Eſt autē vna prima oratio enūciatiua affirmatio: ⁊ ut quam ſecundam diceret demōſtraret ait. deinde negatio. ut primam affirmationem poneret: ſecundam negatiōem. Quod ſi ita dixiſſet. eſt autem vna prima enūciatiua oratio affirmatio: vel negatio deinde coniunctione vnę. ita oporteret intelligi tanquā ſi diceret illam eſſe primam orationeꝫ quę ſimplex eſſet: cuius partes affirmatio eſſent atqꝫ negatio. Secundam vero illam quę coniunctione quadam vna fieret: cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniaꝫ id quod ait prima ad affirmatiōem iunxit dicens. eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. ad negationem vero deinde ſubiunxit dicens: deinde negatio. Dicendum eſt primam eum orationem eſſe arbitrari affirmationem. Secundam vero negationem: cui deinde continenter appoſuit. Sed rurſus incurrimus Alexandri queſtionem. Per hoc enim negat affirmationem negationemqꝫ ſub vno genere poni oportere id eſt ſub enunciatione: ꝙ in his quę priora vel poſteriora ſunt: commune genus non poteſt inueniri. Sed hoc ſupra iam dictum eſt non oportere omnia quęcūqꝫ quolibet modo priora vel poſteriora ſunt. a genere communi ſecernere. Alioquin ſic primę ⁊ ſecunde ſubſtantię ſub vno genere ſubſtantię non ponentur. Sic etiam ſimplices ⁊ compoſitę orationes. quarum ſimplices propoſitiones primę ſunt: poſteriores compoſitę vno genere non continebuntur. Sed illa ſola putanda ſunt ſub eodem genere poni non poſſe: quę ad ſubſtantiam priora vel poſteriora eſſe cognoſcimus. Quę vero ad ſuum eſſe equalia ſunt: nihil prohibet ſub eodem genere vtraqꝫ conſtitui. Ergo quoniam affirmationi ⁊ negationi hoc eſt eſſe: ꝙ in his veritas ⁊ falſitas reperitur. hęc autem eſt enunciatio: in qua ſcilicet veritatis ⁊ falſitatis conſtituta ſit ratio. quoniam ad id quod veri falſiue ſignificatiuę ſunt: neqꝫ affirmatio prior: neqꝫ negatio poſterior eſt. Nullꝰ dubitat quo equaliter participant affirmatio et negatio: eideꝫ generi poſſe ſupponi. ſed affirmatio ⁊ negatio equaliter participāt enūciatione; ſiquidem enunciatio veri falſiqꝫ vtitur ſignificatione. ⁊ affirmatio ⁊ negatio veritatem atqꝫ mendacium equaliter monſtrant. enunciatio igitur affirmationis ⁊ negationis genus eſſe ponenda eſt. Quod ergo ait. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio alię vero coniunctione vnę. Ita intelligendum eſt; ꝙ affirmationem primam: ſecundam vero negationem: cui addidit deinde: in prolatione poſuerit. prior enim eſt affirmatio; poſterior negatio in prolatione duntaxat: non ſecundum veri falſiqꝫ deſignationem. Quocirca nihil prohibet ⁊ priorem putari affirmationem negatione: ⁊ tamen vtraſqꝫ ſub vno genere id eſt enunciatione conſtitui. Sed quod ſecutus eſt. Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu. huiuſmodi eſt. volens Ariſtoteles diſtribuere dictionē: affirmationē: negationē: enunciationē; contradictionē: ſenſum ꝯfuſa breuitate ꝑmiſcuit



et nebulis obſcuritatis implicuit: oportuit namqꝫ prius quid eſſet dictio. poſt autem quid affirmatio: et negatio: ⁊ rurſus quid eſſet enunciatio et contradictio conſtituere Sed hec interim pretermittit. nunc vero quemadmodū conſtituatur enunciatio docet dicens. Qđ omnis enunciatio conſtet verbo: quoniam ſimplex dictio eſt nomē aut verbum. Omnis enunciatio ſimplex huiuſmodi eſt: ut ſemper quidem vel verbum vel aliquid ꝙ idem valeat: tamquā ſi diceretur: verbum vel caſum verbi in predicatione retineat. ſed non ſemꝑ ſubiectus terminus ſit ex nomine: ſemper tamē predicatus ex verbo ſit enim huiuſmodi propoſitio: quę eſt ſol oritur. in hac ergo propoſitione ꝙ dico ſol oriť. ſubiectū eſt ſol. ꝙ vero dico oriť predicatū. et vtraſqꝫ has dictiones terminos voco. ſed quodcunqꝫ prius diciť in ſimplici enūciatione: illud ſubiectuꝫ eſt: vt in hac ſol. quod vero poſterius: illud predicatū: ut in eadem oritur. Ergo neceſſe eſt omnē enunciatiuā orationē ſi ſimplex ſit verbum in predicatione retinere: ut in eadem ipſa: cum dico ſol oritur. oritur verbuꝫ eſt. vel quod idem valeat: ut eſt ſocrates nō ambulat. non ambulat eniꝫ infinitum verbum eſt: ⁊ verbū quideꝫ non eſt: ſed eandem vim retinet quam verbū. Caſus etiaꝫ verbi ponitur ſepe: ut ſocrates fuit. ſubiectus vero terminꝰ non ſemꝑ conſiſtit in nomine poteſt enim infinitū nomen habere ut cum dico. nō homo ambulat. poteſt ⁊ verbū: ut cum dico. ambulare moueri eſt. ergo (ut arbitror) plene monſtratū eſt nō ſemꝑ ſubiectū nomen eſſe: ſed ſemper predicatū in ſolo verbo conſiſtere. Approbans ergo verba ſemper in predicationibus poni. hoc addidit. niſi eniꝫ aut eſt aut fuit. aut aliquid huiuſmodi ſit additū: aut ꝙ idem valeat apponatur: enunciatio non ſit. cum eniꝫ dico homo eſt. eſt verbum in predicatione propoſui. Sin vero dixero. homo viuit. idem valet tanqꝫ ſi dicam homo viuus eſt. Ergo non poſſe ſine verbo affirmationem negationēve conſtitui docuit per id quod ait. etenim hominis ratio ſi non aut eſt: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiuſmodi addatur: nondum eſt oratio enunciatiua. Hoc enim dicere videtur. Diffinitio hominis eſt. verbi gratia animal greſſibile bipes. ⁊ hoc ratio eſt humane ſubſtantie. ergo hęc ratio niſi ei eſt: aut erit: aut fuit: aut quodlibꝫ verbuꝫ (ſicut ſupra dictum eſt) apponatur: enūciatio non ſit. neqꝫ enim verum neqꝫ falſum eſt. Si eniꝫ dicam tantū animal greſſibile bipes. nulla me veritas mēdaciumve conſequiť. Sin autem dixero animal greſſibile bipes eſt vel non eſt. affirmatio mox negatioqꝫ conficiť quas enunciationes eſſe quis dubitet. Sed cum de ſimplicibus enunciationibus loqueretť ait. hominis rationē id eſt diffinitionē non eſſe enūciationeꝫ: niſi eiꝰ aut eſt: aut erit: aut huiuſmodi aliquid apponať. approbans ſcilicet vnam eſſe ⁊ non multiplicem oratiōem diffinitionis humanę: cui ſi eſt: aut erit: aut fuit adderetur: enunciationem ſimplicē faceret. Cur vero vna ſit talis oratio: cauſa quęriť neqꝫ enim ex ſolis duobus terminis conſtat id quod dicimus animal greſſibile bipes. ⁊ quę nominat: plura ſunt. quare ipſe ſibi inſtitit: ⁊ de ſua propoſitione rationē queſiuit: quam nunc dicere ſuperſedit. ait enim. Quare autem vnum quidam eſt ⁊ non multa animal greſſibile bipes. neqꝫ enim in eo quod dicitur propinquę: vnum erit. Eſt autē alterius hoc tractare negocij. Hoc ſciliꝫ querēs tanqꝫ ſi ita ipſe ex perſona ſua diceret. de ſimplicibus enūciationibus omnibꝰ ipſe loquebar. deqꝫ his propoſui eas ꝑter verbum eſſe non poſſe. et ad hanc rem probandā exemplum ſumpſi diffinitionem hominis: cui niſi eſt: aut erit aut fuit apponeť: enunciationeꝫ non fieri dixi: quaſi vna et nō multiplex eſſet oratio ea per quā dicitur animal greſſibile bipes: de qua fieri poſſit ſimplex enunciatio. Cur autem eſſet vna oratio animal greſſibile bipes: alteriꝰ inquit eſt hoc tractare negocij: cum de rebus: non de propoſitionibus perſpiciendū eſt. Nāꝫ non idcirco vna oratio eſt quia continue dicitur: et coniuncte ſibimet: animal greſſibile bipes. hoc enim ſi ita eſſet: poſſemus et hanc orationem quę tam multa ſignificat: vnam dicere ſi continue proferatur: ut eſt ſocrates philoſophus ſimus caluus ſenex. ergo quemadmodū huiuſmodi oratio ſit multiplex et non vna poſterius dicemus. ergo nunc manifeſtum ſit hanc orationem quę dicit. ſocrates philoſophus ſimus caluus ſenex. non eſſe vnam ſed multiplicem. ſi ergo propinquitas propinquitas proferendi ipſa continuatione vnaꝫ faceret orationem: poſſet hęc quoqꝫ vna eſſe oratio: quę manifeſte nō vna eſſe docebitur. Quare nō idcirco erit vna oratio ea quę dicit animal greſſibile bipes. quod cōtinue et propinque profertur. Quę autem cauſa ſit ut vna ſit: ipſe dicere ſuſtulit. ſed in libris eius operis quod μετὰ τὰ φυσικά inſcribitur: expediuit. Theophraſtus autēꝫ in libro de affirmatione et negatione ſic docuit: diffinitionem vnā ſemper eſſe orationem: eamqꝫ oportere continuatim proferri. illa enim vna oratio eſſe dicitur: quę vnius ſubſtantię deſignatiua eſt. Diffinitio autē ut verbi gratia hominis animal greſſibile bipes: vna eſt oratio per hoc: quoniam vnū ſubiectum id eſt hominē monſtrat. Si ergo continuę proferatur et non diuiſe: vna eſt oratio: et quia continue dicitur: et quia vnius rei ſubſtantiam monſtrat. Sin vero quis diuidat: et orationem vnam rem ſignificantem proferendi intermiſſiōe diſtribuat: multiplex fit oratio: ut ſi dicat animal greſſibile bipes. vnam rem mihi tota monſtrat oratio: et continue dicta eſt. Sin vero dicat animal: et rurſus greſſibile: et ſub intermiſſiōe repetat bipes: multiplex erit diſtributa intermiſſione oratio. Et rurſum aduerſum id queſtio. et quis hoc non iure culpet poſſe eam: quę vna eſt orationē intermiſſione proferendi fieri multiplicem: cum continuatio proferendi non faceret vnam: quę eſſet multiplex per naturaꝫ. Sicut eniꝫ in illis quę multiplices ſunt naturaliter: non poteſt continuatio proferendi vnam facere orationem. Sic quoqꝫ non debet quę eſt vna naturaliter oratio: idcirco ꝙ de vno ſubiecto dicatur: fieri multiplex per intermiſſionem. Sed hoc ita ſoluitur. Nam cum animal dicimus: et ſub intermiſſiōe rurſus greſſibile: eodēqꝫ modo iterum bipes: non hęc ita dicimus: tanquā ſi in vnū cuncta coniuncta ſint. Quocirca quoniam eſt quidem animal: rurſus greſſibile eſt: rurſus bipes: quoniam plura ſunt: et pluraliter dicta id eſt diſtributa: non videntur ad vnum ſubiectum diſtributa poſſe predicari. ſicut cum dico ſocrates philoſophus ſimus. caluus. ſenex. hęc omnia non eſt ſimplex oratio: nec ſi cōtinue proferatur: ꝙ ad vnaꝫ ſubſtantiam non tendunt. accidentia enim ſunt: et extrinſecus veniunt. Probatur autem neqꝫ eas oratiōes: quę per diuiſionem dicuntur: neqꝫ eas quę non ad vnam ſubſtantiam tendunt: vnas eſſe hoc modo. ſi dicat quis animal. et rurſus greſſibile: et iterum bipes: non vnum eſt animal: nec vnum greſſibile: nec vnum bipes. Sin vero dixero animal greſſibile bipes cōtinue et propinquę: vnū eſt: quod tria iſta iuncta ſignificant id eſt homo. Conuertamus nunc animū ad eas: quę plura quidem ſignificant: ſed continue proferunť: ut cum dico ſocrates philoſophus caluus ſenex. videtur quaſi quędaꝫ ſocratis eſſe diffinitio philoſophus caluus ſenex. ſed non neceſſe eſt. ſi huiuſmodi ratio ſocratis fuit: omnem quicunqꝫ philoſophꝰ eſt ſenex caluus: etiam ſocratem eſſe. In multis ergo continuatio iſta valet accidere. Quocirca non vnum ſignificat: quanqꝫ continue proferatur. Ergo ſi ex omnibus vnum quidem ſignificetur: et continue proferatur: vna eſt oratio: ut partes quedam rei definitę ſint ea quę in diffinitione ponuntur: non accidentia. et proficit quidem aliquid continua prolatio ad perficiendam vnam orationem: ſed ipſa ſola non ſufficit: niſi vnumquodqꝫ ſubiectuꝫ ſit. atqꝫ ideo dixit Ariſtoteles animal greſſibile bipes non idcirco eſſe vnam orationem: ꝙ propinque dicatur. nā neqꝫ ſufficit ad conſtituendā vnam orationē propinquitas ꝓferendi: nihilqꝫ prohibereꝫ quę naturaliter eēnt multiplices: eas ꝯtinue ⁊ ꝓpinque prolatas vnas videri. ſed huiꝰ rei rōeꝫ Ariſto. ponere diſtulit. Senſus ergo hmōi eſt. Neceſſe ē

UNIVERSIDAD Y PROVA BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

inquit omnem enunciatiuam orationem ex verbo eſſe vel caſu. Etenim hominis ratio: que et ipſa quoqꝫ oratio eſt: ſi non eſt: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiuſmodi illi addatur: nondum eſt enunciatio. hoc vero in ſolis ſimplicibus enunciationibus venit. In his autem que coniunctione vne ſunt (ut ſupra iam ait) non omnino eſt. Cum enim dico dies eſt. vis tota in verbo eſt. Si autem cum coniunctione proferam ſi dies eſt. lux eſt. tota vis in coniunctione conſiſtit. Ueritatis enim aut falſitatis rationem ſola coniunctio tenet: que conditionē proponit: cum dicit. ſi dies eſt lux eſt. ſi enim illud eſt. illud euenit. igitur in coniūctione omnis vis huiuſmōi propoſitiōis eſt. omnis autē ſimplex propoſitio totā vim in verbo habet poſitam. Et quēadmodū in his: que hypothetice vel conditionales dicunt̃. cōiunctiōes vim propoſitiōis tenent. ſic in ſimplicibus propoſitiōibus p̄dicatio vim obtinet. vnde ⁊ grece quoqꝫ tales propoſitiōes categorice. id eſt predicatiue dicitur ſcilicꝫ que ſunt ſimplices: quod in his totam propoſitionē obtineat predicatio. atqꝫ ideo ariſtoteles ait ex verbo vel caſu fieri ſimplicē enūciationem. nam preter id quod cōtinet totam propoſitionē predicatiuā. ſcilicꝫ p̄ter predicatiōē enunciatio nō fit: nō eſt: ut negatio quoqꝫ nō ad ſubiectū: ſed ad predicatū ſemper aptetur. Nam cū dico ſol oritur: non eſt huius negatio. nō ſol oritur: ſed illa que eſt ſol nō oritur. atqꝫ ideo negatio ad ſubiectum poſita nō facit contrariā propoſitionē: ad predicatum v̄o reddit contrariā. Recte igit̃ Ariſtoteles de ſubiecto nihil locutus eſt. Non enī predicatiuā propoſitionē ſubiectus terminus tenet: ſed tantū predicatus: qui totam enūciatiōē propria virtute confirmat.

**Eſt autem vna oratio enūciatiua que vnū ſignificat: vel coniūctione vna. plures vero: que plura et nō vnum: vel incōiuncte. Nomē ergo et verbū dictio ſit ſola: quoniā nō eſt dicere ſic aliquid ſignificantem voce enunciare: vel aliquo interrogāte: vel nō ſꝫ ipſo ꝓferēte.**

¶ Hinc monſtrat̃ quoniā tunc cum dixit. Eſt autē vna prīa oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio. primā cum nō de ea oratione dixiſſe putandū eſt: que naturaliter vna eſt: ſed de affirmatiōe. alioquin hic quoqꝫ repetēs ita dixiſſet. Eſt autem oratio vna prima enunciatiua que vnum ſignificat. ſed quoniā non ita dixit: manifeſtū eſt ꝙ dudum ait primā: non ad orationē: que preter coniunctionem vna eſt: retuliſſe: ſed ad affirmationē: quam negatione priorē eſſe conſtaret. ſed hoc iā ſupius dictū eſt. Quid autem ſibi velit hec enunciatio: paucis exponā. Multas enim cōfuſiones multoſqꝫ in orationib' errores hic locus optime intellectus: veraciterqꝫ perceptus ſuſtulit. ⁊ hec eſt expoſitio: ꝗ nullus ante Porphyrium expoſitorū vidit. Non eſt idem namqꝫ vnā eſſe orationē et multiplicē. quod ſimplicē et compoſitā: et diſtat vna a ſimplici: diſtat etiam multiplex a cōpoſita. Eſt ergo vna oratio que vnū ſignificat: multiplex autē que non vnū ſed plura. Fit autē hoc in hmōi orationibus: ut cum dico. cato philoſophꝰ eſt hec oratio non eſt vna. non enim vnum ſignificat. poteſt enim monſtrare et catonem vticenſem eſſe philoſophū. poteſt etiā oſtendere ⁊ catonem cenſorinū oratorē eſſe philoſophum. qua in re nō vna eſt oratio. atqꝫ idcirco in vticenſi quidem catone eſt vera: in oratore vero falſa. Huiuſmodi ergo orationes multas vocamus. Sin vero vnum ſignificat. ut cum dicimus. in charta ſcribit̃. illam dicimꝰ vnā ergo vna que ſit vel multiplex oratio ex his intelligit̃ que ſignificant̃. ſi enim vnā ſignificat rem. vna eſt. ſi multas. multiplex. Simplices autem ⁊ compoſite orationes non ad ſignificationē: ſed ad terminos ipſos dictioneſqꝫ: que in propoſitionibus ſumunt̃: referende ſunt. Et eſt quidē ſimplex oratio enūciatiua: que ex ſolis duobus terminis conſtat: ut eſt homo viuit. Siue autē his propoſitionibꝰ omnis addatur: ut eſt omnis homo viuit. ſiue nullus: ut nullus lapis viuit. ſiue aliquis: ut aliquis homo viuit. uel aliquis homo non viuit. quoniā termini ipſi duo ſunt ſimplex vocatur propoſitio. compoſita vero ſi vltra terminos duos enunciat: ut eſt plato philoſophus in licio ambulat. hic enim quattuor ſunt termini. vel ſi tres ſint: ut plato philoſophꝰ ambulat. he quoqꝫ ſi eis omnis aut nullus aut aliquis addatur: eodē modo compoſite ſunt. Ergo vna vel multiplex oratio intelligit̃: ſi vnum vel multa ſignificat. ⁊ de propria ſignificatione ſemper iudicantur. Simplex autem ⁊ compoſita non ex ſignificatione: ſed ex verborum ⁊ nominū pluralitate cognoſcitur. ſi enim vltra duos terminos habet propoſitio compoſita eſt: ſi duos tantum ſimplex. ſi ergo ſemper oratio que ſimplex eſt. id eſt que duobus terminis conſtat: vnā tantū ſignificantiam retineret: indifferenter dici poſſet vna oratio ⁊ ſimplex eadē enim vna eſſet: que etiam ſimplex. ſed quoniam nō omnis ſimplex vnum ſignificat. non omnis ſimplex vna eſt. Poteſt ergo fieri: ut ſimplex quidē ſit propoſitio: multe tamen orationes: ſimplex quidem ad compoſitionē dictionū: multe vero ad ſignificationem ſententiarū. quare erit in hoc gemina differentia: ut vnam dicamus ſimplicē namqꝫ orationē: alteram ſimplicem ⁊ plures orationes. Rurſus ſi omnes compoſite orationes plures etiam res ſignificarent: indifferenter diceremus multiplicem ⁊ compoſitam. ſed quoniā fieri poteſt. ut propoſitio aliquotiēs quidē conſtet ex numeroſis pluribuſqꝫ terminis ꝗ ſint duo: vnam tamen ſententiā monſtret. Poteſt quidem fieri ut compoſita ſit: vna tamen oratio ſit ſignificatione: compoſita dictione: ut eſt animal rationale mortale mentis ⁊ diſcipline capax. hec quidem plura ſunt: ſed his vna ſubſtātia ſubiecta eſt id eſt homo. Quare vna quoqꝫ ſentētia eſt. Sin vero quis dicat. ſocrates ⁊ ambulat ⁊ loquitur ⁊ cogitat. multa ſunt. diuerſa ſunt enim ⁊ ꝙ ambulat: et ꝙ loquitur: ⁊ ꝙ cogitat. Quare erit aliquādo compoſita quidem oratio: vna tamē. ſed quoniā compoſita oratio aliquotiens quidem continue ſine coniūctione dicitur: aliquotiens coniūctione copulatur. fiunt hinc quatuor differentie eſt enim vna oratio. compoſita ex terminis continuatim dictis ⁊ ſine coniunctione vnam ſententiam monſtrans. ut eſt animal rationale mortale mentis ⁊ diſcipline perceptibile. hec enim oratio compoſita quidem eſt ex multis terminis: ſed coniunctionem non habet. nam ꝙ dictum eſt mentis ⁊ diſcipline perceptibile: hec coniūctio que eſt. ⁊ nullam in tota propoſitione vim obtinet. neqꝫ enim cōiungit propoſitionem: ſed artem vel rem addit: cuius ſuſceptibilis homo eſſe videatur. et habet vnam ſubſtantiam ſubiectam: que eſt homo. Alia vero eſt compoſita ex terminis nulla coniunctione copulatis multiplex: ⁊ nō vnā ſignificans propoſitionem: ut eſt plato athenienſis philoſophus diſputat. Aliud enim eſt eſſe platonem. aliud eſſe philoſophū. aliud eſſe athenienſem. aliud diſputantem. ⁊ hec coniūcta vnum aliquid non faciunt quaſi ſubſtantiam. Quare hec multiplex eſt. ſed eam manifeſtū eſt nulla coniunctione copulari. Alia vero eſt compoſita ex propoſitionibus incōiunctis multiplex: ut eſt iupiter optimus maximus eſt: Iuno regina eſt: minerua dea ſapientie eſt. quas ſi quis ſub vnum cōtinueqꝫ proferat: plures quidem propoſitiones ſunt: ⁊ oratio multiplex: ſed cōiunctione carent. Alia vero eſt compoſita vel ex terminis vel ex ꝓpoſitionibus coniūctione copulatis multiplex ⁊ multa ſignificans: et ex terminis quidem compoſita: ut ſi quis dicat. iupiter ⁊ apollo ſunt dii. Ex propoſitionibus autem coniūcta multa ſignificans eſt: ut ſi quis dicat. ⁊ apollo vates eſt: ⁊ iupiter tonat. Eſt autem preter has alia compoſita oratio ex propoſitionibus coniunctiōe coniūctis vnam ſignificans orationem: ut cum dico. ſi dies eſt lux eſt. due enī ꝓpoſitiōes que ſunt iſte. dies eſt. lux eſt. ſi ꝯiūctiōe copulant̃. ſed hec orō nō ſignificat multa. neqꝫ. n. diē eſſe ⁊ lucē ꝓponit eſſe. ſed ſi dies eſt. lucē eē. Quocirca ſignificat



conſequentiam quandam: non exiſtentiam propoſitiōis. non. n. di. it utraſqꝫ eſſe: ſed ſi una eſt alia eſt ꝯſequi: ꝙ utiqꝫ in unam quodammodo intelligentiam congruit. Sed hanc porphyrius propoſitōem extrinſecus donit. idcirco ꝙ plura ſignificare uidebatur. ipſa enim propoſitionum pluralitas multitudinem ſimulat ſignificationū: ſed ut dictū eſt non plures ſignificat res: ſed unam conſequentiā. Cōpoſitarum igitur ⁊ unam rem ſignificātiū propoſitionū duplex modus eſt. Aut eīm ex terminis icōiunctis vnam rem ſignificās cōpoſita oratio: vt animal rationale mortale ē. Aut ex ꝓpoſitionibꝰ compoſita: ⁊ coniunctōē copulata imaginē q̄dem emittens plura ſignificandi vnam vero rem ſignificans oratio: vt ſi dicamus. ſi dies ē lux eſt. Cū ergo hec ſit diſtributio ꝯpoſitarum ⁊ ſimplicium orationū duplici modo vne orationes ſunt. ⁊ duplici multe. Simplici aūt incōpoſite: ⁊ ſimplici compoſite. ⁊ vno q̄dem modo vna oratio dicit̃: cum ſine coniunctōē non eſt. Alio vero cum vnā rem ſignificat. rurſus vno dicit̃ modo oratio multiplex: cum aliqua ꝯiunctione nō copulat̃: alio v̄o cum plura ſignificat. atqꝫ hoc eſt quod ait. Eſt autem vna oratio enūtiatiua que vnū ſignificat: vel coniunctione vnā. Plures autē que plura ⁊ nō vnum: vel inconiuncte. eſt enim (vt dictū eſt) dupliciter vna oratio: vel quādo cū cōiunctōē eſt: vel cum vnam rem ſignificat. Multiplex aūt oratio eſt: vel que multa ſignificat. vel q̄ ſine coniunctōne ꝯiungitur. multas enī oratōes vocauit eas: q̄ ſunt multiplices: vel ſignificationis pluralitatē teneāt vel p̄ter coniunctōes ſint. Quod aūt ait. vel incōiuncte. totū ꝯplexus eſt. multiplex eſt enī propoſitio: vel ſi fuerit incōpoſita: quēadmodū eſt. Cato philoſophus ē. Multiplex ēt vel ſi fuerit compoſita ex terminis p̄ter coniunctōem: quēadmodum dictū eſt: vt Plato athenienſ in licio diſputat. vel ſi compoſita ſit ex ꝓpoſitionibꝰ preter coniunctōem: quemadmodū eſt. hō eſt. animal ē. vel ſi compoſita ſit ex terminis ꝯiunctione copulatis: vt ⁊ iupiter ⁊ apollo dij ſunt vel ſi compoſita ſit ex ꝓpoſitionibus per coniunctōem: quēadmodum eſt. ⁊ apollo vates eſt: ⁊ iupiter tonat. Cur autē dixit. plures autē que plura. ⁊ nō vnum addit. hoc eſt ꝙ ſunt q̄dam que plura ſignificent in ſermonibus: vnū tamen in tota ꝯpoſitōe demonſtrent: vt eſt aīal rōnale mortale. hec. n. omnia multa ſignificāt. aliud eſt. n. aīal: aliud rōnale: aliud mortale. ſed totū ſimul vnū eſt qđ ē hō. Cū aūt dico ſocrates athenienſis philoſopus. ⁊ ſingula plura ſunt ⁊ oīa ſimul plura nihilominus ſunt. hec. n. accidentia ſūt: ⁊ nullā ſubſtantiā informat. atqꝫ hoc q̄dem dixit de orationibus: q̄ vel coniunctione vne ſūt: vel ſignificatōe: ⁊ rurſus de multis que vel preter coniunctōem multe eſſent: vel ſignificatione multiplici. Que vero in ſimplicibus atque cōpoſitis poſterius dixit: cum ad id loci expoſitio venerit: explicabit̃. nūc autem reuertamur ad ordinē. igitur quoniam ſupra dixerat ſimplicē ꝓpoſitionem: quam cathegoricam greci dicūt. nos predicatiuā interpretari poſſumꝰ. ſemꝑ verbi p̄dicatione conſtitui: nō aūt ſemper nōie ſubiecto: ꝙ aliquotiēs q̄dem vel infinitū nomen: vel caſus nominis: vel verba ſubiecta ſunt. Cum ergo dictionibꝰ ſimplicibus conſtitui diceret ſimplicem oratōem: ⁊ affirmationem negationēqꝫ oratōes eſſe conſtaret manifeſtū fecit affirmationē ⁊ negatōem dictōe conſtitui ⁊ formari ita quidem vt affirmationē ⁊ negatōem ſemper ſola verbi dictō predicata: non aūt ſemper dictio nominis ſubiecta ꝑficeret. Cum igitur hec ita propoſuiſſet: nūc quid ſit dictio. que p̄dicatiuas. i. ſimplices propoſitōes format exponit dicens Nomen ergo ⁊ verbum dictio ſit ſola. quod ideo ait dictō ſit ſola ꝙ ſunt quedam dictōes ſimul ēt affirmationes vel impfecte oratōes. quod iam ſupra dictū eſt. Cur autē nomen ⁊ verbū ſole ſint dictōes mōſtrat. quoniam nō dicere ſic aliquid ſignificantē voce enūciare: vel aliquo interrogāte vel non ſed ipſo ꝓferente. Senſus huiuſmodi eſt. Enūtiatiua propoſitio his maxime duobus formatur per propriam naturam atqꝫ ſuqſtantiā. ⁊ per eius vſum atqꝫ tractum. ⁊ natura q̄uidem ipſius ē: vt in ea veritas inueniatur aut falſitas. vſus autem cum aliquid aut interrogando ꝓponitur ⁊ reſpondetur: vt verū anima imortalis eſt. aut certe cum aliquis per ſuam ſniam enuntiat atqꝫ ꝓfert. vt ſi qs dicat hoc ipm ex propria volūtate anima imortalis eſt. vnde definitio quoqꝫ enūtiationis vnius quidē nature atqꝫ ſubſtantie talis reddit̃. Enūtiatio eſt oratio: i q̄ verum falſum ve eſt. Ex vſu vero eius atqꝫ tractatu enūtiatiua oratio eſt quā interrogantes ꝓponimꝰ vt verū vel falſum aliquid audiamus: ex noſtra vero ꝓlatione. quā ꝓponētes aliquid verū falſum ve monſtramus. ergo cū omnis enūtiatiua oratio aut in iterrogatione poſita ſit: aut in ſpontanea ꝓlatione: ⁊ in vtraqꝫ enūtiationum natura ⁊ ſubſtantia illa verſetur: vt ſiue in iterrogatōe ſit poſita cum reſponſione ꝯiuncta: verum habeat uel falſum ſiue per ſe prolata vtrūlibet retineat: dictiones inquit vel alio iterrogāte vel quolibet proferente ⁊ ſponte dicente verum falſum ve non continēt. Si enim quis dicat interrogans. ſocrates ne diſputat. alius reſpondeat diſputat. hoc ꝙ reſpōdit diſputat ſi cum tota interrogatione iungatur: poteſt habere intellectū verum falſum ve ſignificantis oratōis. Sin vero per ſe intelligat̃ diſputat. ꝗꝗ alio interrogāte reſpōderet. ſine vero tamen falſoqꝫ relinquitur. Similiter etiā ſi quis dicat ſocrates vel ambulat nullo interrogante: ſꝫ ipſe ꝓferens: nec verum aliquid nec falſum deſignat. ergo v̄ba ⁊ nomina dictiones ſolum ſunt: quoniam ⁊ ſimplices ſunt. Erant enim alie quedam dictiones in orationibꝰ nominibus verbiſqꝫ compoſitis: ſed nōdum ꝑfecte ſiue: quoniam neqꝫ verū neqꝫ falſum. vel alio interrogante vel q̄ libet ſponte ꝓferente ſignificāt. Erunt. n. alie q̄dam dictiones: que alio iterrogante ⁊ quolibet ſponte ꝓferente verū falſum ve retinerent. in his. ſ. que erant affirmatiōes ⁊ negationes. Quocirca ſenſus huiuſmodi eſt. ordo aūt verborum ſic ſe habꝫ. nomen ergo ⁊ verbum dictio ſit ſola: quoniam non poſſumus dicere ſignificantē aliquid: ſic uoce. id eſt uerbo uel nomine enūtiare. Non enim poſſumus dicere: quoniā quiſquis uerbo uel nomen ſignificat aliquid ille enuntiat: uel aliquo iterrogante: uel non: ſed ipſo proferente: tanqꝫ ſi ſic diceret. uerba ipſa ⁊ nomina dictōes ſole ſunt: quoniam uerbis ⁊ nominibus ſignificantē hōiem aliq̄d non poſſumus dicere quoniam enūtiat quicqꝫ. ſiue cum aliquis iterroget: ſiue ipſe ſponte ꝓferat ſimplicē dictionem. Enuntiare autem eſt oratione dicere: que uerū falſumue deſignat.

**Harum autem hec ſimplex quidē eſt enūtiatio vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo hec autem ex his coniuncta: vel vt oratio quedam iam compoſita.**

¶ Quoniam ſuperius de unis orationibus atqꝫ pluribꝰ dixit: ⁊ unam quidem poſuit: que aut coniunctione una eſſet ſm ꝓlationem: aut ſignificatione ſm propriam naturā plures uero que aut cōiunctione carerent: aut multa ſignificatione ſua complecterentur: quoniāqꝫ aliud erat una oratio: aliud ſimplex. aliud compoſita: aliud plures: poſt illa ad ſimplicem compoſitamqꝫ reuertitur dicens ſimplicē eſſe orationem enūtiatiuam: que duobus terminis continetur quorum unum ſubiectum eſt: alterum predicatum. Quod uero ait. harum autem enūtiatiuarum. ſ. orationem ꝗ: quarum hec quidem ſimplex eſt enuntiatio. ⁊ que ſimplex eſt enuntiatio: ipſe propoſuit dicēs. ut aliquid de aliquo ſubaudiendum eſt predicemus: vt ſit hic ſenſus. Harū aūt enuntiatiuarum orationum eſt ſimplex enuntiatio ſi aliquid vnum de vno aliquo predicemus: vt ſi dicā Plato diſputat: de aliquo platone aliquid id eſt diſputat p̄dicaui. ⁊ hec ſimplex eſt enuntiatio. Idcirco quoniam duobꝰ terminis partibuſqꝫ coniungitur. Si qua vero plures habeat terminos: ⁊ eius partes duorum terminorum multitudinem egrediantur: ille compoſite orationes dicuntur.

etenim enūtiatio cōpoſita huiuſmodi eſt ſi dies eſt lux eſt. dies enim eſt ⁊ lux eſt. due ſunt ſimplices enūtiationes: que cōiuncte vnam compoſitam pfecerunt. atqꝫ hoc eſt quod ait. hec autem. id eſt alia oratio ex his coniūcta. i. ex ſimplicibꝰ enūtiationibus: velut oratio quedam iam compoſita eſt. hec enim nō ſimplex eſt oratio. Simplex. n. oratio ſolas dictiones habet duas in partibus: compoſita vero etiam orationes ſicut hec quā ſupra poſuit. Eſt ergo hic ordo quem ipſe ꝯfudit. prius. n. de affirmatione ⁊ negatiōe: q̄ prima eſſet: que poſterior: expediuit: dehinc de vnis orationibus ⁊ de pluribus dixit. poſtremo de ſimplicibus atqꝫ compoſitis. Sꝫ quaſi quedam in medio permiſcuit: ea paululū differentes directam ſententie ſeriem ꝯtinuauimus. Longū aūt hyperbaton ptium ꝯiunctione recidentes. neqꝫ. n. ſimile videtur quod ait. Eſt autem vna prima oratio enūtiatiua affirmatio deinde negatio: alie vero ꝯiunctiōe vne: rurſus cū dicit. Eſt una oratio enūtiatiua que vnū ſignificat vel ꝯiunctione vna. Plures autē plura ⁊ nō vnum vel incōiuncte. de cuꝫ rurſus addit. harū autem hec ſimplex qdem eſt enūtiatio: vt aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autem ex his ꝯiuncta velut oratio iam compoſita. Sed illud qdem quod prius dixit. eſt autem vna prima oratio enūtiatiua affirmatio: deinde negatio. ad hoc retulit: vt p̄orem affirmatōem eſſe monſtraret: poſteriorem vero negatōem. ait enim deinde negatio. vnde ꝙ ait prima ad affirmatōem ponendum eſt. quod vero ſecutus eſt paulopoſt. Eſt autē oratio vna enuntiatiua que vnū ſignificat vel cōiunctōe vna. Plures autē que plura ⁊ nō vnum vel incōiuncte ad hoc retulit: vt doceret quas vnas eſſe orationes putari oportet. expediens aūt que vnū ſignificarēt aut q̄s ꝯiunctio vnas faceret: vel quas plures: aut que multa in ſignificatione retinerēt: aut quarum corpus nulla eſſet cōiunctione compoſitum. Quod vero poſtremo addidit: harum aūt hec qdem ſimplex eſt enūtiatio aut aliquid de aliquo vel aliqd ab aliquo. hec autē ex his ꝯiuncta velut oratio qdam iam compoſita. ad ſimplices oratōes retulit atqꝫ compoſitas. Simplices dicens duobꝰ ſolis terminis iūctas: compoſitas q̄ ex ſimplicibus orationibꝰ enūtiatiuis ꝯiungerentur: vt ſit totus ordo hoc modo. Eſt autꝫ vna prima oratio enuntiatiua affirmatio: deinde negatio ⁊ rurſus intermiſſis q̄ ſequunt hoc ſubiiciat. Eſt autem vna oratio enuntiatiua que vnum ſignificat: vel cōiunctione vna. Plures aūt que plurima ⁊ nō vnum vel incōiuncte ⁊ poſt hoc intermis quoqꝫ ſequentibꝰ hoc ſequatur. harum autem hec qdem eſt ſimplex enūtiatio: vt aliquid de aliquo vel aliqd ab aliquo: hec autem ex his coniuncta: velut oratio quedā iam compoſita. tanq̄ ſi ſic diceret. Prima qdem inter enūtiationes oratio affirmatiua eſt: ſecunda vero negatio: affirmationum autem ⁊ negationum vna oratio eſt. que vnum ſignificat vel que coniunctione vna eſt. Multiplex autem vel cuius partes coniunctione copulātur: que multa ſignificant: vel que coniunctione non iungitur. harum autem ſimplex eſt que duobus terminis ꝯſtat: vt aliquid de aliquo uel aliquid ab aliquo: alia uero compoſita: que ex ſimplicibus affirmationibus iungitur. Quod aūt dicit aliqd de aliquo: vel aliqd ab aliquo tale eſt: aliqd. n. de aliquo affirmatōem ſignificat: vt cum dico ſocrates diſputat: de aliquo ſocrate aliquid. i. diſputat p̄dicaui: ⁊ fit affirmatio. Si aūt dico ſocrates nō diſputat. a ſocrate diſputationem ſeiunxi: ⁊ ab eo abſtuli. ⁊ hec negatio eſt. Affirmatio enim aliam rem de alia predicat: eiqꝫ ꝯiungit. Negatio vero a qualibet re quālibet rem predicando tollit. ergo hoc quod ait aliquid de aliquo: affirmationem ſimplicē ſignificauit. quod dixit aliquid ab aliquo. negationem ſimplicem.

**Eſt aūt ſimplex enūtiatio vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid vel non eſt: queādmodum tempora diuiſa ſunt. affirmatio vero eſt enuntiatio alicuius de aliquo. negatio vero ē enuntiatio alicuius ab aliquo.**

Poſtq̄ de multis atqꝫ vnis necnō ſimplicibus cōpoſitiſqꝫ enūtiationibus expediuit: enuntiatōem ſimplicē tractat: ⁊ eam diffinitōne concludit dicens vocem eam eſſe ſignificantem aliqd eſſe vel non eē. Quod ergo ait vocē eā eſſe: ad genus retulit ꝙ ſignificatiuā: ad ipſius differentiā vocis. Quod de eo ꝙ eſſet aut non eſſet aliquid. ad ſignificatarum rerum rurſus diam retulit: hꝫ enim ſecuꝫ ipſaꝫ vocem qua pfert: vt ſignificet qdam. quid autē ſignificet. aut circa qd deſignatōem enuntiatio retineat: ad differentiam ſignificatiuarum pertinet vocum ita enim dictū ē tāq̄ ſi diceret: non omnia enuntiatio ſignificat: ſed eſſe aliqd aut nō eſſe. Ergo eſt enuntiatio ſimplex vox ſignificatiua de eo quod ē eſſe aliqd vel nō eē. i. omnis enūtiatio aut affirmatio aut negatio eſt: eſſe. enim ponit affirmatio: nō eſſe negatio: ſed quanta diffinitione breuitate ꝯſtrinxit: quidā non videntes in errorem ſtoliduꝫ falſitaq̄ adducti ſunt. cōtendūt igit affirmatōis ⁊ negationis nō eſſe enūtiationeꝫ genꝰ. Nam ſi hec inquiunt diffinitio ē enuntiationis: dis aūt generis diffinitio ppriis ſpeciebus accommodari poteſt (omne enim genus vniuoce de ſpēbus ppriis p̄dicatur) dubiū non eſt: quin hec quoqꝫ diffinitio enūtiationis ſi eis enūtiatio genus ē: affirmationi negatōiqꝫ conueniat: ſi tamē eius ſpecies he ſunt. ſed quis vnq̄ dixerit affirmationi ꝯuenire hanc diffinitōem que eſt. vox enuntiatiua de eo ꝙ eſt aliquid eſſe vel nō eſſe. Neqꝫ eniꝫ fieri poteſt: vt affirmatio vox ſit ſignificatiua de eo quod eſt eſſe ⁊ nō eē: ſꝫ tātum de eo quod eſt eſſe. negatio rurſus nō de eo ꝙ eſt eſſe ⁊ de eo quod eſt non eſſe: ſed tm̄ de nō eſſe: nunq̄ etiam de eē. Interimit enim ſemp negatio iungit atqꝫ ꝯſtituit affirmatio. Quare ſi hec diffinitio enuntiationis ad affirmatōem negatōemqꝫ non poteſt predicari: affirmatio ⁊ negatio enūtiationis ſpecies non ſunt. qui mihi nimiuꝫ videntur errare: quaſi vero quicq̄ vetet vtraſqꝫ affirmatōem ⁊ negationē ſimul eadem diffinitione concludere. Poſſum. n. dicere. affirmatio ⁊ negatio eſt vox ſignificatiua de eo ꝙ ē eē aliquid uel non eſſe. vt vox ſignificatiua vtriſqꝫ cōmunis ſit. de eo quod eſt eē aliquid affirmationis ſolius. de eo qd eſt non eē ſolius ſit negationis. Sed nihil potuit fieri breuius: niſi ut in eadeꝫ diffinitōe ⁊ enuntiationis naturam ꝯſtitueret ⁊ ipſiꝰ faceret diuiſionē tāq̄ enim ſi ita dixiſſet. enuntiatio vox eſt ſignificatiua: in qua uerum falſūqꝫ deſignatur. huius auteꝫ vna ſpecies affirmatiua eſt: alia negatiua ita ait. Enuntiatio eſt uox ſignificatiua de eo ꝙ eſt aliquid uel non eſt. Nam ꝙ dixit. de eo ꝙ eſt aliquid uel non eſt. tale eſt ac ſi diceret que uerū falſūqꝫ demonſtrat. Omne enim quod eſſe ponit aliquid: ut ſi dicam dies eſt: uel non eſſe: ut ſi dicam dies non eſt. uerum falſum ue demonſtrat. Si ergo aliquid ponatur eſſe uel nō eſſe: in eo ueritas ⁊ falſitas inuenitur. eſt igitur in hoc ꝙ ait uocem ſignificatiuaꝫ eē de eo quod eſt aliquid uel non eſt. tanq̄ diceret. Eſt enūtiatio uox ſignificatiua uerum falſumqꝫ ſignificās. Significatio nāqꝫ de eo ꝙ eſt eē aliquid uel non eſſe ueri falſiqꝫ demōſtratio eſt. ſed in eadē diffinitōne ſpecies admirabili breuitate partitus eſt: tanq̄ enim ſi diceret uox enī ſignificatiua eſt enūtiatio in qua uerūꝫ falſūqꝫ demōſtratur. Sꝫ una eius pars affirmatiua eſt: alia negatiua. ita ait de eo qd eſt aliquid uel non eſt. Significatio. n. de eo quod eſt aliquid affirmatio eſt. de eo uero quod non eſt negatio. ita id quod ait deſignatiuam eſſe uocem enuntiationeꝫ de eo qd eſt aliquid aut non eſt. utrunqꝫ una colligit intelligentia. hoc enim quod dixit de eo ꝙ eſt aliquid aut non eſt: utrunqꝫ ſignificat ⁊ ueri falſiqꝫ demonſtratōeꝫ: ⁊ affirmationis negationiſqꝫ diuiſionē. Sed alexander a propria ſententia non deſiſtit. nec alio q̄ ceteri tenetur errore. ait eniꝫ hic quoqꝫ apparere nō eſſe genus affirmationis ⁊ negationis enuntiationem: quoniaꝫ ita in diffinitione enuntiationis affirmatione ⁊ negatione ut partibus uſus eſt. Omne autem compoſitum atqꝫ omne equiuocum uel ſuis partibus uel ſuis ſignificatis definiri poteſt: ut ſi quis ternarium



numerū deffinire volēs dicat: ternariꝰ numerus eſt qui ex vno duobuſqꝫ cōiunctus eſt: vel ſi quis hominē deffinire volens dicat hō eſt aut animal rōnale mortale: aut huiuſmodi coloribꝰ uel metallo facta ſimulatio: ita nomen equiuocum ex his que ipſuꝫ nomē equiuocū deſignabāt: oſtenſum eſt: hic ergo eodē modo. Enunciatio inquit eſt vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid uel nō eſt: tanq̄ ſi diceret. Enūciatio eſt vox aut affirmatiua aut negatiua: in eūdem. ſ. errorē labens: nec videns quēadmodū vna diffinitione ⁊ diuiſionē fecerit: ⁊ naturā enunciationis oſtēderit: ſed hāc expoſitionē (qd adhuc ſciam) neqꝫ porphyriꝰ neqꝫ vllus alius cōmentator vidit Aſpaſius etiā cōſentit Alexandro. dicit enī Alexander eodē modo hic diffiniſſe Ariſtote. enūciationē: ſicut alibi quoqꝫ. i. in reſolutoriis. illic enim ita ppoſitionē que eſt enūciatio diffinitione cōcluſit. dicens: Propoſitio ergo eſt oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: vel alicuiꝰ ab aliquo. Idem quoqꝫ Aſpaſius ſequit eū. Porphyrius aūt ſic dicit admirabilē eſſe ſubtilitatē diffinitionis: ex ſua enim vi affirmationis ⁊ negationis enūciatio diffinita eſt. ex terminis vero ipſa affirmatio atqꝫ negatio: affirmatio namqꝫ in duobꝰ terminis cōſtans aliquid alicui ineſſe ſignificat. tota autem vis ipſiꝰ eſt aliquid annuere: negatio quoqꝫ aliquid alicui nō ineſſe ſignificat: ſed tota vis ipſiꝰ eſt aliquid abnuere atqꝫ diſiungere: vel rurſus affirmatio aliquid alicui ineſſe deſignat: ſed vis ipſius tota ponere aliquid eſt. cum enim aliquid alicui ineſſe demonſtrat: ponit aliquid: rurſus negatio quod aliquid alicui nō ineſſe declarat: ſed tota vis eiꝰ auferre eſt. Ergo inquit enunciationeꝫ ex tota vi affirmationis negationiſqꝫ diffiniuit dicēs: Enunciatio eſt vox ſignificatiua de eo ꝙ aliquid vel non eſt. Hoc autē ad negationis pertinet affirmationiſqꝫ vim: tāq̄ ſi diceret: enūciatio eſt vox ſignificatiua que ponit aliqd aut tollit: que ꝓprie virtutes ſunt affirmationis ⁊ negationis. Si enī ita dixiſſet: enunciatio eſt de eo quod eſt aliquid alicui vel non eſt. tunc ex terminis affirmatiōis vel negationis enūciationē diffiniſſe videret. Cum aūt dicit de eo quod ē aliquid vel non eſt. de tota vtroruꝫqꝫ vi determinat. in hac enim affirmatione que dicit dies eſt: aliquid alicui ſm terminos adeſſe monſtrauit. eſt enim diei applicuit: ſed tota huiꝰ ꝓpoſitionis vis eſt aliquid eſſe declarare: rurſus cū dico dies non eſt: aliquid alicui nō eſſe ꝓnūciatio: ſꝫ tota vis eſt huius non eſſe dicere: quare manifeſtū eſt ſcđm porphyriū ex tota vi affirmationis ⁊ negationis enunciationē eſſe deſcriptam: ex ſuis vero terminis ipſam affirmationē ⁊ negationē: ait enim. affirmatio vero eſt enunciatio alicuius de aliquo. in affirmationis diffinitione genꝰ ſumens: enunciatio eniꝫ (vt dictū eſt) genus eſt affirmationis ⁊ negationis: quod ipſe Ariſto. plenius demonſtrat: qui in vtroruꝫqꝫ diffinitione enūciationis nomē aſcripſit dicens. affirmatio vero eſt enūciatio. hoc enī retulit ad genus. quod vero addidit alicuiꝰ de aliquo reduxit ad terminos: in ſimplicibus enim affirmatione aliquid de aliquo enūciando predicat: ut in eo quod eſt dies eſt eſſe diē. Negatio quoqꝫ ita diffinita eſt: negatio eſt enūciatio alicuiꝰ ab aliquo. quantū ad enunciationē rurſus a genere. Quantum alicuiꝰ ab aliquo: rurſus ad terminos. In hac enim negatione que eſt dies nō eſt eſſe a die enūciando tollimꝰ: ſꝫ ut nō ſolum preſentis tēporis enūciationē diffiniſſe videretur: addidit enūciationis diffinitionē de aliis quoqꝫ tēporibus intelligi: ait enim. enūciatio eſt vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid uel nō eſt: adiecitqꝫ quēadmoduꝫ tēpora diuiſa ſunt. diuiſa enim ſunt tempora in tribꝰ. omne enim tempus aut futuruꝫ eſt aut preſens aut preteritum aut ex his mixtū. Enunciatio eſt vox ſignificatiua ſignificans: aut eſſe aliquid aut nō eſſe. Sed quoniaꝫ hoc tēpus preſens deſignat: nō ſolum de preſenti inquit loquimur: ſed etiam de his temporibus que diuiduntur: ut hic eſſe et non eſſe ⁊ in futurū veniat ⁊ in preteritū: ut aliquotiens ſic eſſe ⁊ nō eſſe ſignificet. id eſt ſic ponat atqꝫ auferat enunciatio: ut ex preſens tempus ponat et auferat: ut eſt ſocrates eſt: ſocrates non eſt: ⁊ preteritū ponat ⁊ auferat: ut ſocrates fuit: ſocrates nō fuit. eodem quoqꝫ modo futurum ſocrates erit. ſocrates nō erit. ergo in his oībꝰ tēporibꝰ ſm eſſe aliquid uel nō eſſe aliquid. id eſt ſm ponere ⁊ auferre tota enunciationis vis eſt: hoc ergo eſt quod ait: de eo quod eſt aliquid vel nō eſt: quemadmodū tēpora diuiſa ſunt: tāq̄ ſi diceret. de eo quod eſt aliquid uel non eſt, vox enūciatiua ſignificat uel in preſens uel in preteritū uel in futurū quēadmoduꝫ ipſa tempora diuidunt. Cur autem talis ordo diffinitionis fuerit paucis abſoluam. Prius enim de nomine: poſt de verbo: hinc de oratione: rurſus de enunciatione: de hinc de affirmatione: poſtremo de negatione diſſeruit. Omne compoſitū ſuis partibus poſterius eſt. omne genus ſuis partibus prius. ergo in cōpoſitis toto partes priores ſunt: in generibus ⁊ ſpeciebus partes toto poſteriores. Rurſus in compoſitis totuꝫ partibus poſteriꝰ in ſpeciebus ⁊ generibus totum partibus prius eſt: ergo quoniam verba ⁊ nomina neqꝫ affirmationis neqꝫ negationis neqꝫ enunciationis neqꝫ orationis ſpecies erant: ſꝫ quedam horum omniū partes: quibus hec omnia iungerentur: oratio autem genus enūciationis: enūciatio affirmationis ⁊ negationis: affirmatio prior negatione ſcilicꝫ ſcđm ꝓlationē: ſicut ipſe teſtatus eſt: Ergo quoniā hec omnia ⁊ oratio ⁊ enunciatio ⁊ affirmatio ⁊ negatio verbis ⁊ nominibus coniungūtur: his omnibꝰ nomina ⁊ verba priora ſunt. Nomine autem res aut per ſe ſubſiſtent: aut tanq̄ per ſe ſubſiſtens ſignificat. verbo vero accidens deſignatur ⁊ velut alii accidēs: quod ex ſupradictis planum eſt: quod autem per ſe conſiſtit prius eſt: ergo id quod nomen ſignificat prius eſt q̄ id quod verbuꝫ. quare prius verbo eſt nomen: ergo quoniam nomē ⁊ verbum oratione enunciatione affirmatione ⁊ negatione priora ſunt: Partes enim priores ſunt his que componunt: iure ante hec omnia definita ſunt. Quoniā vero nomen prius eſt verbo: prius nomen: poſtea vero diffinitū eſt verbum. Sed quia omne genus ſpeciebus ſuis prius eſt: poſt hec. id eſt nomen ⁊ verbum orationē diffinitione deſcripſit: que et proximū enunciationis genus eſſet: ⁊ ſuperius affirmationis ⁊ negationis. poſt orationem vero enūciationem: que cum ſit ſpecies orationis: affirmationis tamen ⁊ negationis eſſet genus. poſt enunciationē vero affirmationē que quāq̄ negationi equeua ſpecies eſſet ſcđm genus ꝓpriū id eſt enunciationeꝫ: in prolatione tamen prior eſt vt ipſe ſupra iam docuit dicens. Eſt auteꝫ vna prima oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio. Sed quoniaꝫ a nobis ſuperius dictū eſt has cum quinqꝫ res diffinire velle: qd ſit dictio: quid enunciatio: quid affirmatio: quid negatio: quid contradictio: dictionem quid ſit oſtendit per id quod ait. Nomen ergo ⁊ verbum dictio ſit ſola. enunciationem vero per id quod ait. Eſt autem ſimplex enunciatio vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid vel non eſt quēadmodū tempora diuiſa ſunt. Affirmationē vero per id quod ait. eſt autem affirmatio enunciatio alicuius de aliquo: negationē quoqꝫ diffiniuit dicēs. Negatio vero alicuius enūciatio ab aliquo. Reſtat ergo de contradictione diſſerere. Quid ſit ergo contradictio ipſe proſequitur dicens.

**Quoniam autem eſt enunciare ⁊ quod eſt non eſſe: ⁊ quod non eſt eſſe: ⁊ quod eſt eſſe: ⁊ quod eſt non eſſe ⁊ circa ea: que eſt extra preſens tempora ſimiliter omne contingit quod quis affirmauerit negare: et quod negauerit affirmare. Quare manifeſtum eſt: quoniam omni affirmationi negatio ēſt oppoſita: ⁊ omni negationi affirmatio. ⁊ ſit hoc contradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſite.**

¶ Expeditis omnibus que ſeſe explicaturū eſſe promiſerat: nūc ad reliquā. ſ. ꝯdictionē ordine venit: eāqꝫ ab affir-

mationibus negationibuſq; reperit dicens: omnib⁹ affirmationib⁹ poſſe ꝓprias negationes opponi: ⁊ oib⁹ negationibus proprias rurſus ex aduerſo affirmationes poſſe cōſtitui. hoc autem hinc ſumit: quoniam nouim⁹ alias res eſſe: alias nō eſſe. ⁊ quoniā nos ipſi dicere poſſum⁹ ⁊ ſentire alias res eſſe: alias nō eſſe. Ex his quattuor enūciationibus ſiunt gemine cōtradictiones. ſi quis enim id quod eſt dicat nō eſſe: ut ſi viuente ſocrate dicat ſocrates non viuit: quod eſt negat ⁊ erit negatio falſa. Rurſus ſi quis id qđ non eſt eſſe cōfirmet: ut ſi non viuente ſocrate dicat ſocrates viuit. hec rurſus affirmatio falſa eſt. Si quis etiā id quod eſt eſſe enūciatione cōſtituat: ut ſi viuēte ſocrate dicat: viuit ſocrates: vera erit affirmatio. Sin vero quod non eſt eſſe negauerit: eſt negatio vera: ut ſi quis non viuente ſocrate dicat ſocrates nō viuit. Ex his igit̄ id eſt ex affirmatione vera ⁊ negatione falſa: ⁊ rurſus ex negatione vera ⁊ affirmatione falſa quattuor quidē ſunt enūciationes: ſed in duab⁹ affirmatio: in duabus negatio contineť. Contradictiones vero due. hoc ē enim quod ait: quoniam autem eſt enūciare ⁊ quod eſt non eſſe. falſam enunciationem negationis oſtendit: quodq; addidit ⁊ ꝙ non eſt eſſe. falſam affirmationē in enunciatione ꝓpoſuit. illud quoq; quod dixit ⁊ ꝙ eſſe. enunciationē verā deſignat: quia id qđ eſt eē vera affirmatione ꝓdicit: ampli⁹ quod ait. ⁊ ꝙ non eſt nō eſſe: vere negationis ſpeciē dedit. Quare ⁊ ſi ꝙ eſt vere poteſt dici eſſe. ⁊ id quod eſt falſo poteſt predicari nō eſſe. ⁊ id qđ nō eſt vere poteſt enūciari non eſſe. ⁊ id quod nō eſt: falſo eſſe poterit affirmari. Manifeſtū eſt omnē affirmationem habere aliquā cōtradictionē negationis oppoſitam: ⁊ omnem rurſus negationem affirmationis oppoſitione facere contradictionem. etenim ſi omne quod quis affirmauerit: negari poterit: ⁊ quod quis negat: poterit affirmari: quis dubitauerit nec affirmationem poſſe conſtitui: cui non negatio contradicat: nec negationem: cuius nulla affirmatio valeat inueniri. Omnis igitur affirmatio negationem: ⁊ negatio habet oppoſitam affirmationem: eſt igitur contradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſite. quid autem ſit oppoſitio poſterius dicendum eſt: aut quid ſit contradictio poſt diligentiſſima ratione monſtrabo. Quod autem ait: ⁊ circa ea que ſunt extra preſens tempora. tale eſt tanq; ſi diceret. Sicut affirmatio ⁊ negatio in p̄ſenti tempore fieri poteſt: ita etiam vel in preterito vel in futuro. nam ſicut poteſt id quod eſt eſſe conſtitui: ita poteſt id quod fuit fuiſſe ꝓponi ⁊ id quod futurum eſt: in ſpecie futuri temporis affirmari. vt cum dicimus ſocrates fuit. ſol eſtate in cancro futur⁹ eſt. Eodem modo ergo ⁊ de futuro ⁊ de preterito affirmatio ⁊ negatio conſtituunť quemadmodū de preſenti: futurum autem ⁊ preteritū extrinſecus eſt ⁊ preter preſens tempus eſt. illud enim veniet: illud receſſit. Recte igitur ⁊ circa ea que ſunt extra preſens tempora. huiuſmodi poſſe affirmationes negationeſq; dixit euenire. circa enim preteritum ⁊ futurum: quod eſt extrinſecus a preſenti tempore ſimiliter omne cōtingit (vt ipſe ait) ꝙ quis affirmauerit negare: ⁊ quod quis negauerit affirmare. vnde fit vt in oībus temporibus illud conſtet omni affirmationi poſſe opponi negationē: omniq; negationi oppoſitam affirmationem poſſe conſtitui. Nunc autē qualis debeat ſumi oppoſitio in affirmatione ⁊ negatione demōſtrat. hec enim eſt contradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſite. Quod ſi he oppoſite conſtituunt contradictionem: qualis in his debeat eſſe oppoſitio: que cōtradictionem cōſtituit: recte proſequitur.

**Dico autem opponi eiuſdem de eodem: non autem equiuoce: ⁊ quecunq; cetera taliū determinauimus cōtra ſophiſticas importunitates.**

¶ Cum duobus terminis ſimplex ꝓpoſitio cōſtet: ⁊ vn⁹ ſubiectus ſit: ⁊ alius predicetur: ſubiectus autem ſit: qui primus dicitur: predicatus vero qui poſterius: dicit illa oppoſitione affirmationē ⁊ negationem integram conſtituere contradictionē: que idem ſubiectū habent: idem etiā predicatū: vt ſubiectum neq; predicatum plura ſignificet: alioquin nō erit cōtradictio neq; aliqua oppoſitio: vt cum dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicit ethiops albus nō eſt hec affirmatio atq; negatio nō ſunt oppoſite. Idcirco quia eſt aliud ſubiectū ⁊ idem predicatū. In affirmatione enim ſocrates ſubiectus fuit in negatione ethyops. Rurſus cū dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicit ſocrates philoſophus nō eſt: nec hec rurſus negatio contra affirmationē retinet oppoſitionē: ideo quia aliud predicatū in vtriſq; ꝓponiť in affirmatione enim albū predicať ad ſocratē: in negatione philoſophus. Quod ſi vtraq; ſunt diuerſa: multomagis nulla ſit oppoſitio: ut cum dico ſocrates philoſophus eſt. ſi reſpondeat alius plato. Romanus non eſt. hic neq; idem ſubiectū eſt: neq; idem predicatū. ⁊ plus iſte diuerſe ſunt: ⁊ nulla contra ſe oppoſitione compoſite: atq; ideo poſſunt vtreq; ſimul eſſe vere: ⁊ ſi ita cōtingit vtreq; ſimul eſſe falſe: necnon etiā vna vera: altera falſa. Que enim ſe non perimunt: nihil eas impedit aut vtraſq; falſas: aut vtraſq; veras: aut vnam verā: falſam alterā reperiri. quare quorum uel aliud ſubiectū eſt: uel aliud predicatū: illa oppoſita eſſe non dicimus. vnde fit ut nec illa quoq; que plura ſignificant: ſi ſubiecta aut predicata ſint: contradictoriam negationē valeant cuſtodire: ſi quis enim nomē equiuocum ſubiciat ⁊ aliud predicet: ⁊ ſi quis cōtra huiuſmodi affirmationē cōſtituat negationem: nō faciet oppoſitionem: ut cum dico cato ſe vtice occidit. nomē hoc quod diciť cato equiuocum eſt. poteſt enim ⁊ orator intelligi: ⁊ hic qui exercitum duxit in Affricā. Si quis igiť dicat: cato ſe vtice occidit. poteſt fortaſſe intelligi de catone marcie. ſi quis reſpondeat cato ſe vtice nō occidit. poteſt de catone cenſorino cōſtituiſſe negationē. Sed quoniā diuerſus eſt cato cenſorinus catone marcie: ⁊ nomē ipſum catonis diuerſa ſignificat: diuerſe erunt a ſe affirmatio ⁊ negatio: ⁊ nō id omnino perimit negatio: quod cōſtituit affirmatio. Affirmatio enim cōſtituit marcie catonem ſe vtice peremiſſe. Negatio vero dicit catonem ſi ita cōtingit oratorem nō ſe vtice periſſe. quare nō cōſtituūt verū inter ſe falſumq;: idcirco ꝙ a ſe diuerſe ſunt. nam vtrūq; verum eſt ⁊ ꝙ ſe cato vtice occidit ſcilicet marcie: ⁊ ꝙ ſe cato vtice nō occidit ſcilicet orator: atq; hic equiuocū ſubiectū fecit: ut hec affirmatio ⁊ negatio oppoſitionē nullo modo cōſtituerent. Quod ſi predicatum fuerit equiuocū: eodē modo contradictio non fit. Dicat enim quiſq; cato fortis eſt ⁊ de catone predicet fortitudinem mētis: aliuſq; reſpondeat cato fortis nō eſt ad imbecillitatē corporis ſpectans: ita igitur equiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit: que oppoſitionē nulla ratione cōponeret. ⁊ ſi vterq; termin⁹ ſubiectus ⁊ predicat⁹ equiuoci fuerint: multomagis diuerſe a ſe erūt ꝓpoſitiones et non oppoſite: nec inter ſe verum falſumq; diuidentes: ſed vtraſq; veras: interdū vtraſq; falſas eſſe cōtingit. Quare vnū oportet eſſe ſubiectū vnūq; predicatū: ut id quod affirmatio predicauit ⁊ ſumpſit: idē negatio diuidat ⁊ abiungat: ⁊ id de quo ſubiecto affirmatio p̄dicauit: de eodē negatio neget. Nā ſi ſit vterq; equiuocus termin⁹ aut quilibet vn⁹ eorū: fieri pōt ut aliud tollat negatio quam affirmatio poſuerat. ita ꝙ nulla ſit oppoſitio. quare nō ita faciēdū eſt: ſed idē ſubiectū ⁊ p̄dicatū in affirmatione eſſe debet: idem in negatione: atq; hoc eſt qđ ait: dico aūt opponi eiuſdem de eodē: nō aūt equiuoce. Qđ enī ait eiuſdē ad p̄dicatū retulit qđ de eodē ad ſubiectū. ⁊ ſubaudiēdū eſt. dico aūt opponi negationē eiuſdē p̄dicati de eodē ſubiecto: ſed ut non ſint equiuoca neq; ſubiectū neq; p̄dicatū: ⁊ multomagis vtraq;: ſed vnū aliqđ ſignificēt: qđ per hoc dixit: qđ ait. nō autem equiuoce: nec ſola ſi nō ſit equiuocatio: rō firma eſt ad conſtituendā oppoſitionem. Multa enī ſunt que in ſophiſticis elenchis cōtra eos qui argumētis fallacib⁹ vere rōnis viā conanť euertere: determinauit quēadmodū faciēde eſſent ꝓpoſitiones ⁊ quēadmodū inueniēda eſſet argumētorū fallacia: quod hic ait: ⁊ quecūq; cetera taliū determinam⁹ contra ſophiſticas importunitates: tanq; ſi diceret. dico quidem opponi affirmationē negationi eiuſdē predicati de eodem ſubiecto: hoc et quecunq; alia ſunt que in ſophiſticis elenchis determinata ſunt cōtra argumentorū importunitates: ⁊ hic quidē quoniā aliud negociū erat cōmodiſſime breuiterq; perſtrinxit. nos aūt quid in ſophiſticis elēchis determinauerit ad cōſtituendā oppoſitionis cōtradictionē quantū breuitas patiť: nō grauamur opponere. Non enī ſolū ſi equiuocatio in propoſitionib⁹ colloceť: nulla fit contradictio: verū etiam ſi vniuocatio in negatione ponitur: illa oppoſitio contradictionē penitꝰ non habebit: eſt enim oppoſitio habens contradictionē: in qua affirmatio ſi vera eſt: negatio falſa ſit: ſi negatio vera eſt: fallax affirmatio videť. Poſitis ergo ſcđm vniuocationē terminis vtraſq; ſimul ⁊ affirmationē ⁊ negationē veras eſſe contingit: ut ſi quis dicat homo ambulat: homo nō ambulat: affirmatio de quodā homine vera eſt: negatio de ſpeciali vera: ſed ſpecialis homo ⁊ particularis vniuoca ſunt. Quo circa ſumptis vniuocis contradictio nō fit: at vero nec ſi ad aliam ⁊ aliam partem affirmatio negatioq; ponať: fit in ipſis vlla veri falſiq; diuiſio: ſed vtraſq; veras eſſe cōtingit: ut cum dico oculus albus eſt: oculus albus nō eſt. In alia enī parte albus eſt: in alia albus nō eſt: atq; ita negatio vera eſt ⁊ affirmatio: nec ſi ad aliud: atq; aliud referens dicat nulla inde contradictio procreať: ut cum dico decem dupli ſunt decem dupli nō ſunt: nam ſi ad quinariū referam: vera eſt affirmatio: ſi ad ſenariū: vera negatio: nec ſi diuerſum tēp⁹ in affirmatione ac negatione ſumať: ut cum dico ſocrates ſedet: ſocrates nō ſedet. alio enim tempore ſumptum ſedere veram facit affirmationē: alio tempore non ſedere veram facit negationem. Amplius quoq; ſi diuerſo modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione propoſuit: vim cōtradictionis intercipit. Si quis enim dicat affirmationem poteſtate: negationē vero actu: poſſunt affirmatio et negatio vno tempore cōgruēte veritate cōſtitui: ut ſi quis dicat catulus videt: catulus nō videt. poteſtate enī videt: actu vero nō videt. Quo circa oportet fieri ſi faciēda eſt cōtradictio eiuſdem (vt ipſe ait) predicati de eodem ſubiecto nō equiuoce ſed vniuoce: ad eandē partem: ad idē relatum ad idem temp⁹ eodem modo cōſtitui. Que oīa in ſophiſticis elenchis diligentiſſime proſecut⁹ eſt. nūc pauca cōmemorans diſtulit in illis libris integrā diſputationē. Eſt aūt enunciatio de eo quod eſt aliquid eſſe vel nō eſſe. Affirmatio quidē de eo quod eſt eſſe ut plato philoſophus eſt. Negatio vero de eo quod eſt nō eſſe: ut plato philoſoph⁹ nō eſt. Hec vtraq; enūciatio plato philoſophus eſt. plato philoſophus nō eſt ſeſe periminētia: ⁊ in contrariū quaſi quodam locata litigio faciūt contradictionē. Cōtradictio vero eſt oppoſitio affirmationis ⁊ negationis: in qua neq; ambas falſas: neq; ambas veras eſſe cōtingit: ſed vnam ſemper verā: alterā vero falſam. ſi qua autem ſunt huiuſmodi: in quibus verum falſumq; affirmatio negatioq; nō diuidat: in illis aliquid diuerſum ⁊ nō ad oppoſitionē integram reperiť. Dicit autem porphyri⁹ argumentū eſſe ad id quod dicimus affirmationem negationi ita oportere opponi: ut vna vera oppoſita in alteram mox falſitas veniat cōmunē inter nos cōſuetudinē colloquēdi. Quādo enim quis aliquid eſſe dixerit idē alius negauerit: vnum ipſorum verū dicere: mentiri aliū ſuſpicamur. Amplius quoq;. Si aliquid aut eſt aut nō eſt mediumq; inter eſſe ⁊ non eſſe nihil poterit inueniri. affirmatio aūt ponit aliquid eſſe: idemq; aufert negatio: ⁊ ē contradictio affirmatio etiam negatio oppoſite: talis oppoſitio integram facit contradictionē: in qua affirmatio ⁊ negatio vtreq; vere ſimul eſſe nō poſſunt. Affirmationis autē negationiſq; natura ad qualitatem quandam referť. Qualitas enim quedam eſt affirmatio atq; negatio: preter hunc vero qualitatem eſt etiam quantitas propoſitionum. de qua poſterius paulo dicendum eſt. Sed volens Ariſto. quid eſſet contradictio nos docere prius vbi eſſet oſtendit. in oppoſitione enim contradictionē omnem neceſſe eſt eſſe. Quare quoniam cōtradictio in oppoſitione eſt. qualis autem oppoſitio hanc contradictionē faciat: adhuc ignota eſt. Eſtq; hec oppoſitio aut in qualitate ꝓpoſitionū aut in quātitate aut in vtroq;. ⁊ de qualitate propoſitionū que in affirmatione ⁊ negatione conſiſtit: dictum eſt: nūc de quantitate dicetur: ut ea quoq; cognita perſpiciať: an in qualitate: an in quantitate: an in vtroq; ꝓpoſitionū contradictio ſit.



**Quoniam autem ſunt hec quidem rerum vniuerſalia: illa vero ſingularia. Dico autem vniuerſale: quod in pluribus natum eſt predicari; ſingulare vero quod non: vt homo quidem vniuerſale; plato vero eorū que ſunt ſingularia. neceſſe eſt autem enunciare: quoniam ineſt aliquid aut non: aliquotiens quidem eorum alicui que ſunt vniuerſalia: aliquotiens autem eorum que ſunt ſingularia.**

¶ Omnis propoſitio ſignificationis ſue proprietatem ex ſubiectis intellectibus capit. Sed quoniā neceſſe eſt intellectus rerum eſſe ſimilitudines: vis propoſitionū per intellectus ad res quoq; continuať. Atq; ideo cum aliquid vel affirmare cupimus vel negare: hoc ad intellectus ⁊ cōceptionis animi qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuq; concipimus: id in affirmatiōe aut in negatione ponentes affirmamus ſcilicet ⁊ negam⁹: ⁊ principaliter quidem ab intelligentia propoſitiones vim capiunt: ⁊ proprietatem. Secundo vero loco ex rebus ſumunt: ex quibus ipſos intellectus conſtare neceſſe eſt. vnde fit ut ⁊ quantitate propoſitio ⁊ q̄litate participet. Qualitate quidem in ipſa affirmationis et negationis prolatione: quam ex proprio quis iudicio emittit ac p̄fert. quantitate vero ex ſubiectis rebus quas capiunt intellect⁹: videmus namq; alias eſſe in rebus huiuſmodi qualitates: que in aliam conuenire nō poſſunt niſi in vnāquāq; particularem ſingularemq; ſubſtantiā. alia eſt enim qualitas ſingularis: ut platonis uel ſocratis: alia eſt que cōmunicata cum pluribus totam ſe ſingulis ⁊ omnib⁹ prebet: ut eſt ipſa humanitas. Eſt enim quedam huiuſmodi qualitas: que ⁊ in ſingulis tota ſit: ⁊ in omnib⁹ tota. Quotienſcūq; enim aliquid tale animo ſpeculamur: nō in quālibet vnā perſonam per nomen hoc mentis cogitatione deducimur: ſed in omnes eos quicūq; humanitatis diffinitione participant. vnde fit ut hec quidem ſit cōmunis omnib⁹. illa vero prior incōmunicabilis quidem cunctis: vni tamen propria. Nam ſi nomen fingere liceret: illā ſingularē quandam qualitatē ⁊ incōmunicabilē alicui alij ſubſtantie ſuo ficto nomine nuncuparem: ut clarior fieret forma propoſiti. Age enim incōmunicabilis platonis illa ꝓprietas platonitas appelletur. eo enim modo qualitate hanc platonitatem ficto vocabulo nuncupare poſſumus: quomodo hominis qualitatem dicimus humanitatē. Hec ergo platonitas ſolius vnius eſt hominis. ⁊ hoc nō cuiuſlibet: ſed ſolius platonis. humanitas vero ⁊ platonis ⁊ ceterorū quicunq; hoc vocabulo continenť. vnde fit ut quoniā platonitas in vnum cōuenit platonem: audientis anim⁹ platonis vocabulum ad vnam perſonā vnāq; particularē ſubſtantiam referat. Cum autē audit hominē: ad plures dēſq; intellectum referat: quoſcūq; humanitatē cōtinere nouit: atq; ideo quoniā humanitas ⁊ omnibus hominib⁹ cōmunis eſt ⁊ in ſingulis tota eſt: equaliter cuncti homines retinent humanitatē ſicut vnus homo. Si enim id ita non eſſet: nunq; ſpecialis hominis diffinitio particularis hominis ſubſtantie conueniret. Quoniam igitur hec ita ſunt idcirco homo quidem dicitur vniuerſale quidam: ipſa vero platonitas ⁊ plato ꝑticulare. His ergo ita poſitis quoniam vniuerſalis illa qualitas ⁊ in omnibus poteſt ⁊ in ſingulis predicari: cum dicimus homo: ambiguum eſt: et

dubitari poteſt: vtrum de ſpeciali dictum ſit: an de aliquo particulari: idcirco ꝙ nomē hominis ⁊ de omnib⁹ dici poteſt et de ſingulis quibuſqꝫ: qui ſub humanitatis ſpecie continent̄. Quare indefinitū eſt vtrum de omnib⁹ dictum ſit id quod dicimus homo an de vnaquaqꝫ indiuidua hominis ⁊ particulari ſubſtantia. Hanc igitur qualitatē humanitatis ſi ambiguitate intellect⁹ ſeparare nitamur: determinãda eſt aut in pluralitate diſtendenda: aut in vnitate numeri colligenda. nam cum dicimus homo indefinitum eſt: vtrum omnes dicamus vnū. Sin vero additum fuerit omnis: vt ſit predicatio omnis homo vel quidā: tūc fit diſtributio ⁊ determinatio vniuerſalitatis: et nomen quidē quod vniuerſale eſt id eſt homo vniuerſaliter proferimus dicentes omnis homo: aut particulariter dicentes quidā homo. omnis enim nomē vniuerſalitatis ſignificatiuum eſt. Quo circa ſi omnis quod vniuerſale ſignificat: ad hominē quod idem ipſum vniuerſale eſt adiungatur: res vniuerſalis que eſt homo vniuerſaliter predicat̄ ſcđm id ꝙ diffinitio ei adijcitur quantitatis. Sin vero dictum fuerit quidā homo: tunc vniuerſale quod eſt homo addita particularitate per id quod adiectū eſt quidam particulariter profert̄: ⁊ dicitur res vniuerſalis prolata particulariter. Sed quoniā particularis eſt predicatio quidā homo: particularis rurſus predicatio platonis. de vno enī dicit̄ quidam homo: ⁊ de vno dicit̄ plato. nō eodem modo particulares vtreqꝫ eſſe dicunt̄. plato enim vnam ac definitā ſubſtantiam proprietatēqꝫ demonſtrat: que cõuenire in aliū non poteſt. quidam homo vero quod dicit̄ particulariter ipſum nomē vniuerſale determinat: ſed ſi deeſſet quidam id quod dicimus homo vniuerſalē eſſet ac per hoc ambiguum permaneret: quod vero dicim⁹ plato nunqꝫ eſſe poterit vniuerſale. Nam ⁊ ſi quãdo nomen hoc plato pluribus imponatur: nō tamen hoc nomen: idcirco erit vniuerſale. Nāqꝫ humanitas ex ſingulorꝫ hominū collecta naturis in vna quodāmodo redigit̄ intelligentiam atqꝫ naturam. Nomē vero hoc ꝙ dicimus plato multis ſcđm vocabulū fortaſſe cõmune eſſe videret̄: nulli tamē illa ꝓprietas platonis cõueniret: que erat proprietatis aut nature eius platonis: qui fuit ſocratis auditor: licꝫ eodē vocabulo nūcuparet̄. hoc vero ideo quoniaꝫ humanitas naturalis eſt: nomen vero proprium poſitionis. Nec hoc nunc dicit̄: ꝙ nomen platonis de pluribus non poteſt predicari: ſꝫ proprietas platonis. Illa enim ꝓprietas naturaliter de pluribus non dicit̄ ſicut hominis: ⁊ ideo incõmunicabilis (vt dictū eſt) qualitas eſt ipſa platonitas: cõmunicabilis vero qualitas vniuerſalis: que ⁊ in pluribus ⁊ in ſingulis eſt. vnde fit ut cum dico omnis homo in numerū ꝓpoſitionem tendam. cum vero dico ſocrates aut plato: non in numerū emittaꝫ: ſed qualitatem proprietatēqꝫ vnius in ſua indiuidua ſingulariqꝫ ſubſtantia conſtringam ac predicē. Quare in hoc quoqꝫ maxime he due particularitates quidam homo ⁊ plato diſtant: quod cū dico plato: queꝫ hominem dixerim vocabulo deſignaui: proprietatemqꝫ vniuſcuiuſqꝫ quem nomino. Cum vero dico quidam homo: numerum tm̄ reieci: ⁊ ad vnitatem propoſitionē redegi. De quo autem dicam: hec ꝑticularitas mihi nō ſubdidit: quidam enī homo poteſt eſſe ⁊ ſocrates ⁊ plato ⁊ cicero ⁊ vnuſquiſqꝫ ſingulorū: quorū ꝓprietates a ſe in ſingularitatis rõne ⁊ natura diuerſe ſunt. vnde cõmodiſſime Theophraſtus huiuſmodi ꝑticulares ꝓpoſitiões: quales ſunt: quidam homo iuſtus: ꝑticulares indefinitas vocauit. Partē namqꝫ tollit̄ ex homine ꝙ eſt vniuerſale uel vocabulo vel natura. Que tamen ipſa ſit pars ⁊ qua proprietate deſcripta non determinat nec definit. vnde vniuerſale vocauit quod de plurib⁹ naturaliter predicat̄: ut homo: nō quod poſitione queadmodū nomen Alexandri de troiano et de macedone ⁊ philippi filio de plurib⁹ dicitur. hoc enim poſitione de pluribus dicit̄: illud natura. ⁊ ꝑ ſubtiliter alt: quod in pluribus natum eſt predicari. Eſt enim hec vniuerſalitas naturalis, illam vero nominis reiqꝫ proprietatem que ꝑticularis eſt ſingularem vocauit dicens. Plato corum que ſunt ſingularia: quod autē ſecutus eſt dicens: Neceſſe eſt autem enunciare quoniā ineſt aliquid aut non aliquotiens quidem eorum alicui que ſunt vniuerſalia: aliquotiens autē eorum que ſunt ſingularia: huiuſmodi eſt tanqꝫ ſi diceret. Omnis quidem affirmatio et negatio ineſſe aut non ineſſe demonſtrat. Et quicquid enũciatur: aut de eo quod eſt eſſe proponit̄: ut plato philoſophus eſt hec enim ꝓpoſitio platoni philoſophiā ineſſe cõſtituit: aut de eo quod eſt nō ineſſe: ut plato philoſophus nō eſt: hec enim a platone philoſophiā diuidens eideꝫ philoſophiā non ineſſe ꝓponit: ergo quoniā neceſſe eſt aut aliquid alicui ineſſe dicere: aut aliquid alicui non ineſſe: illud quoqꝫ neceſſe eſt ut intelligamus cui ineſſe aliquid dicimus aut vniuerſale eſſe: ut cū dicimus homo albus eſt: albedinem vniuerſali rei ineſſe monſtramus. id eſt homini: aut certe particulare ac ſingulare: ut ſi quis dicat ſocratē albus eſt albedinē enim ſocratis ſingulare ſubſtantie ⁊ proprietati incõmunicabili ineſſe ſignificauit: ſed in ſingularib⁹ ſiue affirmetur aliquid ſiue negetur: vnus oppoſitiõis modus eſt: qui vim contradictionis obtineat: nam quoniā ſingulare atqꝫ indiuiduū nulla ſectione diuidit̄: ſcđm ipſuꝫ quoqꝫ facta contradictio ſimplex erit. In his autē que in vniuerſalibus fiunt nō eſt vnus modus cõtradictionis. Nā cū dico ſocrates homo eſt: ſocrates homo non eſt: ſola huiuſmodi oppoſitio ſi omnia illa cõueniant: que cõtra argumētorum importunitates ſupra iam dicta ſunt ad faciendam contradictionē idonea reperit̄. Sin vero tale aliquid ſubiectum ſit: de quo aliqd predicet̄ qđ ſit vniuerſale: ⁊ in pluribus (vt ipſe ait) natū ſit predicari: nō eſt ſimplex oppoſitio cõtradictionis. Sunt enī tantū ꝓpoſitionū que de vniuerſalibus rebus fiunt tres differētie. vna que omnis cõplectit̄: ut cū dico omnis homo animal eſt. alia que ex indefinita multitudine ⁊ innumera pluralitate ad vnā ꝓpoſitionis vim colligit atqꝫ cõſtringit. hec huiuſmodi eſt tanqꝫ ſi quis dicat quidaꝫ hō aīal ē. alia vero eſt que neqꝫ in pluralitatē ꝓpoſitionē tendit: neqꝫ in particularitatem redigit: ut eam que ſine vlla determinatione ꝓponit̄: ut eſt homo animal eſt: homo aīal nō eſt. huic enīꝫ nec quidā quod particularitatis: nec oīs quod eſt vniuerſalitatis adiunximus: vnde fit ⁊ ſingularitas ſimpliciter predicetur: vniuerſalitas vero aliquotiēs vniuerſaliter: ut oīs homo aīal eſt: hō res vniuerſalis vl̄iter predicata eſt. nā cū ſit homo vniuerſalis qđ ei adiectū eſt oīs vniuerſalitateꝫ vniuerſaliter appellari facit. Rurſus eſt: ut vniuerſalitas particulariter predicet̄: ut cū dico quidā hō aīal eſt. quidā particulare determinat: ſed iunctum ad hominē vniuerſaleꝫ ſubſtantiaꝫ particulariter predicari fecit. Eſt quoqꝫ vniuerſale nō vniuerſaliter predicare: quotiens ſine adiectiõe vniuerſalitatis uel particularitatis ſimpliciter nomē vniuerſale ponit̄: ut eſt homo animal eſt. Determinationes autē dicunt̄: que rem vniuerſalem uel in totū fundunt: ut omnis: uel in partem contrahūt: ut quidā. omnis vero vl̄ quidā quantitatē ꝓpoſitionis determināt: que quātitas iuncta cū qualitate ꝓpoſitionū quattuor variat̄ modis. Qualitas aūt propoſitionū in affirmatione ⁊ negatiõe eſt aut enim vniuerſalē rem vniuerſaliter predicat affirmatiue: ut omnis homo animal eſt. aut vniuerſalē rem particulariter affirmatiue: ut quidā homo animal eſt: aut vniuerſalem rem vniuerſaliter negatiue: ut nullus homo lapis ē aut vniuerſalē rem particulariter negatiue: ut quidaꝫ homo lapis nō eſt. Oportet aūt in his que vniuerſali determinatione proponunt̄ in ipſis determinationib⁹ fieri negationem: ut quoniā determinatio vniuerſalis rei eſt vniuerſaliter: cū dicimus omnis homo iuſtus eſt: ſi vniuerſaliter negabim⁹: dicam⁹ nullus hō iuſtus eſt. ⁊ ꝙ aio nullus eā vniuerſalitatē que eſt oīs intercipit: nō eaꝫ que eſt homo. Rurſus ſi idem ipſum oīs homo iuſtus eſt: negare particulariter velim: dicā non omnis hō iuſtus eſt: per ꝑticularē negationem vniuerſalitatis vim interimemus. in



particularibus vero non idem. Si enim eam que eſt particularis determinatio vniuerſalis rei: ut eſt quidam homo iuſtus eſt: negare velim ꝑticulariter dicā quidaꝫ homo iuſt⁹ nō eſt. hoc aūt idcirco fit: quoniā habet quādā ſimilitudinē atqꝫ ambiguitatē: vtrū vniuerſaliter an ſit particulariter dictū: ſi in vniuerſalib⁹ ꝓpoſitiõibus negatiue particule ad predicationes potiuſqꝫ ad determinationes ponant̄. Si enim cõtra hanc affirmationē que eſt oīs homo iuſtus eſt: ponā hanc que dicit oīs homo iuſtus nō eſt: hec duas res ſignificare videbit̄: ⁊ ꝙ nullus iuſtus ſit. omneꝫ enim iuſtū non eſſe ꝓpoſuit: ⁊ ꝙ ſint quidā homines non iuſti. omnē enim hominē negauit iuſtū eſſe. hoc autē nihil impedit ut aliquis ſit iniuſtus: aliquis iuſtus. nam ſi aliquis eſt iuſtus: nō repugnat ne vera ſit ꝓpoſitio que dicit omnis homo iuſtus nō eſt: nō enim eſt iuſtus omnis homo: ſi alij iuſti ſint: alij vero iniuſti. Quare quoniā duplicis ſignificationis eſt: idcirco vniuerſalis negationis diffinitio que eſt nullus: vniuerſalis affirmationis tollit determinationē que eſt omnis: atqꝫ ideo in particularib⁹ negationib⁹ ad ipſam vniuerſalitatē affirmationū negatio neceſſe eſt apponat̄: ut in eo quod eſt oīs homo iuſtus eſt: illa eſt ei oppoſita negatio que eſt nō omnis homo iuſt⁹ eſt nō illa que eſt omnis homo iuſtus nō ē: ne ſit ambiguum vtrū vniuerſaliter an ꝑticulariter neget. Dictuꝫ eſt enim hanc negationē que eſt omnis homo iuſtus non ē: ⁊ vniuerſalitatis interpretationē deſignare ⁊ ꝑticularitatis ꝓpoſitionē. Quotiēs vero ꝑticulare aliqd tollit̄: in his nō iā ad determinationē: ſed ad predicatū ꝑticula negationis apponitur: ut in eo quod eſt quidā homo iuſt⁹ eſt: nullus dicit nō quidam homo iuſtus ē. Neqꝫ enim hic ad determinationē ꝑticularē quod ē quidam negatio ponit̄: ſed dicimus quidā homo iuſtus nō ē. ſcilicet ad predicatū quod ē iuſtus. vnde etiā ad indeterminatas ꝓpoſitiões que ſunt ſine omnis aut nullus: aut alicui⁹ determinatione ad predicatū ſemper apponit̄ particula negatiua: ut eſt hō iuſt⁹ eſt. nemo enim dicit non homo iuſtus ē: ſed homo iuſtus non ē. In ſingularib⁹ quoqꝫ non dico non ſocrates iuſtus eſt: ſꝫ ſocrates iuſtus non ē: ⁊ niſi aliquotiēs ambiguitas impediret ad predicatū ſemper negatio poneret̄. Sed oīa quecūqꝫ in determinatione ponunt̄ talia ſunt: que aut totum colligant in affirmatiuo: ut ē omnis: aut totum perimant in negatiuo: ut ē nullus: aut colligant in affirmatiuo partem ut eſt quidam: aut interimant in negatiuo partem vt quidam non: aut in negatiuo perimant totum particulariter: ut ē non omnis: ſed quidam non: ⁊ nō omnis particulares negationes ſunt. ſiue enim quis partem ex toto ſurripiat particulare ē quod reliquit: quia a totius perfectione diſceſſit. ſiue quis totum eſſe neget ſiue partem relinquat: rurſus particulare ē quod reliquum fit. Nā cū dico quidam homo iuſtus non ē: abſtuli partem: ⁊ rurſus cum dico non omnis homo iuſtus ē: cum negaui omnem aliquem ꝙ iuſtus non eſſet oſtendi. hec ergo non omnis ⁊ quidam determinationes planiſſime ſunt: ⁊ cõmuni intelligentie ſubiecte: has due particulares recipiunt negationes: ut ea que ē quidam non determinationē particulareꝫ negat. ea vero que ē non omnis vniuerſalem negat determinationē: ſed vtreqꝫ negationem (vt dictum ē) in particularitatem conſtringunt. Quod autem dicimus null⁹ proprium quoddam videtur eſſe vocabulum: non omnis quod dicit̄ omnem per aduerbiuꝫ negatiuum quod ē non adimit. Rurſus cum dicimus quidā in eo quod ē quidaꝫ aduerbium quod ē non additum a ſubiecto termino particulare ſeparat. nullus vero in vocabulo ipſo ꝙ ſeparet nō monſtrat: ⁊ videtur quodāmodo non potius eſſe negatio que affirmatio: neqꝫ enim aduerbium ē nec coniunctio: aduerbium: namqꝫ atqꝫ coniunctio declinationibus carent. nullus vero quod dicimus ⁊ generibus ſubiacet ⁊ inflectitur caſibus: quid igitur ē: an erit nomē: ſed nulla negatio nomen eſſe monſtratur. Quid ſit ergo tali inueſtigatione querenduꝫ ē. videtur enim quod dicit̄ nullus tale eſſe tanqꝫ ſi dicamus nec vnus: nam qui dicit nullus homo animal eſt. tantūdem valet quantū nec vnus homo animal eſt. Quod vero dicimus vllus hoc ab eo diminutiuū eſt quod ē vnus. Diminutio namqꝫ vnius vllus ē: tāqꝫ ſi diceret̄ vnullus: ergo plus negat: quiſquis etiam negat diminutionem: ut ſi quis dicat nō modo non habet geminā quod maius eſt: verūetiam nec gemmulā: quod ē minus Sic ergo qui negare vult etiam vnuꝫ: plus negat ſi dicat nec ipſum vnius diminutiuuꝫ illud eſſe quod dicit̄. ut ſi quis velit dicere nec vnum eſſe hominem in theatro: ita dicat: non modo illic vnus homo non eſt: verum nec vll⁹. Cum ergo dicimus nullus: ita preponim⁹ tanqꝫ ſi dicamus nec vllus. tenet igitur hec in ſe determinatio: que eſt nullus: vicem negationis ⁊ nominis negationis quideꝫ in eo quod eſt. nec nominis vero in eo quod eſt vllus: qđ eſt diminutiuū vnius. Ita igitur maxima ſit negatio rei paruiſſime quod eſt vnus: ſi ipſius diminutiuum quoqꝫ ſubtrahat quod eſt vllus. quare ⁊ omnem ⁊ quendam ſtatim tollit negatio: que vnius quoqꝫ ipſius diminutiuum predicatione ſubducit: ut ea que eſt nullus homo iuſtus ē hoc enim tantū eſt tanqꝫ ſi dicat non vllus homo iuſtus ē hoc idem valet tanqꝫ ſi dicatur non vnus homo iuſtus ē. Quare quoniam de his quoqꝫ ſufficienter dictū ē: ad Ariſtote. verba conſequenti ordine veniamus.

**Si ergo vniuerſaliter enunciet in vniuerſali: quoniam eſt aut nō eſt: erunt contrarie enūciationes. dico autem in vniuerſali enunciationem vniuerſalem: vt omnis homo albus ē nullus homo albus eſt.**

¶ Demonſtrare oppoſitionem contradictionis intendit ſed quoniam viam reperiendi ordinemqꝫ permiſcuit: idcirco nos quoqꝫ pauca quedam prius ordinata expoſitione predicimus: ne lector confuſionis caligine atqꝫ obſcuritate turbetur. Omniū propoſitionum que ſunt ſimplices quas cathegoricas grece vocant: nos predicatiuas dicere poſſumus: quattuor ſunt diuerſitates. Aut enim affirmatio eſt ⁊ negatio vniuerſalis: ut eſt omnis homo iuſtus ē nullus homo iuſtus ē. Aut affirmatio ⁊ negatio particularis: ut eſt quidam homo iuſtus ē: quidam homo iuſtus non eſt. Aut affirmatio ⁊ negatio indefinita: ut homo iuſtus ē: homo iuſtus non eſt. Aut de ſingulari ſubiecto affirmatio et negatio: ut cato iuſtus eſt: cato iuſtus non eſt. Harum vero inter ſe veritas falſitaſqꝫ non ſe habet ſimiliter ſed diuerſe. Et prius de vniuerſalibus atqꝫ particularibus. id eſt de his que determinate ſunt dicendum eſt: poſt de reliquis diſputabitur. Diſponatur ergo affirmatio vniuerſalis que eſt omnis homo iuſt⁹ eſt. ⁊ cõtra hāc negatio vniuerſalis que eſt null⁹ homo iuſtus ē: ſub his autem ſub affirmatione quidem vniuerſali particularis affirmatio que eſt quidam homo iuſtus ē: ſub vniuerſali negatione particularis negatio que eſt quidam homo iuſtus non eſt. hoc autem demonſtrat deſcriptio ſubiecta.




¶ He igitur due vniuerſalis affirmatio: ⁊ particularis affirmatio dicuntur ſubalterne. Rurſus vniuerſalis negatio ⁊ particularis negatio dicuntur ſubalterne: Idcirco quoniam particularis ſemper ſub vniuerſalitate concluditur. in quibus illud eſt conſiderandū ꝙ vbi eſt affirmatio vniuerſalis vera affirmatio quoqꝫ particularis vera ē ⁊ vbi negatio vniuerſalis vera ē particularis quoqꝫ nega

tio vera eſt. Nam ſi vera eſt omnis homo animal eſt. vera eſt quidam homo animal eſt. ⁊ ſi vera eſt quoniam nullus homo lapis ē. vera eſt quoniā quidam homo lapis non ē. At ſi falſa ſit particularis affirmatio: ut ea que ē quidā homo lapis ē. falſa ē vniuerſalis affirmatio homo lapis eſt. Idem in negatione. ſi enim negatio particularis falſa eſt. ut quidam homo animal non ē: falſa eſt vniuerſalis nullus homo animal eſt. Et ut p̄cedunt vniuerſales in vero: eodem modo precedunt particulares in falſo. Dicuntur vero affirmatio vniuerſalis ⁊ negatio vniuerſalis contrarie. Hoc autem idcirco quoniam contrariorum huiuſmodi natura eſt: ut longiſſime a ſe diſtent: et ſi aliquam inter ſe habeant medietatem: ⁊ non ſemper alterum ipſorum ſubiecto inſit: ut album ⁊ nigrum: non poſſumus dicere quoniam omne corpus aut album aut nigrum eſt. poteſt enim nec album nec nigrum eſſe: ⁊ vtrumqꝫ falſum eſſe quod dicitur: idcirco quoniam medius eſt color. Quod ſi non habent medietatem: alterum ipſorum neceſſe eſt inherere ſubiectis: ut cum dicimus omne corpus aut quietum eſt: aut mouetur. horum nihil ē medium. et neceſſe eſt omne corpus uel conſiſtere uel moueri. vt autem in eodem ſimul poſſint eſſe contraria: fieri non poteſt. Neqꝫ enim poſſibile ē ut idem album nigrumqꝫ ſit: quod in affirmationibus et negationibus vniuerſalibus apparet. negatiua enim et affirmatiua vniuerſales plurimū quidem diſtant a ſe. nā ꝙ illa ponit omnibus: illa tollit omnibus ⁊ totum negat. nam que dicit omnis homo iuſtus ē omnē hominem ponit: que dicit nullus homo iuſtus ē: nihil eorum que in humanitatis ſunt diffinitione iuſtum eſſe concedit. Ita ergo a ſe longiſſime diſcrepant. adhuc ſi ea que ſignificāt habēt inter ſe aliquam medietatem: vnam veram vnam falſam eſſe non ē neceſſe: ut in eo ꝙ ē omnis homo iuſtus ē: nullus homo iuſtus ē. Quoniam poteſt quedam eſſe medietas: ut nec nullus homo iuſtus ſit cum ſit quidam: nec omnis homo iuſtus ſit cum non ſit quidā. Et poſſunt vtreqꝫ falſe ⁊ affirmatio ⁊ negatio reperiri. Neqꝫ enim verum eſt aut omnē hominem iuſtum eſſe: aut nullum hominem iuſtum eſſe. Quo circa poteſt fieri: ut in his in quibꝰ aliqua medietas inuenitur: vniuerſalis affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio veritatem falſitatemqꝫ non diuidant: ſed vtreqꝫ ſint falſe ad exemplum ſcilicet contrariorum: que aliquam inter ſe continent medietatē. Poteſt enim in illis fieri ut vtraqꝫ contraria poſſint non ineſſe ſubiecto: ſicut ſupra diximus. In his vero que medietate carēt: neceſſe ē ut vna vera ſit ſemper: altera ſemper falſa: ut in eo ꝙ ē omnis homo animal eſt: nullus homo animal eſt: he propoſitiones huiuſmodi ſunt: ut vna vera ſit ⁊ vna falſa. idcirco quoniā inter animal eſſe ⁊ non eſſe nihil intereſt ad eorum ſcilicet contrariorum ſimilitudinē que medietate carent. In illis enim neceſſe erat alterum eorum ineſſe ſubiecto. Sic ergo vniuerſalis affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio vtreqꝫ falſe eſſe poſſunt. Ut vero vna vera ſit altera falſa id quoqꝫ conceditur: ut vtreqꝫ ſint vere fieri non pōt: ſicut illud quoqꝫ verum ē contraria ſimul eſſe non poſſe. Rectiſſime igitur vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſqꝫ negatio cōtrarie nominantur. Particularis aūt affirmatio que ē quidā homo iuſtꝰ ē: ⁊ p̄ticularis negatio que ē quidā hō iuſtus non eſt vniuerſalibꝰ cōtrariis cōtrarias proprietates habēt. Ille enī ſimul vere eſſe nō poterāt: ut vero eſſent ſimul falſe ſepe aliqua ratione cōcedebatur. Particulares vero ut vtreqꝫ vere ſint euenire pōt: ut vtreqꝫ falſe ſint fieri nō pōt: ut in eo qđ eſt: quidā hō iuſtus ē: verū ē. quidā hō iuſtus non ē: id qꝫ verū ē: ut vtreqꝫ falſe ſint: inuenire non pōt. ⁊ in hoc quidē ſunt diſſimiles ꝯtrariis. Similes autē eis videntur: ꝙ ſicut cōtrarie aliquotiēs verū falſumqꝫ diuidunt: ut vna vera ſit altera falſa: ita quoqꝫ ⁊ p̄ticularis vna vera pōt eē altera falſa: ut quidā hō aīal ē: quidā hō aīal nō ē. Seruāt aūt ſtabilē incōmutabilemqꝫ ordinē ⁊ ſimilitudinis ⁊ cōtrarietatis. Cōtrarie enim quū poſſunt eē vtreqꝫ falſe: in quibuſcūqꝫ vtreqꝫ falſe ꝯtrarie reperiuntur: in his ſubcōtrarie vtreqꝫ vere ſunt. Sed quū vtreqꝫ ꝯtrarie vere inueniri nō poſſunt: ideo vtreqꝫ ſubcōtrarie falſe nequeūt reperiri: ut in eo ꝙ ē oīs homo iuſtꝰ ē: nullꝰ homo iuſtꝰ ē. Quū he falſe ſunt: he quas ſub ſe ꝯtinēt p̄ticulares vere ſunt: ut ē quidam hō iuſtꝰ ē: quidā hō iuſtꝰ nō ē: ſed ſi vniuerſales inter ſe verū falſumqꝫ diuidūt: ⁊ vna vera ē ⁊ altera falſa: particulares quoqꝫ idē faciūt: ut in eo ꝙ eſt oīs hō aīal ē: nullus hō aīal eſt: vniuerſalis affirmatio vera ē: falſa negatio. Sed cū dico quidā hō aīal ē: quidā hō aīal nō ē: p̄ticularis affirmatio vera ē: falſa negatio particularis: he igitur dicuntur ſubcōtrarie: uel ꝙ ſubcōtrariis poſite ſunt: uel ꝙ ipſe ſuperioribus ſub quibꝰ ſunt (vt dictū eſt) cōtrarias proprietates habēt. In hac igitur recta oppoſitione contrariarū ⁊ ſubcōtrariarū in ſuperioribꝰ vtriſqꝫ falſitas eſſe pōt nūqꝫ veritas: in inferioribꝰ vero vtriſqꝫ quidē veritas ineſſe pōt nūqꝫ falſitas. Sin vero quis reſpiciat angulares: ⁊ vniuerſalē affirmationē p̄ticulari opponat negationi vniuerſalē qꝫ negationē particulari cōparet affirmationi: vna vera ſemper altera falſa reperietur. Nec vnqꝫ fieri pōt ut affirmatione vniuerſali vera p̄ticularis negatio non falſa ſit: uel hac vera nō illā ꝯtinuo falſitas ſubſequatur. Rurſus ſi negatio vniuerſalis vera ē falſa p̄ticularis affirmatio: ſi p̄ticularis affirmatio vera ē: falſa vniuerſalis negatio ē: licz aūt hoc ⁊ in ſubiecto deſcriptione metiri: ⁊ in aliis quoqꝫ terminis quoſcūqꝫ ſibi mens ꝯſiderātis aſſūpſerit: idē videbit. nam in eo ꝙ eſt oīs homo iuſtus eſt: quoniam hec falſa eſt: vera eſt quidā hō iuſtꝰ nō ē. Et rurſus in eo ꝙ ē: nullꝰ hō iuſtꝰ eſt: quū falſa negatio ē: vera ē affirmatio quidā hō iuſtꝰ ē: hec aūt vniuerſalis affirmatio ⁊ p̄ticularis negatio q̄ ſunt angulares: ⁊ vlis negatio ⁊ p̄ticularis affirmatio: q̄ ipſe ēqꝫ ſunt angulares ꝯtradictorie nominantur. Et hec illa ē quā q̄rit ꝯtradictio in q̄ vna ſemꝑ vera altera ſemꝑ falſa ſit. Superioris aūt diſputatōis integrū deſcriptōis ſubdidimꝰ exēplar: quatenus ꝙ animo cogitationeqꝫ conceptum eſt: oculis expoſitum memorie tenatius infigatur.




Cum his ḡ ita ſeſe habētibꝰ indefinitas ꝓpōnes ſingulareſqꝫ videamꝰ. ⁊ p̄mū de indefinitis diſputādū ē. Indefinite igitur ꝑ ſe vitatē falſitatēqꝫ nō diuidūt. ⁊ enī cū dico hō iuſtꝰ ē hō iuſtꝰ nō ē: vtraſqꝫ veras cōtingit eē indefinitas. quo circa eas a ꝯdictiōe ſepamꝰ. ꝯtradictio nāqꝫ ꝯſtituitur (vt ſepe dictū ē) eo ꝙ nūqꝫ vtreqꝫ vere aut vtreqꝫ falſe repiri queāt: ſed vna ſp veritatis: altera falſitatis capax ē. Sed q̄ vlitatē ꝓſerūt indefinitā: ille definitarū p̄ticulariū vim tenēt: Tale enī ē ꝙ dico hō iuſtꝰ ē: tāqꝫ ſi dicā quidā hō iuſtꝰ ē. ⁊ rurſus tale ē ꝙ dico hō iuſtꝰ nō ē: tāqꝫ ſi dicā quidā hō iuſtꝰ nō ē. Sed illa res approbat: ꝙ quēadmodū definite ⁊ p̄ticulares in aliqbꝰ vere eē pñt in aliquibꝰ verū falſumqꝫ diuidūt: nūqꝫ vō vtraſqꝫ falſas eē ꝯtingit: ita qꝫ in indefinitis vle ſignificātibꝰ vtraſqꝫ ſil veras eē ꝯtingit: ut in eo ꝙ dicimꝰ hō iuſtus ē: hō iuſtꝰ nō ē: vtraſqꝫ falſas ꝓferre impoſſibile ē: ſed vnā verā: alterā falſam in his facilime repimꝰ in his. ſ. terminis q naturaliter ⁊ neceſſario ſubiectis ſubſtātiis inhereſcūt ⁊ in his q ineſſe nō pñt: ut quū aīal hoī ex neceſſitate ineſt ſiqs dicat hō aīal ē: idqꝫ negetur hō aīal nō ē: vl hō lapis ē:



hō lapis nō ē: vna vera ſtatim falſa altera repitur: atqꝫ idō he ꝯtra vniuerſales vniuerſaliter p̄dicatas faciūt ꝯdictionē. Nam ſi contra illā que eſt oīs hō iuſtꝰ ē: homo iuſtus non eſt in oppoſitione cōſtituatur: vna ſemꝑ vera eſt: altera falſa. Et ſi contra eā que eſt nullus homo iuſtus ē. indefinita propoſitio que eſt homo iuſtus ē opponatur: verū inter ſe propoſitiones falſumqꝫ diſtribuunt: ſicut definite quoqꝫ vniuerſaliū propoſitiōes ſecūdū particulares atqꝫ vniuerſales oppoſite quātitates cōtradictorias faciūt oppoſitiones. Quare conſtat eas que vniuerſalem nō vniuerſaliter proferūt: ⁊ ſunt indefinite: neqꝫ particulare: neqꝫ vniuerſale proferētes: ipſas quidē non ſemꝑ inter ſe verū falſumqꝫ diuidere: particularibꝰ tamen definitis eſſe cōſimiles. Singulares vero que ſunt: vnū oppoſitiōis modum inter ſe tenēt. has ſi ad idem ſubiectū: ad idem predicatū: ad eandē partem: ad idem tempꝰ: ad eandē relationē eodem modo propoſueris: inter ſe verū falſumve diſtribuunt: ut eſt ſocrates iuſtus eſt: ſocrates iuſtus nō eſt. Sunt igitur due contradictiōes vna que fit in vniuerſalibus angulariter particularibꝰ cōtrapoſitis altera que fit in ſingularibꝰ cum oībus his: quas in ſophiſticis elenchis expoſuit determinatiōibus expoſitis. quare quoniā quemadmodū ſe habeant propoſitiōes: quoqꝫ modo faciāt contradictorias oppoſitiōes oſtendimꝰ: ad ipſa Ariſt. verba veniamꝰ: in quibꝰ per hec ante cognita facilis poterit euenire cognitio. Superioris deſcriptionis intelligentiam plenꝰ notat. Ait enī quādo res vniuerſalis vniuerſaliter deſignatur: ⁊ eā qs vniuerſaliter affirmat: ſi eandē alius vniuerſaliter neget: ita ſibimet comꝑatas propoſitiōes eſſe ꝯtrarias. Atqꝫ in hoc ſuā ſententiā manifeſtius oñdit. Ait enī dico autem vniuerſalē enunciationē in vniuerſali: ut oīs homo albꝰ eſt. nam cum vniuerſalis ſit homo: in vniuerſali hoīe vniuerſalis ē enunciatio: ꝑ quam dicitur omnis homo. Res ergo vniuerſalis. i. homo ꝑ omnis que ē determinatio vniuerſaliter predicata ē ⁊ hoc affirmatiue. negatiue vero vniuerſaliter ita dicetur nullus homo albus ē. nullus enī vniuerſalitas vniuerſalitati que ē homo adiecta eſt. hoc modo igitur vniuerſale vniuerſaliter enūciantes affirmatio ⁊ negatio contrarie ſunt: ſicut ⁊ ipſe teſtatur: ⁊ nos in ſuperiori expoſitione digeſſimus.

**Quando autē in vniuerſalibus nō vniuerſaliter: non ſunt contrarie: que autē ſignificantur eſt eſſe aliquādo contraria. dico autē nō vniuerſaliter enūciare in his: que ſunt vniuerſalia ut eſt albus homo: nō eſt albus homo. cū enī vniuerſale ſit homo: non vniuerſaliter vtitur enūciatione. omnis nāqꝫ nō vniuerſale ſignificat: ſed quoniā vniuerſaliter.**

Uolenti indefinitā propoſitionē qualis eſſet oñdere: nō modo auferēda fuit ab vniuerſali termino vniuerſalis determinatio: verū etiam particularis. ⁊ oportuit dici hoc modo. Quū autē in vniuerſalibus nō vniuerſaliter neqꝫ p̄ticulariter nō ſunt cōtrarie. Nunc autē quoniā nō addidit neqꝫ particulariter: videtur non de infinitis: in quibus neqꝫ vniuerſalitas neqꝫ p̄ticularitas adeſt: ſed tantū de p̄ticularibꝰ loqui: a quibus ſolū vniuerſale nō etiā particulare ſubtraxit: ſed quid velit oñdere ipſe cōuenientibꝰ exēplis edocuit. Non enī propoſuit exēpla p̄ticularis propoſitionis ſed indefinite. Ait enī dico autē nō vniuerſaliter enūciare in his que ſunt vniuerſalia: ut eſt albus homo nō eſt albus homo. Quod ſi p̄ticularem mōſtrare voluiſſet: ita diceret ut eſt quidā homo albus: nō eſt quidā homo albus. ſed quoniā ꝑ exemplū quid vellet oſtendit. Nos qꝫ ſuperiori propoſitioni que eſt. Quādo autē in vniuerſalibus nō vniuerſaliter deeſſe putemꝰ aut p̄ticulariter: ut et particularitatē ⁊ vniuerſalitatē ex tota auferat dictiōe: ut poſt exempla docuerūt nō eū loqui de particularibꝰ ſed de indefinitis. Quare hoc dicit. ut ſi neqꝫ vniuerſales ſint propoſitiones neqꝫ p̄ticulares: qđ ſubaudiendum eſt: ille non ſunt cōtrarie. ſunt enī ꝯtrarie que vniuerſaliter vniuerſalem terminū proponūt. Indefinite vero ad vniuerſalē terminum vniuerſalem determinationē nō habent. Idcirco autem ab indefinitis vniuerſalitatē ſolam ⁊ nō p̄ticularitatem quoqꝫ ſeiūxit: ꝙ indefinitas propoſitiōes a contrariis ſolum non etiā a p̄ticularibus ſegregabat. Quod autem dico tale eſt ſi vellet oſtendere indefinitas propoſitiones: proprie diceret indefinitas neqꝫ p̄ticulares eſſe neqꝫ vniuerſales que autē in vniuerſali neqꝫ vniuerſaliter neqꝫ p̄ticulariter proponuntur. id eſt que neqꝫ vniuerſales ſunt neqꝫ p̄ticulares: indefinite ſunt. Nam que neqꝫ vniuerſales ſunt neqꝫ p̄ticulares: he neqꝫ ꝯtrarie ſunt neqꝫ ſubcontrarie. Subcontrarie quidē idcirco nō ſunt: quia non habēt additā p̄ticularem determinationē. idcirco vero contrarie non ſunt: quia determinatio vniuerſalis in his non eſt. Nunc autē cum tantū vellet oſtendere eas ꝯtrarias non eſſe de ſubcontrariis vero in preſenti vellet omittere: has eſſe indefinitas dixit: que vniuerſale determinatū vniuerſaliter non habentur. ſ. has non eſſe cōtrarias intelligeremꝰ. Idcirco vero non adiecit p̄ticularitatem eas non habere: quoniā a ſolis contrariis ſeꝑare indefinitas volebat non etiam a ſubcontrariis. Ergo ſi indefinitas a contrariis et ſubcōtrariis ſeꝑare voluiſſet: ita diceret. Quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter nec p̄ticulariter: non ſunt contrarie neqꝫ ſubcōtrarie. Sed quoniā non eas volebat nunc nō eſſe ſubcōtrarias demonſtrare: ſed tantum non eſſe cōtrarias: idcirco ei dicto ꝙ eſt quando autē in vniuerſalibus nō vniuerſaliter non addidit vel p̄ticulariter. hoc enim ſi addidiſſet ad ſubcontrarias tenderet: de quibꝰ nihil eſt additum. quare hoc dicit. he que indefinite ſunt quoniā non habent vniuerſalitatem: contrarie non ſunt. Sed cum ꝑ ſe quidem contrarie non ſunt: poſſunt tamen quedam ſignificare cōtraria. hoc quid ſit multipliciter expoſitorū ſententiis expeditur. Herminius namqꝫ dicit idcirco indefinitas poſſe aliquando ſignificare contraria: cum ipſe careant contrarietate: quippe que vniuerſaliū rerum ſunt: additum tamen vniuerſale non habent: in ſolis his quibus ea que affirmantur aut negantur ſubiecto naturaliter inſunt. ut cum dicimus homo rationalis eſt: homo rationalis non eſt. quoniam rationalitas huiuſmōi eſt que in natura ſit hominis. Et affirmatio ⁊ negatio inter ſe verum falſumqꝫ diuidunt: et quedam quodammodo ab his contraria ſignificantur. Sed nihil hoc attinet ad contraria ſignificanda in his que ſunt indefinita. Nam etiam p̄ticulares ipſe quoqꝫ in talibus verum falſumqꝫ diuidunt: ut eſt quidam homo rationalis eſt. quidam homo rationalis non eſt. has igitur ſecundū Herminium videmus poſſe ſignificare ꝯtraria. Cur ergo dixit in his quoqꝫ quoniam quidem contrarie non ſunt: que autem ſignificantur eſt eſſe contraria. Alexander autem hoc dicit. quoniam indefinite ſunt he: nihil eas inquit prohibet ſicut ad particulares ita quoqꝫ ad vniuerſales reducere: que videntur eſſe cōtrarie. ut in eo ꝙ eſt homo animal eſt: homo animal non eſt: quoniam he propoſitiones indefinite ſunt. poſſunt accipi quaſi contrarie. Nam ſi dicimus homo animal eſt: poteſt ita accipi tanqꝫ ſi dicatur omnis homo animal eſt. ⁊ rurſus homo animal non eſt ita audiri poteſt tanqꝫ ſi dicatur. nullus homo animal eſt. Cum autem dicitur homo ambulat: homo non ambulat non ad contrarias: ſed ad ſubcontrarias mens ducitur auditoris. Quocirca poſſunt indefinite aliquando ſignificare contraria: quoniam eo ipſo quo ſunt indefinite: nihil eas prohibet ad contrariorum ſignificationem vniuerſaliumqꝫ reduci. Et hec quidem ſententia habet aliquid rationis: non tamen integre id quod ab Ariſtotele dicitur oſtendit: et meliorem ſententiā ſponte reiecit: quā porphyrius approbauit ſunt enī quedā negationes: que intra ſe affirmationis eiꝰ quā negant retineāt contrarietatē: ut in eo ꝙ eſt ſanꝰ ē: nō

ēſt ſanus: id qđ dicit̃ non ē ſan⁹ ſignificat eger ē: ꝙ eſt cōtrariū ſano eē. Rurſus cū dicim⁹ homo alb⁹ ē: ſi ꝯtra hanc negemus ꝑ eā que dicit homo alb⁹ non ē: ſignificare poterit: qm̄ homo niger ē. nā q niger ē alb⁹ non ē. ſed nigꝛ eſſe ⁊ albū contrariū ē. Quare ſignificāt quedā negationes affirmationeſqȝ ꝯ̄ria: ſed hoc non ſp̄. nā in eo ꝙ ē homo ābulat: homo non ābulat: nullū ꝯ̄riū ꝯtinet̃. Ambulatiōi. n. nihil ē ꝯ̄riū: atqȝ ideo dicit conſtat duas has quidē ꝯ̄rias non eē: idcirco ꝙ cū ſunt vniuerſales: non vl̄r enūcient̃ ꝑoſſe autē aliquotiēs ꝯtraria ſignificare: cū intra negōēȝ ꝯtrariū affirmationis includit̃. Aſpaſius vero ⁊ alexāder hāc poſteriorē non ꝓbāt. Nos vero dicim⁹ non quidem Alexādri ſententiā abhorrere ratione: ſȝ hāc porphirij eē meliorē. Nā ꝙ ait quādo aūt in vniuerſalib⁹ non vniuerſaliter non ſunt ꝯtrarie. que autē ſignificant̃ ē eſſe ꝯ̄ria. ab Alexādro non ē expoſitū: ſed tantū dictū qm̄ poſſunt eē ꝓpoſitiones ipſe ꝯ̄rie. A porphirio vero expoſitū diligenter eſt: qm̄ ea que ſignificant̃ poſſint eē contraria. Qđ ipſe ariſtotelis textus expliit. quꝫ Alexāder qȝ eandē: quā Porphyrius expoſuit: viderit expoſitionē. Eā tn̄ (ut dictū ē) ſponte reiecit. ⁊ ſibi huiuſmodi expoſitionis ꝯfirmauit ſententiā diſplicere. Mihi vero aut vtreqȝ recipiēde expoſitiōes vident̃: aut melior iudicāda poſterior: hoc. n. ipe qȝ Ariſto. quodāmodo ſubter oſtēdit cū dicit. Simul enī verū ē dicere qm̄ ē homo alb⁹: non ē homo albus: ⁊ ē homo probus ⁊ non ē homo probus. ſi enī turpis ē non ē ꝓb⁹: ⁊ ſi fit aliqđ non ē. Cuius quidē loci que ſit expoſitio: cuȝ ad id venerimus: demonſtrabimus. Cognoſcēdū aūt ē ⁊ memoria retinendū ꝙ quecūqȝ ꝓpoſitiones vlēs vl̄r fuerint p̄dicate: ſi he affirmatiue: ille vero ſint negatiue: ſemꝑ vtraſqȝ eſſe ꝯ̄rias: ſi nihil equiuocationis aut tp̄is aut aliquoꝝ que ſupra determināta ſunt ad faciendā oppoſitionē ꝯ̄rietatis ſpediat. Non tn̄ oīs quecūqȝ ꝯ̄rie ſunt: he aut ī vlībus vl̄r ponūt enūciationē: aut vna affirmatiua ē altera negatiua: ut in eo ꝙ ē ſocrates ſanus ē: ſocrates eger ē hic enī neqȝ in vniuerſali vl̄itas poſita ē: neqȝ rurſus vna eſt affirmatio altera vero negatio: ſed ſunt contrarie ꝓpoſitiones. Contraria enī ſunt que ſignificāt. quocirca rectiſſime dictū eſt: ꝙ quecūqȝ in vniuerſalib⁹ vniuerſaliter enūciarent: ſi vna earū eſſet affirmatiua altera negatiua: ſtatiȝ naturaliter eſſent ꝯ̄rie. Que autem ꝯ̄rie eēnt: non neceſſe ē eas vel vlē vl̄r enūciare: vel vnā eſſe affirmatiuā alterā negatiuā. Sȝ aliquotiēs quidē poſſe has eē ꝯ̄rias: que vniuerſale in vniuerſalibus non ſignificarēt. ſȝ hoc in his tm̄ que eſſent in ſubiecto: de quo fit affirmatio naturalis: ut in eo ꝙ ē aīal ⁊ homo. Cū dicimus homo aīal ē: homo animal non ē: qr̄ in natura hoīs aīal ē. idcirco hec affirmās illa negās vident̃ eſſe contraria: quꝫ illic nulla determinatio neqȝ ꝑticularitatis neqȝ vniuerſalitatis addatur.

**In eo vero qđ vniuerſale predicat̃: id qđ eſt vniuerſaliter predicare non eſt veꝝ. nulla enī affirmatio erit vera: in qua de vniuerſaliter predicato vniuerſale predicet̃: ut omnis homo eſt omne animal.**

¶ Quod dicit hmōi eſt. oīs propoſitio ſimplex duob⁹ terminis cōſtat. his ſepe addit̃ aut vl̄itatis aut ꝑticularitatis determiatio. ſed ad quā ꝑtem he determiatiōes addantur: exponit. Videt̃ enī Ariſtoteli p̄dicato termino determinationē nō oportere coniūgi. in hac enī propoſitiōe que eſt homo aīal eſt. querit̃ ſubiectū ne debeat cū determinatione dici: ut ſit oīs hō aīal eſt: an p̄dicatū ut ſit hō oē anīal eſt. An vtrūqȝ ut ſit oīs homo oē animal eſt: ſed neutꝝ eorū que poſterius dicta ſunt: fieri oportet. nāqȝ ad p̄dicatū nunqȝ determiatio iungit̃: ſed ad ſubiectū tm̄. neqȝ enī verū eſt dicere omne aīal oīs hō eſt. idcirco qm̄ oīs p̄dicatio aut maior eſt ſubiecto aut equalis. ut in eo ꝙ dicim⁹ omnis hō aīal ē: plus ē aīal qȝ hō. Et rurſus in eo ꝙ dicim⁹ hō riſibilis ē: riſibile equat̃ hoī. ut āt ſit min⁹ p̄dicatū atqȝ anguſtius ſubiecto: fieri nō p̄t. Ergo in his p̄dicatis que ſubiecto maiora ſunt: ut in eo ꝙ ē aīal ꝑſpicue falſa ē propoſitio: ſi determinatio vniuerſalitatis ad p̄dicatū terminū ponit̃. Nā ſi dicam⁹ homo ē oē aīal. aīal qđ maius eſt hoīe ꝑ hāc determinatiōem ad ſubiectū hoīem vſqȝ contrahim⁹: cū nō ſolū ad hoīeȝ ſed ad alia qȝ nomē aīalis poſſit aptari. Rurſus in his que equalia ſunt: idē euenit. Naȝ ſi dicā oīs hō oē riſibile ē. primū ſi ad humanitatē ipam referā ſupfluuȝ ē adicere determinationē. Qđ ſi ad ſingulos quoſqȝ hoīm falſa eſt propō. nā cū dico oīs hō oē riſibile ē: hoc videor ſignificare. ſinguli hoīes oē riſibile ſunt: qđ fieri nō p̄t. Nō igit̃ ad predicatū ſed ad ſubiectū ponēda determinatio eſt. verba autē Ariſ. hoc modo ſunt ⁊ ad hāc ſententiam ducunt̃. in his predicatis que ſunt vl̄ia his adicere vlē aliquid: ut vlē predicatū vl̄iter predicet̃ non ē veruȝ. hoc enī eſt qđ ait. In eo vero ꝙ predicat̃ vlē id eſt qđ habet predicatū vlē: ipm̄ vlē predicatū vniuerſaliter nō ē verū. In predicato. n. vniuerſaliter id ē qđ vlē ē. ⁊ p̄dicatur ipm̄ predicatū qđ vlē ē: vl̄iter predicare. i. adiecta determinatiōe vniuerſalitatis nō eſt veꝝ. neqȝ enī p̄t fieri ut vlla ſit affirmatio: in qua de vniuerſaliter p̄dicato vniuerſalis determinatio predicet̃. eiuſqȝ rei notionē exēplo aperit dicens: ut oīs homo oē aīal ē. hoc autē qȝ ſit incōueniens: ſupra iam diximus.

**Opponi autē affirmationē negōi dico contradictorie: que vniuerſaliter ſignificat eidem qm̄ non vniuerſaliter: ut oīs homo albus eſt. nō oīs homo albus eſt. nullus homo albus ē. quidā homo albus eſt. cōtrarie vero vniuerſalē affirmationē: ⁊ vniuerſalē negōēȝ: ut omnis homo iuſtus eſt: nullus hō iuſtus ē. Quocirca has quidē impoſſibile eſt ſimul eſſe veras. his vero oppoſitas cōtingit aliquando in eodem: ut non omnis homo albus eſt. ⁊ quidam homo albus eſt.**

¶ Que ſit integra ꝯ̄dictio: his verbis oñt. ait enī illā eſſe oppōēȝ ꝯ̄dictoriā quecūqȝ dicit nō eē vl̄r rē vlēm ꝯ̄ eā: que rē vlēm vl̄iter ꝓponit. atqȝ hoc ē ꝙ ait. Opponi āt affirmationē negatiōi dico ꝯ̄dictorie que vl̄r ſignificat eidem. qm̄ nō vl̄r: ut ei que ē: oīs hō iuſtus ē: opponit̃ ea: que vniuerſale ſignificat nō tm̄ vl̄r: ut ea que ē: quidā hō iuſtus n̄ eſt. hoīem enī vlēm ſignificat nō vniuerſaliter: ut cū dicit nō oīs homo iuſtus ē. hec ē ꝯ̄dictoria oppō: ut ſi ſit vniuerſalis affirmatio: ſit ꝑticularis negatio: ſi ſit vniuerſalis negatio: ſit ꝑticularis affirmatio. Angulares enī (ut dictum eſt) ſole faciunt ꝯ̄dictiōem. ut verba igit̃ ſe obſcure hn̄t: ſic ſentētia māifeſta ē. dicit. n. eā opponi ꝯ̄dictorie affirmationē negōi vel negōēȝ affirmatiōi quecūqȝ id ꝙ res altera vlē vl̄r ſignificaret: idē ſignificaret n̄ vl̄r ꝙ eēt vlē: ut ī his qs ſupra dixim⁹. ut hec que ē oīs hō iuſt⁹ ē: rē vlēȝ vl̄r ſignificauit: illa que ē nō oīs hō iuſt⁹ ē: eidē affirmatiōi oppoſita de vli hoīe nō vl̄r negauit dicēs n̄ oīs hō iuſt⁹ ē. rurſus ea q̄ dicit null⁹ hō iuſt⁹ ē: rē vlēm vl̄r negauit dicēs null⁹ Ea vero que dicit qdā hō iuſt⁹ ē: rē vlēm ꝑticulariter affirmauit ⁊ nō vl̄r. hoīeȝ enī quēdā iuſtū eē propoſuit. ſȝ hominē nō vl̄r enūciauit rē vlēm. Perſeqt̃ ergo oēs ꝓprietates propoſitionū. Ait enim contrarie vero vniuerſalem affirmationem ⁊ vniuerſalem negationem. ſicut eniȝ ſupra dixit eas q̄ vl̄r vlē ſignificarēt vel in affirmatiōe vel in negatiōe eſſe ꝯtrarias: ita nūc quoqȝ idem repetit ꝯtrarias eſſe dicens vniuerſalē affirmationē vniuerſalēqȝ negōēȝ: earūqȝ ponit exēpla. que vniuerſales vtraſqȝ eſſe monſtrarent. ut omnis homo iuſtus ē: nullus hō iuſtus ē. horum autē que proprietas eſſet propoſuit dicens hmōi propoſitiones ipoſſibile eſſe vtraſqȝ ſibi in veritate inuicē ꝯſentire. que auteȝ his eſſent oppoſite cōtingere vtraſqȝ veras eſſe. ſunt autem oppoſite his vtreqȝ ꝑticulares. vniuerſali enī affirmatiōi ꝑticularis negatio opponit̃: ⁊ vniuerſali negatiōi ꝑticl'aris affirmatio oppoſita ē. Quocirca he due



ꝑticularis negatio ⁊ affirmatio: que oppoſite ſunt affirmationi ⁊ negatiōi vlibus angulariter: he p̄nt aliqn̄ eſſe vere ⁊ in eodē. ut in eo ꝙ eſt quidā hō iuſt⁹ eſt: quidā hō iuſt⁹ nō eſt. ſed quidā hō iuſt⁹ ē oppoſita eſt ei que eſt null⁹ hō iuſtus ē. illa vero que ē quidā hō iuſt⁹ nō eſt oppoſita ē ei que eſt oīs hō iuſtus ē. Sed vtreqȝ inter ſe quidē qdā hō iuſtus ē ⁊ quidā hō iuſtus nō eſt in veritate cōſentiūt. hoc eſt ergo qđ ait. His vero oppoſitis cōtingit in eodē. caſqȝ deſignat exēplis. ut nō oīs hō albus ē. eſt quidā hō albus poſitis igit̃ duabus propoſitionib⁹ affirmatiōe vli. ⁊ vli negatione ars dāda eſt: qtenus earū inueniant̃ oppoſita. Oppoſita autē dico ꝯ̄dictorie non ꝯ̄rie neqȝ vllo mō alio. ſit enī hec affirmatio oīs hō iuſtus ē ⁊ hec negatio nullus homo iuſtus ē. ꝯ̄ affirmatiōēȝ que eſt oīs homo iuſtus eſt. vident̃ ergo eſſe negationes he: vna nullus homo iuſt⁹ ē. altera quidā homo iuſt⁹ nō eſt: altera nō oīs hō iuſt⁹ ē: ⁊ poſtrema indefinita hō iuſtus nō eſt. Que hꝝ igit̃ ꝯ̄ eā que eſt oīs hō iuſtus ē: ꝯ̄dictione cōſtituit̃: Contradictorie āt voco oppōēm. in qua affirmatio ⁊ negō neqȝ vtreqȝ vere ſint neqȝ falſe vtreqȝ. ſed vna ſp̄ vera: altera falſa. Si ergo opponat̃ contra eā que eſt oīs hō iuſt⁹ eſt: ea que ē nullus hō iuſtus eſt vlis. ſ. negatio: non eſt oppoſitio ꝯ̄dictoria: vtreqȝ enī falſe ſunt. Si vero ponat̃ ea que eſt hō iuſt⁹ nō eſt indefinita: nec ipſa quoqȝ facit oppōēm. qm̄ enī indefinita eſt p̄t aliquotiēs pro vli negōne ꝑ expectatiōe auditoris intelligi. Quocirca nec ipſa facit oppōēm. ſi eniȝ hoc modo audita ſit: cū ita accipit̃ ut ꝯ̄ria: ſi eas falſas inueniri cōtingit. Reſtat ergo ut aut ea ſit: que eſt non oīs homo iuſtus ē: aut ea que eſt quidā hō iuſtus nō eſt. ſȝ he ſibi cōſentiūt. Idē enī dicit qui proponit quidā hō iuſtus nō eſt ⁊ idē qui dicit non oīs hō iuſtus ē. Nā ſi quidā hō iuſt⁹ n̄ eſt: non oīs homo iuſtus ē. ⁊ ſi non oīs hō iuſtus ē: quidā homo iuſtus non ē. Quare vtreqȝ ꝑticulares negationes ꝯ̄dictorie opponunt̃ cōtra vlēm affirmationē. In his eniȝ neqȝ vere vtreqȝ ſunt neqȝ vtreqȝ falſe. ſed vna vera altera falſa. Rurſus ſit negatio vlis ea que ē nullus hō iuſt⁹ eſt. ꝯ̄ hāc vident̃ oppoſite affirmatiōes he. oīs homo iuſt⁹ eſt: homo iuſtus ē: quidā hō iuſtus ē. ſed ꝯ̄ hāc que ē nullus homo iuſtus ē. ſi opponat̃ ea que eſt oīs homo iuſtus eſt: p̄nt vtreqȝ eſſe falſe: quare non opponunt̃ ꝯ̄dictorie. At vero etiā ea que dicit homo iuſtus ē: qm̄ indefinita ē: p̄t ita in aliqbus itelligi tanqȝ ſi dicat oīs homo iuſtus ē. Qđ ſi ſic ē poterit aliqn̄ cū ea negatiōe que ē nullus hō iuſtus eſt: ſiml' eſſe falſa. quare nō eſt oppoſita. Relinquitur ergo ut ea que ē quidā hō iuſt⁹ eſt: cōtra eā que eſt nullus hō iuſtus ē: ꝯ̄dictorie videat̃ oppoſita. angulariter igit̃ regrēde ſunt: ut cōtra vlēȝ affirmatiōēȝ illa opponat̃ que ſub vniuerſali negatiōe ē. Cōtra vlēm negatiōēȝ illa ꝯ̄dictorie cōſtituat̃: que eſt ſub vli affirmatione. ꝙ. ſ. nolēs Ariſtote. oſtendere ſic ait.

**Quecūqȝ igit̃ cōtradictiōes vlium ſunt vl̄r neceſſe eſt alterā eſſe veraȝ vel falſam: ⁊ quecumqȝ in ſingularibus ſunt: ut eſt ſocrates albus: non eſt ſocrates albus.**

¶ In illis enī que ꝯ̄dictorie ſunt vlībus vl̄r p̄dicatis in his veꝝ ſp̄ falſumqȝ diuidit̃. ꝯ̄dictorie autē ſunt vlis affirmatiōis ꝑticularis negō. ⁊ vlis negōis ꝑticularis affō In his igit̃ vna ſp̄ vera altera ſp̄ falſa. Atqȝ hoc eſt ꝙ ait. Quecūqȝ igit̃ ꝯ̄dictiōes ſunt vlium vl̄iter. ⁊ hic diſtinguēdū eſt: ut intelligat̃ ſic. quecūqȝ igit̃ ꝯ̄dictiōes ſunt vlium propoſitionū vl̄r ꝓpoſitaꝝ: neceſſe eſt alterā verā eſſe alteram falſam. Et in his primū diuidit̃ veritas falſitaſqȝ: q̄ ſibi ⁊ quātitate ⁊ qualitate oppoſite ſunt. qualitate ꝙ illa negatio eſt. illa affirmatio. quātitate ꝙ illa vlis: illa ꝑticularis eſt. ſecundo autē modo in his que ſunt ſingularia: ſi nulle argumentoꝝ nebule ſint veritas falſitaſqȝ diuidit̃ ut in eo ꝙ eſt ſocrates albus eſt: ſocrates albus nō ē. vna enim vera eſt altera falſa eſt: ſi (ut dictum eſt) nulla ambiguitas equiuocationis impediat.

**Quecūqȝ autē in vlibus nō vl̄r: nō hec quidē ſp̄ vera eſt: illa vero falſa. Simul enī veꝝ ē dicere: qm̄ eſt hō albus: ⁊ nō ē hō albus: ⁊ eſt hō ꝓbus: ⁊ nō eſt hō ꝓbus. ſi enī turpis ē ⁊ n̄ ꝓbus ē. ⁊ ſi fit aliqđ: ⁊ nō ē. Videbit̃ autē ſubito incōueniēs eſſe: idcirco qm̄ videt̃ ſignificare nō eſt hō albus ſimul etiā qm̄ nemo hō eſt albus. hoc autem neqȝ idem ſignificat: neqȝ ſimul neceſſario.**

¶ Propōes eas que in vniuerſalib⁹ nō vl̄r proferunt̃: n̄ ſemꝑ veras eſſe vel falſas conat̃ oſtedere. hoc autē per cōtraria mōſtrat. Ea enī ꝓpoſitio que eſt hō albus ē ⁊ hui⁹ negatio que eſt hō albus nō eſt: hoc modo oſtedunt̃ veꝝ ⁊ falſum inter ſe interdū nō poſſe diuidere. Nā ſi veꝝ eſt ut he due affirmatiōes homo albus ē. homo niger ē vtreqȝ vno tp̄e vere ſint: veꝝ eſt quoqȝ affirmationē indefinitā. ⁊ indefinitā negatiōem vtraſqȝ veras aliquotiēs inuēiri. Nā ſi veꝝ eſt. qm̄ eſt homo albus verū itidem eſt qm̄ eſt hō niger. nam cū gallus ſit cādidus. ethiops nigerrim⁹ inuenit̃ ſimul ergo verū eſt dicere: qm̄ eſt hō albus. ⁊ nō eſt hō albus. Idē quoqȝ de ꝓbo ⁊ turpi. nā ſi veꝝ eſt dicere qm̄ eſt homo ꝓbus. ſi quis hoc de philoſopho dicat ⁊ rurſus qm̄ eſt homo turpis veꝝ eſt. ſi quis hoc de ſylla diceret: veruȝ eſſet vtrūqȝ ⁊ qm̄ eſt homo probus: ⁊ eſt hō turpis. ſȝ q turpis eſt probus nō eſt. Simul igit̃ veꝝ eſt dicere qm̄ ē homo probus: ⁊ nō eſt homo probus. Sed videbit̃ fortaſſe aliquid ſibi dixiſſe cōtrariū. ⁊ difficilior procedit oſtēſio: que per hmōi exēpla proponit̃ que cōtraria eſſe videant̃. Albus enī ⁊ niger ⁊ probus ⁊ turpis cōtraria ſunt. ⁊ fortaſſe dubitet quidā: vtꝝ vno tp̄e cōtraria hec in aliqbus valeāt reperiri. Sed adicit exēplū aliud quod cū cōtrariū non ſit: tamē ex eo ſicut in ꝯtrarijs quoqȝ negatio ꝑcreat̃: ut ſi quis dicat eſt homo probus: ⁊ alijs dicat fit homo probus: ſi quis vel alio docēte: vel ſe ipſo corrigēte aliqua diſciplina rōis enitat. Nihil ergo cōtrariū hȝ eſſe ꝓbum ⁊ fieri probū. neqȝ enī ita contrariū eſt: ut eē hominē probū ⁊ eſſe hominē turpē. Quare ſi nihil cōtrariū habet: dubiū non eſt quin ſimul eſſe poſſint. ſed qđ fit nōduȝ eſt adhuc cū fit. quare nondū eſt prob⁹ qui fit probus. ſed veꝝ eſt dicere cū eo ꝙ eſt: eſt homo probus: qm̄ fit hō probus ſed qui fit probus hō: nō eſt probus hō: veꝝ eſt igit̃ dicere ſimul qm̄ eſt homo probus ⁊ nō eſt hō probus: licet nō inualida exēpla ſint poſita de contrarijs. Nihil enī prohibet vno tp̄e contraria alijs atqȝ alijs ineſſe ſubiectis. quocirca conſtat indefinitas ꝑ id ꝙ in exemplis ſupra poſuit: ſimul aliquotiēs veras videri: ⁊ nō ſemꝑ inter ſe verū falſumqȝ partiri. Qđ vero ait. videbit̃ autē ſubito incōueniens eſſe: idcirco quoniā videt̃ ſignificare nō eſt alb⁹ homo ſimul etiā quoniā nemo homo albus eſt. huiuſmōi ē. Dixit enī propoſitionē affirmatiōis eā: que dicit eſt hō alb⁹: verā poſſe eē cū ea que dicit non eſt hō albus. Nūc hoc notat. videt̃ inquit aliquotiēs inconueniēs eſſe ⁊ incōgruū dicere eā que dicit eſt homo albus: ⁊ eā que eſt nō eſt hō albus: ſimul veras eē poſſe: idcirco ꝙ ea que eſt nō eſt hō albus: emittit imaginationē quandā ꝙ ſignificet: qm̄ nullus hō alb⁹ ē. Videt̃ enī negatio hmōi que eſt nō eſt hō albus: illđ quoqȝ ſignificare ſimul: qm̄ null⁹ hō albus ē: ut ſi quis dixerit nō ē hō albus: hoc eū dixiſſe putādū ſit qm̄ nullus hō albus ē. Hoc autē inquit id ē non ē hō alb⁹: ⁊ rurſus nullus hō albus ē: neqȝ idē ſignificāt: neqȝ ſp̄ ſimul ſunt. Nā qui dicit nullus hō alb⁹ ē: vl̄itateȝ determinās negatiōem de vl̄itate ꝓponit. Qđ vero dicit non ē homo albus: non oīno de tota vniuerſalitate negat. ſed ei tantuȝ ſufficit de ꝑticl'aritate negaſſe: atqȝ ea q̄ ē null⁹ hō alb⁹ ē: ſi vn⁹ hō alb⁹ fuerit: falſa ē. Ea vō q̄ dicit n̄ ē hō alb⁹ ſi vn⁹ hō alb⁹ nō fuerit vera ē. quare non ſignificat idē. Dico āt qm̄ nec oīno quotienſcūqȝ dictum fuerit quoniā non eſt hō: albus: mox ſignificat qm̄ nullus eſt hō albus. Nā cū dico

nullus hō albus eſt: hec eadē ſignificat: qm̄ nō eſt hō albꝰ. Uniuerſalis enī intra ſe continet indefinitā. Cū autē dicimꝰ nō eſt homo albus: nō oīno ſignificat qm̄ nullus hō albus eſt, indefinita enī non intra ſe cōtinet vniuerſalem. Supius nāqꝫ monſtrauimus ꝙ indefinite vim particularis optinerēt. Quare ſi cū eſt vniuerſalis negatio: eſt indefinita negatio. Cū vero eſt indefinita negatio: non oīno eſt vniuerſalis negatio: nō ꝯuertit̄ ſecundū ſubſiſtēdi ꝯſequentiā. quare nō ſunt ſimul. Que enī nō ꝯuertūtur: ſimul nō ſunt: ut nos predicamentorū liber edocuit. quare neqꝫ idē ſignificant negatiōes nō eſt homo albus: ⁊ nullꝰ homo albus eſt: neqꝫ ſimul ſunt: quoniā nō ꝯuertunt̄ ad ꝯſequētiā ſubſiſtendi. Syrianus tn̄ nitit̄ indefinitā negationē vim definite optinere negatiōis oſtēdere. ⁊ hoc mītis probare nitit̄ argumētis Ariſtotele maxime reclamante. Nec hoc tantū ſuis ſꝫ platonicis quoqꝫ Ariſtotelicisqꝫ rationibꝰ probare cōtendit eā que dicit nō eſt hō iuſtꝰ: huiuſmodi eſſe: qualis eſt ea que dicit nullꝰ hō iuſtꝰ eſt. Sed nos Ariſtotelice autoritati ſeruiētes id quod ab illo veraciter dicit̄: approbamus. Nā ꝙ Syrianus dicit indefinitā quidē affirmationē particularis optinere vim: indefinitā vero negationē vniuerſalis: quā mendaciter diceret: quanqꝫ vtreqꝫ in particularibꝰ rectiſſime proponerent̄ ⁊ ſupra mōſtrauimus: ⁊ in his libris quos de categoricis ſyllogiſmis cōpoſuimus: in libro p̄mo diligēter expſſimꝰ. Nunc nobis ipſe quoqꝫ Ariſtoteles teſtis ē. ⁊ Syrianꝰ facillima ratiōe ꝯuincit̄: ꝙ in analyticis quoqꝫ ex duabus indefinitis dicit̄ nō poſſe colligi ſyllogiſmū: cum ex affirmatiua particulari ⁊ negatiua vniuerſali pticularis negatiua poſſit eſſe collectio. Quod ſi indefinite affirmatio ⁊ negatio negationis vniuerſalis ⁊ particularis affirmatiōis vim optinerēt: nunqꝫ ariſtoteles diceret has ꝓpōes nō colligere ſyllogiſmū. Sed illud verius eſt: qm̄ ex duabꝰ particularibus nihil in qualibet propoſitionū ꝯplexione colligit̄: ꝙ in his propoſitiōibus: que indefinite ſunt: nihil colligi dixit: q: pticulariū vim ꝓpōes indefinitas arbitratus eſt optinere. Quare multis modis Syriani argumenta frangunt̄. Sed nos expoſitionis curſum ad ſequentia conuertamus.

**Manifeſtū eſt autem quoniā negatio vna vnius affirmatiōis eſt. hoc enī idem oportet negare negationē: ꝙ affirmatio affirmauit: et de eodem vel de aliquo ſingulariū: vel de aliquo vniuerſaliū: vel vniuerſaliter: vel nō vniuerſaliter: dico autē: ut eſt ſocrates albus: non eſt ſocrates albus. Si autē aliud aliqd: vel de alio idē: non oppoſitam: ſed erit ab ea diuerſa. Huic vero que eſt: oīs homo albus eſt: cōtradicit illa que eſt: non omnis hō albus eſt. Illi autē que eſt: aliquis hō albus eſt. illa que eſt. nullus hō albus eſt. Illi autē que eſt: homo albus eſt: illa que eſt: nō eſt homo albus.**

Hinc quoqꝫ apparet affirmationē indefinitā ⁊ indefinitā negatiōem non ſemp̄ vnā in veritate: aliā in falſitate conſiſtere. Vtqꝫ hinc docet̄ indefinitā negatiōem nō idē valere ꝙ vlis negatio pōt: ⁊ eſt alia vniuerſalis: alia indefinita negatio. Nā ſi vnicuiqꝫ affirmatiōi vna negatio videt̄ opponi. Cūqꝫ diuerſe ſint ea affirmatio que dicit ē hō albus ⁊ ea que dicit eſt quidā hō albus: diuerſas quoqꝫ habebūt in negatiōibus enūciatiōes: ⁊ illa que indefinita eſt affirmatio: habebit indefinitā negatiōem: ut ea que dicit eſt homo albus: huic opponit̄ nō eſt homo albus ea vero que dicit eſt quidā hō albus: negatiōem hēbit oppoſitā eā que dicit nullus hō albus ē. Quare ſi pticularis affirmatio definita ⁊ rurſus affirmatio indefinita a ſe ipſe diuerſe ſunt: illō verū eſt oppoſitas quoqꝫ ꝯdictorie negationes habere diſſimiles. quare ea que eſt nullꝰ hō iuſtꝰ ē: diuerſa ē ab ea que dicit hō iuſtꝰ nō eſt. ⁊ hoc nūc Ariſ. exeqt̄. Vult enī vnā ſp̄ negatiōē cōtra vnā affirmatiōem poſſe cōſtitui. ⁊ eius cāꝫ conat̄ oſtēdere: ꝙ oīs negatio eoſdē terminos hꝫ in enūciatiōe: ſed in enūciandi mō diuerſa ē. Nāqꝫ quod ponit affirmatio: id aufert negatio: ⁊ qd̄ illa p̄dicatū ſubiecto iungit: hoc illa diuidit atqꝫ diſiungit. Quare ſi idem ſubiectū idē predicatū in negatione ſit: ꝙ affirmatio ante poſuerat: nō eſt dubiū quin vniꝰ affirmatiōis vna negatio eſſe videat̄. Nā ſi due ſint: aut ſubiectū altera mutatura eſt aut p̄dicatū. Sꝫ quecūqꝫ ſunt huiuſmōi: non ſunt oppoſite. hoc enīꝫ eſt qd̄ ait. Si autē aliud aliqd: vel de alio idē: nō oppoſita. ſed erit ab ea diuerſa. Sēſus. n. hmōi ē. Si negatio aliud aliquid p̄dicando neget: quā in affirmatione fuit: ut ſi ſit affirmatio eſt hō albus: negatio dicat nō eſt hō iuſtus: aliud p̄dicauit in negatiōe quā in affirmatione fuerat cōſtitutū: vel ſi de alio ſubiecto quā in affirmatione fuerat idē qd̄ in affirmatiōe fuerit dixerit p̄dicatū: ut ſi affirmatio ſit eſt hō iuſtus: negō dicat nō eſt leo iuſtꝰ. idē p̄dicatū eſt, ſubiecta ſunt diuerſa. Si ergo vel aliud aliqd p̄dicet in enūciatione ꝓpoſitio: vel de alio ſubiecto p̄dicet idē ꝙ affirmatio añ poſuerat: nō erūt illa affirmatio negatioqꝫ oppoſite. ſed tm̄ a ſe diuerſe. neqꝫ enī ſe perimūt: et hanc rē demōſtratiuā addit ⁊ que eſſet argumentū vniꝰ affirmatiōis p̄ter vnā negationē eē nō poſſe ſiue in ſingularibꝰ: ut in eo ꝙ ipſe dicit exēplo eſt ſocrates albus: non eſt ſocrates albus ſiue in vniuerſalibꝰ vliter p̄dicatis: cū his pticulares in oppoſitiōe cōtradictorie cōſtituunt̄: ut i vniuerſali vlr affirmatiua: oīs hō eſt albus: in vlī pticulariter negatiua p̄dicet̄: nō oīs hō albus ē. Illi vero que eſt i vniuerſali pticulariter affirmatiua: quidā hō albꝰ eſt. opponatur in vlī vlr ꝓpoſitio negatiua: nullꝰ hō albꝰ ē. illi vō que in vlī nō vniuerſaliter affirmatio eſt. eſt hō albꝰ: illa que in vlī nō vniuerſaliter negatiua eſt nō eſt hō albꝰ. ut ꝙ ait vel de aliquo ſingulariū ad hec ptinet exēpla: eſt ſocrates albus. nō eſt ſocrates albꝰ. Quod aūt ſecutꝰ eſt vel de aliquo vniuerſaliū vniuerſaliter ad illa exēpla dictū eſſe videatur que ſunt oīs hō albus ē: nō oīs hō albus ē, aliquis hō albus ē, nullꝰ hō eſt albꝰ. Quod vero addit vel nō vlr. ſ. in vlibus ad illa exēpla retulit que ſunt hō albꝰ ē. hō albꝰ nō eſt.

**Quoniā quidē igit̄ vna affirmatio vni negationi opponit̄ contradictorie: ⁊ que ſunt he dictū eſt. ⁊ qm̄ alie contrarie: ⁊ que ſunt he: dictum eſt: ⁊ qm̄ non oīs vera vel falſa contradictio: ⁊ quare: ⁊ quando vera vel falſa.**

Hinc ergo rurſus oīa breuiſſime repetit dicēs iā ſe dixiſſe qm̄ vni negatiōi vna affirmatio eēt oppoſita. ⁊ hoc nō quōlibꝫ ſꝫ ꝯdictorie in qbꝰ. ſ. verū falſum de diuideretur. Dixiſſe etiā ꝯmēorat que eēnt he: q̄s ꝯdictorias noīaret. dixit āt eē angulares affirmatiuā vlē ⁊ negatiuā pticularē: rurſus affirmatiuā pticlarē: ⁊ negatiuā vlē. Diſſeruit qꝫ inqt qm̄ alie ſunt ꝯrie: alie ꝯdictorie: nō. n. eedē ſunt ꝯrie q̄ ſunt ꝯdictorie. Cōtrarie. n. ſunt vlis affirmatio: vniuerſaliſqꝫ negō. Expoſuit illō qꝫ inquit: qm̄ nō oīs vera vel falſa eſt ꝯdictio, nūc āt ꝯdictiōꝫ nō illā ꝓprie ſꝫ cōiter de eis dixit que ſunt oppoſite ſiue ꝯrio mō ſiue ſubcōtrario he nāqꝫ nō ſp̄ inter ſe verū falſumqꝫ diuidebāt: ut vna ſp̄ eēt vera alia falſa, poterat enī fieri: ut ꝯrie ſimul inuenirēt̄ falſe; ſubcōtrarie ſit̄ vere. De his āt que proprie ꝯdictorie ſunt: ſtqꝫ ⁊ ſe iā expoſuiſſe ꝯmēorat. ⁊ q̄re vna vera altera falſa ē, ⁊ qm̄, idcirco enī vlis affirmatio pticulari negatiōi in cōtradictiōis opponit̄: ꝙ in oībꝰ a ſe ipſe diuerſe ſunt et q̄litate ⁊ q̄ntitate. illa enim eſt affirmatio illa negatio: illa vlis illa pticularis. Id ergo aut vtreqꝫ falſe: aut vtreqꝫ vere inueniri nō pñt. Qm̄ aūt ita fuerit: cōſtat vnā verā eſſe alterā falſam. atqꝫ hoc eſt ꝙ ait ⁊ q̄re ⁊ quādo vera vel falſa dictū eſt. ſ. memoraris quare oppoſitio ⁊ qm̄ ſemp̄ vna ſit vera altera falſa: tunc vtiqꝫ qm̄ angulariter cōſtituūtur idcirco quoniā quātitate a ſe propoſitiōes ex qualitate diuerſe ſunt. Nobis autē dicendū eſt quādo oppoſitiōes cō-



trarie vel ſubcontrarie: aut vtreqꝫ ille ſimul falſe ſint aut vtreqꝫ ille ſimul vere: aut vna falſa alia vera rurſus inueniat̄. In cōtrariis enī ſi ea que nō ſunt naturaliter predicēt̄ vtreqꝫ ſunt falſe: ut albedo quoniā naturaliter hoī nō ineſt: vtreqꝫ falſe ſunt que albedinē predicāt. falſa eſt enīꝫ oīs homo albus eſt. ⁊ falſa eſt nullus hō albus eſt. Sed quādo ille ambe falſe ſunt: vere ſunt ſubcontrarie: ut eſt quidā homo albꝰ eſt: quidā homo albus nō eſt. Quod ſi qd naturale predicet̄ in cōtrariis: affirmatio vera eſt: falſa negatio: ut quoniā naturale eſt homī eſſe aīal: vera eſt ea que dicit oīs homo aīal eſt: falſa que dicit nullus homo aīal ē. Eodē quoqꝫ modo in ſubcōtrariis vera eſt affirmatio: falſa negatio. Sin vero aliquid īpoſſibile predicet̄: falſa ē affirmatio: vera negatio: ut quoniā īpoſſibile eſt hoīem lapidē eſſe. Si dicamꝰ oīs homo lapis eſt. falſum eſt. nullus homo lapis eſt verū eſt. eandē vim quoqꝫ retinet ſubcōtrarii natura affirmatio enī hic falſa eſt: vera negatio.

**Una autē eſt affirmatio ⁊ negatio: que vnū de vno ſignificat: vel cū ſit vniuerſale vniuerſaliter: vel non ſimiliter: ut oīs homo albus ē non omnis homo albus eſt. eſt homo albus: nō eſt homo albus. nullus hō albus eſt: quidā homo albus eſt: ſi albuꝫ vnum ſignificat.**

Ea que ſunt a nobis diligēter ſupius expoſita: nūc ipſe clarius monſtrat. diximus nanqꝫ vnā propoſitiōem eſſe: que vnā quālibet rem ſignificaret ⁊ non plurimas: ita ut nec equiuocū ſubiectū haberet: nec equiuocū predicatum. vna enī propoſitio ſic fit. nūc hoc dicit vna ꝓpoſitio eſt que vnā rem ſignificat. i. que neqꝫ equiuocū hꝫ ſubiectū: neqꝫ predicatū. ſiue autē vniuerſalis ſit affirmatio ſiue vlis negatio ſiue pticularis negatio ſiue pticularis affirmatio ſiue indefinite vtreqꝫ: ſiue contra ſe angulariter ponant̄: vna illa ꝓpoſitio eſt: que vnā rem in affirmatiōe vel negatiōe ſignificat. Sꝫ hic queſtio eſt quēadmodū vlis affirmatio vnā rem ſignificare poſſit: cū vniuerſalitas ipſa non de vno ſed de pluribꝰ predicet̄. Nam cū dico omnis hō albus eſt ſingulos homīes qui plures ſunt ſignificās multa in ipſa affirmatiōis predicatiōe deſigno. Quocirca nulla erit affirmatio vel negatio vniuerſalis: que vnā rem ſignificare poſſit: idcirco ꝙ ipſa vniuerſalitas de pluribꝰ (ut dictuꝫ eſt) indiuiduis predicat̄. Sed ad hoc reſpōdemus cū vniuerſale quidā dicit̄: ad vnā quodāmodo collectionē totiꝰ propoſitiōis ordo ducit̄: ⁊ eius nō ad particularitateꝫ: ſed ad vniuerſalitatē: que eſt vna qualitas applicat̄: ut cum dicimꝰ oīs hō iuſtꝰ eſt: nō tūc ſingulos intelligimꝰ: ſed ad vnā humanitatē quicqd de hoīe dictū eſt dicit̄. Quare ſiue ſit vniuerſalis affirmatio ſiue vniuerſalis negatio: vel in ſingularibꝰ: poteſt fieri ut he vne ſint: ſi vna ſignificatione teneant̄. atqꝫ hoc eſt qd̄ ait propōes quas ſupra poſuit que ſunt oīs hō albus eſt: nō oīs homo albus eſt. hō albus eſt: homo albus nō eſt. nullus hō albus eſt: eſt quidā hō albus: vnas videri ſi albū inquit vnum ſignificat. Si enī albū quod p̄dicat̄ multa ſignificet: vel ſi hō qui ſubiectus eſt: nō vnū: non eſt vna affirmatio: nec vna negatio. Hoc autē in ſequentibꝰ clarius monſtrat dicens.

**Sin vero duobus vnū nomē poſitū ē: ex quibus nō ē vnū: nō ē vna affirmatio: neqꝫ vna negō.**

Senſus hmōi eſt ſi vna res plura ſignificet: ex quibus multis vnū effici nō poſſit: illa affirmatio in qua illō nomē vel predicat̄ vel ſubicit̄: multa ſignificat: ut in eo ꝙ eſt hō ꝙ dicimus hō ſignificat aīal: ſignificat rōnale: ſignificat mortale: ſed ex his que multa ſignificat: vnuꝫ poteſt effici: qd̄ eſt aīal rōnale mortale. Quare hoc nomen hō licet plura ſint que ſignificet: tn̄ qm̄ cōiuncta in vnū quodāmō veniūt corpus: ⁊ vnū quidā ex ſe iuncta perficiūt: cū id dictū ita fuerit quaſi ex his que ſignificet: vnū aliquid fiat: vnū ꝙ tota illa iuncta pficiūt nomē illud ſignificare manifeſtū eſt. atqꝫ hoc eſt qd̄ ait. Sin vero duobꝰ vnū nomē ſit poſitū: ex quibus nō eſt vnū: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Si enī talia quilibꝫ ſermo plura ſignificet: ex quibus iunctis vnū nequeat fieri corpus, nec poſſint ea que ſignificātur. vno illo noīe in vnā ſpeciē ſubſtantie cōuenire: nō eſt illa vna affirmatio. Quale autē nomē ſit ꝙ poſitum vnā affirmationē nō faciat: idcirco ꝙ plura ſignificet: ex quibus vnū fieri nō poſſit exempli ſolertiſſima virtute monſtrauit dicens.

**Ut ſi quis ponat hoc nomen tunica hoī et equo: quoniā tunica eſt alba: hec nō eſt vna affirmatio: nec vna negatio. nihil enim differt hoc ꝙ̄ dicere quoniā ē homo ⁊ equus albus. Hoc autē nihil differt ꝙ̄ dicere eſt homo albus: ⁊ eſt equus albus.**

Si quis ponat hoī ⁊ equo nomē tunica inquit. ⁊ in ꝓpoſitiōe nomē hec ponat̄: illa propō nō vna ſꝫ multiplex eſt. nā ſi verbi gratia tunica hō atqꝫ equꝰ dicat̄: ut cū dicit aliquis tunica aut hoīeꝫ aut equū deſignet. ſi quis dicat in propōe tunica alba eſt: nō eſt vna affirmatio. ꝙ enī dicit tunica alba eſt: hmōi eſt: q̄ſi dicat hō ⁊ equus albus eſt. tunica enī hoīem atqꝫ equū ſignificatiōe monſtrauit. Quod vero dicit hō ⁊ equus albus eſt nihil differt: tanqꝫ ſi dicat equꝰ albus eſt ⁊ hō albus eſt. ſed he due ſunt propōes ⁊ non ſimiles. i his enī ſubiecta diuerſa ſunt. Quocirca ſi he due affirmatiōes ſunt: duplex quoqꝫ illa eſt affirmatio que dicit hō atqꝫ equus albus eſt. Quod ſi hec rurſus eſt duplex: qm̄ hoīem atqꝫ equū tunicā ſignificare poſitū eſt: cum dicimus tunica alba eſt nō vnū ſed plura ſignificat. Quocirca ſi ea affirmatio que multa deſignat: nō eſt vna: hec quoqꝫ affirmatio vna non erit. cuius aut predicatio equiuoca fuerit aut ſubiectū. atqꝫ hoc eſt quod ait.

**Si ergo he multa ſignificāt: et ſunt plures. manifeſtū eſt. quoniā ⁊ prima multa vel nihil ſignificat. neqꝫ enī aliquis eſt hō equus. quare nec in his neceſſe eſt hanc quidē contradictionē verā eſſe: illā vero falſam. In his ergo et que ſunt et que facta ſunt. neceſſe eſt affirmationē vel negationē veram vel falſam eſſe: in vniuerſalibus quidē vniuerſaliter ſemp̄ hanc quidē veram: illam vero falſam eſſe: et in his que ſunt ſingularia: quēadmodū dictum eſt. in his vero que in vniuerſalibus nō vliter dicunt̄: nō eſt neceſſe. dictū eſt autē ⁊ de his.**

Quod ſi inquit eſt equus albus ⁊ eſt hō albꝰ multa ſignificant. illa qꝫ p̄ia propō que eſt tunica alba ē: vū he fuerūt: multa ſignificat: aut ſi quis dicat nō eā multa ſignificare: ꝯcedit profecto nihil oīno propōis ipſius ſignificatione mōſtrari. Tūc enī multa vnū nomē ſignificās in vnā ſignificatiōem poterat ꝯuenire: quotiē[s] ex his que ſignificat: vna poſſet cōiungi cōſtituiqꝫ ſubſtātia: ut in eo ꝙ ſup̄ poſui: cū hō aīal rōnale ⁊ mortale ſignificet: que in vnum pñt cōiūcta cōgruere. Nūc āt ſi tunica hoīeꝫ equūqꝫ ſignificet multa deſignat: ſꝫ ea ipſa in vnū corpus nō veniunt. neqꝫ enī fieri pt̄: ut aliqs hō equus ſit. quare aut multa ſignificat ꝙ verū eſt: aut ſi contēdat nō eā multa ſignificare: ſꝫ quidā ex his que ſignificat iunctū. qm̄ nihil eſt ꝙ ex equo ⁊ hoīe ꝯiūgat̄: nihil oīno ſignificat. hoc. n. eſt qd̄ dixit neqꝫ enī eſt aliqs hōequus. ⁊ hoc qdē ſub vno accētu legēdū ē: nō diſcrete ꝓnūciandū hō ⁊ rurſus equꝰ: ſꝫ hōequꝰ: ut ex his iūctis nihil appareat oīno poſſe cōſtitui. cur āt hoc dixit: ſeqns mōſtrat ordō. Si. n. ita faciēda propō eſt ut ꝯ affirmatiōꝫ hmōi opponat̄ negatio: que in oppōe verū falſumqꝫ diuidat: ut vna vera altera falſa ſit: vnā oportꝫ eſſe affirmatiōem ⁊ vnam negationem. qd̄ ꝯtingit ſi neqꝫ ſubiectum neqꝫ predicatū multa ſignificet. ꝙ ſi plura deſignet ⁊ equiuocum ſit: non erit in huiuſmodi propoſitionibus

vna ſemp vera altera falſa. Herminius vero ſic ſentit. Nõ
ait Ariſtoteles. Sin vero duobus vnū nomē eſt poſitū:
ex quibus nõ eſt vnū: nõ eſt vna affirmatio nec vna nega
tio. ut in eo inquit ꝙ eſt homo greſſibilis eſt. quoniā ꝙ di
cimus greſſibile poteſt ex bipes eſſe ⁊ quadrupes ⁊ multi
plex animal demonſtrari. Ex his inquit oībus vnum fit
quod eſt pedes habens. Iſta inquit huiuſmõi affirmatio
nõ multa ſignificat. ſed ſententiā ariſtotelis omnino non
ſequit̃. neqꝫ eni ex his oībus vnū fit: nec quadrupes bi
pes ⁊ multipes pedes habere faciūt. hic eni numerus pe
dū eſt: non pedū cõſtitutio. quare Herminius ꝑmitten
dus eſt. Huic autē expoſitioni quā ſupꝛa diſſerui Aſpaſiꝰ
⁊ Poꝛphyrius ⁊ Alexander in his quos in hunc libꝛū
edidere cõmentarijs cõſenſere. ſed ne diutius nobis Ari
ſtotelis exemplū caliginis obſcuritatē ſerat: hoc in aliquo
noto exemplo vocabuloꝝ videndū eſt. Cum eni dicimꝰ
Aiax ſe peremit: ⁊ Telamonis aiacem filiū ⁊ Oileū demõ
ſtrat: ex quibꝰ duobꝰ vnū fieri aliquid nõ poteſt ex duobꝰ
eni individuis nihil omnino iūgitur. Quare huiuſmodi
pꝛopoſitio multa ſignificat. ſed hec hactenus. nūc autē de
terminat hec que de pꝛopoſitiõibꝰ ſupꝛa iā dixerat: non de
omni tpe: ſed de ſolis tantū pꝛeterito ⁊ pn̄ti: quēadmo
dū ſe in veritate ⁊ falſitate habent diſſeruiſſe. In futuris ve
ro nõ idem eſt: quale de pn̄ti ⁊ p̄terito in pꝛopoſitiõe iudi
ciū: idcirco quia iam vel cõtingit: vel cū eſt: definita veri
tas ⁊ falſitas in pꝛopoſitiõibus inuenit̃: ut cum dico bꝛu
tus cõſulatum pꝛimꝰ inſtituit ſub rege tarquinio: dicat ali
us bꝛutus cõſulatū non pꝛimꝰ inſtituit ſub rege tarqui
nio. Hic vna vera altera falſa ē. etiā affirmatio definite ve
ra eſt. definite falſa negatio. Rurſus in pꝛeſenti cū dici
mꝰ vernū tempꝰ eſt: vernū tempꝰ nõ eſt: ſi hoc verno tpe di
ctū ſit: affirmatio vera eſt ⁊ definite vera: negatio falſa ⁊ de
finite falſa eſt. Nõ ſi haud verno tempoꝛe dictū ſit: definite
falſa affirmatio: ⁊ definite eſt vera negatio. idcirco ꝙ ſiue
in pꝛeſenti ſiue in pꝛeterito veritas affirmationis negatio
nis ve iam cõtingit. in futuro vero nõ eodē modo ſeſe hꝫ:
ut cū dicimus: franci gothos ſupabunt: ſi quis negat fran
ci gothos non ſuperabūt: vna quidē vera eſt: altera falſa.
Sꝫ que vera que falſa ſit: nullus ante exitū agnoſcit: atqꝫ
hoc eſt quod ait. in his ergo que ſunt ⁊ que facta ſunt. ne
ceſſe eſt affirmatiõem vel negationē verā vel falſam eē: in
vniuerſalibꝰ quidē vniuerſaliter ſemp hanc quidē veraꝫ:
illam vero falſam. Et in his que ſunt ſingularia: ut dictū
eſt: ut nõ modo vna ſemp vera ſit altera falſa in tota contra
dictiõe. Sed illud quoqꝫ habeat: ut in vna qualibet defi
nite veritas aut falſitas reperiat̃ ita ut in his ſingularibꝰ
veritas ⁊ falſitas in pꝛopoſitionibꝰ diuidat̃: in vniuerſa
libus autē ſi his particularitates opponātur (quēadmo
dum dictū eſt) vnā neceſſe eſt veram eſſe alterā falſaꝫ. Sꝫ
definita pꝛopoſitionū veritate vel falſitate ſicut ſupꝛa diſ
ſerui. Quare in ſequētibꝰ quedā de futuris tractāda ſunt:
⁊ quoniā maius opus eſt quā hic bꝛeuiter dici poſſe vide
rimus: ⁊ nos ſcđi voluminis ſeriē longius extraximꝰ.
hoc loco faſtidioſam longitudinē terminemus.

Incipit cõmentarioꝛū liber tertius.

Et que huius libꝛi ſeries cõtinebit: expo
nere altioꝛis pene tractatus eſt: quam ut
in logica diſciplina cõueniat diſputari. ſꝫ
quoniā (ut ſepe dictū eſt) oꝛatiõibꝰ ſenſa
pꝛoferunt̃: quibꝰ ſubiectas eſſe res mani
feſtū eſt: nõ eſt dubiū quin qđ in rebꝰ ſit.
id ſepe trāſferat̃ ad voces. quare mihi recte cõſiliū fuit ſub
tiliſſimas Ariſtote. ſententias gemino oꝛdine cõmentatio
nis aperire. nunquid pꝛioꝛ tenet editio: ingredientibus ad
hec altioꝛa ⁊ ſubtilioꝛa quandā quodāmodo facilioꝛē ſemi
tam parat. Nõ autē ſecūda editio in patefaciēdis ſubtili
hꝰ ſententijs elaboꝛat. Hoc ſtudio doctrinaqꝫ ꝑuectis legē
dū diſcēdūqꝫ pꝛoponit̃. quare pꝛiꝰ quedā pauca dicenda

ſunt: quatenus ea de quibꝰ poſtea tractaturi ſumꝰ. hec ipſa
legētibus nõ videant̃ ignota. Categoꝛicas pꝛopoſitiones
greci vocant: que ſine aliqua cõditione pꝛopoſitiõis ꝓmūt
tur: ut eſt dies eſt. ſol eſt. homo eſt. ſol calet ⁊c. que ſine ali
cuius conditiõis nodo atqꝫ ligamine pꝛoponunt̃. Sunt
autē conditionales pꝛopoſitiões huiuſmõi. ſi dies eſt lux
eſt: quas greci hypotheticas vocant. Conditionales autē
dicunt̃: qꝛ talis quedā pꝛoponit̃ cõditio: ut dicat̃ ſi hoc eſt
illud eſt. ⁊ illas quidē quas cathegoꝛicas greci nominãt.
latine p̄dicatiuas dicere poſſumꝰ. Nam ſi cathegoꝛia pꝛe
dicamentū eſt: quare nõ quoqꝫ categoꝛice pꝛopoſitiões pꝛe
dicatiue dicant̃? Harum autē quedā ſunt: que cū ſempi
terna ſignificent: ſicut he res quas ſignificāt ſemp ſunt: et
nunqꝫ a pꝛopꝛia natura diſcedūt: ita quoqꝫ ipe pꝛopoſitio
nes imutabili ſignificatione ſunt: ut ſi quis dicat deus eſt
deus imoꝛtalis eſt. he nanqꝫ pꝛopoſitiões ſicut de imoꝛta
libus dicunt̃: ita quoqꝫ ſempiternā habent ⁊ neceſſariam
ſignificationē: neqꝫ hoc in vnius tpis natura pſpicit̃. ſed
in omniū. Nam cū dicimꝰ deus imoꝛtalis eſt: vel immoꝛ
talis fuit: vel imoꝛtalis erit: a pꝛopꝛia ſignificatiõis neceſ
ſitate nõ diſcrepant. neceſſarias autē pꝛopoſitiões vocamꝰ
in quibꝰ id quod dicit̃. aut fuiſſe: aut eſſe: aut certe neceſſe ē
euenire. ⁊ hec quidē que ſempiterna ſignificāt: ſempiterne
neceſſitatis ſunt. Nam etiā ſi in his nõ ſit manifeſta veri
tatis natura: nihil tamen pꝛohibet fixā eſſe neceſſitatis in
natura conſtantiā: ut ſi nobis ignotum eſt: vtrū paria ſint
aſtra an imparia: nõ tamē idcirco poterit euenire: ut nec pa
ria nec imparia videant̃: ſed ſine vlla dubitatiõe aut paria
ſunt aut imparia. Omnis eni multitudo hoꝝ alteꝝ reti
net in natura. Quocirca ⁊ in his ſi quis dicat aſtra paria
ſunt: aliuſqꝫ reſpõdeat aſtra paria nõ ſunt. vel ſi quis di
cat aſtra imparia ſunt: aliuſqꝫ reſpondeat aſtra īparia non
ſunt: vnus hoꝝ veꝝ ex neceſſitate pꝛoponit. ⁊ qꝫqꝫ id ꝙ
quilibet hoꝝū veꝝ dixerit: nobis ignotū eſt: neceſſe eſt ta
men imutabiliter eſſe quod dicat̃: atqꝫ he quidē ſunt imu
tabiliter neceſſarie pꝛopoſitiões. Alie vero ſunt que non
ſempiterna ſignificantes ſunt tamē ⁊ ipſe neceſſarie: quo
uſqꝫ illa ſubiecta ſunt. de quibꝰ ꝓpoſitio aliquid affirmat
aut negat: ut cū dico homo moꝛtalis eſt. qꝫdiu homo eſt tā
diu hominē eſſe moꝛtalē neceſſe eſt. nā ſi quis dicat ignis
calidus eſt: quādiu eſt ignis tamdiu ex neceſſitate vera eſt
pꝛopoſitio. Alie vero ſunt que a natura neceſſitatis rece
dunt: ⁊ quedā tantū cõtingentia ſignificant. ſed hec aut eq
liter ſe ad affirmatiõem negationemqꝫ habentia ſunt: aut
ad vnū vergētia frequētiꝰ. equaliter ſe quidē hn̄t: ut ſi qs
dicat me hodie eē lauādū hodie me n̄ eē lauādū. Nihil. n.
negõ vel affirmatio fiet magis. vtreqꝫ. n. eq̄liter neceſſarie
nõ ſunt. Ille vero que plus ad alterā partē vergunt: hu
iuſmodi ſunt: ut ſi quis dicat hominē in ſenectute caneſce
re: hominē in ſenectute nõ caneſcere: fit quidē frequētius:
ut caneſcat: nõ tamē interclusum eſt: ut nõ caneſcat. Pꝛe
dicatiuaꝝ autē pꝛopoſitionū natura ex reꝝ veritate ⁊ falſi
tate colligit̃. Quēadmodū ſe ſe res habent: ita ſe ſe pꝛopo
ſitiones habebūt que res ſignificant. Nā ſi in ſe res vllam
retinent neceſſitatē: pꝛopoſitiões quoqꝫ neceſſarie ſunt. ſin
vero tantū ineſſe ſignificent: ut ſi quis dicat homo ambu
lat: homini ineſſe ambulationē monſtrauit: pꝛeter aliquā
neceſſitatē ſunt tantū ineſſe ſignificantes omni vacue ne
ceſſitate. Nõ ſi res īpoſſibiles ſunt: pꝛopoſitiões que illas
res demonſtrāt: impoſſibiles nominant̃. ſi vero res cõtin
genter ſunt veniētes atqꝫ abeūtes: que illas pꝛodūt: con
tingētes pꝛopoſitiões nūcupant̃. Quoniā autē tempoꝛū
alia ſunt futura: alia pꝛeſentia: alia vero p̄terita: res qꝫ ſub
iecte tempoꝛibus: his quoqꝫ tempoꝝ diuerſitatibus varie
ſunt. alie eni pꝛeſentis tpis ſunt: alie futuri: alie pꝛeteriti
Eodē quoqꝫ modo pꝛopoſitiões alie pꝛeteriti tpis ſignifi
cationē tenēt: ut cū dico greci troiā euertere: alie pꝛeſentis
ut francoꝛū gothoꝛūqꝫ pugna cõmittit̃: alie futuri: ut ꝑſe
⁊ greci bello moꝛituri ſunt. ⁊ de pꝛeteritis quidē ex de pꝛe
ſentibus: ut res ipſe ſtabiles ſunt ⁊ definite: ſic ⁊ ꝓpões.



Nam quod factū eſt: non eſt nõ factū: ⁊ quod eſt nõ factū
nondū factū eſt. idcirco de eo ꝙ factuꝫ eſt. veꝝ eſt dicere de
finite quoniā factū eſt. ⁊ falſum eſt dicere quoniā factū nõ
eſt. rurſus de eo ꝙ factū non eſt verū eſt dicere quoniā fa
ctū non eſt: falſum eſt quoniā factū eſt. ⁊ de pꝛeſenti quoqꝫ
ꝙ fit definitā habet naturā in eo ꝙ fit. definitaꝫ quoqꝫ in
pꝛopoſitionibꝰ veritatē falſitatēqꝫ habere neceſſe eſt. Naꝫ
ꝙ fit definite veꝝ eſt dicere quoniā fit: falſum quoniā nõ
fit. Nõ non fit veꝝ eſt dicere nõ fieri: fieri autē falſum. De
definitione ergo pꝛopoſitionū p̄teriti vel pn̄tis ſupꝛa iaꝫ
dictū eſt. Nunc vero ad illarū pꝛopoſitionū veritatē falſita
temqꝫ diſputatiõis oꝛdinē ꝯuertit: que in futuro dicunt̃:
queqꝫ ſunt cõtingentia. ſolet autē futura vocare: que eadē
cõtingentia dicere cõſueuit. Contingēs autē ſm̄ Ariſtote
licam ſententiā eſt: qđcunqꝫ aut caſus fert aut ex libero cu
iuſlibet arbitrio ⁊ pꝛopꝛia volūtate venit aut facilitate na
ture in vtrāqꝫ p̄tem redire poſſibile eſt: ut fiat. ſ. ⁊ non fi
at. hec ergo in pꝛeterito quidē ⁊ pꝛeſenti definitū ⁊ cõſti
tutū habent euentū: que eni euenerūt nõ eueniſſe non poſ
ſunt. ⁊ que nūc fiunt ut nūc non fiant cū fiunt fieri nõ po
teſt. in his autē que in futuro ſunt ⁊ cõtingentia ſunt ⁊ fie
ri poteſt aliquid ⁊ non fieri. Sed quoniā tres modos ſu
pꝛa poſuimus contingētis: de quibꝰ melius in phyſicis
tractauimus: ſinguloꝛū ſubdamus exempla. Si heſterno
die egreſſus domo inueni amicū: quem in animo habebaꝫ
querere nõ tamen tūc querebā: ut nõ inuenirē quem inue
ni anteqꝫ inuenirē fieri poterat. Cum autem inueni vel
poſtqꝫ inueni: ut nõ inueniſſem: fieri nõ poterat. Rurſus
ſi ipſe ſponte pꝛeterita nocte pꝛofectus ſum in agrū: anteqꝫ
hoc fieret ut non pꝛoficiſcerer fieri poterat. poſtqꝫ pꝛofectꝰ
ſum vel cū pꝛofectus ſum: ut nõ hoc fieret quod fiebat: aut
non factū eſſet qđ erat factuꝫ: fieri non valebat. Amplius
poſſibile eſt ſcindi hanc quā veſtioꝛ tunicā. ſi heſterno die
ſciſſa eſt cum ſcindebat̃ aut poſtqꝫ exciſa eſt. ut non ſcinde
ret̃ aut non eſſet ſciſſa fieri nequibat. ante vero qꝫ ſcindere
tur fieri poterat ut nõ ſcinderet̃. ꝑſpicuū ergo eſt in pꝛeſen
tibus p̄teritis earundē reꝝ que ſunt cõtingentes: defini
tum cõſtitutūqꝫ eſſe euentū. In futuris autē vnū quodli
bet duoꝛum fieri poſſe: vnum vo definitū non eſſe: ſed in
vtraqꝫ p̄te vergere: ⁊ aut hoc quidē aut illud ex neceſſita
te euenire: ut autem hoc quodlibet definite vel quodlibet
aliud definite fieri non poſſe. que eni contingētia ſunt: in
vtraqꝫ parte contingūt. ꝙ autem dico tale eſt. egrediente
me hodie domo amicū inuenire aut nõ inuenire neceſſe eſt
In omnibꝰ eni aut affirmatio eſt aut negatio: ſed inuenire
ſine dubio definite aut certe ſi hoc non eſt: rurſus definite
nõ inuenire nõ eſt neceſſe quemadmodū heſterno die quo
amicū egrediens domo inueni definitū eſt: definitū eſt au
tem ꝙ nõ eſt veꝝ me non inueniſſe. Non eodem modo in
his que ſunt cõtingentia ⁊ futura: ſed tantū aut hoc quidē
aut illđ eſt: ⁊ hoc ex neceſſitate. Nõ autē vna res vel quili
bet vnꝰ euentus definitus ⁊ iā quaſi certus ſit: in futuris
fieri non poteſt. ⁊ in hac re diſſimiles ſunt pꝛopoſitiones
contingētium ⁊ futuroꝛū his que ſunt pꝛeteritoꝛum vel p̄
ſentium. nam cum ſimiles ſint in eo ꝙ in his aut affirma
tio eſt aut negatio: ſicut etiam in his que ſunt pꝛeterita vel
pꝛeſentia: in illo diuerſe ſunt ꝙ in his quidem. id eſt pꝛe
teritis ⁊ pꝛeſentibus rerum diffinitus euentus eſt. In fu
turis vero ⁊ contingentibus indefinitus eſt ⁊ incertus.
Videntur tamen quedam pꝛeſentia vel pꝛeterita incerta ⁊
indefinita ſed ſolum nobis ignoꝛantibus non nature. nā
licet ignoꝛemus nos vtrum aſtra paria ſint an imparia.
vnum tamen quodlibet definite in natura ſtellarum ma
nifeſtum eſt eſſe. ⁊ hoc nobis quideꝫ ignotum eſt: nature ve
ro noꝛiſſimū. Sed non ita hodie me viſurum eſſe amicuꝫ
aut non viſuruꝫ. nobis quidē quid eueniat ignotū eſt: no
tum vero nature: nõ eni hoc naturaliter. ſꝫ caſu euenit. qre
huiuſmodi pꝛopoſitiones nõ modo ad noſtram: ſed ad na
ture ipſius noticiā ſcđm incertum euentū ⁊ inconſtantem
veritatē atqꝫ mendaciū deriuabunt̃: talis enim eſt cõtin

gentis natura: ut uel in vtraqꝫ parte equaliter ſeſe habeat
ut hodie me eſſe lauandū uel hodie me non eſſe lauandum
uel in vna plus: minus in altera: ut homineꝫ caneſcere in
ſenectute: uel hominē nõ caneſcere in ſenectute. illud enim
plus fit: illud minus. Sed nihil pꝛohibet id ꝙ rarius fit:
tamen fieri. de his ergo ariſtotelica ſubtilitas diſputatura
pꝛimū a ſingularibꝰ inchoās ad vniuerſalia tractatui viā
pandit. duobus enim modis contradictiones fiebant aut
in ſingularibꝰ aut in vniuerſalibꝰ vniuerſaliter pꝛedicat̃
⁊ his oppoſitis. ingredit̃ aūt ex his tribus que ſupꝛa iam
dicta ſunt ex caſu: ex libero arbitrio: ex poſſibilitate: que oīa
vno nomine vtrūlibet vocauit fingens. ſ. nomen ad hoc:
ꝙ nõ vnius ⁊ certi euentus ſunt iſta: ſꝫ vtrumlibet: ⁊ quo
modo cõtingit ea fieri uel nõ fieri. hoc aūt monſtratiuū eſt
nature inſtabilis ⁊ ad vtrāqꝫ partem ſine vllius rei oblu
ctatione vergētis. Nõ aūt opoꝛtet arbitrare illa eſſe vtrū
libet ⁊ contingentiū nature: quecūqꝫ nobis ignota ſunt.
neqꝫ enim ſi nobis ignotū eſt a perſis ad grecos miſſos le
gatos: idcirco miſſos eſſe incerti euentus eſt. Nec ſi letale
ſignum in egrotantis facie medicina depꝛehēdit: ut aliud
eſſe nõ poſſit: niſi ille moꝛiat̃: nobis autē ignotū ſit ꝓpter
artis imperitiā: idcirco illum egrum eſſe moꝛiturū vtrūli
bet ⁊ cõtingentis nature eſſe iudicandū eſt: ſed illa ſola ta
lia ſine dubio eē putāda ſunt quecūqꝫ idcirco nobis igno
ta ſunt: ꝙ ꝑ pꝛopꝛiā naturā qualem habeāt euentum ſciri
non poſſunt: idcirco quoniā pꝛopꝛia inſtabilitate nature
ad vtraqꝫ vergunt̃. i. ad affirmationis ⁊ negationis euē
tum pꝛopꝛia inſtabilitate atqꝫ incõſtantia ꝑmutant̃. Eſt
autem inter philoſophos diſputatio rerū que fiunt cauſis:
neceſſitate ne omnia fiant: an quedā caſu. ⁊ in hoc Epicu
reis ⁊ Stoicis ⁊ Peripateticis noſtris magna contentio
eſt: quoꝛū pauliſper ſententias explicemus. Peripatetici
enim: quoꝛum Ariſtoteles pꝛinceps eſt: ⁊ caſuꝫ ⁊ liberi ar
bitriū iudicij ⁊ neceſſitatē in rebus que fiunt: queqꝫ agit̃
tū grauiſſima auctoꝛitate tū apertiſſima ratione cõfirmant
Et caſum quidē eſſe in phyſicis pꝛobāt: quotiens aliquid
agitur ⁊ non id euenit: pꝛopter quod illa res cepta eſt: que
agebat̃: id quod euenit ex caſu eueniſſe putandū eſt: ut ca
ſus quidē non ſine aliqua actione fit: quotiens aūt aliud
quidam euenit ꝑ actionē que gerit̃: quaꝫ ſperat̃: illud eue
niſſe caſu peripatetica pꝛobat auctoꝛitas. Si quis eni ter
ram fodiens vel ſcrobem demittens agri cultus cauſa the
ſaurum reperiat: caſu ille theſaurus inuentus eſt nõ ſine
aliqua quidem actione. terra enim foſſa eſt atꝫ theſaurus
inuentus. Sed nõ illa erat agentis intentio: ut theſaurꝰ
inueniret̃. Ergo aliquid agenti homini ꝓpter aliud tamē
agenti res diuerſa ſucceſſit. Hoc igit̃ ex caſu euenire dicit̃:
quodcūqꝫ ꝑ quālibet actionem euenit non ꝓpter eam rem
ceptam que aliquid agenti ſucceſſerit. ⁊ hoc qđ in ipſo reꝝ
natura eſt: ut non hoc ex noſtra cõſtaret ignoꝛantia: ut non
idcirco quedā eſſe caſu viderent̃: ꝙ nobis ignota eſſent: ſꝫ
potius idcirco a nobis ignoꝛent̃: ꝙ hec in natura q̄cunqꝫ
caſu fiunt nullam neceſſitatis cõſtantiam aut pꝛouidētiā
modo tenerent. Stoici quidē omnia ex neceſſitate ⁊ pꝛoui
dentiā fieri putantes: id quod ex caſu fit: non ſcđm ipſiꝰ na
turam foꝛtune: ſed ſcđm nr̄am ignoꝛantiā mentiūt̃: id eni
caſu fieri putant: quod cū neceſſitate fit: tamen ab hoībus
ignoꝛet̃. Et de libero quidē arbitrio eadem nobis pene il
liſqꝫ cõtentio eſt. Nos enim liberū arbitriū ponimꝰ nul
lo extrinſecus cogente in id quod nobis faciendū uel nõ fa
ciendum iudicantibꝰ ꝑpendentibuſqꝫ videat̃: ad quā rem
pꝛeſumpta pꝛius cogitatione ꝑficiendā ⁊ agendā venimꝰ:
ut id quod fit: ex nobis ⁊ ex nr̄o pꝛincipiuꝫ iudicio ſumat
nullo extrinſecus aut violenter cogente: aut violēter im
pediente. Stoici autem omnia neceſſitatibus dantes cõ
uerſo quodam oꝛdine liberum volūtatis arbitrium cuſto
dire conant̃. dicūt enim naturaliter quidem animā habere
quandā voluntatē: ad quā pꝛopꝛia natura ipſius volun
tatis impellit̃. ⁊ ſicut in coꝛpoꝛibꝰ inanimatis quedā na
turaliter grauia ferūtur ad terrā: leuia ſurſuꝫ meant. ⁊ hec

natura fieri nullus dubitat: ita quoqꝫ in nobis ⁊ in ceteris animalib⁹ voluntatē quidem naturalē eſſe cunctis: ⁊ quicquid fit a nobis: ſcōm volūtatē que naturalis nobis eſt putant fieri. illud tamē addunt ꝙ ea volum⁹: que prouidentie illius neceſſitas imperauit: ut ſit quidem nobis volūtas cōceſſa naturaliter: ⁊ id quod facim⁹ voluntate facimus: que. ſ. in nobis eſt: ipſam tamē voluntatē illi⁹ prouidentie neceſſitate cōſtringi. Ita fieri quidē omnia ex neceſſitate: ꝙ volūtas ipſa naturalis neceſſitatem ſequat̄ fieri etiā ꝙ facimus ex nobis: ꝙ ipſa voluntas ex nobis eſt: ⁊ ſcōm animalis naturā. Nos autē liberum voluntatis arbitrium non id dicim⁹: ꝙ quiſqꝫ voluerit: ſed ꝙ quiſqꝫ iudicio ⁊ examinatiōe collegit. Alioquin muta quoqꝫ animalia habebūt liberū voluntatis arbitrium. Illa enī videmus ſponte quedam refugere: quibuſdā ſponte concurrere. Qđ ſi velle aliquid uel nolle recte liberi arbitrij vocabulo teneret̄: non ſolum hoc eſſet hominū: ſed ceterorū qꝫ animaliū: quib⁹ hanc liberi arbitrij poteſtatē abeſſe quis dubitet: ſed eſt liberum arbitrium: ꝙ ipſa quoqꝫ vocabula produnt: liberum nobis de voluntate iudiciū. Quotienſcunqꝫ enim imaginationes quedā cōcurrunt animo ⁊ voluntatē irritant: eas ratio perpendit ⁊ de his iudicat: ⁊ qđ ei melius videtur cum arbitrio perpenderit ⁊ iudicatione collegerit facit: atqꝫ ideo quedam dulcia ⁊ ſpeciē vtilitatis monſtrantia ſpernimus: quedam amara licet volētes fortiter ſuſtinemus: ideo non in voluntate: ſed in iudicatione voluntatis liberum conſtat arbitriū: ⁊ nō in imaginatione: ſed in ipſius imaginationis perpenſione conſiſtit: atqꝫ ideo quarundā actionū nos ipſi principia nō ſequaces ſumus. hoc eſt enim vti ratione vti iudicatione. Omne enī cōmune nobis eſt cū ceteris animantib⁹: ſola ratione diſiūgimur. Quod ſi ſola etiā iudicatiōe inter nos ⁊ cetera animalia eſt diſtantia: cur dubitemus ratione vti hoc eſſe qđ vti iudicatione: Quā ſi quis ex rebus tollat: rōnē hoīs ſuſtulit: hominis rōne ſublata nec ipſa quoqꝫ humanitas permanebit. Melius igit̄ Peripatetici noſtri ⁊ caſum in rebus ipſis fortuitum dantes ⁊ preter vllam neceſſitatem ⁊ liberum quoqꝫ arbitriū neqꝫ in neceſſitate neqꝫ in eo ꝙ ex neceſſitate quidem non eſt: non tamē in nobis eſt: ut caſus: ſed in electione iudicationis ⁊ in voluntatis examinatione poſuere. In eo autem ꝙ poſſibile eſſe dicit̄ eſt quedā inter Peripateticos ⁊ Stoicos diſſenſio: quā hoc modo paucis abſoluimus. Illi enī diffiniūt poſſibile eſſe ꝙ poſſit fieri: ⁊ ꝙ fieri non prohibet̄ ut non ſit: hoc ad noſtrā poſſibilitatem. ſcilicet referentes: ut ꝙ nos poſſumus id poſſibile dicerent: Quod vero nobis impoſſibile eſſet: id poſſibile negarent. Peripatetici autem non in nobis hoc: ſed in ipſa natura poſuere: ut quedam ita poſſibilia eſſent fieri: ut eſſent poſſibilia non fieri: ut hunc calamū frangi quidem poſſibile eſt ⁊ etiam non frangi. ⁊ hoc non ad noſtram poſſibilitatem referunt: ſed ad ipſius rei naturā. Cui ſententie cōtraria eſt illa que dicit omnia fato fieri: cui⁹ Stoici auctores ſunt. quid enim fato fit: ex principalibus cauſis euenit. Sed ſi ita eſt: hoc quod nō fiat nō poteſt permutari. Nos autem dicimus ita quedam eſſe poſſibilia fieri: ut eadem ſint poſſibilia nō fieri: hoc nec ex neceſſitate uel ex poſſibilitate noſtra metientes. His ergo expeditis illud addere ſufficiat hoc Ariſtoteli fixum in ſententia ⁊ diſciplina retinenti facile fuiſſe contingentium propoſitionū modum de futuris oſtendere. id eſt equaliter ſe habere in affirmatione ⁊ negatione: ⁊ in vtraqꝫ parte facere: atqꝫ ideo determinatā euentus conſtantiam nō habere: ꝙ niſi ita eſſet omnia ex neceſſitate fieri crederent̄: quod melius liquebit cum ad ipſa Ariſtotelis verba venerimus. Non autē incōmode neqꝫ incongrue Ariſtoteles de rebus altioribus ⁊ fortaſſe non pertinentibus ad artem logicam diſputationem tranſtulit: cum de propoſitionib⁹ loqueret̄. Neqꝫ enī eſſet firmam rectitudinem ⁊ ſignificantiam propoſitionū conſtituere niſi hanc ex rebus ita eſſe probauiſſet. Predicatiue enim ꝓpoſitiones (vt dictū eſt) nō in ſermonibus neqꝫ in cōplexione predicationū: ſed in rerū ſignificatione cōſiſtūt. Quare omnib⁹ que predicēda erant explicitis ad ipſius Ariſtotelis ſententias aperiēdas enodandaſqꝫ ꝑueniamus. Categoricas ꝓpoſitiones que predicatiue latine poſſunt nominari (vt ſupra iā diximus) ex rebus quas ipſe ꝓpoſitiones ſignificāt integra ratiocinādi norma diiudicat. Ille namqꝫ quas hypotheticas uel conditionales vocamus: ex ipſa conditione viam propriā trahunt nō ex his que ſignificāt. Cū enim dico ſi homo eſt animal eſt ⁊ ſi lapis eſt aial nō eſt: illud eſt cōſequens illud repugnans. quare ex repugnantia ⁊ ꝯſequētia ꝓpoſitionū tota in propoſitione vis vertit̄: vnde fit ut non ſignificatio ſed conditio poſita hypotheticarū enūciationū vim naturāqꝫ cōſtituat. predicatiue vero ꝓpoſitiones (ut dictum eſt) ex rebus principaliter ſubſtantiā ſumunt: atqꝫ ideo quoniam quedam res ſunt preſentis temporis quedam preteriti: ſicut euentus ipſarum rerū preſentis temporis uel preteriti certus eſt: ita quoqꝫ predicatiuarū propoſitionū de preteritis ⁊ de preſentib⁹ certa veritas falſitaſqꝫ eſt. Erat aūt contradictionis modus duplex: aut enim vniuerſales particularibus angulariter opponebant̄: aut ſingularis ſignificatio affirmatiua ſingularem negationē cōtradictoria oppoſitione perimerat. Et in his vna vera ſemper altera falſa reperiebat̄. In his autem que eſſent indefinite non neceſſe erat vnam veram eſſe alterā falſam. ſed in his in qb⁹ veritas ⁊ falſitas diuidebat̄: in his nō ſolū vna vera ſemper eſt altera falſa in preterito. ſcilicet et in preſenti. Sed etiam vna certā ⁊ definitā veritatem retinet: certā ⁊ definitam altera falſitatē. In his aūt que ſunt in futuro ſi neceſſarie quidē propoſitiones ſunt: licet ſcōm temp⁹ futurū dicant̄: neceſſe eſt tamē nō modo vnā veram eſſe alterā falſam: ſed etiam vnā definite veram alterā falſam definite: ut cum dico ſol hoc anno verno tēpore in arietem venturus eſt. Si hoc alius neget nō ſolū vna vera eſt altera falſa: ſed etiā in hoc vera eſt affirmatio definite falſa negatio ſꝫ Ariſtoteles nō ſolet illa futura vocare que ſunt neceſſaria: ſed potius que ſunt cōtingentia. Contingentia autē ſunt (vt ſupra diximus) quecūqꝫ uel adeſſe uel nō adeſſe equaliter ſeſe habēt: ⁊ ſicut ipſa indefinitum habēt ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe: ita quoqꝫ de his affirmationes ⁊ negationes indefinitam habēt veritatem uel falſitatem: cum vna ſemꝑ vera ſit altera falſa: ſed que vera ſit ⁊ que falſa nondū in cōtingentibus notum eſt. Nam ſicut que ſunt neceſſaria eſſe: in his eſſe definitū eſt: que autē ſunt impoſſibilia eē: in his definitum nō eſſe: ita quoqꝫ que poſſunt eſſe ⁊ poſſunt nō eſſe: in his neqꝫ eſſe neqꝫ nō eſſe eſt definitum: ſꝫ veritas ⁊ falſitas ex eo ꝙ eſt eſſe rei ⁊ ex eo ꝙ nō eſt eſſe rei ſumūt̄ nā ſi ſit qđ dr̄ verū ē ſi nō ſit ꝙ dr̄ falſū ē. Igit̄ in ꝯtingentib⁹ ⁊ futuris ſicut ipſum eſſe inſtabile eſt ⁊ nō eſſe: eſſe tamen aut non eſſe neceſſe eſt. Ita quoqꝫ in affirmationib⁹ cōtingentia ipſa prodentibus veritas quidē ⁊ falſitas in incerto eſt. Que enim vera ſit que falſa ſcōm ipſarū propoſitionū naturam ignorat̄: neceſſe eſt tamen vnā veram eſſe alteram falſam. Porphyrius tamē quedā de ſtoica dialectica permiſceret: que cū latinis auribus nota non ſint: nec hoc ipſum ꝙ in queſtione venit agnoſcitur: atqꝫ ideo illa ſtudio pretermittemus.

**In ſingularibus vero ⁊ futuris non ſimiliter. nam ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt: ⁊ omne neceſſe eſt vel eſſe vel nō eſſe. Quare ſi hic quidem dicat futurum aliquid: ille vero non dicat hoc idem ipſū. Manifeſtum eſt: quoniam neceſſe eſt verum dicere alterum ipſorum: ſi omnis affirmatio vera vel falſa eſt. vtreqꝫ enim non erunt ſimul in talibus. nam ſi verum eſt dicere: quoniam eſt album vel non album: neceſſe eſt album eſſe vel non album. Et ſi eſt album vel nō album**



**verum eſt vel affirmare vel negare: et ſi non eſt: mentitur. ⁊ ſi mentitur: non eſt. Quare neceſſe eſt aut affirmationem aut negationē veram eſſe vel falſam. Nihil ergo neqꝫ eſt: neqꝫ fit. neqꝫ caſu: neqꝫ vtrumlibet: nec erit: nec nō erit: ſed ex neceſſitate omnia: ⁊ non vtrumlibet. aut enim qui dicit verus eſt: aut qui negat ſimiliter enim vel fieret vel non fieret.**

¶ Geminas eſſe cōtradictiones in propoſitionib⁹ ſupra iam dictū eſt: ⁊ nūc quoqꝫ cōmemorat in quibus neceſſe eſt verā eſſe ⁊ alterā falſam. ſed ea que dicent̄ de futuris ⁊ contingentibus melius intelligent̄: ſi de his cōtingentibus loquat̄ que in ſingulari cōtradictione proueniūt. eſt enim vniuerſaliū angularis cōtradictio in cōtingentib⁹ huiuſmodi. Cras oēs athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. Cras nō omnes athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. In ſingularib⁹ aūt talis eſt. Cras ſocrates in paleſtra pugnaturus eſt. Cras ſocrates in paleſtra pugnatur⁹ nō eſt. Nō autem oportet ignorare nō eſſe ſimiliter cōtingentes has: que dicūt ſocrates moriet̄. ⁊ ſocrates nō moriet̄: ⁊ illas que dicūt ſocrates moriet̄ cras: ſocrates non moritur cras. Ille enim ſuperiores omnino cōtingētes nō ſunt: ſed ſunt neceſſarie. Moriet̄ enim ſocrates ex neceſſitate. he vero que temp⁹ diffiniūt: nec ipſe in numero cōtingentiū recipiunt̄: idcirco ꝙ nobis quidē cras moriturū eſſe ſocratē incertum eſt: Nature autē incertum nō eſt. Atqꝫ ideo nec deo quoqꝫ incertū eſt qui ipſam naturā optime nouit. Sꝫ ille proprie cōtingētes ſunt: q̄ neqꝫ in natura ſūt neqꝫ in neceſſitate: ſed aut in caſu aut in libero arbitrio aut in poſſibilitate nature. Ex caſu quidem ut cū egredior domo vt amicū videam nō ob hoc egrediens. Ex libero arbitrio ut ꝙ poſſum et velle ⁊ nō velle: an velim hoc anteqꝫ fiat incertum eſt. Ex poſſibilitate ꝙ cū fieri poſſit ⁊ nō fieri poſſit: ⁊ anteqꝫ fiat ꝙ vtroqꝫ modo pōt fieri incertū ſit. Ideoqꝫ cras ſocrates pugnatur⁹ eſt in paleſtra cōtingēs eſt: ꝙ hoc ex libero venit arbitrio. Ergo in huiuſmodi contingentibus ſi in futuro vna ſemper vera eſt altera falſa: ⁊ vna definite vera altera falſa definite: ⁊ res verbis cōgruēt: omnia neceſſe eſt eſſe uel nō eſſe: ⁊ quicquid fit ex neceſſitate fit: et nihil neqꝫ poſſibile eſt eſſe quod poſſibile ſit nō eſſe: neqꝫ liberum erit arbitriū: neqꝫ in reb⁹ vllus caſus erit in omnibus neceſſitate domināte. In his namqꝫ. i. in ſingularibus cōtradictionibus verū dicere vtreqꝫ nō poteſt. Cōtradictorie enim erant que ſimul eſſe nō poterant: ſed nec vtreqꝫ negationes atqꝫ affirmationes falſe eſſe in contradictoriis poſſunt. Ille enim cōtradictorie erant: que ſimul nō eſſe nō poterant. Quare vn⁹ verum dicturus eſt vn⁹ falſum: ꝙ ſi nihil dat̄ in huiuſmodi reb⁹. i. contingentib⁹ inſtabili euētus ordine ⁊ valde incerta veritatis ⁊ falſitatis enūciatione prouenire: quicquid verū dicit̄ in affirmatione definite: hoc definite eſſe neceſſe eſt: quicquid falſū dicitur in negatione hoc non eſſe neceſſe eſt. Omnia igit̄ ex neceſſitate aut erunt aut ex neceſſitate nō erunt. Nihil ergo nec caſus nec liberum arbitriū nec poſſilitas vlla in rebus eſt. Si quidem tenet cūcta neceſſitas. Ariſtoteles vō ſumēs iſtam hypotheticā ꝓpoſitionē ſi oē quod in futuro dicit̄ aut definite verū aut falſum eſt definite: oīa ex neceſſitate fieri ⁊ nihil caſu nihil iudicio nihil poſſibilitate ex cōuenienti ordine monſtrat: ⁊ hoc poſito vnā. ſ. verā alterā falſam definite eſſe: oīa ex neceſſitate cōtingere. Ex cōſenſu rerum ꝓpoſitionūqꝫ oīa fieri ex neceſſitate mōſtrat hoc modo. Proponit enī hāc cōditionē ⁊ hanc verā eſſe ex rerum ipſarū neceſſitate cōfirmat. Eſt aūt conditio ſi oīs affirmatio uel negatio in futurū dicta vera uel falſa eſt definite: ⁊ omne quicqd fit ex neceſſitate fieri: et nihil neqꝫ caſu neqꝫ ꝓpria ⁊ libera volūtate atqꝫ iudicio: Nec vero aliqua poſſibilitate: que oīa vtrumlibet vocabulo nuncupauit. Ponit enī hanc cōditionē dicens: Nā ſi oīs affirmatio uel negatio vera uel falſa eſt ſubaudiēdū definite: ⁊ oē neceſſe eſt eſſe vel nō eſſe. Quare ſi hic quidē dicat futurū aliquid: ille vero nō dicat hoc idem ipſum: manifeſtū eſt q̄m neceſſe eſt dicere verum alterū ipſorū: ſi oīs affirmatio uel negatio vera uel falſa eſt. vtreqꝫ enim non erūt ſimul in talibus Ergo ſenſus huiuſmodi eſt. Si oīs inquit affirmatio vl̄ negatio vera uel falſa eſt definite: ⁊ omne neceſſe eſt aut eē aut non eſſe: ꝙ uel affirmatio ponit uel negatio perimit. Nam ſi quilibet dixerit eſſe aliquid: et alius dixerit idem ipſum nō eſſe: vnus quidē affirmat: alius vero negat: ſed in affirmatione ⁊ negatione que in cōtradictione ponunt̄ vna ſemper vera eſt altera falſa. neqꝫ enim fieri poteſt vt vtreqꝫ ſint vere. nō enim nūc ſermo eſt aut de ſubcōtrariis aut de indefinitis. nam ⁊ ſubcōtrarie. i. particularis negatio ⁊ affirmatio particularis: ⁊ indefinite vtreqꝫ vere in eodē eſſe poterāt. Cōtradictorie aūt minime. neqꝫ enim fieri poteſt ut he que uel in ſingularib⁹ cōtradictiones ſunt uel in vniuerſalibus angulariter opponuntur: ſimul vnqꝫ vere ſint. hoc enī eſt ꝙ ait: vtreqꝫ enim nō erunt ſimul in talibus. i. vtreqꝫ enūciationes nō erunt vere in enūciationibus cōtradictoriis. poſita ergo hac cōditione ſi omnis affirmatio definite vera uel falſa ſit: omnia ex neceſſitate euenire. Hanc ipſam rerum ipſarū ⁊ propoſitionū cōſequentiā ⁊ ſimilitudinē monſtrare cōtendit dicens: Nam ſi verum eſt dicere quoniā eſt album uel nō album neceſſe eſt albū eſſe uel nō album. ⁊ ſi eſt albū uel nō album: verum ē affirmare uel negare: ⁊ ſi non eſt mentit̄: ⁊ ſi mentit̄ non ē. quare neceſſe eſt eſſe affirmationē uel negationē veram eē vel falſam. Omnis inquit affirmatio omniſqꝫ negatio cum reb⁹ ipſis vl̄ vera uel falſa eſt. huius autem rei ex preſentibus exēpla ſumit. Nam ſicut ſe habent ſcōm neceſſitatem in preſenti tēpore enūciationes: ita ſe habent ⁊ in futuro. Speculemur igit̄ ⁊ in preſenti que ſit rerum ꝓpoſitionūqꝫ neceſſitas. Si qua enim propoſitio de qualibet re dicta vera eſt: illam rem quā dixit eſſe neceſſe eſt. Si enī dixerit quoniā nix alba eſt ⁊ hoc verum eſt: veritatē propoſitiōis ſequit̄ neceſſitas rei. Neceſſe eſt enim niuem eſſe albam: ſi ꝓpoſitio que de eadē re predicata eſt: vera eſt. Qđ ſi dixerit quis nō eſſe albam picem ⁊ hec vera eſt: Manifeſtum quoqꝫ rem ꝓpoſitionis conſequi veritatē. Amplius āqꝫ ⁊ ꝓpoſitiones rerum neceſſitatē ſequūt̄. ſi enī eſt aliqua res: verum eſt de ea dicere quoniā eſt: et ſi non eſt aliqua res verum eſt ea dicere quoniam nō eſt ita ſcōm veritatem affirmationis uel negationis neceſſitas rei ſubſtantiā ſequitur: ⁊ rerum neceſſitas propoſitionū cōmitat̄ neceſſitatem: atqꝫ hoc quidem in veris. In falſis quoqꝫ idē eſt contrario. Nam ſi falſa eſt affirmatio: rem de qua loquit̄ non eſſe neceſſe eſt: ut ſi falſa eſt affirmatio que dicit picem eſſe albam: nō eſſe albam picem neceſſe eſt. Rurſus ſi falſa eſt negatio que dicit niuem nō eſſe albam: niuem eſſe albā neceſſe eſt. Rurſus ſi nō eſt res: affirmatio quoqꝫ de eadē re neceſſario falſa eſt. Quod ſi rurſus res nō ſit: id quod pōt dicere falſa negatio: ſine vlla dubitatione illa negatio falſa eſt: ⁊ hoc eſſe neceſſe eſt: ut quoniā de niue poteſt dicere falſa negatio quoniā alba nō eſt: hoc ipſum quod falſa negatio dicit. i. albam nō eſſe non eſt. Nix enim nō alba non eſt. Quare rerum neceſſitati falſitas vtraqꝫ conuertit̄. nā ſi eſt aliquid: vere de eodem dicit̄ quoniā eſt: ⁊ ſi vere dicit̄ illam rem de qua vere dicit̄ aliquid: eſſe neceſſe eſt: ꝙ ſi nō eſt id quod dicit̄ falſa enunciatio eſt: ⁊ ſi enūciationes falſe ſunt: res nō eſſe neceſſe eſt. Quod ſi hec ita ſunt: propoſitū eſt autem omnē affirmationē ⁊ negationē veram eſſe definite: quoniā propoſitionū veritatē uel falſitatē rerū neceſſitas ſcōm eſſe uel nō eſſe conſequit̄: eſſe quidē ſcōm veritatem ut dictū eſt: non eſſe ſcōm falſitatē: Nihil fit caſu neqꝫ libera voluntate neqꝫ aliqua poſſibilitate. Hec enim que vtrūlibet vocamus talia ſunt: que cum nōdum ſint facta ⁊ fieri poſſunt ⁊ nō fieri. ſi enim facta ſunt non fieri potuerunt: ut hodie me librū virgilij legere: quod nondū feci: poteſt quidem nō fieri: poteſt etiam fieri: quod ſi fecero potui

nõ facere. hec igif huiuſmodi ſunt q̃cūqꝫ vtrūlibet dicūf. Utrumlibet autē quid ſit ipſe planius demōſtrat dicēs.

**Utrumlibet enim nihil magis ſic vel non ſic ſe habet aut habebit.**

¶ Eſt enim vtrūlibet ꝙ adeſſe uel non adeſſe equaliter ſe habet. id eſt neqꝫ illud eſſe neceſſe ſit neqꝫ nõ eſſe neceſſe ſit. Putauerunt aūt quidā: quorū ſtoici quoqꝫ ſunt: Ariſtotelem dicere in futuro cōtingētes nec veras eſſe nec falſas ꝙ enim dixit nihil ſe magis adeſſe habere q̄ȝ ad non eſſe: hoc putauerunt tanq̄ȝ nihil eas intereſſet falſas an veras putari. neqꝫ veras enim neqꝫ falſas eſſe arbitrati ſunt: ſꝫ falſum eſt. nõ enim Ariſto. hoc dicit ꝙ vtraqꝫ nec vere nec falſe ſint: ſed ꝙ vna quidē ipſarū quelibet aut vera aut falſa eſt: non tamē quēadmodū in preteritis definite: nec quēadmodū in preſentibꝰ. ſed enunciatiuarū vocū duplicem quodāmodo eſſe naturā: quarū quedā eſſent: in quibꝰ non modo verum ⁊ falſum inueniref: ſed in quibꝰ etiā vnā eſſe definite veram: alteram definite falſam: in alijs vero vna quidem vera: altera falſa ſed indefinite ⁊ cōmutabiliter: et hoc p̄ ſuā naturā: nō ad noſtram ignorantiā atqꝫ noticiā. Quo circa recte dictum eſt ſi omnis affirmatio uel negatio vera definite eſſet: nihil fieri neqꝫ eſſe uel caſu uel a cōmuni nomine vtrūlibet nec eſſe aut non eſſe cōtingenter: ſed aut eſſe aut non eſſe definite: ſed magis ex neceſſitate omnia. hoc enim conſequif cum qui dicit aut cū qui affirmat verum eſſe: aut eum qui negat ꝙ ſi hoc verum eſſet: ſimiliter cum veritate fieret: uel cū falſitate non fieri: ⁊ ꝙ vere falſe ve ab enūciationibꝰ dicebaf. Quod ſi hoc impoſſibile eſt ⁊ ſunt quedā res: que neceſſitate nō ſunt. videmus autem quaſdā eſſe caſu: quaſdā ex voluntate: quaſdā ex ꝓpria poſſibilitate nature: fruſtra putaf ſicut in preteritis: ita quoqꝫ in futuris enunciationibꝰ vnam eſſe veram alterā falſam definite. Quare hec vna fuit eius argumētatio: aliam vero quaſi ipſe ſibi opponens quandam queſtionem: ingreditur validiore tractatu.

**Amplius ſi eſt album nunc: verū erat dicere prius: quoniam erit albuȝ. quare ſemper fuit verum dicere quodlibet eorum que facta ſunt: quoniam eſt vel erit: ꝙ ſi ſemper verum fuit dicere: quoniam eſt vel erit: non pōt hoc non eſſe: vel non futurum eſſe. Quod autem non poteſt non fieri: impoſſibile eſt non fieri. Et quod impoſſibile eſt non fieri: neceſſe eſt fieri. Omnia ergo que futura ſunt: neceſſe eſt fieri: nihil igitur vtrumlibet: neqꝫ caſu erit. nā ſi caſu: non ex neceſſitate.**

¶ Ad deſtruendum non eſſe omnes enūciationes veras definite in futuro uel falſas ex eadem argumētationis virtute ⁊ ex eodem poſſibilitatis euentu diuerſam tamē ingreditur rationis viam. Dudū enim ex his que nondū erāt facta: ſi vera futura eſſe predicerenf in rebus neceſſitatē ſolam eſſe poſſe collegit. nunc autem ex rebꝰ que facte ſunt, argumentationē capit. ſi vere anteq̄ȝ fierent predicerenf: neceſſitatis nexu euentus rerū omniū contineri arbitrantur enim hi qui dicūt contingentiū quoqꝫ propoſitionū ſtabilem eſſe in enunciationibus modū ſcd̄m veritatē ſ. atqꝫ mendaciū: ꝙ omnia quecūqꝫ facta ſunt inquiunt potuere predici quoniā fient. hoc enim in natura fuit ante: ſed nobis hoc rei ipſiꝰ pateſecit euētus. Quare ſi oia quecūqꝫ euenerunt ſunt: ⁊ ea que ſunt futura eſſe predici potuerūt: neceſſe eſt omnia que dicunf aut definite vera eſſe aut definite falſa. quoniā definitus eorū euentus ſcd̄m preſens tempus eſt. Quare in omnibꝰ in quibꝰ aliquid euenit verum erat dicere q̄ṁ euenturū eſt: ⁊ ſi nondū adhuc factū eſt. hoc autem illa res probat verum fuiſſe tunc dici: quoniā euenit id qd̄ predici potuerat: quod ſi predictū eſſet: res euentura definita veritate prediceref. hoc Ariſtoteles ſumens ad idē impoſſibile validiſſima rōne perducit: ⁊ p̄ſentis tēporis naturā cū futuri enūciatione cōiungit. Ait enim ſimile eſſe de preſentibꝰ enūciare ſc̄m veritatis neceſſitatē et de futuris. Nā ſi verū eſt dicere q̄ṁ eſt aliquid: eſſe neceſſe ē. ⁊ ſi verū eſt dicere q̄ṁ erit: futurū eſſe ſine dubio neceſſe ē. Oia igif ex neceſſitate futura ſunt: ad idē impoſſibile. ſ. argumentationē trahēs. Sumit aūt huiꝰ impoſſibilitatꝭ ordinē ex his ꝓpoſitionibꝰ que faciliores quidē ad intellectū ſunt: idē tn̄ valent hoc mō. ſi ſemp inquit verum eſt dicere q̄ṁ eſt uel erit: quicquid tūc fuit verū p̄dicere: illud nō poteſt nō eſſe nec nō futurū eſſe: quēadmodū enī id quod in preſenti vere dicif eſſe: hoc nō pōt nō eſſe: ⁊ vera de ea propoſitio fuit: que dicebat eſſe: ita quoqꝫ in futuro que dicit aliquid futurū eſſe: illa ſi vera eſt: nō pōt nō futurum eē ꝙ predicit. Qd̄ ſi nō pōt nō fieri qd̄ a vera ꝓpoſitione predicitur: impoſſibile eſt nō fieri. Idē enī eſt dicere nō pōt non fieri: qd̄ dicere impoſſibile eſt nō fieri: qd̄ aūt impoſſibile eſt nō fieri neceſſe eſt fieri. Impoſſibile enim eſſe idem neceſſitati valet cōtrarie predicatū: ut ipſe poſt docuit. Naȝ qd̄ impoſſibile eſt eſſe neceſſe eſt nō eſſe. ꝙ enī ut ſit poſſibile nō eſt: nō eſſe neceſſe eſt. Qd̄ ſi hoc eſt ⁊ cōtraria ſe eodem modo habebūt. ꝙ eſt impoſſibile nō eſſe: hoc eſſe neceſſe ē. Sȝ dictū eſt ea que vere predicūf impoſſibile eſſe non eſſe hoc aūt eſt ex neceſſitate eſſe. Ea igif que predicūf ex neceſſitate futura ſunt. Nihil igif vtrūlibet neqꝫ caſu nec omnino ſcd̄m liberū arbitriū: ꝙ vtrūlibet clauſit totū ſignificatio. nā ꝙ dicit vtrūlibet: poſſibilitatē ⁊ caſum ⁊ liberum arbitriū tenet in ſignificatione. Ergo nihil fit caſu. Nam ſi quedā fieri caſu dicat ille rurſus in ea re perimit neceſſitatem. qd̄ enim caſu eſt nō eſt ex neceſſitate. nihil aūt fit caſu q̄ṁ oia ex neceſſitate proueniūt: quecūqꝫ enūciatio vera p̄dixerit. euenit aūt huiuſmodi impoſſibilitas ex eo ꝙ conceſſum eſt priꝰ oia quecūqꝫ facta ſunt definite vere predici potuiſſe. nā ſi ex neceſſitate cōtingit id qd̄ euenit verū fuit dicere q̄ṁ erit. ꝙ ſi ex neceſſitate hoc nō cōtingit ſꝫ cōtingēter: nō potius verū fuit dicere q̄ṁ erit: ſꝫ magis q̄ṁ cōtingit eſſe. nā qui dicit erit: ille quādā neceſſitatē in ipſa predicatione ponit. hoc inde intelligif ꝙ ſi vere dicat futuruȝ eſſe id qd̄ p̄dicif: impoſſibile ſit nō fieri. hoc aūt ex neceſſitate ſit fieri. ergo qui dicit q̄ṁ erit aliquid eorꝫ que cōtingēter eueniūt: in eo ꝙ futurū eſſe dicit id qd̄ cōtingenter euenit: fortaſſe mentif: uel ſi contigerit res illa: quā p̄dicit: ille tamē mentitꝰ eſt. nō enim euētus falſus eſt: ſꝫ modus p̄dicationis. Nāqꝫ ita dicere cras bellū nauale cōtingēter eueniet: hoc eſt dicere ita eueniet ſi euenerit ut potuerit nō euenire. Hoc ergo qui dicit: verū dicit. Euentū enī cōtingenter p̄dixit. qui aūt ita dicit cras erit bellū nauale: quaſi neceſſe eſſe ſit: ita ꝓnūciat. ꝙ ſi euenerit nō iā idcirco q2 predixit: verū dixerit: q̄ṁ id qd̄ cōtingēter euenturū erat: neceſſarie futurū eſſe predixit. Nō ergo in euētu eſt falſitas: ſed in p̄dicationis mō. quēadmodū enī ſi quis ſocrate ambulāte dicat. Socrates ex neceſſitate ambulat: ille mētitꝰ eſt nō in eo ꝙ Socrates ambulat: ſꝫ in eo ꝙ ille ex neceſſitate eū ambulare p̄dicauit. ita q̄ȝ in hoc ꝙ dicit q̄ṁ erit aliqd: etiā ſi hoc fiat. ille tn̄ falſus eſt nō in eo ꝙ factū eſt: ſed in eo ꝙ ita factū nō eſt ut ille p̄dixit futurū. Qd̄ ſi verū eſſet definite: ex neceſſitate eſſet futurū. Igif ex neceſſitate futuruȝ eſſe p̄dixit qd̄cūqꝫ ſine vllo alio mō euēturum enunciauit. Quare nō in euētu rei: ſꝫ in p̄dicationis enūciatiōe falſitas inuenif: Oportꝫ enī in cōtingētibꝰ ita aliqd p̄dicere ſi vera erit enūciatio: ut dicat qdē futurū eſſe aliquid: ſed ita vt rurſus relinquat eſſe poſſibile vt futurū nō ſit. Hec aūt eſt cōtingētis natura ꝯtingēter in enūciatione p̄dicare. Qd̄ ſi quis ſimpliciter id qd̄ fortaſſe ꝯtingēter eueniet futurū eē p̄dixit. ille rē ꝯtingētē neceſſarie futurā p̄dicit. ideo etiaȝ ſi euenerit id qd̄ dr̄: tn̄ ille mentif in eo ꝙ hoc quidē ꝯtingenter euenit: ille aūt ex neceſſitate futurū eē p̄dixerat. Cū ergo ſint quattuor enūciatiōis ⁊ veritatꝭ ⁊ falſitatꝭ modi de his ſcꝫ ꝓpōnibꝰ que in futuro p̄dicanf: aut q̄ṁ erit ⁊ nō erit id qd̄ dicif. i. ut affirmatio ⁊ negatio vera ſit: aut q̄ṁ nec erit



nec non erit ut affirmatio et negatio falſe ſint: aut q̄ṁ erit aut nō erit: ut vna definite vera altera falſa: aut rurſus q̄ṁ erit aut nō erit: vtriſqꝫ ſcd̄m veritatē aut falſitatē indefinitē ⁊ equaliter ad veritatē mēdaciūqꝫ vergētibꝰ docuit quidē ſupra ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe fieri non poſſe. cū dixit. Utreqꝫ enī ſi nō erūt in talibꝰ. Docuit etiā aliquātiſper aut eſſe aut nō eſſe definite in cōtingentibꝰ ⁊ futuris ꝓpōnibꝰ eſſe nō poſſe. Nūc illud addidit ꝙ neqꝫ eſſe neqꝫ non eſſe. i. ꝙ nec illud vere dici poſſit: poſſe vtraſqꝫ inuenire falſas: que dicūtur in futuro propoſitiones. Qd̄ ſi neqꝫ vtreqꝫ vere ſunt: neqꝫ vtreqꝫ falſe: neqꝫ vna definite vera altera falſa definite. Reſtat ut vna vera ſit altra falſa: nō tn̄ definite: ſꝫ vtrūlibet ⁊ inſtabili modo: ut hoc quideȝ aut hoc euenire neceſſe ſit: ut tn̄ vna res quelibet quaſi neceſſarie ⁊ definite proueniat aut nō ꝓueniat fieri non poſſit. Quemadmodū autē vtraſqꝫ falſas non eſſe demonſtraret: hic inchoat.

**At vero nec quoniā verum eſt neutrū cōtingit dicere: vt quoniā neqꝫ erit: neqꝫ nō erit primū enim cum ſit affirmatio falſa: erit negatio nō vera. ⁊ cum hec ſit falſa: contingit affirmationē eſſe nō veram. ad hec ſi verum dicere eſt: quoniā album eſt ⁊ magnū: oportet eſſe vtrūqꝫ. ſi vero erit cras: oportet eſſe cras. ſi autem neqꝫ erit neqꝫ nō erit cras: non erit vtrūlibet: vt nauale bellum. oportebit enim neqꝫ fieri nauale bellum: neqꝫ non fieri.**

¶ Senſus huiuſmodi argumentationis eſt: nec illud inquit dici poterit: ꝙ contingentiū ꝓpoſitionū neutra vera eſt in futuro: hoc autem nihil differt dicere q̄ȝ ſi quis dicat vtraſqꝫ eſſe falſas. hoc enim impoſſibile eſt in cōtradictionibus. Nā vtreqꝫ falſe inueniri nō poſſunt. hoc enī proprium cōtradictionū eſt: ut ꝓprietatē ſubcōtrariarū fugiant in eo ꝙ ſimul vere eſſe nō poſſunt: ita quoqꝫ cōtrariarū ꝓprietatē vitant: ut in eo ꝙ falſe ſimul nō reperiunf. habēt ergo ꝓpriā naturā: ut neqꝫ falſe ſint ſimul neqꝫ vere. quare vna ipſarū ſemper vera: ſemp altera falſa. impoſſibile ē igif cū ſit falſa negatio: non verā eſſe affirmationem. Rurſus cum ſit falſa affirmatio: negationē eſſe nō veram. Igif nec hoc eſt dicere ꝙ vtreqꝫ non vere ſint. Qd̄ per hoc dixit ꝙ ait: at vero nec quoniā neutrū verū eſt ꝯtingit dicere. i. nō nobis contingit dicere hoc eſt impoſſibile dicere: quoniam neutrū verū eſt. ſ. ꝙ in affirmationibꝰ negationibꝰ que proponif contingentibꝰ. ſ. ⁊ futuris. Qui aūt Ariſtotelem arbitrati ſunt vtraſqꝫ ꝓpoſitiones in futuro falſas arbitrari. Si hec que nūc dicit diligētiſſime perlegiſſent: nūq̄ȝ tantis laberenf erroribꝰ. Neqꝫ enim idem eſt dicere neutra vera eſt qd̄ dicere neutra vera eſt definite. Futuruȝ enim eſſe cras nauale bellum ⁊ non futurū nō dicif: quoniā vtreqꝫ oīno falſe ſint: ſed q̄ṁ neutra vera ſit definite: aut quelibet ipſarū definite ſit falſa: ſed hec quidē vera illa vero falſa: nō tn̄ vna ipſarū definite: ſꝫ quelibet illaruȝ contingēter. His aūt adiecit aliud quidā dicens: ſi ꝓpoſitionū veritas ex rerꝫ ſubſtātia pendet: ut quicquid verum eſt in ꝓpoſitionibꝰ dicere: hoc eſſe neceſſe eſt. ꝙ ſi verum eſt dicere q̄ṁ erit albū aliquid; veritatē ꝓpoſitionis ſequif rei neceſſariꝰ euentꝰ. Qd̄ ſi quis dicat quālibet illā rē cras albā futurā: ſi hoc vere dixerit: cras ex neceſſitate alba futura eſt. Sic igif ſi quis verū dicit neutrā verā eſſe ꝓpoſitionū earū: que in futuro dicūf: neceſſe eſt id qd̄ dicif ⁊ ꝙ ſignificaf ab illis ꝓpoſitionibꝰ nec eſſe nec nō eſſe. falſa enī ⁊ affirmatio ⁊ negatio ē nec qd̄ affirmatio dicit fieri poteſt nec quod negatio: ergo ex neceſſitate neutrū fit uel qd̄ affirmatio dicit uel quod negatio. Ergo ſi dicat affirmatio cras bellū nauale futurū: q̄ṁ falſa eſt: nō erit cras bellū nauale Rurſus ſi idē neget negatio dicēs: nō erit cras nauale bellū: q̄ṁ hec q̄ȝ falſa eſt: erit cras nauale belluȝ. Quare neqꝫ erit bellū nauale: q2 affirmatio falſa ē; neqꝫ nō erit bellū nauale: q2 negatio falſa ē. Sꝫ hāc ineptiā nec animꝰ ſibi fingere poteſt. Quis enim vnq̄ȝ dixerit aliquā rem ex neceſſitate nec eſſe nec non eſſe: ꝙ ille ſcilicet dicit vtraſqꝫ propoſitiones in futuro falſas exiſtere.

**Que ergo contingūt inconuenientia: hec ſunt ⁊ alia huiuſmodi: ſi omnis affirmationis ⁊ negationis: vel in his que in vniuerſalibus dicūtur vniuerſaliter: vel in his que ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarū hanc quidē veram eſſe: illam vero falſam. Nihil autē vtrūlibet eſſe in his que fiunt: ſed omnia eſſe fieri ⁊ fieri ex neceſſitate. Quare nō oportebit neqꝫ conſiliari: neqꝫ negociari: quoniam ſi hoc facimus: erit hoc ſi vero non hoc: non erit hoc. nihil enim prohibet in milleſimū annum hūc quidem dicere hoc futurum eſſe: illum vero non dicere. quare ex neceſſitate erit: quodlibet eorum verum erat dicere tunc.**

¶ Omnia in futuro uel vera uel falſa definite eſſe in propoſitionibꝰ arbitrātes impoſſibilitas iſta cōſequif. nihil enim neqꝫ ex libero volūtatis arbitrio: neqꝫ ex aliqua poſſibilitate: neqꝫ ex caſu quicq̄ȝ fieri poteſt: ſed oia neceſſitati ſubiecta ſunt: q̄ȝq̄ȝ quidā nō dubitauerūt dicere oia ex neceſſitate eſſe ⁊ quibuſdaȝ artibꝰ conati ſunt id quod in nobis eſt cū rerū neceſſitate ꝯiungere. Dicūt enim quidam quorꝫ ſunt ſtoici oia quecūqꝫ fiunt: fati ꝓuenire neceſſitate ⁊ omnia que fatalis agit ratio ſine dubio ex neceſſitate contingere: Sꝫ illa eſſe ſola in nobis ⁊ ex volūtate noſtra: q̄cūqꝫ per voluntatē noſtrā ⁊ per noſipſos vis fati cōplet ac perficit. neqꝫ enī inquiūt volūtas noſtra in nobis eſt: ſed idē volumꝰ idemqꝫ nolumꝰ: quicquid fati neceſſitas imperauit: ut volūtas noſtra quoqꝫ ex fato pendere videtur: ita q̄ṁ per volūtatē noſtrā quedā ex nobis fiūt: ⁊ ea que fiūt in nobis fiunt: quoniāqꝫ volūtas ipſa ex neceſſitate fati ē: etiā que nos noſtra facimus volūtate eo ꝙ neceſſitas imperauit: ea ipſa impulſi facimꝰ neceſſitate. Quare hoc modo ſignificationē liberi arbitrij permutātes neceſſitate. et id qd̄ in nobis eſt cōiungere impoſſibiliter ⁊ copulare cōtendūt. Illud enī in nobis eſt liberū arbitriū ꝙ ſit oī neceſſitate vacuū: ⁊ ingenuū ⁊ ſue poteſtatis: quorꝫ nos domini quodāmō ſumꝰ vel faciēdi uel nō faciendi: ꝙ ſi volūtates q̄ȝ noſtri fati nobis neceſſitas imperet: in nobis volūtas ipſa nō erit: ſꝫ in fato: nec erit liberū arbitriū ſꝫ potiꝰ ſeruiēs neceſſitati. vnde fit: ut qui oēs actus euentuū neceſſitate cōſtringūt dicūt per hoc poplitē quoqꝫ nos nō flectere niſi fatalis quoqꝫ neceſſitas iuſſerit. Caput q̄ȝ non ſcalpere: quare nec lauare: nec agere aliqd. His etiā adijciū uel aliquid feliciter uel aliquid infeliciter facere uel pati. vnde fit ut neqꝫ caſum: neqꝫ liberū arbitriū: nec poſſibile in rebꝰ vllū eſſe cōtēdant: q̄ȝuis liberū deſtruere nitentes arbitriū aliā ei fingā ſignificationē per quā nihilominꝰ libera hoīs voluntas euertif. Ariſtotelica vero auctoritas: ita hec in rebꝰ poſita ⁊ cōſtituta eſſe cōfirmat: ut non exponat nūc qd ſit caſus: quid ve poſſibile: quid ve ī nobis: nec ea eē in rebꝰ ꝓbat atqꝫ demōſtrat: ſꝫ in tātū apud illū hec in rebꝰ eē manifeſtū ē: ut opinionē q̄ quis arbitraf enūciationes in futuro oēs veras eē. per hoc impoſſibilē eē dicat ꝙ caſuȝ: ⁊ poſſibilitatē: liberūqꝫ arbitriū euertat. Hec enī in rebꝰ ita ꝯſtituta putat: ut nō de his vlla opꝰ ſit demōſtratiōe: ſꝫ impoſſibilis rō iudicef: q̄cūqꝫ vl' poſſibile: vl' caſuȝ uel id qd̄ in nobī ē conaf euertere. ⁊ caſuȝ qdē quēadmodū definita in ꝓpōnibꝰ futuris deſtruat veritas ſupra monſtrauit. Nūc aūt quēadmodū eadem ipſa veritas definita futurarꝫ ⁊ ꝯtingētiū ꝓpōnū tollat liberi arbitrij facultatē maxīa vi argumētatiōis exequif dicēs huiuſmōi cūcta cōtingere īpoſſibilia: ſiqs vnā enūciatiōis ptē definite verā vl' falſaȝ eē ꝯfingat. ſꝫ nos ſecuti porphyriū cū huiꝰ diſputatiōis expōnē cepimꝰ id qd̄ priꝰ dixit ī ſingularibꝰ ⁊ ſunt

ris:ob h̄ dixiſſe p̄dixim⁹ φ facilioꝛ ſit intellect⁹ diſputatio-nis:ſi hęc pri⁹ in ſingularib⁹ ꝯſpiceret̃:de quib⁹ ſingulari-bus diligentiſſime ꝓloqut⁹. Nũc de vniuerſalib⁹ vliter pꝛe dicatis.ꝛ de his quę ſiũt ꝯtradictiões loquit̃. Ita eni dic̃ Si oĩs affirmationis ꝛ negatiõis uel in his quę in vni-uerſalib⁹ dicũt̃ vliter:uel in his q̄ ſunt ſingularia : neceſſe eſt oppoſitaꝝ hãc quidẽ eẽ verã:illã vero falſam. Alexan-der aũt in ſingularib⁹ ꝛ futuris dixiſſe eũ arbitrat̃:tanq̃ ſi diceret̃ in his futuris quę in generatiõe ꝛ coꝛꝛuptiõe ſunt Sũt.n.quedã futura quę in generatiõe et coꝛꝛuptiõe nõ ſunt:ut qđ de ſole ꝛ luna ꝛ de ceteris celeſtib⁹ ꝓnũciat̃.hęc vero quę ſunt in reb⁹ his quaꝝ eſt naſci ꝛ coꝛꝛũpi natura: vnã ſemp nõ neceſſe eſt verã eẽ alterã falſaȝ. Sȝ neutram ego ipꝛobo expõnẽ.vtrãq; eni veriſſima rõe firmãt̃. Dis aũt ſenſus talis eſt φ neceſſitatẽ ſolã in rebus impare de-ſtruit Ariſtoteles.dẽ eni quod natura ẽ: nõ fruſtra eſt.cõſi liari aũt hoĩes naturaliter habẽt. Nõ ſi neceſſitas in reb⁹ ſola dñabit̃:ſine cauſa eſt ꝯſiliatio. Sȝ ꝯſiliatio fruſtra nõ eſt.natura eni eſt. Nõ igit̃ in reb⁹ põt cũcta neceſſitas. oꝛ-do aũt ſe ſic habet. Quę ergo inquit cõtingũt incõuenictia hęc ſunt ꝛ huiuſmõi alia.ſ.qm̃ qui eſt in reb⁹ caſus euertit̃ Alia vero qm̃ poſſibilitas ꝛ liberi arbitrij volũtas amit-titur. Et hęc quomõ ꝯtingũt:ipſe ſecut⁹ eſt dicẽs. Si oĩs affirmationis ꝛ negationis uel in his quę in vniuerſalib⁹ dicũt̃ vliter:uel in his quę ſunt ſingularia nẽceſſe ẽ oppoſi tarũ hãc quidẽ verã eſſe:illã vero falſam. Nihil aũt vtrũ-libet eſſe in his quę fiũt. Sȝ oĩa eẽ ꝛ fieri ex neceſſitate.tũc eni incõuenictia illa ꝯtingũt:ſi oĩs affirmatio uel negatio definite vera uel falſa eſt:ſiue in his cõtradictiõib⁹:quę in vniuerſalib⁹ angulariter fiũt:ſiue in ſingularib⁹. Tũc eni nihil eſt vtrũlibet:ſȝ ex neceſſitate oĩa:qm̃ veritatẽ ꝛ falſi-tatẽ ꝓpõnũ rerũ euent⁹ ex neceſſitate cõſequit̃. Quare (vt ipſe ait) nõ opoꝛtebit neq; ꝯſiliari neq; negociari quoniã ſi hoc facim⁹ erit hoc:ſi vero nõ hoc nõ erit hoc. Euertit̃ eniȝ ꝯſiliatio:ſi fruſtra eſt.fruſtra aũt eã dicit eſſe:quiſquis in re-bus ſolã ponit fati neceſſitatẽ. Cur.n.quis ꝯſiliũ habeat ſi nihil ex eo qđ ꝯſiliat̃ efficiet: cũ adminiſtret cũcta neceſſi-tas? Quare nõ opoꝛtebit ꝯſiliari: uel ſi quis ꝯſiliat̃ nego-ciari nõ debȝ. Negociari aũt eſt actũ aliquid ꝛ negociũ age-re:nõ lucrũ: ſȝ aliquã cauſaȝ uel actũ. Nihil eni ipſe p actũ ſuũ ꝯſiliũq; expediet:niſi fati neceſſitas iubeat. Docuit au-tem quid eẽt ꝯſiliatio per id qđ ait: quoniã ſi hoc facimus erit hoc:ſi vero nõ hoc nõ erit hoc. Ita eni ſemp fit cõſiliatio ut ſi ſit ſcipio:ita ꝯſiliabit̃. Si in affricã exercitũ ducã cladẽ hãnibalis ab italia remouebo. Sin vero nõ ducã: non eri-pietur italia.hoc eſt eni dicere. Si hoc faciaȝ:ut ſi in affricã exercitũ ducã: erit hoc.i.eripiet̃ italia. Si vo non hoc.i.ſi hic mãſero:non erit hoc.i.non eripietur italia. Et in aliis omnibus rebus eodem modo. ſimul autem monſtrauit in cõſilijs non eſſe neceſſitatem. Si enim hoc inquit faciam hoc erit:ꝛ ſi hoc:non erit quod ſi neceſſitas eſſet in rebus ſi-ue hoc quis faceret ſiue non faceret quod neceſſe eſſet eue-niret. Quare φ conſilij ratione fit: non fit violentia neceſſi-tatis. adiunxit autem ei φ eſt conſiliari negociari ꝛ eſt oꝛ-do hoc modo. Quare non opoꝛtebit neq; ꝯſiliari quoniaȝ ſi hoc facimus:erit hoc: Si vero nõ hoc:non erit hoc. nihil eni ꝓhibet in milleſimũ annũ hũc quidẽ dicere hoc futurũ eſſe:hũc vero nõ dicere. Quare ex neceſſitate erit:quodlibȝ coꝛũ verũ erat dicere tũc.neq; negociari.i. actũ incipe atq; negociũ gerere.pꝛioꝛ eſt enim cõſiliatio: poſterius negociũ lȝ negociũ poſt cõſiliationẽ poſuit : ꝛ cũcta quę ad cõſiliatio nis naturã addi opoꝛtebat:poſt negociatiõis ſubdidit in-terpoſitionẽ. Eſt aũt oꝛdo hoc modo. Si oĩa inquit neceſ-ſitas agit:nõ opoꝛtet cõſiliari:quoniaȝ ſi hoc facim⁹ pꝛoue-niet hoc nobis:ſi vero hoc nõ facim⁹: nõ ꝓueniet. Nihil enim pꝛohibet fruſtra vnũ dicere:alterum negare dicentẽ Si hoc facim⁹ hoc erit aut nõ erit. quod enim venturũ eſt fiet:ſiue ille per conſiliũ conijcet hoc poſſe fieri etiã ſi quid aliud fecerit:ſiue ille per conſiliũ neget hoc poſſe fieri etiam ſi hoc quod dixit faciat. Ex neceſſitate eni futurũ eſt : quic-quid vnus coꝛum verum dixerit. Quod ſi conſiliari non opoꝛtet omnino:nec negociari opoꝛtebit.id eſt nullum in-cipere negocium. Siue enim quis incipiat : ſiue non in-cipiat quicquid ex neceſſitate eſt:ſine vlla dubitatione ꝓ-ueniet. quare nihil alter homo diſtabit ab altero homine. Eo eni melioꝛes homines iudicamus:φ melioꝛes ſunt in conſilio:ſed vbi cõſiliatio fruſtra eſt cuncta neceſſitate facie-te:homines quoq; inter ſe nihil differũt.ipſa enim cõſilia-tio nihil differt:vtrũ bona an mala ſit:cuȝ ꝓuentus neceſſi-tas in fati adminiſtratione cõſiſtat. Quare ſi boni conſilij homines laude digni ſunt:mali ꝯſilij vituperatione. Nõ aliter hoc erit iuſte:niſi ut malus actus malũq; cõſilium ꝛ econtra bonũ in noſtra ſit poteſtate ꝛ nõ in fato. Cum eniȝ nulla ex neceſſitate cõſtringat̃ euentus rei:tunc ꝛ liberum arbitriũ voluntatis eſt:ut nõ ſit fatali ſeruiens neceſſitati. Ergo neq; qui in hoc mũdo ſimplices reꝝ oꝛdines poſue-re:recipiẽdi ſunt:ꝛ hi qui in permixta hac mundana mole nõ permixtas quoq; actoꝛuȝ cauſas accipiũt:repudiandi. Nam neq; qui caſu oĩa euenire dicũt:recte arbitrãt̃ : neq; qui omnia neceſſitatis violentia fingũt:ſana opinione te-nent̃:neq; enim oĩa ex libero eſſe arbitrio manifeſtum eſt: ſed hoꝛũ omniũ ꝛ cauſe mixte ſunt ꝛ euentus. Sunt eniȝ quedã ex caſu:ſunt aliqua ex neceſſitate:quedã etiam vide mus libero teneri iudicio ꝛ actuũ quidẽ noſtroꝛũ volũtas in nobis eſt. Noſtra enim volũtas domina quodãmodo eſt noſtroꝛũ actuum:ꝛ totius vite rõnis: ſed nõ eodeȝ mo-do euentus quoq; in noſtra eſt poteſtate. pꝛo alia nãq; re aliquid ex libero arbitrio facientib⁹ ex eiſdem veniẽs cau-ſis caſus interſtrepit:ut cũ ſcrobem deponens quis:ut fo-diat vitem:ſi theſaurum inueniat:ſcrobem quidem depo nere ex libero venit arbitrio:ut tunc inueniret theſaurum ſolus attulit caſus:eam tamẽ cauſam habẽs caſus: quam volũtas attulit. Niſi eniȝ foderetur ſcrobs:theſaurus nõ eſſet iuentus. Quidam autem euẽtus noſtris volũtatib⁹ ſuppetit.quoſdam vero impedit quedã violẽta neceſſitas Prandere eni ꝛ legere ꝛ alia huiuſmodi ſicut ex noſtra vo luntate ſunt:ita quoq; coꝛũ pendet euentus ex noſtra vo-luntate.φ ſi nunc imperare perſis velit roman⁹:arbitrium quidem voluntatis in ipſo eſt : ſed hunc euentum durioꝛ neceſſitas retinet: ꝛ ad perfectionẽ vetat adduci. Ita quo-q; omniũ rerum ꝛ caſus ꝛ volũtas ꝛ neceſſitas dominãt̃. Nec vna harum res in omnib⁹ ponẽda eſt:ſed triũ mixta potentia:vnde fit ut peccantium magis anim⁹ cõſideretur potiuſq; euentus:ꝛ puniatur anim⁹ non perfectio: idcirco φ voluntas quidem nobis libera eſt:ſed aliquotiẽs per-fectionis oꝛdo retinet̃. Quod ſi omnia uel caſu uel neceſſi-tate fierent nec laus digna bene facientibus: nec vltio de-linquentibus: nec leges vllę eſſent iuſte : quę aut bonos pꝛemia:aut malis reſtituerent penas. Uenio nunc ad il-lud quod multis queritur modis an diuinatio maneat: ſi non in rebus omnia ex neceſſitate cõtingant.nam φ in ve ra pꝛedicatiõe eſt:idem eſt in ſcientia. ꝛ ſicut cum quis ve-rum pꝛedicit:φ vere p̄dicit̃ eſſe neceſſe eſt. Ita φ qs futurũ nouit:illud futurum eſſe neceſſe eſt. Sed diuinatio nõ no uit ſic omnia:ut ex neceſſitate futura ꝓnũciet. atq; idcirco frequẽter ita diuinat̃:φ faciliime in verũ liberis agnoſci-tur.hoc quidẽ futurũ ẽ. Sȝ ſi hoc fit:nõ eueniet. quaſi in-terdici poſſit ꝛ alio mõ euenire. φ ſi ita eſt neceſſitate non euenit.vtrũ autem ſi omnia futura ſciat de⁹:oĩa eſſe neceſſe eſt:ita queram⁹. Si quis dicat dei ſcientiã de futuris euẽ-tum rerum ſubſequi ex neceſſitate: is pꝛofecto cõuerſiuus eſt ſi omnia ex neceſſitate non contingunt:omnia deum ſci re non poſſe. Nam ſcientiam dei ſequitur euentuum ne-ceſſitas:ſi neceſſitas euentuum non ſit: diuina ſcientia pe-rimitur. Et quis tam impia ratione animũ toꝛqueat : vt hoc de eo dicere audeat. Sed foꝛtaſſe quis dicat:quoniam euenire non poteſt : vt deus omnia futura non nouerit: Hinc euenire:ut omnia ex neceſſitate ſint: quoniã deo no-ticiã rerũ futurarũ tollere nefas eſt. Sed ſi quis hoc dicat: illi videndũ eſt:φ deum dum oĩa ſcire conatur efficere:oĩa



neſcire contendit. Binariũ enim numerũ eſſe imparem ſi quis ſe ſcire pꝛoponat:non ille nouerit:ſed potius neſcit. Ita quoq; nõ eſt potentie noſſe:ſed id arbitrari noſſe poti⁹ impotentię eſt. quiſquis ergo dicat deũ cuncta noſſe. et ob hoc cuncta ex neceſſitate eẽ futura:is deũ dicit ex neceſſita-te cuncta ventura credere:quęcũq; ex neceſſitate nõ eueni-unt. Nam ſi oĩa ex neceſſitate ventura nouit deus:in noti-cia ſua fallit̃.non eni omnia ex neceſſitate eueniũt:ſed ali-qua cõtingenter. Ergo ſi quę cõtingenter euentura ſunt. ex neceſſitate euẽtura nouerit:in pꝛopꝛia pꝛouidentia fal-ſus eſt. Nouit eni futura deus nõ ut ex neceſſitate eueniẽ-tia:ſed ut contingenter:ita ut ꝛ aliud poſſe fieri non igno-ret:φ tamen fiat ex ipſoꝛũ hominũ ꝛ actuũ ratione pſciſcat quare ſi quis oĩa ex neceſſitate fieri dicat:deo quoq; beni uolentiã ſubꝛipiat neceſſe eſt. nihil eni illius benignitas parit:quando quidẽ cuncta neceſſitas adminiſtrat:ut ipſȝ dei benefacere ex neceſſitate quodãmodo ſit non ex ipſius voluntate.nam ſi ex ipſius voluntate quędã fiunt:ut ipſe nulla neceſſitate claudatur:nõ omnia ex neceſſitate contin gunt. Quis igit̃ tam impię ſapiens deũ quoq; neceſſitate cõſtringat:qui ſi omnia ex neceſſitate fieri dicat: iſta quoq; vis impoſſibilitatis eueniet. Quare ponendũ in reb⁹ eſt caſu quędam poſſe:ꝛ voluntate effici:ꝛ neceſſitate cõſtrin gi. Et ratio quę vtrum vis hoꝛũ ſubꝛuit:impoſſibilis iu dicanda eſt. Non igit̃ inmerito Ariſtoteles ad impoſſibi lem rationẽ perduxit dicens et poſſibilitatẽ ꝛ caſum et li-berum arbitriũ o.perire:quod fieri nequit: ſi omniũ futu-rarũ enunciationũ vna ſemper vera eſt definitę: falſa ſem per altera definitę.horum eni veritatẽ ꝛ falſitatem neceſſi tas conſequit̃:quę ꝛ caſum de rebus ꝛ liberũ ſubducat ar-bitrium. vnde nũc quoq; idem repetit dicens nihil impe dire: vtrum aliquis ante mille annos aliquid futurum eẽ dicat:an alijs neget. Non enim facit dicere vel negare cũ-cta quę facienda ſunt vel nõ facienda: ſed ſi neceſſe eſt dicẽ tem vel negante; res quoq; affirmatas vel negatas ſub ſequi:etiam ſi illi non dicant: quę illis dicentibus eueni re neceſſe erat:etiam non dicentibus euenire neceſſe eſt. di cit autem hoc modo.

At vero nec hoc differt: ſi aliqui dixerint contradictionẽ:vel non dixerint. manifeſtuȝ eſt eni:quoniã ſic ſe habent res: et ſi non hic quidẽ affirmauerit:ille vero negauerit.nõ eni pꝛopter negare vel affirmare erit vel non erit nec in milleſimũ annũ magis φ̃ in quãtolibet tempe.quare ſi in omni tempe ſic ſe habebat. ut vnũ diceret̃ vere: neceſſe erat hoc fieri: et vnũquodq; coꝝ quę fiunt:ſic ſemper ſe habe bat:ut ex neceſſitate fieret.quãdo eni vere di cit quis:quoniaȝ erit: non poteſt non fieri: et quod factũ eſt: verum erat dicere ſemp:quo-niã erit.φ ſi hęc non ſunt poſſibilia.videmus eni eſſe pꝛincipiũ futuroꝛũ et ab eo φ conſilia-mur:atq; agimus aliquid.

Euẽtus neceſſariaꝝ reꝝ Ariſtoteles nõ ex pꝛedicentiũ veritate.ſed ex ipſarũ rerum natura cõſiderans ait:φ licet neceſſe ſit quiſquis de re aliqua vere pꝛedixerit:rem quam ante pꝛonũciauerit:euenire. non tamẽ idcirco rerũ neceſſi-tas ex pꝛedicationis veritate pendet: ſed diuinãdi veritas ex reꝝ potius neceſſitate perpendit̃. Non enim idcirco ne ceſſe eſt eſſe:quoniã verum aliquid pꝛedictũ eſt:ſed quoni am neceſſario erat futurũ:idcirco de ea re potuit aliquid ve re pꝛedici.φ ſi ita eſt:eueniendi rei vel non eueniẽdi nõ eſt cauſa is qui pꝛedicit rem futurã eſſe vel negat. Non enim pꝛopter affirmationẽ vel negationẽ eẽ neceſſe eſt. ſed idcir co ea eẽ neceſſe eſt quę futura ſunt: qm̃ in natura pꝛopꝛia habẽt neceſſitatẽ quandã:in qua ſi quis incurrerit vere pꝛedixit. Ergo ſi quęcunq; nunc facta ſunt: veꝝ de his ſu iſſet dicere quoniã erunt:ſiue ille dixiſſȝ ſiue nõ:hęc quę fa cta ſunt erũt ex neceſſitate futura.nõ eni pꝛopter dicentem vel negantẽ in rebus neceſſitas eſt: ſed pꝛopter reruȝ neceſ ſitatẽ veritas in pꝛonũciatione vel falſitas inuenit̃.quare ſi etiã ea quę nũc facta ſunt: vere potuiſſent p̄dici qm̃ erũt: his ita poſitis rem neceſſe eẽt euenire: ſiue illi pꝛedicerent ſi ue non:neceſſe eſt id φ fit ex neceſſitate eſſe futurũ: ꝛ nihil omnino vtrũlibet in rebus eſt. nanq; ſi nihil neceſſitatẽ re rum adiuuat diuinatio:ꝛ nihil intereſt: vtrũ quis p̄dicat futurũ eſſe aliquid an neget:an nullus oĩno aliquid :nec in affirmatione nec in negatione pꝛedicat: manifeſtũ eſt ꝛ quoniã de eo nulla diſtãtia eſt:ſiue qs ante qđlibet multũ temp⁹ aliquid euenturũ vere eſſe pꝛedixit: ſiue ante quodli bet paucos dies vel hoꝛas vel momẽta. nihil eni intereſt. Siue eni quis ante mille annos pꝛediceret φ ex neceſſita te rei euẽture nihil moueret. φ eni nihil intereſſet. vtꝝ pꝛe diceret̃ an nõ pꝛediceret̃:nihil quoq; intereſt an iuxta pꝛe dicat̃ an longe. Nõ ſi hęc ita ſunt ꝛ oĩa quęcũq; euenerunt futura fuiſſe neceſſe eſt. totũ liberꝝ arbitriũ perit: totus ca-ſus abſumit̃: rerũ poſſibilitas ꝓpter neceſſitatẽ omnis ex cludit̃. Simul autẽ ariſto. pꝛenũciationẽ euentũq; cõtin gens reꝝ neceſſitatẽ ex ipſa pꝛopoſitionũ veritate ꝯfirmat dicens. Si hęc ita ſunt:ut in oĩ tempoꝛe ſe ſic habeat: vnũ quodq; qđ factũ eſt ut hoc ipm̃ vere pꝛediceret̃. neceſſe eſſet hoc fieri.i.neceſſe eſſet qđ pꝛedictũ eſt vere:euenire: vnum quodq; eni coꝝ que fiũt ꝛ vere pꝛedicunt̃ ſic ſe habet:ut ex neceſſitate fiat.hoc autẽ cur fiat hęc ratio eſt.qđ eni vere qs dicit:fieri neceſſe eſt. Illa eni veritas ex neceſſitate reꝝ pꝛo creat̃.φ ſi etiã id qđ factũ eſt veraciter ꝓnũciaret̃ futurum: nulla eſſet dubitatio oĩa ex neceſſitate pꝛouenire. Quod ſi hoc inquit impoſſibile eſt (videmus eni quaſdã res ex pꝛĩ cipio liberi arbitrij ꝛ ex noſtroꝝ actuum fonte deſcẽdere) quid dubitamus friuolã rationẽ omniũ rerũ neceſſitatis excludere: ꝛ delectum humane vite interpoſitione neceſſita-tis nõ abſumere? quę eni erit vlla diſcretio inter hoĩes:ſi li beri arbitrij iudiciũ perit? cur poſtremũ leges ꝯdite? Cur rei publice iura? Cur reſponſa ſunt? Cur inſtituta? Cur moꝛes publici? ꝛ pꝛiuati actus cõſtitutionib⁹ pꝛincipuȝ et iudicioꝛũ nexib⁹ ꝯtinent̃? ſi certũ eſt nihil humanis licere pꝛopoſitis? fruſtra eni cũcta ſunt? ſi liberꝝ arbitriũ nõ eſt. le ges eni ꝛ cetera ad cõtinendos aĩos hominũ ꝯdita ſcimus Nõ ſi ſeipſi animi nõ regũt: ꝛ eos aliqua quedã violentia neceſſitatis impellit? dubiũ non eſt: quin vacue iſte leges ſint: quę nihil ſponte faciẽtib⁹ ꝓponunt̃? Sȝ hęc quã ſint impoſſibilia ipſe Ariſt. pꝛobat: cui⁹ recta ſentẽtia neq; ca-ſum neq; neceſſitatẽ neq; poſſibilitatẽ in vtraq; pte natu-rę: neq; liberꝝ tollit arbitriũ: ſed cũcta ꝑmiſcens reb⁹ pluri mis arbitrat̃ mundũ cõpoſitũ nõ ſimplici vel caſu vel ne-ceſſitate vel libere voluntatis iudicio contineri. Nõ ſi hęc nõ ſunt poſſibilia. videm⁹ eni eſſe pꝛincipiũ futuroꝝ ꝛ ab eo φ cõſiliamur atq; agim⁹ aliquid. Impoſſibilia ſingq; iſta ſunt: ut omnia ex neceſſitate pꝛoueniãt. Sum⁹ eni quoꝛũ-dã nos ipſi quoq; pꝛincipia: ꝛ anim⁹ noſter rõe foꝛmatus: actioneſq; noſtre ea rõe directę quarundã reꝝ pꝛincipiũ te nent. Sic eni id quod in nobis eſt habere dicimur: nullo extra impediẽte vel cogẽte ad quod nobis videt̃ rõe indi-cante pꝛoſilimus. Nec omnia neceſſitatib⁹ ſurripiẽda ſunt Omniũ nãq; animaliũ gen⁹ in eo φ animalia ſunt ſubie ctum eſt aliud naturę: aliud celeſtibus ſiderũ curſib⁹. aliud rõni quoq; mẽtis ꝛ animi cogitationi. Arboꝛes nanq; ꝛ aĩalia nõ rõnabilia. Illa quidẽ tantũ naturę ſubiecta ſunt Pecoꝛa vero q: liberꝝ arbitriũ nõ habẽt : celeſtiũ etiã de-cretis. hoĩes autẽ ꝛ naturę ꝛ ſiderib⁹ ꝛ ꝓpꝛię volũtati ſubie-cti ſunt. Multa eni natura dñante vel facim⁹ vel patimur ut moꝛtẽ vel huiuſmodi habitudinẽ coꝛpoꝛis. Multa eti am ſecum rerum ipſarum neceſſitas trahit: ut ea que cũ fa-cere volum⁹: nõ tñ facere valeam⁹. Multa ãt dat volũtaq; liberꝝ arbitriũ: quę nobis volẽtib⁹ fiũt: q̃ nõ fierẽt niſi vel-lem⁹ vñ fit ut naturaq; mot⁹ ẽ pꝛĩcipiũ: ꝛ liberi ar. facultate

et animi quoqꝫ ratione participet. aĩa vero velut illigata corporibus: quibus natura dominat: imaginationibus et cupiditatibus ⁊ iracundie ardoribus ceteriſqꝫ: que affecit corpora: et ipſa cũ illigata eſt natura participat. Cum ergo autem diuine prouidentie ſubiecti ex illa quoqꝫ diuinorum voluntate pendemus. itaqꝫ nec celeſtium neceſſitas tota ſubruit nec caſum diſputatio hec de rebus eliminat: et liberũ firmat arbitrium. ſed hec maiora ſunt: quã ut nunc digne pertractari queant. Sumus igitur et nos quoqꝫ rerum principia et ex noſtris conſilijs atqꝫ actibꝰ in rebus plura conſiſtunt. Nõ ſi ea que per hanc rationem afferunt: perſpicua ſunt: ꝙ vero ponitur id eſt affirmationes et negationes omnes in futuro veras eſſe non eque ꝑſpicuum eſt: cur dubitamus mendacem ſubterfugere rationis viam ⁊ tenere ea que cũ vera ſint: tum manifeſta ſunt repudiatis is que nec veritate vlla firma ſunt: nec perſpicue clareſcunt. Et quoniã iam ſupra dixerat: quare non oportebit neqꝫ conſiliari: neqꝫ negociari. nunc hoc reddidit ad id quod ait: conſiliari dicens nos eſſe principiũ futurorum et ab eo ꝙ conſiliamur. ad id quod ait neqꝫ negociari reddidit id quod ſubiecit: ab eo quod egimus. Quare tanta breuitate oratio conſtricta eſt: ut in ea teneat rationis ordiniſqꝫ neceſſitas.

**Et quoniam eſt omnino in his: que non ſemper actu ſunt: eſſe poſſibile et nõ eſſe ſimiliter: in quibus vtrumqꝫ cõtingit et eſſe ⁊ non eſſe: quare fieri et non fieri, ⁊ multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habentia: ut quoniã hanc veſtem poſſibile eſt incidi: et non incidetur: ſed prius exteretur. Similiter autem ⁊ non incidi poſſibile eſt. non enim eſſet eam prius exteri: niſi poſſibile eſſet non incidi. quare et in alijs facturis: que ſecundũ potentiã huiuſmodi dicunt. manifeſtum igitur eſt: quoniã non omnia ex neceſſitate vel ſunt vel fiunt: ſed alia quidẽ vtrumlibet: et non magis vel affirmatio vel negatio vera eſt: alia vero magis quidem et in pluribus alterum: ſed contingit fieri et alterum: alterum vero minime.**

¶ Continuus quidẽ ſenſus eſt ex ſuperioribus hoc modo: ſupra enim ait: ꝙ ſi hec non ſint poſſibilia id eſt ut omnia neceſſitas adminiſtret. Uidemus enim a nobis quodam eſſe principium futurorũ ⁊ a noſtris actibus atqꝫ cõſilijs. his illud addit. quoniã ſunt aliqua que poſſibilia ſunt. eſſe cum non ſint: ⁊ non eſſe cum ſint. hec etiam ſimul auferentur: ſi neceſſitas in omnibus dominet. et ſenſus quidem cum ſuperioribus ita cõiunctus eſt. Nõ autem habet argumẽtationis tota ſententia. hoc modo perſpiciendum eſt. poſſibile eſſe dicitur ꝙ in vtramqꝫ partem facile nature ſue ratione vertatur: ut cum non ſit poſſibile ſit eſſe: nec cum ſit ut non ſit res vlla prohibeat: ita ergo ⁊ ꝙ poſſibile dicimus a neceſſitate ſeiungimus. Aliter enim dicitur poſſibile me eſſe ambulare: cum ſedeam: aliter ſolẽ nunc eſſe in ſagittario: ⁊ poſt paucos dies in aquariũ trãſgredi. ita enim poſſibile illud eſt: ut etiam eẽ neceſſe ſit. poſſibile autem dicere ſolemus: ꝙ et cum non ſit eſſe poſſit. et cum ſit non eſſe iterum poſſit. Si quis ergo omnia neceſſitati ſubiecerit. ille naturã poſſibilitatis intercipit. Tres ergo ſunt ſententie de poſſibilitate. Philo enim dicit poſſibile eſſe quod natura propria enunciationis ſuſcipiat veritatem: ut cum dico me hodie eſſe Theocriti bucolica lecturum. hoc ſi nihil extra prohibeat: quantum in ſe eſt poteſt veraciter predicari. Eodem autẽ modo idem ipſe philo neceſſarium eſſe definit: ꝙ cum verum ſit: quantum in ſe eſt nunꝙ̃ poſſit ſuſceptiuũ eſſe mendacij. non neceſſarium autem eſſe determinat: ꝙ quantum in ſe eſt poſſit ſuſcipere falſitatem. impoſſibile vero ſecundũ propriam naturã nunꝙ̃ poſſit ſuſcipere veritatem. Idem tamen ipſe ⁊ contingens ⁊ poſſibile vnũ eſſe confirmat. Diodorus poſſibile eſſe determinat: quod aut eſt aut erit: impoſſibile ꝙ cum falſum ſit: non erit verum. neceſſariũ quod cũ ſit verũ non erit falſum. Non neceſſariũ quod aut iam eſt aut erit falſum. Stoici vero poſſibile quidem poſuerũt quod ſuſceptibile eſſet vere predicationis nihil prohibentibꝰ alijs que cum extra ſint: cũ ipſo tamen fieri contingũt. Impoſſibile autem ꝙ nullã vnꝙ̃ ſuſcipiat veritatem alijs extra euentum ipſius prohibẽtibus. Neceſſariũ autem qđ cũ verum ſit: falſã predicationẽ nulla ratione ſuſcipiat. Sꝫ ſi omnia ex neceſſitate fiunt in diodori ſententiã non rectã ſine vlla dubitatione veniendum eſt. Ille enim arbitratꝰ eſt ſi quis in mari moreret: cum in terra mortẽ non potuiſſe ſuſcipere. ꝙ neqꝫ philo neqꝫ ſtoici dicunt. ſed quãꝙ̃ iſta non dicant: tamẽ ſi vnam partẽ contradictionis euentu neceſſitatis metiunt: idem cum diodoro ſentire cogunt. Nã ſi quis in mari mortuus eſt: illũ neceſſe fuit in mari necari impoſſibile enĩ cum fuit in terra mortẽ ſuſcipere. quod falſum eſt. Atqꝫ hec omnia impoſſibilia ſubire cogũtur. quicunqꝫ enĩ definite alteram cõtradictionis partẽ in futuro veram eſſe contendunt: ſolam neceſſitatẽ in rebus inducunt. Neqꝫ enim ſi quis naufragio perijt in pelago: idcirco ſi nunꝙ̃ nauigaſſet imortalis in terra futurus fuiſſet. At vero non ex euentu rerũ: ſed ex natura euentus ipſos ſuſcipientiũ propoſitionũ contradictiones iudicãde ſunt. Si enim mihi omnia ſuppetunt nũc. ut athenas eam. etiam ſi non vadam: poſſe tamẽ me ire manifeſtũ eſt. ⁊ cũ iero potuiſſe non ire. Id quoqꝫ apud eos qui euentus ex rerum natura recta ratione diiudicant. indubitatũ eſt. Nõ ergo idem eſt poſſibile: ut ſit neceſſariũ. Sed quãꝙ̃ quod neceſſariũ eſt poſſibile ſit: eſt tamen alia quedam extrinſecus poſſibilitatis natura: que ⁊ ab impoſſibili et a neceſſitate ſeiuncta eſt. Ariſtoteles enĩ hanc habens opinionẽ de his: que ſemper neceſſe eſt eſſe: ea putat nullam habere ad contraria cognationẽ: ut nix quoniã ſemper eſt frigida nunꝙ̃ calori coniuncta eſt. Ignis quoqꝫ nunꝙ̃ frigori cognatus eſt. Idcirco quoniã ſemper in frigoris cõtrarietate verſatur id eſt in calore. Ergo omnia quecunqꝫ ſunt neceſſaria: nullam ad cõtrariorum qualitatem: quã ipſa retinẽt habent cognationẽ. Quod ſi quam cognationem haberet ignis ad frigus fruſtra eſſet illa cognatio. nunꝙ̃ enĩ ignis ſe in frigoris qualitatẽ verteret: ſed nouimus nihil proprium natum fruſtra naturã ſolere perficere. Ergo illa ſunt poſita neceſſaria. quecunqꝫ ad cõtraria nullã habẽt cognationẽ: quecunqꝫ autẽ habent: illa ſunt nõ neceſſaria. Sꝫ quoniã ad vtramqꝫ partẽ contrarietatis naturali quadã cognatione vident eſſe coniũcta: idcirco ad vtrãqꝫ partem eorũ euentus poſſibilis eſt: ut lignũ hoc. Poteſt enĩ ſecari ſed nihilominꝰ tamen habet ad cõtraria cognationẽ. Poteſt enĩ nõ ſecari. ⁊ aqua quidẽ poteſt caleſcere. ſed nihil eã prohibet ⁊ frigori quoqꝫ eſſe cõiunctã. Et vniuerſaliter dicere eſt: quecũqꝫ neqꝫ ſemꝑ ſunt: neqꝫ ſemꝑ nõ ſunt. ſed aliquotiẽs ſunt: aliquotiẽs non ſunt: ea ꝑ hoc ipm ꝙ ſunt et nõ ſunt: habent aliquã ad contraria cognationẽ. Hec autẽ impoſſibiliũ ⁊ neceſſariorũ media ſunt. Impoſſibile enĩ nunꝙ̃ eſſe poteſt. Neceſſariũ nunꝙ̃ non eẽ. inter hec propria quorundã natura eſt: que horum vtrorũqꝫ ſit media: que ⁊ eẽ ſcilꝫ poſſit ⁊ non eẽ. ergo hoc nunc dicit. Uidemꝰ inquit in his: que non ſemꝑ actu ſunt. Illa vero nõ ſemꝑ ſunt actu: que ad vtraqꝫ ꝯtraria habent cognationẽ. ignis ſemꝑ actu calidus eſt. aqua vero nõ ſemꝑ. Quocirca videmus in his: que non ſemꝑ ſunt actu: eẽ quedã poſſibilia. ⁊ non. id eſt ut ⁊ ſint ⁊ nõ ſint. quod in his euenit in quibus vtrumqꝫ contingit. id eſt ⁊ eſſe ⁊ non eẽ: ut aquam ⁊ eſſe calidam ⁊ non eſſe. fieri quoqꝫ et non fieri calidam. Multaqꝫ nobis perſpicua ſunt ita ſe ſe habentia: ut in vtramqꝫ partem euentus ſine vllo alicuius rei impedimẽto vertatur: ut veſtem poſſibile eſt quidẽ ſecari. Sed



fortaſſe ita cõtingit: ut non ante ferro diuidat. ꝙ̃ eam exterat vetuſtas: et hoc fieri poteſt: ut quelibet veſtis non ferro potius minutatim pereat. quã vſu ipſo exterat. Similiter autem non ſolum eam ſecari poſſibile eſt: ſed eam prius exteri ꝙ̃ ſecari: nõ enim eſſet poſſibile non ſecari niſi prius eſſet poſſibile exteri. Cum enim exteritur: non ſecat. hoc autẽ in quibus eueniat vniuerſaliter monſtrat. Euenit hoc inquit ĩ facturis. facture autẽ ſunt: in quibuſcũqꝫ generatio eſt atqꝫ corruptio. Siue enĩ quid natura fiat ſiue arte: in his a faciendo facturã dixit. In his ergo facturis alia poteſtate quidem ſunt alia actu: ut aqua quidẽ eſt calida poſſibilitate. Poteſt enĩ fieri calida: frigida autem actu eſt. Eſt enim frigida actu. hoc autẽ actu ⁊ poteſtate fieri ex materia venit. Nam cum ſit materia contrarietatis ſuſceptrix: ⁊ ipſa in ſe vtriuſqꝫ cõtrarietatis habeat cognationẽ: ſi ipſa per ſe cogitet: nihil eorũ habet que in ſe ſuſcipit: ⁊ ipſa quidẽ nihil actu eſt: omnia tamẽ poteſtate. Suſcipiens autẽ contraria quãꝙ̃ vnam habeat cõtrarietatẽ habet tamen ⁊ alterã ſimul: ſed non actu: ut in eadẽ aqua. huius enĩ materia ⁊ caloris ſuſceptrix eſt et frigoris. Sed cũ vtrũlibet eorũ ſuſceperit vel calorẽ vel frigus: eſt quidẽ ſi ita contingit calida: eſt etiã ſimul ⁊ frigida: ⁊ non eodẽ modo. Nam fortaſſe actu calida eſt frigida poteſtate. Ergo ꝙ poteſtate eſt in rebꝰ: ex materia venit. Alioquin diuinis corporibꝰ nihil omnino eſt poteſtate: ſed omne actu: ut in ſole nunꝙ̃ eſt lumen poteſtate: ſed actu: nec poteſtate quidem vlla obſcuritas: vel toto celo nulla quies. Ita ergo ſe ſe habent ex materia: ut omnia ipſa eſſent poteſtate. nihil autem actu introducta: ſed natura que in ipſa materia eſt: ſingulos pro ratiõe diſtribuit motus: ⁊ ſingulas qualitatũ proprietates ſingulis materie partibꝰ ponit: ut alias quidẽ natura ipſa neceſſarias res ordinauerit ita ut quãdiu res illa eſſet eius in ipſa proprietas ꝑmaneret: ut igni calor. Nam quãdiu ignis eſt: tãdiu ignẽ calidũ eſſe neceſſe ẽ. alijs vero rebꝰ tales qualitates appoſuit: quibꝰ carere poſſunt. Et illa quidẽ neceſſaria qualitas informat vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantiã. illa enĩ eius qualitas cũ ipſa materia ex natura cõiuncta eſt. Iſte vero alie qualitates extra ſunt: que admitti poſſunt ⁊ nõ admitti. atqꝫ hinc eſt generatio ⁊ corruptio. Ex natura ergo ⁊ ex materia iſta in rebus nõ neceſſaria poſſibilitas venit. Qua in re caſus quoqꝫ aliquando ſubrepit: que eſt indeterminata cauſa et ſine vlla ratione cadens. neqꝫ enĩ caſus natura eſt: que fruſtra nihil efficit. Nec liberũ eſt caſus arbitriũ: ꝙ in iudicio ⁊ ratiõe cõſiſtit. Sed a extra eſt caſus: qui propter aliã rem quibuſdã factis ipſe ſubitus ⁊ ĩpulſus exorit. Et ex hac autẽ que eſt vtrũlibet poſſibilitate etiã illa liberi arbitrij ratio venit. Si enĩ non eſſet fieri aliquid poſſibile: ſed omnia aut ex neceſſitate eſſent aut ex neceſſitate nõ eſſent: liberũ arbitriũ non maneret. Recte igit nec omnia caſu ut Epicurus: nec omnia neceſſitate: ut Stoicus: nec rurſus omnia libero arbitrio fieri propoſuit. Sed cuncta ꝑmiſcens in ꝑmixto mũdo ꝑmixtas quoqꝫ rerũ cauſas eſſe propoſuit: ut alie quidem ex neceſſitate: alie vero caſu: vel libero arbitrio: vel poſtremo poſſibilitate cõtingerent. Quorũ omniũ vnũ nomẽ eſt vtrũlibet vel in caſu vel in voluntate vel in poſſibilitate. Sed horũ diuiſionẽ fecit. Nã eorũ que ſunt vtrũlibet alia ſunt: que equaliter ad affirmationẽ ⁊ negationẽ ſe habent. ut eſt lecturũ me eſſe hodie virgiliũ ⁊ nõ lecturũ. Utroqꝫ enĩ modo vtrũqꝫ eſt. hoc eſt enĩ quod ait ⁊ nõ magis vel affirmatio vel negatio eſt. Equaliter enĩ ⁊ poſſum legere virgiliũ nunc: et poſſum nõ legere. Alia vero ſunt que nõ ſe equaliter habent. ſed quãꝙ̃ in vna re frequentius eueniãt: non tamẽ prohibitũ eſt in altera prouenire: ut in eo quod eſt hominẽ in ſenecta caneſcere. In pluribꝰ quidẽ hoc cõtingit: ſed cõtingit fieri et alterũ id eſt ut nõ caneſcat. Alterũ vero minime id eſt ut caneſcat. Ita ergo ex poſſibilitate et caſu et libero arbitrio contradictionẽ in vna parte de futuro definite non eſſe veram vel falſam ꝑ firmiſſimã et validiſſimã argumẽtationẽ ꝯſtituit. His ãt adijcit hoc.

**Igitur eſſe quod eſt quando eſt: ⁊ non eſſe quod nõ eſt quando nõ eſt: neceſſe eſt. ſed nõ omne quod eſt neceſſe eſt eſſe: nec quod non eſt neceſſe eſt nõ eſſe. non enĩ idem eſt omne quod eſt neceſſario eſſe quando eſt: et ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. Similiter autem et in eo quod non eſt.**

¶ Duplex modus neceſſitatis oſtendit: vnus qui cũ alicuius accidẽtis neceſſitate proponit. Alter qui ſimplici ꝑdicatione profert: ut cũ dicimus ſolẽ moueri neceſſe eſt: nõ enĩ ſolem quia nũc mouet: ſed quia nunꝙ̃ non mouebit: idcirco in ſolis motu neceſſitas venit. Alter vero qui cũ conditione dicit: talis eſt: ut cũ dicimus ſocratẽ ſedere neceſſe eſt cũ ſedet: ⁊ non ſedere neceſſe eſt cũ non ſedet. Nam cum idẽ eodẽ tempore ſedere ⁊ nõ ſedere nõ poſſit. quicũqꝫ ſedet nõ poteſt nõ ſedere tunc cum ſedet. Igit ſedere neceſſe eſt. ergo tunc quãdo quis ſedet eum ſedere neceſſe eſt. fieri enĩ non poteſt ut cũ ſedet nõ ſedeat. Rurſus quãdo quis non ſedet: tunc cũ non ſedet eum: non ſedere cũ manifeſtũ eſt. Non enĩ poteſt idẽ ſedere ⁊ non ſedere: ⁊ poteſt iſta eſſe cum cõditione neceſſitas: ut cũ ſedet aliquis tunc cũ ſedet ex neceſſitate ſedeat. ⁊ cũ non ſedet: tunc cũ non ſedet: ex neceſſitate nõ ſedeat. Sed iſta cũ conditione que proponit neceſſitas nõ illam ſimplicẽ ſecum trahit. Non enĩ quicũqꝫ ſedet: ſimpliciter eũ ſedere neceſſe eſt: ſed cum adiectione ea que eſt tunc cũ ſedet: ſicut ſolem dicimꝰ neceſſe eſt moueri. Nec hoc addimus: ut ſolẽ moueri neceſſe ſit cũ mouet: ſed tantũ ſimpliciter dicimus ſolẽ moueri neceſſe eſt. ⁊ hec neceſſitas ſimpliciter de ſole dicta veritatẽ in oratione ꝑficiet. At vero illa que cũ conditione dicit: ut cum dicimus ſocratẽ ſedere neceſſe eſt tũc cum ſedet id quod proponimus tunc cũ ſedet: ⁊ hanc cõditionẽ temporis ſi a propoſitione diuidimꝰ: de tota propoſitione veritas perit. Non enim poſſumus dicere quoniã ex neceſſitate Socrates ſedet poteſt enĩ ⁊ non ſedere. habet enĩ quandã conuenientiã ⁊ cognationẽ poteſtas ſocratis ſicut ad ſedendũ ſic etiã ad non ſedendũ. Ergo id quod dicimus ex neceſſitate Socratẽ ſedere tunc cũ ſedet ad accidens reſpiciẽtes proponimꝰ. Nã quãdo accidit Socrati ſedere: ⁊ eo tempe quo accidit: ei nõ accidiſſe nõ poteſt. ſic enĩ fiet ut eadem res ⁊ accidat vno eodemqꝫ tempe ⁊ nõ accidat: quod impoſſibile eſt. Idcirco accidens eius inſpicientes dicimꝰ: neceſſe eſt ſocratẽ ſedere: ſed nõ ſimpliciter: ſed tũc cũ ſedet. Et ſicut ſimpliciter ethiopem dicere eſſe candidũ falſum eſt: verum tamẽ eſt in aliquo eſſe candidũ (In oculis enĩ et dentibus illi candor ineſt) ita quoqꝫ falſum eſt Socratẽ ex neceſſitate ſedere ſimpliciter. Uerũ autẽ eſt hanc neceſſitatẽ in aliquo quodã ponere ⁊ nõ ſimpliciter predicari: ut dicamus tũc cum ſedet. Quẽadmodum enĩ in ſole dicimus quoniã ſolẽ moueri neceſſe eſt ſimpliciter: ſi ita dicamus Socratẽ ſedere neceſſe eſt falſum eſt. Sin vero marmoreũ ſocratem dicamus: quoniã marmoreũ ſocratẽ ſedere neceſſe eſt: ſi fortaſſe ſedẽs formatus ſit: verũ eſt: ⁊ ſimpliciter de tali Socrate neceſſitas poterit predicari. de ipſo autẽ ſocrate ſimpliciter talis neceſſitas nõ dicit. Neqꝫ enĩ fieri poteſt: ut ſocrates ex neceſſitate ſedeat niſi fortaſſe cũ ſedet. tunc enĩ cum ſedet quoniã ſedet ⁊ nõ poteſt ñ ſedere: ex neceſſitate ſedet. alioquin ex neceſſitate nõ ſedet ſimpliciter: ſed cõtingẽter. poteſt enĩ ſurgere. Quod autẽ ex neceſſitate ſimpliciter eſt: illã ꝑmutare nõ poteſt neceſſitatẽ: ut quoniã ſimpliciter ſolem moueri neceſſe eſt: ſol ſtare nulla ratione poteſt. hoc igitur Ariſtoteles dicit. omne quod eſt quãdo eſt: ⁊ omne ꝙ non eſt quãdo nõ eſt: eſſe cum cõditione ⁊ non eſſe neceſſe eſt. Sꝫ non ſine conditione aut eſſe aut non eſſe ſimpliciter. hec enĩ ſolis illis neceſſitatibꝰ attributa ſunt: quecunqꝫ nullius potentie aut cognatiõis ad oppoſita ſunt: ut ſol ad quietẽ vel ignis ad frigꝰ. Neqꝫ enĩ idẽ eſt inqt A. ex neceſſitate eẽ aliquid quando eſt ĩ ꝯditiõe vel nõ eẽ quũ non eſt. ⁊ ſimplr

dicere oĩa ex neceſſitate eſſe: vel non eſſe. illud enĩ conditione verum ſit: in hac ſimplicitatis natura efficit veritatem. Similiter autẽ inquit ⁊ in eo ꝙ nõ eſt idem eſt. Non enĩ omne quod non eſt nõ eſſe neceſſe eſt: ſed tunc cum non eſt tunc non eſſe neceſſe eſt: ⁊ hoc in cõditione rurſus nõ ſimpliciter. Duabus igiť neceſſitatibus demonſtratis vna. ſcilicet cõditionali altera ſimplici. Rurſus ad cõtradictionem de futuro cõtingentiqꝫ reuertiť.

Et in contradictione cadẽ ratio eſt. Eſſe quidem vel nõ eſſe omne neceſſe eſt: ⁊ futurũ eẽ vel nõ: non tamen diuidentẽ dicere alterũ neceſſariũ. Dico autẽ neceſſe eſt quidẽ eſſe futurum bellũ nauale cras: vel non futuꝝ eſſe. ſed non futurũ eſſe cras bellũ nauale neceſſe eſt. vel non futurũ eſſe. Futurũ autẽ vel eſſe vel non eſſe neceſſe eſt.

¶ Planiſſime quę ſententia haberet̃ de cõtingentibꝰ pꝛopoſitionibꝰ ⁊ futuris expoſuit dicens. In his totã quideʒ contradictionẽ dictã vnã quãlibet partẽ veram habere alteram falſam. Sed nõ ut aliquis diuidat atqꝫ reſpondeat. Hanc quidẽ ex neceſſitate eſſe verã: illã vero ex neceſſitate alterã falſaʒ: ut in eo ꝙ dicimus. ſol hodie occidet: ſol hodie nõ occidet. facillime in his aliquis diuidẽs dicit: quoniã ſolem hodie occidere ex neceſſitate eſt verũ: non occidẽte ex neceſſitate falſum. Ita ſeſe habet diuinoꝛũ coꝛpoꝝ ratio ⁊ natura: ut in his nulla cognatio ſit ad oppoſita. atqꝫ ideo vel ꝙ ſunt: ex neceſſitate ſunt: vel ꝙ nõ ſunt: ex neceſſitate nõ ſunt. Ea vero quę in generatione ⁊ coꝛruptione ſunt. nõ ſunt ita. etenĩ habent hoc ipſo ꝙ gignunť ⁊ coꝛrumpunť ad oppoſita cognationẽ. atqꝫ ideo in his nõ eſt vnã partẽ cõtradictionis aſſumere: et eã neceſſario eſſe ꝓdicare: ⁊ rurſus aliã neceſſario nõ eſſe pꝛoponere: ꝙuis totius cõtradictionis vna quęlibet pars vera ſit altera falſa: ſed incognitę ⁊ indefinitę: ⁊ non nobis: verũ natura ipſarũ rerum quę pꝛoponũtur dubitabilis. ut in ea pꝛopoſitione quę eſt ſocrates hodie lecturus eſt: ſocrates hodie lecturus nõ eſt: totius quideʒ cõtradictionis vna vera ẽ altera falſa. aut enĩ lecturus eſt. aut nõ lecturus: ⁊ hoc cõfuſe ⁊ in tota oꝛatione imꝑſpectũ. Sed nullus poteſt diuidere ⁊ reſpondere quoniã vera eſt lecturũ euʒ eſſe: vel certe quoniã eſt vera nõ eum eſſe lecturũ. Hoc autẽ non ꝙ audientes de futuro neſciamꝰ: ſed ꝙ eadẽ res et eſſe poſſit ⁊ nõ eẽ. Alioquin ſi ex noſtra ſciẽtia hoc eueniret ⁊ nõ ex ipſarũ rerum variabili ⁊ indefinito pꝛouẽtu: illa rurſus impoſſibilitas cõtingeret: ut omnia neceſſitas adminiſtraret. Non enĩʒ pꝛopter ſcientiã noſtrã ꝙ ex neceſſitate ẽ euẽturũ eſt. Sed etiã ſi nos neſciamus: erit tamen alicuius rei euentꝰ conſtitutus: ⁊ indubitãter illã rem futurã eſſe neceſſe eſt. Ergo quoniã hoc fieri non poteſt: ⁊ ſunt quedã: quę nõ ex neceſſitate pꝛoueniãt ſed contingẽter: in his ꝙꝙ totiꝰ cõtradictionis in qualibet eius parte veritas inueniať aut falſitas: non tamẽ ut aliquis diuidat ⁊ dicat hanc quideʒ veram eſſe: illã vero falſam: quod huiuſmodi mõſtrauit exemplo. Cras enĩ bellũ nauale fieri: aut non fieri neceſſe eſt: nõ tamen ex neceſſitate fiet cras: aut neceſſitate nõ fiet cras. Ut poſſit aliquis diuidere ⁊ pꝛedicare dicens cras fiet: ut hoc vere dicat ⁊ ita ex definito contingat. vel rurſus cras non fiet: ⁊ hoc eodem modo pꝛoueniat: hoc fieri nõ poteſt: ſed tamen indefinitę quęcunqꝫ vna pars cõtradictionis vera eſt altera falſa: ſed que euenerit. Euentus autem ipſoꝛũ indiſcretus eſt. ⁊ illud enĩ ⁊ illud poterit euenire. hoc autem idcirco eſt quoniã non eſt ex antiquioꝛibꝰ quibuſdã cauſis pendens rerũ euẽtus. Ut quedã quodãmodo neceſſitatis catena ſit: ſed potius hęc ex noſtro arbitrio ⁊ libera voluntate ſunt: in quibꝰ eſt nulla neceſſitas. Qđ ſi inquit ſimiliter oꝛatiões vere ſunt queẽadmodũ ⁊ res: hoc ſumpſit a Platone qui dixit ſimiliter ſe habere oꝛationes rebus: ⁊ cognatas quodãmodo eſſe in ipſa ſignificatione: ut ſi ſint res impermutabiles ⁊ ratione ſtabili permanentes: oꝛatio quoqꝫ de his vera eſſet ⁊ neceſſaria. Sin vero eſſet res quę varietate nature nunꝙ̃ perpetuo ꝑmaneret in oꝛationibus quoqꝫ fixa veritas nõ eſſet: ⁊ nulla ꝑ huiuſmodi oꝛationes demonſtratio pꝛoueniret. hoc ergo ſumens A. ut optime dictũ ait.

Quare quoniã oꝛatiões ſimiliter vere ſunt quemadmodũ ⁊ res. Manifeſtũ eſt: quoniã quęcunqꝫ ſic ſe habent: ut vtrũlibet ſint: et contraria ipſoꝝ contingant: neceſſe eſt ſimiliter ſe habere et contradictionẽ. Quod contingit in his: quę nõ ſemꝑ ſunt: ⁊ nõ ſemꝑ non ſunt.

¶ Neceſſe eſt ita contradictionẽ ſe habere: quę de illiꝰ nature inſtabilibus atqꝫ indefinitis rebꝰ eſt. Qđ ſi res ſint dubitabiles ⁊ indefinito variabiliqꝫ pꝛouẽtu: contradictio quoqꝫ quę de his rebus ſit: variabili ⁊ indefinito ꝓuentu ſit. Quę autẽ eſſent huiuſmodi res. quarũ euentus varius indefinitusqꝫ conſtaret. planiſſime demõſtrauit dicens ꝙ contingit in his quę non ſemꝑ ſunt ⁊ nõ ſemꝑ nõ ſunt. Ea enim ſunt in quibꝰ contingit vtrũlibet quę neqꝫ ſemꝑ ſunt (poſſunt enim coꝛrũpi) neqꝫ ſemper non ſunt. poſſunt enĩ generari ⁊ fieri. Hęc enim ſunt quę habẽt ad oppoſita cognationẽ: ſicut in ipſa pꝛopꝛia ſubſtantia reruʒ ipſarũ euentus docet. Nam eſſe ad nõ eſſe oppoſitum eſt. Quod auteʒ non fuit ⁊ generať ⁊ fit: ex eo ꝙ non fuit eſt. Habuit igiť in hoc ad eſſe ⁊ nõ eſſe. id eſt ad oppoſita cognationem. Sin vero idem ipm̃ quod eſt coꝛrũpatur: ex eo ꝙ fuit nõ erit. habebit igitur rurſus ad oppoſita cognationẽ. Quare ⁊ ſicut harũ quę ſunt in generatione ⁊ coꝛruptione rerũ pꝛouẽtus indefinitus eſt: ita quoqꝫ ⁊ contradictionũ partes quãꝙ̃ in tota contradictione vna vera ſit altera falſa. Indefinitũ enim ⁊ indiſcretũ eſt: quę vna haꝝ vera ſit: quę altera falſa.

Hoꝛũ enĩ neceſſe eſt alterã partẽ contradictionis veram eſſe vel falſam. Non tamẽ hoc vel illud: ſed vtrũlibet: ⁊ magis quidẽ alteraʒ veraʒ: non tamẽ iam verã vel falſam. Quare manifeſtũ eſt: quoniã non eſt neceſſe omnis affirmationis ⁊ negationis oppoſitarũ hanc quidẽ veram: illã vero falſam eſſe.

¶ Docuit ſupꝛa nos in his quę vtrũlibet ſunt rebꝰ contradictionis vnam partẽ non eſſe definitę veram: falſam vero eſſe alterã definitę: nunc a frequentioꝛi ⁊ a rarioꝛi argumentũ trahit. Supꝛa namqꝫ mõſtrauit eſſe quaſdã res quę frequentius quidẽ cõtingunt: non tamẽ interclusum ſit: ut ei oppoſita aliquãdo cõtingant. Contingit enim ut ei rarius infrequentiuſqꝫ contingãt. Ergo ſi in his quęcunqꝫ in pluribꝰ eueniunt: non neceſſe eſt vnã veram eſſe alteram falſam. Idcirco quoniã quicunqꝫ dixerit hominẽ in ſenecta caneſcere: ⁊ hoc ex neceſſitate eſſe pꝛotulerit: mentietur. Poteſt enĩ ⁊ non caneſcere. Si in his ergo non eſt definitę vna vera: altera falſa: in quibus vna res frequentius venit: rarius altera: multo minus in his in quibus oppoſitoꝛũ euentus ęqualis eſt. ⁊ verum eſt quidẽ dicere quoniã hoc contingit frequẽtius: non tamẽ omnino: quoniam cõtingit: idcirco ꝙ licet rarius tamen contingit oppoſitum. Qđ ſi neqꝫ in his quę in pluribus pꝛedicantur vna definitę vera eſt altera falſa: ⁊ multo minꝰ in his quorum ęqualiter indiſcretus euentus eſt: manifeſtum eſt in futuris ⁊ contingẽtibus pꝛopoſitionibus non eſſe veram vnam: alterã falſam. hoc enim in pꝛincipio ut monſtraret validiſſima argumentatione contendit.

Neqꝫ enĩʒ queẽadmodũ in his quę ſunt: ſic ſe habet etiã in his quę ñ ſunt: poſſibilibus tamen eſſe vel non eſſe. ſed quemadmodũ dictum eſt.



¶ Ad diuiſionẽ tempoꝛũ in pꝛincipio factam totam reuocat queſtionẽ. Ait enim pꝛius pꝛopoſitiones eas quę fierent: aut in pꝛeſenti: aut in futuro: aut in pꝛeterito pꝛedicari: ⁊ eas quidẽ quę de pꝛeterito vel pꝛeſenti dicerenť: definitã veritatẽ vel falſitatem habere: ſiue in ſempiternis et diuinis rebꝰ dicerenť ſiue in naſcẽtibꝰ ⁊ moꝛiẽtibꝰ: in qbꝰ vtrũlibet contingeret: ut haberent ad oppoſita cognationẽ in futuris vero ſi de diuinis quidẽ rebus aliquis ⁊ immutabilibꝰ loquereť: eodem modo vnã veram definitę: alterã falſam eſſe definitę. Non enim habeat huiuſmodi naturę ad oppoſita cognationẽ. In his autem quę in generatione ⁊ coꝛruptione eſſent de futuro pꝛedicatis vel affirmatiue vel negatiuę non eundẽ eſſe moduʒ veritatis definitę: ſed totius quidem cõtradictionis vnam partẽ veram eſſe: alteram falſam: definitę autẽ vnam veram: definitę alteraʒ falſam minime. Nunc autẽ non vtraqꝫ tempoꝛa poſuit pꝛeſens ſcilicꝫ ⁊ pꝛeteritũ. Sed tantũ pꝛeſens. dixit enĩʒ. Neqꝫ enĩ quemadmodũ in his quę ſunt id eſt quę pꝛeſentia ſunt. Qđ vero ait in his quę nõ ſunt poſſibilibꝰ tamẽ eſſe: de futuris loquiť quę cum nõ ſint: tamen eſſe poſſunt. Non enĩ ſic ſe habet in pꝛeſenti pꝛedicta pꝛopoſitio: quemadmodũ in futuro in his. ſcilicꝫ quę vtrumlibet ſunt: ⁊ in generatione ⁊ coꝛruptione cõſiſtunt. In illis enim id eſt ꝑ̄ſentibus ⁊ pꝛeteritis definitę vna vera eſt altera falſa. In his vero id eſt futuris ⁊ cõtingentibus veritas ⁊ falſitas pꝛopoſitionũ nulla definitione cõſtringitur. Sed quoniã de futuris pꝛopoſitionibus Ariſtotelicã ſententiam quantum facultas fuit: diligenter expꝛeſſimus: pꝛolixitatẽ voluminis terminemus.

## Incipit cõmentarioꝛũ liber quartus.

Et quidem libꝛi huius: qui de interꝑtatione apđ latinos apđ grecos vero περὶ ἑρμηνείας inſcribiť: obſcura oꝛationis ſeries obſcuriſſimis adiecta ſentẽtijs atqꝫ ideo non hoc magnis expediſſem voluminibus: niſi etiã nihil laboꝛi ꝑcedens quam poſſem planiſſime quod in pꝛima editione altitudinis ⁊ ſubtilitatis omiſeram: ſecunda cõmentatione complerem. Sed danda eſt pꝛolixitati venia: ⁊ operis longitudo libꝛi obſcuritate penſanda eſt. Sũt tamẽ gradus apđ nos ſatiſfacientes lectoꝛis ⁊ diligentię ⁊ ſtudio cupientis facillime magna cognoſcere. Huius enĩʒ libꝛi poſt has geminas cõmentationes quoddã bꝛeuiariũ faciemus: ita ut in quibuſdã ⁊ fere in omnibꝰ Ariſtotelis ipſiꝰ verbis vtamur: tamen ꝙ ille bꝛeuitate dixit obſcure: nos aliquibꝰ additis dulcioꝛẽ ſeriem adiectione faciamus: ut quaſi inter textus bꝛeuitatem cõmentationiſqꝫ diffuſionem medius ingrediať ſtilus diffuſe dicta colligens: ⁊ anguſtiſſime dicta diffundens: atqꝫ hoc poſterius. Nũc vero quoniã ab Ariſtotele ſupꝛa mõſtratum eſt: in futuro contingentiũ pꝛopoſitionũ veritatẽ ⁊ falſitatem non ſtabili neqꝫ definita ratione eſſe diuiſam: ⁊ quicquid ſupꝛa latiſſima diſputatio cõpleta eſt: nunc hęc eius intentio eſt: ut categoꝛicarũ pꝛopoſitionũ numerũ tradat: quęcunqꝫ cuʒ finito vel infinito nomine ſimpliciter fiunt. Pꝛimo enim volumine dictuʒ eſt nomen eſſe ut homo: infinitũ nomen vero ut non homo. Pꝛedicatiuę autẽ ⁊ categoꝛicę ꝓpoſitiones ſunt. quę duobus tantũ ſimplicibus terminis cõſtant. hę autẽ ſunt ſiue cum finito nomine. ut eſt homo ambulat: ſiue cũ nomine infinito: ut eſt nõ homo ambulat. Harum igiť pꝛopoſitionũ categoꝛicarũ atqꝫ ſimpliciũ tradere numerũ contendit. quęcunqꝫ fiũt adiectione nominis infiniti. Sed quoniaʒ pꝛopoſitiones omnes aut ſecundũ qualitatẽ differũt. aut ſecundũ quantitatẽ. Secundũ qualitatẽ ꝙ hęc quideʒ affirmatiua: illa vero negatiua. Secundũ quantitatẽ vero: ꝙ hęc quidẽ plura complectiť. illa vero pauca. ſecundum quã differentiã hę pꝛopoſitiones: quę dicũt homo ambulat: ⁊ rurſus nõ homo ambulat a ſe differũt aut ſecunduʒ quantitatẽ: aut ſecundũ qualitatẽ videamus. Nam ꝙ dico homo ambulat: qualitatẽ quidẽ quandã ſubſtantię. id eſt hominẽ ambulare deſignat: ⁊ rem definitã atqꝫ ſubſtantiam: quę vnã ſpeciẽ ambulabilẽ eſſe pꝛonũciat. Qđ autẽ dico nõ homo ambulat: hominẽ quidẽ rem definitam tollo: innumerabilia vero ſignifico. quare illa quidẽ quę dicit homo ambulat videbiť ſecundũ quantitatẽ potiꝰ diſcrepare ab ea quę dicit. nõ homo ambulat. An certe illđ magis eſt veriꝰ: ut ꝙ dico homo ambulat: homo ſimplex nomen quaſi affirmationi eſt pꝛoximũ: ꝙ vero dico non homo ambulat: non homo infinitũ nomen negationi videbitur eſſe cõſimile. Sed affirmatio ⁊ negatio ſecundũ qualitatẽ differũt. hęc autem affirmationi ſunt negationiqꝫ cõſimilia. Qualitate igiť potius ꝙ̃ vlla diſcrepant quantitate. An magis illud eſt verius: ꝙ quemadmodũ ſe habꝫ pꝛopoſitio quę dicit ſocrates ambulat ad eam quę dicit qdam homo ambulat. Ita ſeſe habet homo ambulat ad eaʒ quę dicit nõ homo ambulat. Pꝛopoſitio namqꝫ quę eſt quidã homo ambulat: ſi plures ambulant: neceſſe eſt vt vera ſit. Si autẽ plures ambulent: ut Socrates ambulet non eſt neceſſe. poſſunt enim plures ambulare: ⁊ ſocrates nõ ambulare. Sed cum plures ambulant: quidaʒ homo ambulat. hoc autem ideo euenit. Quia ꝙ dicimus quidaʒ homo ambulat particularitatẽ iungimus vniuerſalitati id eſt homini: ⁊ ſi qui ſub ipſa vniuerſalitate ſunt id ẽ ſub homine ambulantes ſunt: eam quę dicit quidã homo ambulat veram eſſe neceſſe eſt. At vero cuʒ dicitur Socrates ambulat: quoniã ſocrates circa vnius cuiuſdam pꝛopꝛietatẽ eſt. Niſi ipſe ſocrates ambulauerit: quãꝙ̃ omnes homines ambulent: nõ eſt verũ dicere ſocrates ambulat. ſic ergo quidã homo ambulat: definitę verũ eſt: ſi plures ambulant. Non autẽ ſocrates ambulat: ꝙuis plures ambulent: niſi ipſe ſocrates ambulet. ſic etiam in eo ꝙ eſt homo ⁊ nõ homo: qui dicit homo ambulat: dicit quoniaʒ quoddam animal ambulat. ⁊ hoc nomine et qualitate determinat dicens homo ambulat. Qui vero dicit non homo ambulat: non quidẽ omnia ſubꝛuit: ſed hominẽ tantũ. Cetera vero animalia ambulabilia eſſe pꝛonunciat. Ergo ſiue equus: ſiue bos: ſiue leo ambulat: verũ eſt non homo ambulat: ſed nõ eſt verũ homo ambulat: ſi non homo ipſe ambulet. Quare quemadmodũ ſe habet quidã homo ambulat ad ſocrates ambulat. Quod illic ſi plures homines ambularent. verum erat quidã homo ambulat. Non etiã ſocrates ambulat: niſi ipſe ſocrates ambularet. Ita quoqꝫ in eo ꝙ eſt homo ambulat et non hõ ambulat: dici põt. Naʒ ſi plura quę ſunt non homines ambulent: veruʒ eſt dicere quoniã non homo ambulat: non autẽ veruʒ eſt dicere quoniã hõ ambulat: niſi ipſe homo ambulet. ⁊ ſecundũ definitionẽ ergo potius ⁊ pꝛopꝛietateʒ videnť diſcrepare quaʒ ſecundũ aliquã totam quantitatẽ vel partẽ quantitatis. vel rurſum ſecundũ aliquaʒ qualitateʒ. Nam ſicut poſterius demonſtrabiť ea quę dicit non hõ ambulat: affirmatio potius quam negatio eſt. atqꝫ hęc hactenus pꝛedixiſſe ſufficiat.

Quoniam autem eſt affirmatio de aliquo ſignificans aliquid. hoc autem eſt vel nomen vel innominatuʒ. vnum autem opoꝛtet eſſe ⁊ de vno id: quod eſt in affirmatione. Nomen autem dictum eſt: et innominatum pꝛius. non homo enim nomen quidem non dico: ſed nomen infinitum. Unum enim ſignificat quodammodo infinitum nomen: quemadmodum et non currit non verbum dico: ſed infinitum verbum.

**Erit omnis affirmatio ⁊ negatio vel ex nomine ⁊ verbo: vel ex infinito nomine ⁊ verbo. Preter verbū autem nulla affirmatio vel negatio eſt. eſt enim: vel erit: vel fuit: vel fit: vel quecunq; alia huiuſmodi verba ex his ſunt: que ſunt poſita. conſignificant enim tempus. Quare prima eſt affirmatio et negatio: eſt homo: non eſt homo: deinde eſt non homo: nō eſt non homo. Rurſus eſt omnis homo: nō eſt omnis homo. eſt omnis non homo: non eſt omnis nō homo. et in extrinſecus temporibus eadem ratio eſt.**

¶ In ſecundo (ut arbitror) libro prediximus omnē enūciationē ſimplicē. id eſt predicatiuā ex ſubiecto ⁊ predicato conſiſtere. Quorū ſemꝑ predicatio aut verbuꝫ eſſet. aut ꝙ idem poſſet: tanq̄ ſi verbi dictio poneret̄. ut cum dicimꝰ: homo ambulat verbum ponit̄. cum vero dicimus homo rationalis ſubaudiat̄ hic verbum eſt: ut totus intellectus ſit homo rationabilis eſt. Quocirca neceſſe eſt. aut verbū ſemꝑ eſſe quod predicat̄. aut ꝙ ſit verbo conſimile: idē q; in enunciationibꝰ poſſit. Quod vero ſubiectum eſſet. aut omnino nomē eſſet: aut ꝙ vice nominis fungeret̄. Quocirca illud maxime colligendū eſt: omne in categorica propoſitione ſubiectum eſſe nomen: omne vero predicatū verbum. Sed quoniā cum de nomine loqueret̄ aliud quoddam nomen introduxit quod ut ſimpliciter quidem ⁊ ꝑ ſe nomen nō eſſet: infinitū tamen nomen vocaret̄. id cum negatiua ꝑticula proferet̄. Omnis autem propoſitio ex nominis ſubiectione cōſiſtit. Eſt autem categorica propoſitio: que aliquid de aliquo predicat vel negat: ⁊ de quo predicat quidē nomen eſt. Quandoq; in nomine infinitum etiam nomen dicit̄: neceſſe non ſemꝑ categoricam propoſitionē aut nomen habere ſubiectū: aut illud quod infinitū dicit̄. Infinitū vero nomen eſt qđ ipſe nunc innominatū vocat. Omnis ergo propoſitio predicatiua in duas diuiditur ſpecies. aut enim ex infinito nomine ſubiectum eſt. aut ex ſimplici ⁊ finito. Ex infinito quidē quemadmodū cum dico non homo ambulat. ex finito autem ⁊ ſimplici ut homo ambulat. Huius autē que ex finito ⁊ ſimplici eſt ſpecies ſunt due: que aut vniuerſale nomen ſubicit ut homo ambulat: aut ſingulare: ut Socrates ambulat. Quare ita fit diuiſio. Omniū enunciationū ſimpliciū: que duobꝰ terminis cōſtant. alie ſunt ex infinito nomine ſubiecto alie vero ex finito ⁊ ſimplici. Earum que ſimplex habent ſubiectū. Alie ſunt que vniuerſale ſimplex ſubiciunt. Alie que ſingulare. Supra vero docuit que ſint differentie propoſitionū ſimplex nomen in ſubiecto ponentiū: Qđ alie ſunt vniuerſales: alie ſunt particulares: alie ſunt indefinite. ⁊ ſecundū quantitatē quidē hoc modo differunt. Secundū qualitatē vero ꝙ alie affirmatiue ſunt: alie negatiue. Idē quoq; in his propoſitionibꝰ que ex infinito nomine ſubiecto enūciant̄. Alie namq; earum indefinite ſunt. alie definite. Definitaruꝫ alie ſunt vniuerſales: alie particulares hic quoq; ſcđm quantitatē: nec minus ſcđm qualitatem eedem infinitorū: quoq; nominū in propoſitionibꝰ differentie ſunt. Dicimus enī alias eſſe affirmatiuas: alias negatiuas. ſubiecta vero deſcriptio docet que ſint affirmatiue ſimplices: ⁊ que ſint negatiue: ⁊ rurſus que ſint negatiue ex infinito nomine ⁊ que affirmatiue: eaſq; oēs in proprijs determinationibꝰ adiunximꝰ nec minus etiā indefinitas in vtraq; ſpecie ꝓpoſitionū poſuimꝰ ſingulare habētibus ſubiectum ſimplicibus propoſitionibus reiectis. Sunt enim indefinite ꝓpoſitiones ſimplices he. homo ambulat: homo non ambulat. contra eas vero diuiſe ſcđm nomen infinitū he. Nō homo ambulat: nō homo nō ambulat: vniuerſales ex ſimplici ſubiecto nomine ſunt he. Omnis homo ambulat: nullꝰ homo ambulat. Cōtra has diuiſe ex infinito noīe vniuerſales. Omnis nō homo ambulat: nullus non homo ambulat. Rurſus ꝑticulares ex ſimplici noīe ſubiecto ſunt he. Quidā homo ambulat: quidam homo nō ambulat. Rurſus ꝑticulares cōtra has diuiſe ex infinito noīe ſubiecto ſunt he. Quidaꝫ non homo ambulat: quidā nō homo nō ambulat. hoc aūt ſubiecta deſcriptione declaratur.

| | |
|---|---|
| Indefinite ex ſimplici noīe ſubiecto. | |
| Homo ambulat | Homo non ambulat. |
| Indefinite ex infinito noīe ſubiecto. | |
| Nō hō ambulat | Nō hō nō ambulat: |
| Vniuerſales ex ſimplici noīe ſubiecto | |
| Oīs hō ambulat | Nullus hō ambulat |
| Vniuerſales ex īfinito noīe ſubiecto | |
| Oīs ñ hō ābulat | Nullꝰ nō hō ābulat. |
| Particulares ex ſimplici noīe ſubiecto | |
| Quidā hō ābulat | Quidā hō ñ ābulat. |
| Particulares ex īfinito noīe ſubiecto | |
| Quidā ñ hō ābulat | qdā ñ hō ñ ābulat |

¶ Hec ergo partiens ⁊ de ꝓpoſitionibꝰ ex duobus terminis cōſtitutis faciens ꝓpoſitionē inquit omnes ex ſubiecto fieri noīe ꝓpoſitiones ⁊ eas tantum ad diuiſionem ſumit que ex infinito nomine et finito nomine fiunt: faciēs huiuſmodi diuiſioneꝫ principalē: ut ſit. Propoſitionum alie ſunt ex finito nomine: alie ex infinito. Oportuerat quidem volentē cūcta partiri ad differentias ꝓpoſitionū non ſolum infinitū ſumere nomina: ſed etiaꝫ verba. Sed quoniam nouerat nomen quidē infinitū conſeruare ꝓpoſitionem quā inueniſſet: ut ſi in affirmatiua diceret̄: affirmatiuam ſeruaret enunciationē: ut eſt nō homo ambulat. Si negatiua: negatiuā ſeruaret enunciationē. negatiua auteꝫ eſt ut eſt nō homo nō ambulat. Verba vero que ſunt infinita iuncta in ꝓpoſitione non affirmationem: ſed perficere negationem: idcirco de his reticuit: Qđ he magis que ex verbo infinito ſunt ad vnam qualitatē pertinent propoſitionis. i. ad negatiuā. Semper enim fit ex infinito v̄bo negatio. Hec igit̄ colligens ait. Quoniā autem eſt de aliquo ſubiecto affirmatio ſignificās aliquid. i. predicās: hoc eſt quoniā omnis ꝓpoſitio eſt ex ſubiecto ⁊ predicato. ꝙ autem ſubiectū eſt uel nomen uel innoīatū. Innoīatū autem eſt quod ꝓpoſitū ſubruit nomen: ut eſt nō homo. Nomen enim quod eſt homo differt a nominis infiniti priuatiōe: ꝙ eſt nō homo: atq; in eo ⁊ innoīatū vocauit. Qualis aūt debeat eſſe propoſitio de qua tractat oſtendit dicēs: vnuꝫ aūt oportet eſſe ⁊ de vno hoc quod eſt in affirmatione. i. ex duobus terminis ꝓpoſitionē oportet cōſiſtere. Cōmemorat quoq; quid ſit innoīatū ſe ſupra dixiſſe: quoniā ꝙ dicimus nō homo nomen quidē Ariſtoteles nō diceret: ſꝫ ꝙ nomen ſimpliciter nō vocaret: hoc addito infinito nomē diceret infinitū: idcirco ꝙ vnū quidē ſignificat: ſꝫ infinitū nomen enī quod ipſam ſignificationē eius quod dicimus homo tollit id eſt nō homo: vnū eſt: ⁊ vnā per ſe ſignificationē ſubripiens: multa ſunt que intelligentiū ſenſibꝰ relinquunt̄: cōmemorat etiā quoniā non curit verbū ſuperius infinitū vocauit ⁊ non ſimpliciter verbū. Quoniam ergo aliquid de aliquo affirmatio eſt. hoc autē ꝙ ſubiectuꝫ eſt: aut nomē eſſe oportet: aut innoīatū. i. infinitū nomen. Duplex ꝓpoſitionis ſpecies inuenit̄. Omnis enim affirmatio uel ex finito nomine eſt ⁊ verbo uel ex infinito noīe ⁊ verbo. eodē quoq; modo ⁊ negatio. Neq; enim reperietur vnq; vlla affirmatio: cuiꝰ negatio inueniri non poſſit Quod ſi duplex eſt ſpecies affirmationū: duplex quoq; eſt ſpecies negationū. illud quoq; cōmemorat quod ſupra iā dixit. Nam licet ex nomine ⁊ verbo ⁊ rurſus ex eo ꝙ nō eſt nomen: ſed infinitū nomen ⁊ verbo fit affirmatio ⁊ negatio predicatiua id eſt categorica: ut autem fit preter verbuꝫ vlla affirmatio atq; negatio: aut preter id ꝙ idem ſignificet verbū vel in ſubauditione vel aliquo alio modo: fieri nō poteſt. Ponit quoq; verba que pene in oībꝰ ꝓpoībꝰ aut ipſa cadant: aut que idem valeāt. Eſt enī inquit vel erit vel fuit vel quecūq; alia cōſignificant tempus: verba ſunt ſicut doceri ex his poſſumꝰ que antea poſita ſunt atq; cōceſſa: cū diffinitio verbo𝔯 daretur verba eē que cōſignificarēt tempus. Quare ſi hec cōſignificāt tēpus nō eſt dubiuꝫ qn verba ſint. ſed preter hec aut idē valentia nulla ꝓpoſitio ē Recte igitur dictū eſt preter verba predicatiuā ꝓpoſitiōeꝫ nō poſſe conſtitui. Iuſte tamē aliquis queſtionē videatur opponere. Cur cū iam dixerit ꝑter verbū enūciationes nulla ratione poſſe cōſtitui: nūc idē repetit: quaſi nihil de hoc antea ꝑdixiſſet. ſed ſuperfluū videri nō debet. Qm̄ enī finitum nomē cum negatiua particula nomē eſt infinitū: idcirco putaretur fortaſſe negatio eſſe: ꝙ dicimꝰ nō homo. Qđ ſi hec eſt negatio: homo ē affirmatio. Ne in hūc ergo quiſq; laberetur errorē: hoc dixit: et cōgrue repetiuit: qm̄ ꝑter verbū enūciatio eſſe nō poteſt: tanq̄ ſi diceret: nemo arbitretur infinitū nomen eſſe negationē: nec nomen affirmationē. Preter verbū enim affirmatio et negatio nulla poteſt vnq; ratiōe conſtitui. In hoc illud quoq; notauerat: ꝙ verbū infinitū et negatiōem ſignificaret et infinitū verbū. Id enī ꝙ dicimus nō ambulat et infinitū verbū eſt ⁊ negatio. ſed per ſe quidē ſi dicatur ſimplex ſine aliquibꝰ alijs adiectionibꝰ infinitū verbum eſt. Sin vero cum nomine aut cum infinito nomine proferatur: non iā verbum infinitū. Sed negatio accipitur: ſed ita ut nō. negatiua particula iūcta cum ambulat infinitū verbū efficiat non ambulat. ſed in propoſitione que eſt homo non ambulat hominē non ambulare deſignat. atq; ideo ait ſubiecta quidē in propoſitionibꝰ poſſe eſſe vel noīa vel infinita nomina. ꝑdicata vero preter verba eſſe nō poſſe. Nam ſiue in affirmatiōibus quis ponat: id verbū ſine dubio predicauit: ſiue in negationibꝰ: eſt nō infinitū verbū ſed tantū verbū: cui addita nō ꝑticula totam qualitatē propoſitiōis ex affirmatiua in negatiua cōmutat. Quare recte nullā differentiā propoſitionū de infinitis verba fecit. Infinita enī verba tūc ſunt infinita: cū ſola ſunt. Si vero cū infinito noīe iungantur aut noīe: non infinita verba iā ſunt ſed finita. Cum negatione tamē in tota ꝓpoſitione intelligūtur. Si ergo quēadmodū ſtoyci volunt ad noīa negatiōes ponēr̄ur: ut eſſet nō homo ambulat negatio: ambiguū eſſe poſſet cū dicimꝰ nō homo an infinitū nomē eſſet an vero finitū cū negatione cōiunctū. Sed quoniā ariſtoteli placet verbis negationes oportere cōiungi: infinita magis verba ambigui intellectus ſunt an infinita videātur an cū negatione finita. Atq; ideo ita diſcernitur ſumptū cū nomine infinitū verbum negatio fit et negatiua propoſitio: ut eſt homo nō ambulat. Per ſe vero dictū infinitū verbū eſt: ut nō ambulat Atq; ideo hic ſolā differentiā nominū ⁊ infinito𝔯 nominū in propoſitionibꝰ dedit nō etiā infinito𝔯 verbo𝔯: idcirco ꝙ de coniūctis loquebatur. i. de nominibꝰ vel infinitis nominibꝰ atq; verbis. In qua cōiunctione id qđ ꝑ ſe infinitū verbū dicitur: negatio eſt. Neq; enī oportet ſic omnis propoſitio aut ex finito noīe aut ex infinito cōſtat: ſic quoq; aut ex finito aut infinito verbo cōſtare. Infinitū enī verbū in propoſitionibꝰ nō eſt: ſed quotiēs aliquid (ut dictū ē) tale per ſe ponitur. finitū quidē verbū eſt: ſed illi coniuncta negatio totā propoſitionē priuat ac deſtruit et verbum quidē infinitū iunctū nominibꝰ negationē ut faciat. neceſſe eſt. nomē vero infinitū iunctū verbo nō neceſſe eſt: ut faciat negationē. Qđ enī dicimus nō homo ambulat. affirmatio nō negatio eſt. Ergo quoniā affirmationē oportet aliquid de aliquo ſignificare. Nomen autē infinitū eſt aliquid: quotiēs dicimus nō homo ambulat: ambulatiōeꝫ id eſt aliquid de nō homine. i. de aliquo predicamus. Sꝫ ſi dicimus nō ambulat nō potius de aliquo predicamus aliquid: ſed ab aliquo tollimus. Qui enī dicit homo non ambulat. ambulationē ab homine tollit: nō de homine ꝑdicat. Quare negatio potius q̄ affirmatio eſt. Si enī affirmatio eſſet. i. ſi verbū eſſet infinitū aliquid de aliquo ꝑdicaret. Nunc autē aliquid ab aliquo tollit. Non eſt igitur verbū infinitū: ſed potius negatio: quotiēs in tota ſumit̄ ꝓpoſitiōe. Numerū vero propoſitionū: quas nos ſupra quidē deſcripſimus: ipſe ſubicit: ⁊ infinitas quidem prius: poſt vero cōtraiacentes. ꝙ ſi quis ad illa reuertitur vel hic intendit animū: in quo vel noſtra vel ariſtotelica diſputatio diſcreper: diligenter agnoſcit. Nos enī et cōtrarias propoſuimꝰ et ſubcōtrarias. Ariſtoteles vero ſolū contradictorie ſibimet cōtraiacentes oppoſitaſq; propoſuit. ſꝫ Ariſto. nō ſolū in ꝑſenti tempore eaſdē propoſitionū dicit eē differētias quas propoſuit. ſed etiā in alijs quoq; duobꝰ tempibus: que extrinſecus ſunt. extrinſecꝰ autē tpa vocat. que preter pñtis ſignificatiōes ſunt. preteritū. ſ. et futurū.

**Quando autē eſt tertiū adiacens predicat̄ dupliciter dicūtur oppoſitiōes. Dico autē ut eſt iuſtus homo. eſt tertiū dico adiacere nomen vel verbū in affirmatione. quare quattuor erunt iſte; quarū due quidē ad affirmatiōꝫ et negationē ſe ſe habebūt ſecundū cōſequentiam: ut priuationes: due vero minime. Dico autē: quoniā eſt aut iuſto adiacebit: aut nō iuſto. quare etiā negatio. quattuor ergo erunt intelligimus vero quod dicit̄ ex his que ſub ſcripta ſunt. eſt iuſtus homo. huius negatio ē nō eſt iuſtus homo. eſt nō iuſtus homo. huius negatio eſt: nō eſt nō iuſtus homo. eſt enī hoc loco et non eſt iuſto et non iuſto adiacet. Hec igitur: quemadmodū in reſolutorijs dictum eſt: ſic ſunt diſpoſita.**

¶ Qđ autē dicit̄ per obſcurū eſt: ⁊ expoſitū a pluribꝰ incurate: quo𝔯 cū iudicio cōpetenti enūerabo ſentētias. Poſtq̄ de his propoſitionibꝰ expediuit: que duobꝰ conſtiterāt terminis: et ſubiectū habuerāt aut nomē aut (ut ipſe ait) innominatū. i. infinitū nomen. Nūc ad eas tranſit: in quibus eſt tertiū adiacens predicat̄ vno ſubiecto duobus ꝑdicatis: ut in eo ꝙ dicimus homo iuſtus eſt. homo ſubiectus eſt ⁊ iuſtus: ⁊ eſt. vtraq; ꝑdicantur. Ergo in hoc duo ſunt predicata: vnū vero ſubiectū. ⁊ fortaſſe aliquis inquirat cur ita dixerit. Qm̄ autē eſt tertiū adiacēs predicatur. ñ enī tertiū predicat̄: ſed ſcđm. Duo enī ſunt que ꝑdicantur vnū vero ſubiectū eſt. Sꝫ nō ita dictū eſt q̄ñ eſt in ꝓpoſitione que dicit hō iuſtus eſt tertiū predicat̄: ſed qm̄ adiacet tertiū et predicat̄. ergo ꝙ dicit̄ tertiū ad adiacere refert̄. et enī in ea ipſa ꝓpoſitiōe que dicit: hō iuſtus ē: eſt tertiuꝫ adiacet: predicatū autē iā nō tertiū: ſed ſecundū. Ergo tertiū numeratū adiacet: ſecundū vero numeratū predicatur. hoc eſt igitur qđ ait. Quādo eſt tertiū adiacens ꝑdicat̄. nō qm̄ tertiū predicat̄. ſed ꝑdicat̄ tertiū adiacens. i. tertio loco. facit igit̄ nūc in his propoſitionibꝰ cōſiderationē in quibus eſt tertiū adiacēs eſt: ſin predicatū. ⁊ ſicut in his in quibus tantū predicat̄. eſt: nō etiā adiacēs ꝑdicabat̄. ut hō ē de ſubiecto cōſiderationē fecit. quot modis ſubiectum ſumptū differētias faceret propoſitionū. Aut enī nomē dicebat eſſe ſubiectū: aut infinitū nomē. Ita hic nūc de ꝑdicato loquitur: et de predicati differētijs tractat. In his enī propoſitiōibus in quibꝰ eſt tertiū adiacens ꝑdicat̄: ſumptū ꝑdicatū alias nomē alias infinitū nomē facit differētias ꝓpoſitionū. Predicatū autē dico in ea propoſitiōe que ꝓponit. hō iuſtus eſt. iuſtus. hoc enī predicatū de homie eſt. eſt autē nō predicat̄: ſꝫ tertiū adiacens ꝑr. i. ſcđo loco. ⁊ adiacens iuſto. tertiū vero in tota propoſitiōe ꝑr. non quaſi quedā pars totius ꝓpoſitionis: ſed potiꝰ demōſtratio q̄litatis hoc enī qđ dicimꝰ eſt nō cōſtituit propoſitionē totam ſed qualis ſit. i. qm̄ eſt affirmatiua demōſtrat. atq; idō non dixit tertiū predicat̄ tantū: ſed tertiū adiacēs ꝑr. Non enī poſitū eſt tertiū ꝑr ſolū. Sed adiacens tertium ſcđo loco: et (quēadmodū dictū eſt) accidenter ꝑr. Pōt autē ⁊ ſic intel

hgi. Jdcirco dixiſſe Ariſt. eſt in his tertiū adiacēs pꝛi: quī
poſſit aliquotiēs ex ꝑ ſe ꝑdicari: ut ſi quis dicat Socrates
phūs eſt. ut ꝓpoſitio hec hoc ſentiat. Socrates phūs vi
uit. Eſt enī ꝓ viuit poſitū eſt. Si qs ergo ſic dicat: duo in
ueniūtur ſubiecta: eſt vero ſolū pꝛ: nō etiā adiacēs. Quod
enim dicimus: Socrates phūs: vtraqꝫ ſubiecta ſunt. Eſt
enī pꝛ ſolum. ſi qs autē dicat ſic: ſocrates phūs eſt: ut nō iā
ſocratē phūm eſſe atqꝫ viuere. ſed ſocratē philoſophari et
phūm eſſe enūciatione ſignificet: tūc inuenit̄ vnū ſubiectū
⁊ duo ꝑdicata. Socrates enī ſubiectū eſt: phūs aut̄ ē et eſt
ꝑdicata: quoꝝ phūs quidē pꝛīcipaliter pꝛ. Eſt autē adia-
cens noī qđ eſt phūs ⁊ ipꝫ pꝛ. ſed nō ſimplr̄ pꝛ. ſed adiacēs.
Sunt autē alie ꝓpoſitiōes hoc mō: ſocrates in licio diſpu
tat. et ſunt hec ex tribꝰ terminis. Sed de hac interiꝫ ꝓpoſi
tionū natura nihil tractat: ſed de his ſolū in qbus eſt terti-
um adiacēs pꝛ: ut eſt hō iuſtus ē. ſed de his duas quidem
opppoſitiōes. Quocirca recte due oppoſitōes quattuoꝛ ꝓ
poſitionū ſunt. hoc autē hmōi ē. Qñ eſt tertiū adiacēs pꝛ.
ꝙ pꝛīcipaliter pꝛ aut nomē erit aut infinitū nomē. Et hec
aut affirmatiue ꝑdicāda ſunt: aut negatiue. Quocirca ſim-
plicis noīs affirmatio ⁊ ſimplicis noīs negatio vna ē op-
poſitio: ⁊ due ꝓpōnes. Finitū autē ⁊ infinitū hic nō ſubie
ctū ſꝫ ſumit̄ ꝑdicatū: ut in eo ꝙ ē hō iuſtꝰ eſt. iuſtus pꝛ. hoc
aūt nomē erit aut infinitū nomē. Fiunt ergo ex his due af
firmatiōes et negatiōes: hō iuſtꝰ eſt: hō eſt nō iuſtꝰ; nō eſt
nō iſtus hō: nō eſt iuſtꝰ hō. Atqꝫ hoc quidē in indefinitis.
Poſteriꝰ autē mōſtrabit̄ hoc etiā in his eſſe: que determia-
tionem habēt vniuerſalitatis vel pticularitatis. Nūc au-
tem hoꝝ ordo ſubiectus numeꝝ oppoſitionēqꝫ declarat.

| | | |
|---|---|---|
| Affir. ſimplex. | | Negatio ſimplex. |
| Homo iuſtꝰ eſt. | oppoſitio vna | Homo iuſtꝰ nō eſt. |
| Affir. ex infinito | | Negatio ex īfinito |
| Hō nō iuſtꝰ eſt | oppoſitio vna | Hō nō iuſtꝰ nō eſt |

¶ Simplices in ſupꝛapoſita in deſcriptiōe ꝓpōnes voca-
ui: in qbus nomē ꝑdicat̄: ut hō iuſtꝰ eſt: hō iuſtꝰ non eſt.
Ex infinitis autē in quibꝰ nomē infinitū pꝛincipalr̄ ꝑdi-
cat̄: ut hō nō iuſtꝰ eſt: hō nō iuſtꝰ nō eſt. Siue autē eſt pꝛi-
mo pꝛ: ſiue poſtea idē eſt. Nec hoc turbet ꝙ Ariſt. eſt pꝛimū
dixit: nos vō poſteriꝰ: ſed idē eſt. Fiūt igit̄ oppoſitiōes due
ꝓpōes q̄ttuoꝛ: ⁊ hec q̄ttuoꝛ ꝓpōes ex ſenario ꝓpōnuꝫ nu-
mero ad paucioꝛa reducte ſunt. Si enī ſimplices ⁊ ex duo-
bus terminis fuiſſent: hoc mō eēnt: hō eſt: hō nō eſt. iuſtꝰ ē
iuſtꝰ nō eſt. Nō iuſtꝰ ē. nō iuſtꝰ nō ē. et eēnt hec ſex ꝓpōes.
Poſſet quidē adici hoc etiā: ut de infinito noīe ſubiecto fie
rēt ꝓpōnes: ut ē: nō hō ē: nō hō non ē. Sꝫ de his poſteriꝰ
dicit. Nūc aūt ſex ille ſimplices in q̄ttuoꝛ reducte ſunt: id-
circo ꝙ res ſimplices iūcte naturalit̄ redeūt paucioꝛes. Cō-
iunctio enīꝫ ipſa nūeꝝ minuit: ut ſi ſint. x. res ⁊ ſingule ſin-
gul' iūgāt̄: ut bine fiāt: qnariꝰ nūerꝰ cōiunctiōis redit. Ita
enī hoc mō ſex erāt ꝓpōnes (ut ſupꝛa docui) q̄ ⁊ ſimplicit̄
dicerent̄: ſed he aſtricte ſunt ⁊ cōiunctione diminute ſunt.
Nam ꝙ ꝓpoſuerūt iſte q̄ttuoꝛ hō ē: hō non ē: iuſtꝰ ē: iu
ſtus nō ē: he cōiūctiōe in duas reducte ſunt: iūctus enī hō
cū iuſto duas ꝓpōes fecerūt hō iuſtus ē: hō iuſtus nō eſt.
Rurſus ad eūdē ipm hoīeꝫ infinitū cū pꝛ. alie due ꝓpōes
ex infinito ꝑdicato rōnabilr̄ oꝛiūt̄ hō nō iuſtꝰ ē: hō nō iu-
ſtus nō ē. qꝫ due oppōes ſunt: ꝓpōes vō q̄ttuoꝛ. Ita igit̄
ex ſex ꝓpōibꝰ. i. ē hō: nō ē hō. ē iuſtꝰ: nō ē iuſtꝰ. ē nō iuſtꝰ:
nō ē nō iuſtꝰ. Que cū ſint ſex ꝓpōes tres tm̄ hñt oppōes:
hō iuſto ⁊ hō nō iuſto ſubiectꝰ q̄ttuoꝛ ſolas ꝓpōnes fecit ⁊
duplicē vō oppōem. Qui vero dixerit nūeroſioꝛes fieri ꝓ
pōnes ex his: in qbꝰ ē adiacens pꝛ. quā ex his q̄ duobꝰ ter
minis cōſtarēt: illos nō intellexiſſe reꝝ naturā māifeſtū ē
Que ita ſe h̄t: ut ſp ex pluribꝰ ſimplicibꝰ rarioꝛes redeāt res
paucioꝛeſqꝫ cōiuncte. Ait igit̄ in his in quibꝰ ē tertiū ad-
iacēs pꝛ. ut hoc ꝙ ait tertiū nō ad ꝑdicatiōem referat̄ potiꝰ
q̄ꝫ ad oꝛdinē: ut ipe diſtinxit dicēs. Dico autē ut ē iuſtus
hō: eſt tertiū dico adiacere nomē vel verbū in affōe: non in
quit tertiū ꝑdicaꝛi. Sꝫ adiacere tertiū: ſed ad oꝛdinē. ſ. nō
ad ꝑdicatiōem refert ut tertiū quidē adiaceret. Adiacēs āt
ꝑdicaret̄. i. non ſimplr̄ ꝑdicaret̄. Neqꝫ enī ſupiꝰ ē termina
tū: ut in ꝓpōe. eſt. ſit terminꝰ. Atqꝫ idō ſi qs reſoluere ꝓpoſi
tiones velit in ſuis termis: ille nō reſoluit ineꝫ. Sꝫ in eo
ꝙ ē hō et iuſtꝰ. ⁊ erūt duo termini ſubiectꝰ quidē hō: ꝑdica
tus vero iuſtꝰ. Eſt āt ꝙ adiacēs ꝑdicat̄ et tertiū adiacēs ñ
in termīs: ſꝫ in q̄titate potiꝰ ꝓpōis (ut dictū ē) accipitur.
Nomē āt vel verbū ait ē. ꝓpter hāc cām. tertiū enī nomen
adiacere dixit ē: ut doceret pꝛīa duo eē hō. ſ. ⁊ iuſtꝰ. idcirco
autē ait nomē vel verbū: qꝛ verba q̄ꝫ noīa ſunt. Hoc aūt
pꝛiꝰ dixit dicēs: ipſa quidē ſm ſe dicta vba noīa ſunt. Pꝰ
q̄ꝫ igit̄ dixit: qđ vellet oñdere ꝑ id qđ ait ē tertiū adiacens
ꝑdicat̄: qm̄ q̄ꝫtū ad oꝛdinē nō ad ꝑdicatiōeꝫ refert̄: ſubi ex-
poſuit quot fierēt ꝓpōes dicēs. Quare q̄ttuoꝛ iſte erunt.
Dixit āt in his q̄ttuoꝛ cōem accidētiā: quā paulopꝰ dili-
genter exponā. Qđ autē accidit hoc ē. Cū ſint hec q̄tuoꝛ ꝓ
poſitiones: q̄s poſuimꝰ ē. Due ipſaꝝ ſeſe ad affirmationeꝫ
⁊ negōem ita habebūt ſm ꝯñtiā ut pꝛiuatiōes. Due vero
minime. Sꝫ hāc in his ꝓpōibꝰ accidētiā paulopꝰ demō-
ſtrabo. Nūc autē illō reſpiciamꝰ quēadmodū ipſe q̄ttuoꝛ
fieri ꝓpōes dicat. Ait enī. dico autē qm̄ ē aut iuſto adiace
bit aut nō iuſto. Fiet enī duplex ꝓpō. Si aut iuſto aut ñ
iuſto ē adiacet hoc mō. ē iuſtꝰ hō. eſt nō iuſtꝰ hō. Quare in
quit ſi ē affirmatiuo mō poſitū nūc quidē cū iuſto nūc aūt
cū nō iuſto gemīas fecit ꝓpōes. ſ. affirmatiuas: idē q̄ꝫ eſt
cū negōne cōiūctū. i. nō. gemīas q̄ꝫ facit negōes. Eas. ſ. q̄
ſunt: nō ē hō iuſtꝰ. nō ē hō nō iuſtꝰ. hoc ē autē qđ ait. Di
co autē qm̄ ē aut iuſto aut ñ iuſto adiacebit. Si enī adia-
cet iuſto facit hāc affirmationē. Eſt iuſtꝰ hō. ſi adiacet ñ iu-
ſto: facit hāc affōem: ē nō iuſtꝰ hō. Quare ēt negō iūcta cuꝫ
eſt idē facit. hec igit̄ negō que ē. nō. copulata iuſto ⁊ ñ iu-
ſto duas facit negōes cōtra eas: q̄s ſupꝛa diximꝰ ꝓpōes
Si enī addat̄ iuſto: talē facit negōeꝫ: nō ē iuſtꝰ hō: ſi nō iu
ſto: nō ē nō iuſtꝰ hō. hoc autē cur euenit: qm̄ ē ⁊ nō ē iuſto
⁊ nō iuſto adiacet: ē cū iuſto ⁊ ñ iuſto duas faciēs ꝓpōes.
Nō ē iteꝝ negō cū iuſto ⁊ nō iuſto alias duas negōes Ex
qbus q̄ttuoꝛ due oppōes ſunt: ut ait ꝫ. Qñ ē tertiū adia-
cens pꝛ: duplr̄ dr̄ oppōes. Quare ſenſus ſeſe totꝰ hoc mō
hēat. Sꝫ qm̄ ē q̄ꝫ alia deſcriptio loci q̄ ſic dicit. Dico autē
qm̄ ē aut hoī adiacebit aut ñ hoī. quare ⁊ negō. q̄ttuoꝛ er-
go pꝛopōes erūt. Intelligimꝰ autē ꝙ diximꝰ ex his q̄ ſub-
ſcripta ſunt. Eſt iuſtꝰ hō. hꝰ negō: nō ē iuſtꝰ hō. Eſt ñ iuſtꝰ
hō. hꝰ negō. nō ē nō iuſtꝰ hō. eſt enī hoc loco ⁊ ñ ē hoī ⁊ nō
hoī adiacet. turbabat expoſitoꝛes. ⁊ dubitabāt qđ hoc eſſet
ꝙ cū ſupꝛa dixiſſꝫ. Dico autē qm̄ ē aut hoī adiacebit aut ñ
hoī. in eoꝝ exēplo ⁊ diſpōe ē ñ appoſuit hoī aut ñ hoī: ſꝫ iu
ſto ñ iuſto dicēs. Intelligimꝰ vero qđ dr̄ ex his q̄ ſubſcri-
pta ſunt: ē iuſtꝰ hō: hꝰ negō: nō ē iuſtꝰ hō. Eſt nō iuſtꝰ hō.
hꝰ negō. nō ē nō iuſtꝰ hō. Eſt pꝰ q̄ꝫ iuſto ⁊ ñ iuſto ⁊ ñ ē ap
poſuit ꝙ añ ñ dixit ſꝫ ad hoīeꝫ ⁊ ñ hoīeꝫ ē adiacere ꝓpoſuit
Poſtea infert. Eſt enī hoc loco hoī adiacet ⁊ ñ hoī: q poſue
rat iuſto ⁊ ñ iuſto ē ⁊ ñ ē adiacere. vñ Alex. q̄ꝫ dicit ſcpture
eē culpā ñ philoſophi recte dicētis: ⁊ emēdādā eē ſcpturaꝫ.
ſꝫ ñ eū opoꝛtuit ꝯfundi: ſi pꝛo hoīe et ñ hoīe iuſtū ⁊ ñ iuſtū
intulit. hec enī exēpla ſunt potiꝰ q̄ꝫ pꝛopōis neceſſitas. ꝙ
enī dixit ē hoī ⁊ ñ hoī adiacere ita ſumpſit: tāq̄ꝫ ſi hō ꝑdica
ret̄: ut in eo ꝙ ē ſocrates hō ē: vel rurſus ſocrates ñ hō eſt.
Ergo volēs ſumere qđcūqꝫ ꝑdicatū. nūc qdē ſimplex. nūc
autē infinitū: itulit iuſtū ⁊ ñ iuſtū indrīter hñs an hō ⁊ ñ
homo ꝑdicaret̄: an iuſtꝰ ⁊ ñ iuſtꝰ: ſolū in ꝑdicato alias ſu-
meret̄ nomē: alias infinitū nomē. Nō ergo opoꝛtuit alex.
conturbari. Alioſqꝫ in hac ſcriptione in qua nos philoſo
phus exercere voluit: ſicut poꝛphirium: ⁊ herminiū non
turbabat: q dicūt exēpla hec eſſe finiti ꝑdicati ⁊ infiniti: i
quibꝰ qđlibet ꝑdicatū ſit: eque accipi opoꝛteret: vel ſic cum
dixiſſet hoī et ñ hoī adiacere ē ⁊ nō ē: albū ⁊ ñ albuꝫ poſtea
intuliſſet ſufficeret. Hoc enī et illō ꝑdicatū alias finitum
alias infinitū ſumere in qbuſcunqꝫ noībꝰ eque opoꝛtet. et
ꝙ hoī ait ⁊ ñ hoī adiacere ē: ⁊ poſtea intulit iuſto ⁊ ñ iuſto
⁊ ſubiecit hoīeꝫ: ñ ita ⁊ putādū ē tāq̄ꝫ de ſubiectis. i. hō: et
ñ hō loq voluerit: ⁊ poſtea ꝑ erroꝛē intulerit in ꝑdicato iu-



ſto ⁊ nō iuſto: ſꝫ potiꝰ ipm hoī ⁊ ñ hoī ita ſumpſit: tanq̄ꝫ in
aliquo ꝑdicaret̄ vt ſicut dictū ē. ſocrates hō ē. ſocrates non
hō ē: hic ergo hō et ñ hō pꝛ. Rurſus ſi qs dicat hō iuſtus ē
hō ñ iuſtꝰ ē: nihil differt. Eodē enī mō ꝑdicatū ī vna pꝛo
pōe ſimplex ſumptuꝫ ē. In altera infinitū: velut ſi dicā nix
alba ē. nix nō alba ē: eodē mō. ñ ergo culpāda ē ſcriptura q̄
cuꝫ pꝰus pꝛopoſuiſſꝫ hoī ⁊ ñ hoī adiacere ē iuſtū ⁊ ñ iuſtuꝫ
intulit. Nihil enī intereſt ſiue iuſtū aut ñ iuſtū ꝑdicet̄: ſiue
hō ſiue ñ hō: dūmō ꝑdicationē alias infinitā: alias vō ſu-
mat finitā tūc cuꝫ ē tertiū adiacēs pꝛ. Exercere igit̄ intelli
gentiā nrāꝫ acumēqꝫ phūs voluit reꝝ oīm ſolertiſſimꝰ nō
ſcptura falſa ꝯfundere: qm̄ autē ea que ſupꝛa dixit. colligēs
ait. Eſt enī hoc loco: ⁊ ñ ē hoī adiacet. Hoc ſentit: qm̄ ī hac
pꝛopōe: que dicit: hō iuſtꝰ ē: quā ſupꝛa pꝛopoſuerat: iuſtus
de hoīe ꝑdicat̄. Eſt autē adiacēs iuſto adiacebit et hoī. et ī
ea: que dicit. hō iuſtꝰ ñ ē. qm̄ iuſtꝰ ꝑdicat̄ de hoīe: ñ ē auteꝫ
adiaceꝫ. Nō ē ergo hoī q̄ꝫ adiacebit. Hoc enī ē: qđ ait. ē enī
hoc loco et ñ ē hoī adiacet. Nā ſi iuſtꝰ pꝛ de hoīe: ē autē ⁊ nō
eſt adiacet iuſto: ⁊ hoī q̄ꝫ adiacebit: ut dictū ē. Hāc q̄ꝫ ſcri-
pturā emēdādā eē: faciēdūqꝫ eē Alex. opinat̄ hoc mō. Si-
cut pꝰus q̄ꝫ expoſuimꝰ. Eſt enī hoc loco ⁊ ñ ē iuſto ⁊ ñ iuſto
adiacet. Sꝫ oꝛdo qdē totiꝰ ſentētie diligēter expoſitꝰ ē. ſiue
illa ſcriptio ſit: ſiue illa: neutra enī mutāda ē. Et vna qdeꝫ
plus hꝫ exercitij: altera vero facilitatis: ſꝫ ad vnā intelligē
tiā vtraqꝫ pꝛoueniūt. Reſtat igit̄ ut ꝙ ait. Quare idcirco
q̄ttuoꝛ iſte erūt: q̄ꝝ quidē due ad affōem ſe hñt ſm ꝯñtiam
ut pꝛiuatiōes: due vero mīme. diligentiꝰ exponamꝰ. Locꝰ
enī magna bꝛeuitate ꝯſtrictus ē: ⁊ nimia ſubtilitate ac ob-
ſcuritate difficil'. ⁊ hūc quidē in pꝛīa editiōe hꝰ opis tranſ-
currētes expoſuimꝰ: atqꝫ in eo bꝛeuiſſimā: ut in alijs: dedi
mus expoſitionē. Nūc autē quid in ſe ſenſus habeat veri:
quid hac bꝛeuitate latitet: q̄ꝫtum facultas ſuppetit: nos ip
ſi patefaciamꝰ. ⁊ q̄ꝫtuꝫ valet: animꝰ lectoꝛis intēdat. Cui ſi
foꝛte paulo obſcurioꝛa vident̄: reꝝ iputet difficultati: ſiue
ro planioꝛa q̄ꝫ putauerit: ſuo grāti debebit acumini. Sꝫ
pꝛius qđ hoc loco herminiꝰ arbitret̄: q̄ꝫ poſſibilr̄ expediā.
Ait herminiꝰ tribus modis cū infinito noīe pꝛopōes poſ
ſe pꝛoferri. aut enī infinituꝫ ſubiectum hñt: ut ñ hō iuſtꝰ
eſt: aut infinitū ꝑdicatuꝫ: ut hō nō iuſtus ē: aut infinitum
ſubiectum et infinituꝫ ꝑdicatum: ut nō hō non iuſtus eſt
Hax igit̄ inquit quecūqꝫ ad pꝛedicatuꝫ terminuꝫ hñt no-
mē infinituꝫ ſiles ſunt his: que aliquā denunciāt pꝛiua-
tionē. Denunciāt autē pꝛiuationē he que dicunt: hō iu-
ſtus ē. hō iniuſtus nō ē. ergo iſtius modi que pꝛoponun
tur: hō iniuſtꝰ ē: hō iniuſtꝰ nō ē. ille inqt cōſentiunt: q̄ ſunt
ex infinito ꝑdicato: ut ea que ē hō nō iuſtꝰ ē: hō ñ iuſtꝰ non
eſt. Idē enī ē inqt eſſe hoīem iniuſtuꝫ: qđ hoīem ñ iuſtum.
Ille vero que hñt aut ſubiectuꝫ infinituꝫ: ut ē non hō iu-
ſtus ē. Aut vtraqꝫ infinia: ut ē non hō nō iuſtꝰ ē. nō ꝯſen
tiunt ad pꝛiuatoꝛiā pꝛopōeꝫ que ē hō iniuſtꝰ ē. Nulla enī
ſimilitudo eſt eius pꝛopōnis que ē: nō hō iuſtus ē: ⁊ eius
que dicit hō iniuſtus ē. Nec vero eius que pꝛoponit non
homo ñ iuſtus ē: ⁊ eius que enunciat: homo iniuſtus ñ ē.
Nāqꝫ ille que infinitum nomē hñt in ꝑdicatione: he pꝛi-
uatoꝛijs ꝯſentiunt. Ille vero pꝛopoſitiones que aut ſub-
iectum hñt infinitum: aut vtraqꝫ infinita: pꝛiuatoꝛijs lon
ge diuerſe ſunt. Sꝫ hic herminius longe a toto intellectu
⁊ ratione ſententie diſcrepans has interpoſuit: que aut ex
vtriſqꝫ infinitis: aut ex ſubiecto ſi' rēt infinito. Qđ āt eēt
ꝙ ait ſm ꝯñtiā: vel que due haberēt ſe ſm ꝯñtiā ut ꝑuatio
nes: que vero non: expōnēs nihil planuꝫ fecit: ⁊ ſenſus ni
hilomagis añ expoſitionē Herminij quā pꝰ expoſitioneꝫ
obſcur ē. Nos autē poꝛphiriuꝫ ſequētes: eiqꝫ doctiſſimo
viro ꝯſentiētes hec dicimꝰ eſſe q̄ttuoꝛ pꝛopoſitiones: q̄ruꝫ
due quidē ex finitis nominibꝰ ſunt: due vero ex infinitis
noībus ꝑdicatis. Sunt autē ex finitis noībus hoc modo.
affirmatio eſt iuſtus homo. negatio. non eſt iuſtus homo
Ex infinitis vero noībus ꝑdicatis affirmatio eſt que dicit
eſt non iuſtꝰ homo. negatio que pꝛomit: non ē non iuſtus
homo. Sed has ex infinitis nominibꝰ ꝑdicatis pꝛopoſitio
nes in reliquo ſermone infinitas vocabimꝰ: ut affirmatio
infinita ſit in hac expoſitiōe ea que dicit: eſt nō iuſtꝰ homo
negatio īfinita ea que dicit: nō eſt nō iuſtꝰ homo. Ut qđ di-
cturi eramꝰ ꝓpōem ex infinito noīe ꝑdicato: hāc infinitam
noīemꝰ: illas autē duas que nullū nomē hñt infinitū nec
ſubiectū nec ꝑdicatū: ſimplices vocēmꝰ. Sunt ergo ſimpli
ces pꝛopōes he: eſt homo iuſtꝰ: nō ē hō iuſtꝰ. Pꝛiuatoꝛias
autē pꝛopōnes voco: quecūqꝫ hñt pꝛiuationē. pꝛiuatoꝛie
autē ſunt hoc mō. ē iniuſtꝰ hō. hec enī iuſticia ſubiectū pꝛi
uat. et rurſus nō eſt iniuſtus hō. hec rurſus iniuſticia ſub
iectū pꝛiuat. ergo cū ſint due pꝛopōes ſimplices vna affir-
matiua altera negatiua. ⁊ ſint alie due pꝛiuatoꝛie. eaꝝ q̄ꝫ
vna affirmatiua altera negatiua. necnon etiā ſint alie due
infinite: affirmatiua rurſus et negatiua. dico qm̄ quemad
modū ſe pꝛiuatoꝛie pꝛopōes affirmatio. ſ. ⁊ negatio ad af-
firmatiōes et negatiōes ſimplices habuerit. ſic ſe hēbūt ⁊ q̄
ſunt infinite ad eaſdē ipſas. ſ. ſimplices. ſ. ſm ꝯñtiā. qđ āt
dico tale eſt. diſponātur pꝛius due ſimplices. i. affirmatio
que dicit eſt iuſtus hō. et rurſus negatio que dicit nō ē iu
ſtus hō. ſub his autē diſponant̄ pꝛiuatoꝛie. ſub affōne q
dem ſimplici pꝛiuatoꝛia negatiua ſub negatiua ſimplici af
firmatiua pꝛiuatoꝛia: ut ſub ea que dicit ē hō iuſtꝰ ponat̄:
que dicit nō ē homo iniuſtꝰ. ⁊ ſub ea que dicit nō ē hō iu-
ſtus ponat̄ ea que pꝛoponit ē hō iniuſtus. rurſus ſub pꝛi
uatoꝛijs diſponant̄ infinite. ſub affirmatiōe affirmatio:
ſub negatiōe negatio. ſub affirmatione quidē pꝛiuatoꝛia:
que dicit ē iniuſtus hō diſponat̄ affirmatiua infinita ē ñ
iuſtus hō ſub negatiua vero pꝛiuatoꝛia que dicit nō ē in-
iuſtus homo ponat̄ negatio infinita que dicit nō ē non iu
ſtus homo. hoc autē ſubiecta deſcriptio docet.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Affir. | Eſt iuſtꝰ hō. | ſimplices | nō ē iuſtꝰ hō | Neg. |
| Neg. | Nō ē iniuſtꝰ hō | pꝛiuatoꝛie | eſt iniuſtꝰ hō | Affir. |
| Neg. | Nō ē ñ iuſtꝰ hō | infinite | eſt ñ iuſtꝰ hō | Affir. |

His igit̄ ita diſpoſitis dico. qm̄ quēadmodū ſe hñt
b pꝛiuatoꝛie. i. affirmatio et negatio q̄ dicūt eſt iniu
ſtus hō. nō ē iniuſtꝰ hō ad ſimplices que ꝓponūt
eſt iuſtꝰ homo. nō eſt iuſtꝰ hō. ſm ꝯſequentiaꝫ: ſic ſe hēbūt
etiā infinite pꝛopōes affirmatio et negatio he. ſ. que ſunt
eſt nō iuſtus hō. nō ē nō iuſtus hō: ad eaſdē ſimplices due
ſunt: eſt iuſtus hō: nō eſt iuſtꝰ homo. videamꝰ que ſit ſim-
pliciū et pꝛiuatoꝛiaꝝ cōſequētia: ut vtꝝ ſe ſic habeāt infini
te ad ſimplices: quēadmodū ſe habēt pꝛiuatorie ad eaſdeꝫ
ſimplices cognoſcamus. diſpoſite igit̄ ſunt in pꝛīo quideꝫ
oꝛdine ſimplices pꝛopōes affirmatio ſimplex que dicit eſt
iuſtus homo. et negatio ſimplex que dicit non ē iuſtus hō
Sub his. i. ſub affirmatione ſimplici due negationes vna
pꝛiuatoꝛia que eſt nō eſt iniuſtꝰ homo: ⁊ altera infinita que
eſt nō ē non iuſtꝰ homo. Sub negatione vero ſimplici que
dicit non ē iuſtus hō. due affirmationes vna pꝛiuatoꝛia:
que dicit ē iniuſtus hō altera infinita que dicit: ē non iu-
ſtus hō. illud quoqꝫ in deſcriptione videndū ē: ꝙ angula-
riter ſe affirmationes negationeſqꝫ reſpiciūt. nā affirma-
tio que ē ſimplex ē iuſtus hō. angulariter ſe contra reſpicit
vtraſqꝫ affirmationes infinitā. ſ. et pꝛiuatoꝛiā que ſunt.
eſt non iuſtus hō: ē iniuſtus hō. Rurſus negatio ſimplex
que ē non ē iuſtus hō angulariter reſpicit duas negatōes
infinitā. ſ. et pꝛiuatoꝛiā. et in veritate ſimplicē affirmatio-
nē pꝛiuatoꝛia negatio ſequit̄. nā ſi veꝝ ē dicere quoniam ē
iuſtus hō. veꝝ ē dicere quoniā non ē iniuſtꝰ homo. nā qui
iuſtus ē non ē iniuſtus. et poſſumus iſtā continuā ꝓpoſi
tionē coniūctāqꝫ pꝛoponere ſi iuſtꝰ ē hō: nō ē iniuſtꝰ homo
Sequit̄ ergo affirmationē ſimplicē pꝛiuatoꝛia negatio: ut
ſi vera fuerit affirmatio ſimplex vera quoqꝫ ſit negatio pꝛi-
uatoꝛia: et affirmationis ſimplicis veritatē negationis pꝛi-
uatoꝛie veritas conſequatur. at vero non hec conuerſo eſt
neqꝫ enī affirmatio ſimplex negationē ſequitur pꝛiuatoꝛiā
Nam ſi verum ē dicere quoniā non ē iniuſtus homo: non
omnino verum ē dicere quoniam ē iuſtus homo. Poteſt

enim vere de equo dici quoniā equus non ē iniuſtus ho-
mo. neq; eni omnino homo ē. et ideo nec iniuſtus homo
eſt. ſed non poteſt dici de equo quoniā equus ē iuſtus ho-
mo. ita ergo veritatem priuatorię negationis non ſequi-
tur veritas ſimplicis affirmationis. atq; ideo nec continua
propoſitio hinc et coniūcta proponi proſcriptiq; poteſt. Nō
enim vera propoſitio ē ſi quis dicat. ſi non ē iniuſtus ho-
mo: ē iuſtus homo. de equo enim verum ē (ut dictum ē.)
quia non ē iniuſtus homo. non tamen veruz ē eſſe iuſtum
hominē equum. quare negationem priuatoriā ſimplex af-
firmatio non ſequit. Monſtratum ē igitur quoniam af-
firmationē ſimplicem negatio priuatoria ſequeret: nega-
tionem vero priuatoriam ſimplex affirmatio non ſequere
tur. Rurſus videamus et in oppoſita parte qualis ſit con
ſequentia: in diuerſa enim parte affirmationē quidem pri
uatoriam ſequitur negatio ſimplex. negationem vero ſim-
plicem affirmatio priuatoria non ſequitur. Nam ſi veruz
eſt dicere quoniam ē iniuſtus homo verum ē dicere quoni
am non ē iuſtus homo. qui enim iniuſtus ē iuſtus non ē
et affirmatiue priuatorię eius. ſcilicz que dicit ē iniuſtus
homo. veritatem ſequitur negatiua ſimplex que eſt non ē
iuſtus homo. hoc autem nō conuertitur. Neq; enim ſim
plicem negatiuam ſequitur priuatoria affirmatiua. Nam
ſi verum ē dicere quoniam non ē iuſtus homo. non ē om
nino verum quoniam ē iniuſtus homo de equo enim ve-
rum ē dicere quoniam equus non ē iuſtus homo. naz qui
omnino homo non ē nec iuſtus homo ē. ſed non de eodez
equo poteſt dici vere quoniā equus ē iniuſtus homo. nā
qui homo non ē nec iniuſtus homo eſſe poteſt. Quare ve-
ritatem negatiue ſimplicis non ſequitur veritas priuato-
rię affirmationis. veritatem autem affirmationis priua-
torię ſequit ex neceſſitate veritas ſimplicis negatiue. quo
circa monſtratum ē hoc in vtriſq; quoniam affirmationē
quidem ſimplicem ſequeret negatio priuatoria: negationē
vero priuatoriā non ſequitur affirmatio ſimplex. Rurſus
affirmationē priuatoriaz ſequit negatio ſimplex: negatio
nem ſimplicez non ſequitur affirmatio priuatoria. His er
go ita poſitis de infinitis priuatoriiſq; tractemus. Pri-
uatorię nanq; ⁊ infinitę affirmationes affirmationibꝰ ne
gationes conſentiūt negationibus hoc modo. Affirmatio
enim priuatoria que dicit ē iniuſtus homo conſentit infi-
nitę affirmationi que dicit ē. non iuſtus homo. nam ſi idē
in re ſignificant vtreq; priuatoria affirmatio et infinita. et
quanq; in aliqua ſermonis prolatione diſcrepent tamen
ſignificatione nil diſcrepant: niſi tantum ꝙ quē illa iniu-
ſtum ponit. i. priuatoria: hec ponit eſſe non iuſtum. ⁊ rur
ſus negatio priuatoria que ē non ē iniuſtus homo ꝯſen-
tit atq; concordat ei negationi que ē infinita: non ē non iu
ſtus homo. hę quoq; id eſt negationes ꝙ ſibi in conſequē
tia conſentiūt manifeſtum ē. Sequitur autem ſimplicem
affirmationē eam que dicit ē iuſtus homo. priuatoria ne-
gatio que dicit non ē iniuſtus homo. ſequitur ergo eandē
ipſam ſimplicem affirmationez infinita negatio id ē eam
que dicit ē iuſtus homo. ea que proponit non ē non iuſtꝰ
homo. nam ſi ſibi priuatoria negatio et infinita conſentiūt
ſi eam ſequitur priuatoria negatio: eandem quoq; infinita
negatio conſeqtur. ſed affirmationē ſimplicem que propo
nit eſt iuſtus homo. priuatoria negatio ſequit que dicit
non ē iniuſtus homo. quare ſequitur etiam eandem ſim-
plicem affirmationē que enunciat ē iuſtus homo infinita
negatio: que ē: non ē non iuſtus homo. Rurſus e diuer-
ſa parte idem euenit. quoniam affirmationē priuatoriam
que dicit eſt iniuſtus homo. ſequebatur negatiua ſimplex
que proponit non ē iuſtus homo: ſequitur quoq; infini-
tam affirmationem que dicit eſt non iuſtus homo: ſimplex
negatio que proponit non eſt iuſtus homo. nā ſi priuato-
ria affirmatio et infinita conſentiūt: que propoſitio ſequit
priuatoriā: eadem ſeqtur infinitā. Sed priuatoriā affir-
mationem: que dicit: eſt iniuſtus homo: ſequit ſimplex ne
gatio: que proponit: non eſt iuſtus homo. Sz priuatoria

affirmatio et infinita affirmatio idez ſignificant ſibiq; con
ſentiunt. Sequitur ergo ſimplex negatio que eſt non eſt
iuſtus homo: infinitā affirmationez que dicit eſt non iu-
ſtus homo. ſed hoc econuerſo non euenit. Nūc eni demon
ſtratū eſt ꝙ ſimplicem affirmationez ſequeret infinita ne-
gatio: et ſimplex negatio veritatem infinitę affirmationis
ſequeret. ſed non eſt conuerſio: ut rurſus infinitā negatio
nem ſequat finita affirmatio: et ſimplicez negationem infi
nita rurſus affirmatio conſequat. nam ſi idem priuatoria
negatio que eſt non eſt iniuſtus homo: et infinita negatio
ſignificant: que eſt non eſt non iuſtus homo. quoniā affir-
matio ſimplex que dicit eſt iuſtus homo non ſequit pri-
uatoriā negationem que eſt non eſt iniuſtus homo: ut ſu-
pra monſtrauimꝰ: eadem ipſa ſimplex affirmatio que ꝓpo
nit eſt iuſtus homo: non ſequitur infinitā negationez que
enunciat non eſt non iuſtus homo. Rurſus in parte alte
ra ſi affirmatio priuatoria que ꝓponit eſt iniuſtꝰ homo: idez
ſignificat cū infinita affirmatiōe: que dicit eſt nō iuſtus ho
mo. Priuatoria autē affirmatio que proponit eſt iniuſtꝰ
homo. nō ſequebat ſimplicem negatiōem: que dicit nō eſt
iuſtus homo: nec eandem quoq; ſimplicez negatiōem que
proponit nō eſt iuſtus homo: ſequit indefinita affirmatio
que dicit eſt nō iuſtus homo. Sed quanq; hoc ratio conſe
quentię et neceſſitas monſtraret: nos tamē id qđ demon-
ſtrauimꝰ ratione: exēplis quoq; doceamꝰ. dico eni affirma
tionē ſimplicem que dicit eſt iuſtus hō: ſequi infinitā ne-
gationē: que dicit nō eſt nō iuſtꝰ homo: ſicut eandē quoq;
ſimplicē affirmationē ſequebat priuatoria negatio: que ꝓ
ponit nō eſt iniuſtus homo. nam ſi verū eſt dicere quoniā
eſt iuſtus homo: verū quoq; de eodem eſt dicere quoniam
nō eſt non iuſtꝰ homo. nam qui iuſtꝰ eſt: non eſt nō iuſtus.
ſicut verū erit dicere qm̄ idem qui iuſtus eſt: nō eſt iniuſtꝰ:
quare ſimplicē affirmationē ſequitur īfinita negatio: ſicut
eandem quoq; ſimplicez priuatoria negatio ſequebat. ſed
hoc nō conuertit. neq; ſtatim verū eſt quoniā nō eſt nō iu
ſtus hō eundē eſſe iuſtū: equus eni nō eſt nō iuſtus homo
neq; eni omnino hō eſt. Qđ autē omnino hō nō eſt: non
poterit eſſe homo nō iuſtus. ſed de equo de quo verum eſt
dicere quoniā nō eſt non iuſtus hō. nō eſt de eo vex dicere
quoniā eſt iuſtus homo. Sicut de eodē equo verum eſſet
dicere priuatoriā negatiōem: quā proponit: nō eſt iniuſtꝰ
homo. hec eni poterat etiam de equo dici. nec erat vex quo
niā ſequeret hanc id eſt priuatoriā negationē ſimplex affir
matio: que dicit eſt iuſtus homo. Quare nō ſequitur infi-
nitam negatiōem que eſt nō eſt nō iuſtus homo: ſimplex
affirmatio que proponit eſt iuſtus hō: ſicut nec illā quidē
que cōſentit infinitę negationi. id eſt priuatoriā negatiōez
que proponit nō eſt iniuſtus hō. ea que dicit eſt iuſtus ho
mo: ſimplex affirmatio ſequebat. Concludenti igit dicen-
dū eſt: quoniā affirmationē quidē ſimplicē ſequit infinita
negatio: ſicut eam priuatoria ſequebat. Infinitā vero nega
tionē nō ſequit ſimplex affirmatio: ſicut nec negatiōez pri
uatoriā ſequebat. Rurſus in altera pte idem econuerſo eue
nit. Affirmationē eni infinitā ſequit negatio ſimplex: ſi-
cut priuatoriā quoq; affirmationē eadem ſimplex negatio
ſequebat. nam qui eſt non iuſtus homo: ille ex neceſſitate
nō eſt iuſtus: ſicut etiā qui eſt iniuſtus homo: ille ex neceſ-
ſitate non eſt iuſtus hō. At vero ſi verū eſt dicere: qm̄ non
eſt iuſtus homo: nō oīno neceſſe eſt illū eſſe nō iuſtū homi
nē. equus eni non eſt iuſtus hō. nam qui oīno hō non eſt
nec iuſtus homo eſſe poteſt. ſed nullus de eodē dicere pōt.
qm̄ equus eſt nō iuſtus homo. Qđ eni homo non eſt: nec
nō iuſtus homo eſſe poteſt. ſicut etiā cum diceremꝰ non eſt
iuſtus hō: non ſequebat priuatoria affirmatio: que dicit ē
iniuſtus homo. equus nanq; non eſt iuſtus hō. ſed de eo-
dem equo nemo dicit: qm̄ eſt iniuſtus homo. Iterū igitur
concludēti dicendū eſt affirmationē infinitā ſequi ſimpli-
cem negationē: ſicut affirmationē quoq; priuatoria ſeque
bat. ſed nō conuertere. neq; eni ſequit ſimplicē negatiōez
infinita affirmatio: ſicut eā nec priuatoria affirmatio ſeq-



batur. ſic ergo cum ſint quattuor ꝓpoſitiōes due ſimplices
due infinitę ſunt: quax quattuor due ſimplices ſunt: ē iu
ſtus homo: nō eſt iuſtꝰ homo: due vero infinitę eſt non iu-
ſtus homo. non eſt non iuſtus homo. ⁊ hax quattuor due
quidem. i. negatio infinita ⁊ negatio ſimplex ſequūt duas
id eſt negatio infinita ſimplicem affirmationem ea que di-
cit non eſt nō iuſtꝰ homo: eam que dicit: nō eſt iuſtꝰ hō: af-
firmatiōem vero infinitam ſequit negatio ſimplex. affirma
tiōem enim infinitam que dicit eſt nō iuſtꝰ hō: ſequit ea q̄
ꝓponit nō eſt iuſtꝰ hō negatiua ſimplex. due vero alię. i.
affirmatio ſimplex ⁊ affirmatio infinita nō ſequunt nega
tiōem infinitam ⁊ ſimplicem negatiōem. hoc aūt etiaz ī pri
uatoriis euenit: vt affirmatio priuatoria nō ſequat ſimpli
cem negatiōem: cū illaz ſimplex negatio ſequat. ⁊ rurſus ne
gatio priuatoria ſequat affirmatiōem ſimplicem: cum ſim
plex affirmatio nō ſequat priuatoriam negatiōem. Recte
igit dictū eſt. hax quattuor id eſt duax ſimpliciū ꝓpoſiti
onū: ⁊ duax infinitarū duas duabꝰ eſſe conſeq̄ntes: ⁊ habe
re quandā conſeq̄ntiaz ad alias: ſicut infinita negatio ⁊ ſim
plex negatio ſequūtur ſimplicē affirmatiōem: ⁊ infinitaz af
firmatiōem ſicut priuatiōes quoq;. nam ⁊ priuatoria nega
tio ſeq̄bat ſimplicem affirmatiōem: ⁊ ſimplex negatio ſeque
bat priuatoriam affirmatiōem: ergo due habent ꝯſeq̄ntiaz
id ē infinita negatio ⁊ ſimplex negatio ad ſimplicem ⁊ infi
nitam affirmatiōes: ſicut priuatiōes quoq;. nāq; ⁊ priuati
ones ſimiliter ſunt: vt ſupra ſepe mōſtraui. due vero mini
me habent ꝯſequentiā. neq; enim negatiuā infinitā ſim-
plex ſequit affirmatiua: aut infinita affirmatiua ſimplicez
negatiuā ſequit: ſicut in priuatiōibus quoq; fuit. In pri-
uationibꝰ nāq; nec affirmatio ſimplex priuatoriam nega-
tiōem ſequebat. nec ſimplicem negatiōem priuatoria affir
matio ꝯſecuta eſt: ſenſus ergo hmōi eſt. quattuor iſte erūt
id ē quattuor ꝓpoſitiones: ex qbus duplicē fieri oppoſitio
nem dixerat. q̄ttuor autem iſtę ſunt due ſimplices affirma
tiaua. eſt iuſtꝰ hō. negatiua non eſt iuſtꝰ homo. ⁊ due īfini
te. affirmatiua ē non iuſtꝰ homo. negatiua nō eſt non iuſtꝰ
homo. Quaruz inquit due negatiua. ſ. infinita ⁊ negatiua
ſimplex ſic ſe habebūt ad affirmationem ⁊ negationez ſꝫm
ꝯſeq̄ntiam. i. ita alias duas affirmationes ſimplicē ⁊ infi-
nitam ipſę due negationes ſequūtur: vt eas priuatiōes ſe
quebant. Due vero minime. i. ſimplex affirmatio ⁊ infi-
nita affirmatio: non ſeſe habebūt ſꝫm ꝯſeq̄ntiam ipſę due
affirmationes ad duas negationes infinitam. ſ. ⁊ ſimplicē
q̄s non ſeq̄bant: ſicut nec dudū has negationes priuato-
rię quoq; affirmationes ſecutę ſūt. Qđ vero ait ſꝫm ꝯſeq̄n-
tiam ad affirmationē ⁊ negationē: non ita itelligendū eſt.
q̄ſi vna ſit affirmatio aut vna negatio. Sz qm̄ in q̄ttuor
ꝓpoſitionibꝰ in qbus due qdem affirmationes erūt: due
vero negationes: affirmationes ſimplex qdē eſt iuſtꝰ hō in
finita autem eſt non iuſtꝰ homo. negationes aūt ſimplex q
dem non eſt iuſtꝰ homo. infinita aūt non eſt non iuſtꝰ ho-
mo. Qm̄ affirmationes duas ſimplicē quidem ē iuſtꝰ ho-
mo. infinitam aūt ē non iuſtꝰ homo: due negationes ſeq̄-
bant. ſimplex negatio q̄ eſt non ē iuſtꝰ homo: infinitā affir
mationē: que dicit ē non iuſtꝰ homo. ⁊ rurſus īfinita nega
tio ſimplicem affirmationem ſequebat. qm̄ ergo (vt dictū
eſt) duas affirmationes ⁊ ſimplicē ⁊ infinitā: due negatio
nes ſimplex ⁊ īfinita ſequebant: hoc aūt ⁊ ī priuationibꝰ
erat. iccirco dictū eſt ad affirmationē ⁊ negationem ſꝫm ꝯſe-
quentiā ſic ſe habere harū quattuor ꝓpoſitionū duas: ſicut
etiam ſe priuationes haberēt. ad affirmationem aūt ⁊ ne-
gationem dixit: ꝙ duas affirmationes due negationes con
ſequerent: due vero minime. i. due affirmationes negatio
nes duas non ſequerent. neq; eni ſequebat negationē infi
nitam ſimplex affirmatio: aut ſimplicē negationez īfinita
affirmatio: ſicut nec ī priuationibꝰ erat: qđ ſepe ſupra mon
ſtratum eſt. Ne qs aūt nos arbitret de eodē genere ꝓpoſi
tionū dicere ſequi negationes affirmationes. neq; eni dici-
mus negationē ſimplicē ſeq affirmationē ſimplicē. hoc. n. ī
poſſibile eſt. nunq; eniz ſibi ꝯſentiunt ſimplex affirmatio

ſimplexq; negatio. nec rurſus infinita negatio: ⁊ infinita
affirmatio. neq; enim fieri poteſt: vt aut negatio que dicit
non eſt iuſtus homo affirmationi que proponit ē iuſtꝰ ho
mo conſentiat: aut affirmatio que dicit eſt non iuſtꝰ homo
ꝯſentiat negationi que dicit nō eſt nō iuſtꝰ homo. eā enim
que dicit eſt iuſtꝰ homo ſimplicē affirmatōnem ſequit pri
uatoria negatio. que dicit nō eſt iniuſtus homo. ſed negati
uam inquiunt infinitam: que eſt: non ē non iuſtus homo:
non ſequitur affirmatiua ſimplex que dicit ē iuſtus homo
ergo quēadmodū negatiua priuatoria: que eſt non ē iniu
ſtus homo: ſequitur affirmatiuā ſimplicē que dicit eſt iu-
ſtus homo. non eodem modo eadē ſimplex affirmatio: que
dicit eſt iuſtus homo ſequitur infinitā negationē: que di-
cit non eſt non iuſtus homo. Quibus dicendū eſt non eos
hanc cōſequentiā recte intelligere: nec quicq; in hac hmōi
propoſitionū conſequētia diſcrepare. Cur eni hoc notaue
runt: ꝙ non ſequitur negationem infinitā que eſt non eſt
nō iuſtus homo: affirmatio que dicit eſt iuſtus homo: nā
hoc nihil mirabile debet videri. iccirco eni ſimplex affir-
matio que dicit eſt iuſtus homo: non ſequitur infinitā ne
gationē que dicit nō ē nō iuſtus hō: qm̄ nec antea priua-
toriā ſequebatur. neq; eni ſequebatur eadem ſimplex affir
matio que dicit ē iuſtus homo: priuatoriā negationē: que
dicit non eſt iuſtus homo. ⁊ ea cauſa eſt. cur īfinitā quoq;
non ſequitur. infinita enim ⁊ priuatoria (vt ſupra ſepe di
ctum eſt) ſibi conſentiunt. Quare nulla eſt diſcrepātia. nā
ſi ſimplex affirmatio negationē priuatoriā ſequeret. eodez
quoq; modo infinitā negationē ſequeret. nūc autē quoniā
ſimplex affirmatio negationē priuatoriā nō ſequitur: nec
infinitā quoq; ſequitur negatiuā. Illi aūt qui ſumpſerūt
quoniā ſequeretur priuatoria negatio ſimplicē affirmatio
nē. ⁊ in eadē conſequentia diſcrepare dixerunt: ꝙ ſimplex
affirmatio nō ſequeretur infinitā negationē: non ita opor
tuit diſcrepantiā ſumere: ſed magis ſi quēadmoduz priua
toria negatio ſequeretur affirmationē ſimplicē: ſic infinita
negatio nō ſequeretur ſimplicē affirmationē: tūc in ꝯſequē
tia diſcrepare. nūc aūt nulla eſt oīo diſcrepantia. atq; ī hac
qdem parte nihil oīo diſcrepant atq; diſcordant. videamꝰ
nunc in altera pte: quam illi eſſe diſcrepantiam dicūt infi-
nitarum ꝯſequentię ⁊ priuatoriaruz ad ſimplices vt in ea
quoq; ſi quid vere diſcrepet videamꝰ. dicūt enim affirmati
oni qdem priuatorię: que dicit eſt iniuſtus homo: ꝯſētiētez
eſſe ⁊ ꝯcordantē ſimplicē negatiuā que dicit non ē iuſtꝰ ho
mo ⁊ ſicut ſimplex negatio priuatoriam ſequit affirmatio-
nem. ⁊ ſicut negatio priuatoria ſequit ſimplicē affirmatio-
nē: aiunt qm̄ non ita ſequit ſimplicē negationē que dicit
non ē iuſtus homo: īfinita affirmatio que dicit ē non iuſtꝰ
homo. Hec enim illa non ſequit. Quibꝰ dicendū ē, rurſus
qm̄ iccirco infinita affirmatio. que dicit ē nō iniuſtꝰ homo
nō ſequit ſimplicem negatiōem que proponit non ē iuſtus
homo. Quoniam priuatoria affirmatio. que dicit ē iniuſtꝰ
homo: non ſequit ſimplicez negationem que proponit nō
eſt iuſtꝰ homo. quod ſi priuatoria affirmatio ſequeret ſim-
plicem negatiōem: ſequeretur ſine dubio infinita quoq; af-
firmatio eandem ſimplicem negationem. Nunc autē quo-
niam priuatoria affirmatio ſimplicem negatiōem nō ſequi
tur neq; īfinita affirmatio ſimplicē ſequit negatiōem: affir-
matio enim priuatoria ⁊ affirmatio infinita ſibimet ꝯſen-
tiunt. Illi vero q diſcrepantiā voluerūt oſtendere infinita
rum ⁊ priuatoriarū cōſequentia ad ſimplicē: ꝙ cū negatio
ſimplex ſequeret affirmatiōem priuatoriā. nō eodem mō af
firmatio īfinita ſequeret ſimplicē negationē: nō ita oportu
it colligi diſcrepantiā: ſed potius ſi quēadmodum affirma-
tio priuatoria: que dicit ē iniuſtꝰ homo. non ita infinita af
firmatio que enūciat eſt non iuſtꝰ homo: ſequeret ſimplicē
negationē que eſt non ē iuſtꝰ homo: tunc oportuerat dicere
aliquid diſcrepare conſcientiam priuatoriarum ⁊ infinita
rum ad ſimplices: nunc autem cum eodem modo priuato-
ria affirmatio non ſequūtur ſimplicem negationem: eodez
quoq; modo in finita affirmatio non ſequit eandez ſimpl

cem negationē. manifeſtum ē nullam eſſe in his diſcrepantiaꝫ imo in oībus ſimillimā ꝯſequentiā: ⁊ illos nihil per hanc rōem: quā volunt addere: recte diſſerere: imo potius maioribus obſcuram ſnīam obſcuritatibus implicare ſed potius ita intelligendum eſt: vt id qđ ait. Quaꝝ due qui dem ad affirmationeꝫ ⁊ negationeꝫ ſeſe habebūt ſm̄ ꝯñam vt priuationes: due vero minime. ita accipiamꝰ tāq̄ ſi ita dixiſſet: q̄ttuor ꝓpoſitionū duaꝝ ſimplicium duaꝝ vō infinitaꝝ: duas id eſt affirmationes ſimpliceꝫ ⁊ infinitaꝫ ſequunt̄ due negationes ſimplex: ⁊ infinita. ſ. ſicut priuationes quoqꝫ. In priuationibꝰ. n. affirmatiuam ſimpliceꝫ ſequebat̄ priuatoria negatio: ⁊ ſimplex negatio priuatoriam affirmationeꝫ. reliquę vero duę. i. ſimplex affirmatio ⁊ infinita affirmatio nullaꝫ habent ꝯñam ad negationes id ē ad ſimplicem ⁊ infinitā: ſicut nec priuatōes quoqꝫ. nam affirmatio priuatoria non ſequebat̄ negationem ſimplicem nec ſimplex affirmatio priuatoriā negationem: vt diximꝰ hoc modo. quare q̄ttuor iſtę erunt duę ſimplices duę infinitę quaꝝ. i. duaꝝ ſimplicium ⁊ duarum infinitaꝝ duę quidem. id eſt negationes ſimplex ⁊ infinita ad duas affirmationes ſequunt̄. i. ſimpliceꝫ ⁊ infinitā hoc eſt. n. qđ ait ad affirmationeꝫ ⁊ negationeꝫ ſic ſe habebūt ſm̄ ꝯſeq̄ntiā id eſt ꝯſequunt̄ negationes ad eas quę ſunt affirmatiōes: ſic in priuationibꝰ quoqꝫ dicebat̄. duę vero id eſt affirmationes ſimplex ⁊ infinita non habent ſe ſm̄ ꝯſeq̄tiaꝫ ad duas negationes id eſt ſimpliceꝫ ⁊ infinitā: ſicut priuatōes quoqꝫ ſe ſm̄ ꝯſeq̄ntiam non habebāt. nam priuatoriā negationeꝫ non ſeq̄bat̄ affirmatio ſimplex nec ſimpliceꝫ negatōeꝫ priuatoria affirmatio. eſt alia quoqꝫ ſimplicior expoſitio quā Alexāder poſt multas alias expoſitiones: in quibus aiaduertit: edidit hoc modo. Cuꝫ ſint inq̄t q̄ttuor ꝓpoſitiones q̄ruꝫ duę ſunt infinitę: duę vō ſimplices: duę inq̄t infinitę ęq̄liter ſe habent ſm̄ affirmationem ⁊ negationeꝫ ad priuatorias. duę vero ſimplices ad eaſdeꝫ priuatorias ſe ſimiliter non habent hoc modo. affirmatiua enim infinita ꝯſentit affirmatiuę priuatorię. ea. n. quę dicit infinita affirmatio eſt non iuſtꝰ homo: ei ꝯſentit affirmatiuę priuatorię quę dicit eſt iniuſtus homo. ea vero infinita negatio q̄ dicit non eſt non iuſtus homo. priuatorię negationi ꝯſentit que dicit non eſt iniuſtus homo atqꝫ hę quidem duę id eſt infinita affirmatio ⁊ infinita negatio ita ſe habēt ad affirmationem ⁊ negationem vt priuationes id eſt eadem affirmant vel negant quę priuationes affirmant vel negant. duę vero minime id eſt duę ſimplices. minime ſe ita habent ad affirmationem ⁊ negationeꝫ ſicut priuationes nam oīo non ꝯtingit ſimplex affirmatio priuatoriam affirmationem. ea. n. quę dicit eſt iuſtus homo. non ꝯſentit ei quę dicit eſt iniuſtus homo. nec rurſus negatio ſimplex priuatorię negationi ꝯſentit. ea enim quę dicit non eſt iuſtus homo quę eſt ſimplex negatio plurimū diſſidet ab ea q̄ dicit. non eſt iniuſtus homo quę eſt priuatoria negatio. ergo cum ſint quattuor affirmatio ſimplex ⁊ negatio ſimplex. affirmatio infinita ⁊ negatio infinita: harum duę id eſt affirmatio infinita ⁊ negatio infinita ita aliquid affirmant vel negant vt priuationes. hoc eſt eniꝫ quod ait. ita ſeſe habēt ad affirmationē ⁊ negationē vt priuationes: duę vero minime. neqꝫ. n. ita affirmāt ⁊ negant duę ſimplices ſicut duę priuatorię. affirmatio nāqꝫ ſimplex ab affirmatione priuatoria diſcrepat. ⁊ rurſus negatio ſimplex de negatione priuatoria longe diſſidet atqꝫ diſcordat: ſed h̄ (vt diximꝰ) Alexandri expoſitio eſt poſt multas alias ſimplicior non tamen repudianda: ſed illa ſuperior verior eſſe videtur. quod Ariſ. ipſe teſtatur. ait enim paulopoſt. hęc igitur quemadmodum in reſolutorijs dictum eſt ſic ſunt diſpoſita: hanc enim conſequentiam quam in ſuperiori expoſitione memoraui priuatoriarum ⁊ infinitarum ad ſimplices in primi libri priorum reſolutoriuꝫ quę analytica greci vocant: fine diſpoſuit: Dicit autem porphirius fuiſſe quoſdam ſui temporis: qui hunc exponerent locuꝫ. ⁊ quoniam ab Herminio vel Aſpaſio vel Alexandro expoſitiones ſingulas proferentes multa contraria ⁊ in expoſitionibus male ab illis ęditis ⁊ diſſidentia reperierunt: arbitratos fuiſſe hunc librum Ariſt. vt dignum eſſet: exponi omnino non poſſe: multoſqꝫ illo tempore viros totam huius libri preteriiſſe doctrinam: ꝙ inexplicabilem putarēt eſſe caliginem. Nos autem breuiſſime hunc locum in prima editione pręteriuimus: ſed ꝙ illic pro intellectus ſimplicitate breuiter poſuimus: hic omni latitudine totaꝫ ſententię vim ⁊ prolixitatem digeſſimus: quare quoniam ſuperiora digne (vt mihi videtur) expreſſimus ſequētis textus ordinem ſnīamqꝫ videamus.

**Similiter autem ſe habēt. ⁊ ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio vt omnis eſt homo iuſtus Negatio. nō omnis eſt homo iuſtus omnis eſt homo non iuſtus. non omnis ē homo non iuſtus. Sed non ſimiliter angulares cōtingit verau eſſe. contingit autem aliquando**

De infinitis quędam propoſitionibus ꝓlocutus: nūc de his quę determinate ſunt ſm̄ vniuerſalitatis ⁊ particularitatis adiectionem: dicit ꝙ etiam ſimiliter ipſę ſe habent ſicut ille quoqꝫ quę ſine vlla determinatione dicebāt̄ ſimplex ſcilicet ꝓpoſitio atqꝫ infinita. Quod vero ait. Similiter autem ſe habent: ⁊ ſi vniuerſalis nominis affirmatio ſit alij ita intellexerūt. vt quod ait ſimiliter referatur ad numeꝝ ꝓpoſitionum ⁊ oppoſitionum. Nam ſicut in his q̄ infinitę ſūt ⁊ indeterminate duę ſunt oppoſitiones: vna ſimplicis negationis ⁊ ſimplicis affirmationis: a tera infinite affirmationis ⁊ infinite negationis: q̄ttuor autem ꝓpoſitiones: quod ſupra iam dictum eſt: ita quoqꝫ in his quę determinationem ſecūdum vniuerſalitatem particularitateqꝫ habent: fiunt q̄ttuor propoſitiōes ⁊ oppoſitio duplex. Oppoſitio enim vna eſt vniuerſalis affirmationis ſimplicis ⁊ particularis negationum ſimplicis: vt eſt omnis homo iuſtus eſt. non omnis homo iuſtus eſt. h̄ eſt quidem vna oppoſitio. Alia vero infinitę vniuerſalis affirmationis: ⁊ infinitę particularis negationis: vt eſt. omnis homo non iuſtus eſt. non omnis homo non iuſtus eſt. Quare hic quoqꝫ cuꝫ duę ſint oppoſitiones erunt ſine dubio ꝓpoſitiones quattuor: ſicut in his de quibus ſupra iam dixerat: quę ſcilicet determinatione carebant. Alij vero qui Ariſtotelis animum penitus inſpexerunt: non aiunt ſimiliter ſoluꝫ ſe habere determinatas propoſitiones ad numerum oppoſitionum ⁊ propoſitionum: ſed etiam ad conſequentiam: neqꝫ eſt conſequentia negationum ad affirmationes in his propoſitionibus ſimplicibus ⁊ infinitis. quę preter determinationem dicuntur: eadeꝫ ſimilitudo habetur in his: quę cum determinatione proferuntur. Sꝫ quoniam non in omnibus omnia ſimilia habetur: iccirco addidit notans: ſed non ſimiliter angulares contingit eſſe veras: contingit autem aliquando. Senſus auteꝫ totus huiuſmodi eſt. Similiter inquit ſe habēt hę propoſitiones quę ſecundum determinationem dicuntur infinitę ad ſimplices: ⁊ ſimplices ad infinitas: quemadmodum illę quoqꝫ ſe habebant: quę ſine determinatione indefinite dicebantur. Sed habent quandam diſſimilitudinem: ꝙ angulares propoſitiones in his quę cum determinatione dicuntur: non eodem modo vere ſunt: quomodo ille ſunt que ſine determinatione proferebantur vel infinitę vel ſimplices. Videamus ergo prius an eadem in his que determinate ſunt conſequentia ſit: que in his eſt que indefinite proferuntur. Poſt videamus que ſit in angularibus diſſimilitudo. diſponantur ergo non ſoluꝫ hee que ſimplices vel infinite ſunt. Sed etiam que ſunt priuatorie: ⁊ prius q̄dem diſponantur hoc modo. Simplex quidem affirmatio ſimplexque negatio. Et he quidem indefinite id eſt preter vniuerſalitatis: aut particularitatis adiectionem: ſub his ideſt ſub affirmatione quidem ſimplici ponatur negatio priuatoria: ſub negatione vero ſimplici affirmatio priuatoria he quoqꝫ rurſus indefinite ſub his



autem ponatur ſub affirmatione priuatoria ⁊ ſub ſimplici negatione affirmatio infinita. Sub priuatoria auteꝫ negatione ⁊ ſimplici affirmatione ponatur negatiua infinita ⁊ hę quoqꝫ indefinitę ⁊ indeterminatę ſine vlla vel vniuerſalitate. Sub his autem diſponant̄ hę quas determinatas vel vniuerſalitatis qualitate vel particularitatꝭ vocamus ⁊ primo quidem affirmatio vniuerſalis ſimplex cōtra hanc negatio particularis ſimplex. Sub affirmatione aūt vniuerſali ſimplici ponat̄ negatio ꝑticularis priuatoria. ſub negatione autem ꝑticulari ſimplici vniuerſalis affirmatio priuatoria. rurſus ſub negatione ꝑticulari priuatoria ⁊ ſub affirmatione vniuerſali ſimplici ponatur negatio ꝑticularis infinita. Sub affirmatione vero vniuerſali priuatoria: ⁊ ſub negatione ſimplici ꝑticulari ponat̄ vniuerſalis affirmatio infinita. erit āt huiuſmodi deſcriptio

| | |
|---|---|
| Affirmatio ſimplex | Homo iuſtus eſt |
| negatio priuatoria | homo iniuſtus non eſt |
| negatio infinita | homo non iuſtus non eſt |
| Indefinitę | |
| Homo iuſtus non eſt | Negatio ſimplex |
| homo iniuſtus eſt | affirmatio priuatoria |
| homo non iuſtus eſt | affirmatio infinita |
| Affirmatio vl'is ſimplex | Omnis homo iuſtus eſt |
| negatio ꝑtic'aris p̄uatoria | non omnis hō iniuſtus eſt |
| negatio ꝑtic'aris īfinita | nō oīs homo nō iuſtus eſt |
| Definitę | |
| Nō oīs homo iuſtus eſt | Negatio ꝑticularis ſimplex |
| omnis homo iniuſtus eſt | affirmatio vl'is priuatoria |
| omnis hō non iuſtus ē | affirmatio vl'is infinita |

In hoc ordine propoſitionuꝫ quem ſupra deſcripſimus q̄ ſint angulares manifeſtuꝫ ē. Sunt nāqꝫ affirmatōes quidem affirmationibus. negationes vō negationibus. ⁊ in his q̄dem quę īfinitę ſunt eodem modo angulares ſunt affirmationes. Simplex quidem affirmatio quę dicit eſt homo iuſtus: priuatorię affirmationi quę dicit eſt homo iniuſtus: ⁊ infinitę affirmationi quę proponit eſt homo nō iuſtus angularis ē. Negatio vō ſimplex quę eſt non eſt homo iuſtus. negationi priuatorię quę dicit nō ē homo nō iuſtus: ⁊ negationi infinitę que eſt non eſt homo non iuſtus angularis ē. Item ſi quis ad definitas propoſitiones aſpiciat: ideꝫ ſine aliqua dubitatōe repiret. Affirmatio. n. vniuerſalis ſimplex quę ē oīs homo iuſtus ē: affirmatiōi vniuerſali priuatorię quę enuntiat omnis homo iniuſtus eſt: ⁊ affirmationi vniuerſali infinitę quę dicit omnis eſt homo non iuſtus. angularis eſt. Item negatio ꝑticularis ſimplex quę eſt non omnis eſt homo iuſtus: negationi ꝑticulari priuatorię quę dicit nō omnis eſt homo iniuſtus: ⁊ negationi ꝑticulari infinitę quę proponit non omnis eſt homo nō iuſtus: angularis eſt. igitur affirmationes affirmationibus ⁊ negationes negationibus angulares ſunt in ordine indifinitaꝝ propoſitionum: ⁊ in ordine definitarum. quocirca de earum conſequentia ſpeculandum eſt. dictum eſt enim prius ꝙ affirmationem indefinitam ſimplicem ſequeretur priuatoria ⁊ infinita negatio: eas vō ſimplex affirmatio non ſequeretur: rurſus infinitam affirmationem priuatoriāqꝫ affirmationem ſequitur ſimplex negatio: hę vero ſimplicem negationem non ſequunt̄. Rurſus ſi quis ad ordinem definitaꝝ reſpiciat: idem inueniet affirmationem nāqꝫ vniuerſalem ſimplicem ſequitur particularis priuatoria negatio ⁊ particularis infinita negatio. Nam ſi vera eſt vniuerſalis affirmatio ſimplex quę dicit. omnis eſt homo iuſtus: vˀa ē etiam particularis priuatoria negatio quę dicit: nō omnis eſt homo iniuſtus. hoc autem iccirco euenit ꝙ ea quę dicit. nō omnis homo iniuſtus eſt: idem poteſt quod ſimplex: ⁊ ſimilis ē ei quę ꝓponit quidam homo iuſtus eſt: particulari ſimplici affirmationi. nam ſi non omnis homo iniuſtus eſt. quidam homo iuſtus eſt. ſed particularis affirmatio ſimplex ſequit̄ vniuerſalem affirmatiuam ſimplicem. Quando enim vera ē vniuerſalis affirmatio quę dicit omnis homo eſt iuſtus: vera eſt ⁊ particularis affirmatiua que proponit quidam homo iuſtus ē: ſed ei quę dicit quidam homo iuſtus ē: cōſentit particularis negatio priuatoria quę proponit nō oīs homo eſt iniuſtus. Quocirca etiam particularis negatio priuatoria vniuerſali ſimplici affirmationi conſentit. Sequitur igitur eam quę dicit omnis eſt homo iuſtus vniuerſaleꝫ. ſ. ſimplicem affirmationem: ea quę proponit: nō omnis eſt homo iniuſtus: particularis negatio priuatoria ſꝫ huic particulari negationi priuatorię: quę dicit non omnis eſt homo iniuſtus: conſentit particularis infinita negatio quę dicit non omnis eſt homo non iuſtus: ⁊ verum eſt ſi uō omnis eſt homo iniuſtus: q̄ꝫ non omnis eſt hō non iuſtus. idem eni ē eſſe iniuſtum quod non iuſtum ſed particularis priuatoria negatio ſequitur ſimpliceꝫ vniuerſalem affirmationem. Infinita igitur negatio particularis ſequitur ſimplicem affirmationem vniuerſalem: eiqꝫ cōſentit: ſi prius affirmatio vniuerſalis vera ſit. Quocirca eā quę dicit omnis eſt homo iuſtus: vniuerſalem ſimplicem affirmatiuam ſequūtur ſine dubio particularis negatio priuatoria: non omnis eſt homo iniuſtus: ⁊ particularis negatiua infinita: non omnis eſt homo non iuſtus. Quare hic quoqꝫ affirmationem negationes ſequuntur: ſed hoc non conuertitur. quoniam enim (vt dictum eſt) negatio particularis priuatoria quę dicit: non omnis eſt homo iniuſtus: conſentit particulari affirmationi ſimplici ei. ſ. quę dicit. quidam homo iuſtus ē. hanc autem particularem affirmatiuam non ſequitur vniuerſalis affirmatiua. neque enim ſi verum eſt quendam hominem eſſe iuſtum: iccirco iam ⁊ omnem eſſe hominem iuſtum neceſſe eſt. quare non ſequitur affirmatio vniuerſalis ſimplex. omnis eſt homo iuſtus. affirmationem particularem quidam homo eſt iuſtus. poteſt enim hac vera ideſt particulari vniuerſalis eē falſa. ſed particularis affirmatio ſimplex particulari negationi priuatorię conſentit. quare nec priuatoriam particularem negationem ſimplex affirmatio ſequitur vniuerſalis Eam igitur quę dicit non omnis eſt homo iniuſtus: non ſequitur affirmatio vniuerſalis ſimplex quę proponit omnis homo iuſtus eſt: ſed particularis priuatoria negatio conſentit particulari negationi infinitę vniuerſalis igitur affirmatio ſimplex non ſequitur particularem negationeꝫ infinitam. ea igitur quę dicit. omnis eſt homo iuſtus affirmatio vniuerſalis ſimplex non ſequitur eam quę dicit nō omnis eſt homo non iuſtus particularem infinitam negationem. duę igitur negationes infinita ⁊ priuatoria particulares ſequuntur vniuerſalem ſimplicem affirmatiuam: ſicut in his quoqꝫ erat quę ſunt indefinitę: duę enim negationes infinita ⁊ priuatoria indefinitę ſimplicem affirmatiuam ſequebantur indefinitam: ſed non econuerſo. affirmatio enim vniuerſalis ſimplex non ſequitur negationem particularem infinitam ⁊ priuatoriam: ſicut nec indefinita quoqꝫ affirmatio ſimplex indefinitas ſequebatur negationes priuatoriam atqꝫ infinitam. quare in hoc vno ordine ſimiliter ſe habent definitę his quę ſunt idefinitę equaliter enim affirmationibus veris vere ſunt negationes: negationum veritatem affirmationum veritas non ſequitur: nec his conſentit. Rurſus in altera parte perſpiciamꝰ quemadmodum affirmationes vniuerſales priuatoriam ſcilicet ⁊ infinitam particularis negatio ſimplex ſequatur nam affirmationem vniuerſalem priuatoriam omnis eſt homo iniuſtus ſequitur particularis negatio ſimplex. nō omnis eſt homo iuſtus. ea enim quę dicit omnis eſt homo iniuſtus: conſentit ſimplici vniuerſali negationi quę dicit nullus homo eſt iuſtus. nam ſi omnis eſt homo iniuſtus: nullus eſt homo iuſtus. Sed hanc ideſt vniuerſalem ſimplicem negatiuam ſequitur particularis ſimplex negatio. nam ſi vera eſt quoniam nullus homo iuſtus ē: vera ē q̄ꝫ

Cum igitur ita ſint affirmationes et negatiões poſite que ſimplex quidem ſubiectum habent: infinitum vero vel ſimplex predicatũ: nunc Ariſtoteles dicit: q̃m he propoſitiones que ſubiectum habent infinitum: nulli illarũ ſuperiorum quas diſpoſuimus idem ſignificant. hec enim que dicit eſt oĩs non homo iuſtus: non conſentit ei que dicit eſt oĩs homo iuſtus: nec rurſus ei que dicit eſt omnis homo non iuſtus nec his rurſus que ſunt. nullus eſt homo iuſtus; vel nullus eſt homo non iuſtus. he enim omnes. hominem ſubiectum habent: ille vero non hominem. Quocirca nec hui⁹ negatio. i. vniuerſalis affirmationis ex infinito ſubiecto particularis. ſ. negatio. cum nulla earum que finitum habent ſubiectum: poterit conſentire. Ea enim que dicit nõ eſt omnis non homo iuſtus: neq̃ cum ea que proponit eſt omnis homo iuſtus: nec rurſus cum ea que proponit ẽ oĩs homo non iuſtus: nec cum his que enunciant. nullus eſt homo iuſtus: vel nullus eſt homo non iuſtus. Sed non hoc dicit q̃m ex infinito ſubiecto propoſitiones diuerſe ſunt his que ſunt vel ex finito predicato vel ex infinito ſubiecto tamen finito. poſſunt enim diuerſe quidẽ eſſe predicationes idem tamen aliquotiens ſignificare: vt ea que dic̃ oĩs eſt homo iniuſtus cum diuerſa ſit ab ea que dicit nullus ẽ homo iuſtus: idem tamen aliquãdo ſignificant: ſi affirmatio⁹ priuatoria precesſerit. Dictum eſt enim q̄ affirmationibus precedentibus negationes ſine dubio ſequerentur ergo hoc non dicit q̃m diuerſe ſunt propoſitiones ex infinito nomine ſubiecto his que ſunt ex predicato vel finito vel infinito ſubiecto tamen finito: ſed q̄ omnino ſibi non conſentiant: vel non idem ſignificent. ſ. tota ſint virtute propoſitionis diſſimiles. Atq̃ quidem hec dixit de his que infinitum ſubiectum haberent infinitum vero vel finitũ predicatum. Venit autem nunc ad ipſarum conſequentias q̄ ex infinito nomine ſubiecto conſtant: et ex vtroq̃ infinito et ſicut ſupra cõſequentiã earum que ex vtriſq̃ finitꝭ erãt vel ex infinito predicato docuit: ita quoq̃ e cõuerſo que ex vtriſq̃ infinitis nominibus conſtant: vel ex infinito nomine ſubiecto: qualem ad ſe habeãt conſequentiã: mõſtrat dicens. Illa vero que eſt: omnis non iuſtus non homo. illi que eſt nullus iuſtus non homo: idem ſignificat. has tñ duas propoſitiones monſtrat affirmatiuam. ſ. vniuerſalem ex vtriſq̃ infinitis: que dicit. omnis non iuſtus non hõ. ei conſentire que eſt vniuerſalis negatio ex ſolo infinito ſubiecto: que dicit. nullus iuſtus non homo. In his autẽ ſubauditur particula eſt: vt ſit tota propoſitio. omnis nõ iuſt⁹ non homo eſt. et rurſus nullus iuſtus non homo eſt. nam ſicut in his que finitum habebant ſubiectũ: infinitum vero vel finitum predicatũ: affirmationẽ ex finito ſubiecto vel infinito predicato eam. ſ. que dicit eſt omnis homo nõ iuſtus: ſequebatur ſimplex vniuerſal' negatio: que ex vtriſq̃ finitis conſtat: nullus homo iuſtus eſt: Ita quoq̃ in his permutatis tñ ſubiectis idem venit. Nam ſicut illic negatio ex vtriſq̃ finitis vniuerſalis ſequebatur affirmationem ex finito ſubiecto et infinito predicato: Ita quoq̃ affirmationem ex vtriſq̃ infinitis vniuerſalem ſequitur negatio et infinito ſubiecto. Ipſa quoq̃ vniuerſalis et has duas quidem propoſitiones aſcripſit ſolam in his conſequentiam ſpectans. Ceteras aũt quia putabat intellectu eſſe faciles perſequi neglexit. Nos autem eas ne quid relictũ videatur apponimus: eſt enim conſequentia hoc modo.

Eſt omnis non homo non iuſtus
nullus non homo iuſtus eſt

Eſt omnis non homo iuſtus
nullus non homo non iuſtus eſt

Quidam non homo iuſtus eſt
non omnis eſt non homo non iuſtus

Quidam non homo non iuſtus eſt
non omnis non homo iuſtus eſt

Has igitur ſi quis diligenter inſpexerit duas comparationes duabus cõuenientiſſimã cõſequẽtiam conſenſũq̃ monſtrabunt.

Incipit liber quintus.

m Primam operis huius emenſi partem ea que ſequuntur licet magnis queſtionib⁹ impedita tamen audacius atq̃ animoſius exequemur. nec defatigari in ſingulis partibus oportet totius dialectice perdere aggreſſum atq̃ expedire doctrinam. itaq̃ ie etiam cõmentationis ſeriem teximus.

**Tranſpoſita vero nomina et verba idem ſignificant: vt eſt albus homo: et eſt homo albus. nã ſi hoc non eſt: eiuſdem multe erunt negationes. ſed oſtenſum eſt: quia vna vnius eſt. eius enim que eſt: eſt albus homo: negatio eſt: nõ eſt albus homo. eius vero que eſt: eſt homo albus: ſi non eadem eſt ei que eſt: eſt albus hõ: erit negatio vel ea que eſt: non eſt non homo albus: vel ea que eſt: nõ eſt homo albus. Sꝫ altera quidem eſt negatio eius que eſt: eſt nõ homo albus: alia vero eius que eſt: ẽ albus hõ quare erunt due vnius.**

Docet nũc q̃m ſi nomina et verba transferantur et aliud prius aliud vero poſterius predicetur: vnam ſine dubio ſignificationem retinere. Siue enim quis dicat. eſt homo albus: ſiue eſt albus homo: ſiue homo albus eſt: ſiue albus homo eſt: ſiue quolibet aliter ordinem predicationis permutet: eadem ſine dubio ſignificatio permanebit. et hoc quidem fortaſſe oratoribus vel poetis non eodem modo perſpiciendum eſt: quo dialecticis. Etenim quantum ad compoſitionem orationis ſpectat: maximum differt quo verba et nomina predicationis ſue ordine proferantur. Multum enim intereſt in eo q̄ ait Cicero. ad hanc te amentiam natura peperit: voluntas exercuit: fortuna ſeruauit. ita dixiſſe vt dictum eſt: an ita. ad hanc te amentiam peperit natura: exercuit voluntas: ſeruauit fortuna. Sic enim minor eſt ſententie magnitudo: minuſq̃ in ea lucet id q̄ ſi ſic cõponatur eminet: et ſeſe vel nolentibus hominũ auribus animiſq̃ patefacit. Rurſus cum dicit virgilius paciq̃ imponere morem: potuiſſet ſeruare metrum: ſi ita dixiſſet. moremq̃ imponere paci. ſꝫ eẽt debilior ſonus: nec eo ictu verſus tam preclare vt nũc cõpoſitus diceretur. ergo nõ idem valet oratoribus vel poetis verborum nominumq̃ ordo mutatus. Quõ enim ad compoſitionem ſpectant: multum in ordine ſermonum ornamenti reperiẽt. Dialecticis vero quibus nulla eſt ad orationis leporem cura loquendi. quibuſq̃ ſola veritas perſcrutatur: nihil differt quolibet ordine verba et nomina permutentur: cum tamen eandem vim quã prius in ſignificatiõe retineant. ſed nec apud ipſos modis omnibus permutato ordine dictionis eadem ſemper vis ſignificatioq̃ ſeruatur Hec enim particula que negatiua eſt ideſt non multũ valet multamq̃ differentiã perficit variis adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus non eſt: faciet indefinitã ſimplicem negationem. Si quis vero dicat. homo non albus ẽ faciet indefinitam ex infinito predicato affirmationẽ. Si quis autem predicet non homo albus eſt: idem quoq̃ conſtituit ex infinito ſubiecto indefinitam affirmationem. rurſus ſi quis dicat homo. omnis homo non iuſtus eſt. hec cõſentit ei que dicit nullus homo iuſtus eſt. Quõ ſi idem nõ ad vniuerſalem determinationem ponatur: vt dicatur nõ omnis homo iuſtus eſt. non iam vniuerſalis affirmatio infinite predicationis conſentiens vniuerſali ſimplici negationi ſit: ſed potius particularis negatio ſimplex: videſne igitur quã multas faciat differentias negatiua particula diuerſe nominũ predicationi cõiuncta? Sed quãq̃ hec ita ſint: poteſt tamen alio modo eadem diuerſis in locis poſita eandem vim ſignificationemq̃ ſeruare. ſi enim ſit poſita non particula cum vniuerſalitate ſua: cum eadem ipſa ſepius permutetur: idem ſine dubio in ſignificatione conſiſtit Si quis enim dicat non omnis homo albus eſt: particularis eſt ſimplex negatio. ſi quis vero ſic dicat. homo nõ omnis albus eſt: eadem ſignificatio eſt. Vel ſi hoc modo. homo albus non omnis eſt. nec hec a ſuperiore ſignificatione diſcedit. vel ſi quis amplius permutet dicens homo albus eſt non omnis: a ſuperiore ſignificatione nil diſcrepat. Eodẽ modo vel ſi quomodolibet aliter permutetur: cum propria tamen vniuerſalitatis determinatione diuerſo modo permutata idem ſemper neceſſe eſt in ſignificatione ſeruetur. eodẽ modo ſi eadẽ non particula cum alio nomine vel verbo iuncta ſepius transferatur. Vt cum dicimus homo iuſtus nõ eſt. Rurſus homo non eſt iuſtus. rurſus non eſt homo iuſtus. eadem ſignificatio retinetur. Quocirca ſi ſola particula negatiua permutata ſit: et non eodem ſemper ordine predicetur: multas differentias faciet propoſitionum. Si vero iuncta cum alio nomine ſepius (vt dictum eſt) transferatur eadem in tranſlationibus oĩbus ſignificatio permanebit. His igitur ita diſpoſitis videndum eſt: que ſit Ariſt. demonſtratio. verba et nomina tranſpoſita eandem ſemper vim ſignificationemq̃ ſubiicere. ait enim tranſpoſita vero verba et nomina idem ſignificant: vt eſt homo albus. eſt alb⁹ hõ hec enim tranſpoſitis nominibus atq̃ verbis eandem retinent ſignificationem. In illa enim prius albus eſt: poſterius homo. in hac autem prior homo: poſterior albus. q̄ ſi hoc falſum eſt: et non ſint eedem: ſed a ſe diuerſe ſunt. Impoſſibile aliquid incõueniẽſq̃ contingit. erunt enim due negationes vnius affirmatiõis quod eſt impoſſibile Oſtenſum enim eſt q̃m vna vnius eſt affirmationis negatio. Nunc igitur videamus ſi he affirmationes que dicunt eſt albus homo: et eſt homo albus: non ſunt eedem: ſed diuerſe quẽadmodum vnius affirmationis due ſunt negationes. et primo quidem diſponãtur hoc modo. eſt albus homo. eſt homo albus. huius ergo propoſitionis que dicit eſt albus homo. erit negatio ea. ſ. que proponit non eſt albus homo. alia nãq̃ que eſſe poſſit rationabiliter non poterit inueniri. diſponãtur igitur rurſus eedem et ſuperior affirmatio cum propria negatione.

Eſt albus homo
non eſt albus homo
eſt homo albus

Cum igitur eius que dicit eſt albus homo. negatio ſit ea que proponit nõ eſt albus homo. ſi ea que dicit eſt homo albus diuerſa erit ab ea propoſitione que pronunciat eſt albus homo: alia erit eius negatio. ſit ergo aut ea que dicit nõ eſt non homo albus: aut ea que dicit non eſt hõ albus. Rurſus igitur diſponantur due quidem affirmationes prime alternatim poſite: et e contrario cõfeſſa prioris negatio. Contra ſecundum vero vtreq̃ he negationes quas diximus aſcribantur.

| | |
|---|---|
| Eſt albus homo | Non eſt albus homo |
| Eſt homo albus | Non eſt homo albus |
| non eſt non homo albus | |

His igitur ita deſcriptis eius propoſitionis que dicit ẽ hõ albus: non poteſt eſſe illa negatio que dicit non eſt non hõ albus. Illius eſt enim negatio que habet ſubiectum infinitum: que dicit: eſt non homo albus. ſimiliter aũt ſi quãlibet aliam quis poſuerit negationem eius ſine dubio alia reperitur affirmatio. Vnde ſit vt relinquatur ea eius eſſe negatio que proponit nõ eſt homo albus. Eſt ergo negatio eius que dicit eſt homo albus ea que dicit non eſt homo albus. ſed eius affirmationis que proponit eſt albus homo negatio eſt et iſta que dicit non eſt homo albus. Quõ probat ea res q̄ inter ſe verum falſumq̃ diuidunt. nam ſi verum eſt eſſe album hominem: falſum eſt non eſſe hominem album. Quõ ſi in aliquibus verum inuenitur: hoc ſm indiffinitionẽ propoſitionis agnoſcitur non ſm negationis formam: vt magis ſm quãtitatem non ſint ſibi oppoſite potius q̃ ſm qualitatem. q̄ illa res monſtrat ſi quis ſic dicat Eſt albus omnis homo ſi contra hanc ponatur non ẽ oĩs homo albus: perſpicuum eſt q̃m inter ſe et veritatem diuidunt et falſitatem. vnam enim veram eſſe neceſſe eſt. vnã falſam. quare etiam ſi determinationes auferantur: eadem oppoſitio redit licet ſit indefinita. Nam ſicut in ea que dic̃ omnis homo iuſtus eſt: non omnis homo iuſtus eſt: ſublatis omnis et non omnis: homo iuſtus eſt: homo iuſtus non eſt: affirmatio et negatio oppoſite ſunt: Ita quoq̃ in his ſublato omnis et non omnis ea que dicit eſt albus homo ei que dicit non eſt homo albus oppoſita eſt. additꝭ enim determinationibus vna ſemper vera eſt: altera falſa ſed diximus q̃m affirmationis eius que dicit eſt albus hõ negatio eſt non eſt albus homo. Due igitur negationes non eſt albus homo: et non eſt homo albus vnius affirmationis ſunt: que enunciat eſt homo albus. q̄ euenit ſi negationes he que dicunt non eſt homo albus: et non ẽ alb⁹ homo a ſe diuerſe ſunt. q̄ ex eo contingit q̄ prius propoſitum eſt eam que dicit eſt albus homo diuerſam eſſe ab ea que dicit eſt homo albus. q̄ ſi hoc impoſſibile ẽ vt vna affirmatio duas habeat negationes. et perſpicuum eſt contra eam affirmationem que dicit eſt homo albus vtraſq̃ has

negationes que dicunt non eſt albus homo ⁊ nõ eſt homo albus oppoſite hę a ſe diuerſę non ſunt ſibiqȝ conſentiunt: ⁊ tm̃ permutatione nominis diſtant. Ceteris autem omnibus eędem ſunt. q ſi hę negationes eędẽ ſunt: eędeȝ qȝ ſunt affirmationes. Recte igitur dictum eſt qm̃ tranſpoſita nomina ⁊ verba eandem vim ſignificationemqȝ tenent. Senſus ergo totus ita ſe habet. hoc autem modo ordo verborum. Tranſpoſita inquit nomina ⁊ verba idem ſignificant. ⁊ eſt horum exemplum vt eſt homo albus: eſt albus homo. In his enim nomina tranſpoſita ſunt. Nam ſi hoc non eſt. i. ſi non idem ſignificant nomina ⁊ verba tranſpoſita: quiddam impoſſibile ⁊ inconueniens contingit. Alit enim eiuſdem multę erunt negationes. i. eiuſdem affirmationes multę negationes erunt. ſed hoc impoſſibile ẽ. oſtẽſum eſt enim qm̃ vna vnius eſt. Duę ergo negationes vni opponi affirmationi: ſi verba ⁊ nomina tr̃ſpoſita nõ idem ſignificant: ſic demonſtrat. eius enim quę eſt. eſt albꝰ homo. ſ. affirmationis. negatio eſt non eſt albus homo. Contra illam enim affirmationem hęc negatio iuſtę opponitur. eius vero quę eſt. eſt homo albus. i. alterius affirmationis ſi non eadeȝ eſt ei quę eſt. eſt albus homo. i. ſi diuerſa eſt a priori ꝓpoſitione quę dicit eſt albus homo: ⁊ non eſt ei eadem: ac ſi diceret ſi ei non conſentit: erit negatio vel ea quę eſt non eſt albus homo: vel quęcũqȝ alia: quã ſi quis ponat eſſe negationem vna ratione refellitur: quam hic qȝ poſuit. refellitur autem hoc modo. ait enim. Sed altera quidem eſt negatio eius quę eſt. eſt nõ homo albus: altera vero eius quę eſt. eſt albus homo. Inter duas enim negatiões quas poſuit illam. ſ. quę dicit non eſt non homo albus: ⁊ eam quę proponit non eſt homo albus: illa quę dicit non eſt non homo albus negatio eſt affirmationis infinitũ habentis ſubiectum: quę dicit: eſt non homo albus. alia vero ſcȝ quę proponit nõ eſt homo albus: eius eſt negatio quę eſt albus homo. cum ea enim verum diuidit atqȝ falſum. Quare erunt duę negationes vnius affirmationis. ſed hoc impoſſibile eſt.

**Quoniam igitur tranſpoſito nomine ⁊ verbo eadem fit affirmatio ⁊ negatio manifeſtũ eſt.**

Superiorem argumentationem hac huius ſententię concluſione confirmat. fecit autem hunc ſillim in ſecundo modo hypothetico: quem indemonſtrabilem vocat hoc modo ſi primum eſt: ſecundum eſt: ſed ſecundum non eſt: primũ igitur non eſt. i. ſi tranſpoſitis verbis ⁊ nominibus non ſunt eędem propoſitiones: vnius affirmationis duę ſũt negationes. ſed hoc impoſſibile eſt. Non igit̄ diuerſę ſũt propoſitiones tranſpoſitis verbis ⁊ nominibus.

**At vero vnum de pluribus: vel plura de vno affirmare vel negare: ſi non eſt vnum ex pluribus: non eſt affirmatio vna: neqȝ negatio. Dico autem vnum: non ſi vnum nomen poſitum ſit: non ſit auteȝ vnum ex illis: vt homo eſt fortaſſe ⁊ animal: ⁊ manſuetum: ⁊ bipes. ſȝ ex his vnum fit. ex albo autem: ⁊ homine: ⁊ ambulare non eſt vnum. quare nec ſi vnũ aliquid de his affirmet aliquis: erit affirmatio vna: ſed vox quidem vna: affirmationes vero multę. nec ſi de vno iſta: ſed ſimiliter plures.**

¶ Multos talis loci huius caligo confundit: vt digne exequi ⁊ qđ ab Ariſt. dicebatur expedire nõ poſſent. Nos autem ſupra iam diximus magnę fuiſſe curę apud peripateticę ſectę principes diiudicare quę eẽt vna affirmatio vl' negatio: quę plures. Neqȝ enim vocis ſonitu cognoſcunt̄ aut numero terminorum. eſt enim vt vna quidem res de vna predicetur: ⁊ non ſit vna enunciatio. poteſt etiam fieri: vt vel plures de vna re predicentur vel vna de pluribꝰ vna tamen ex his omnibus enunciatio fiat: que res maximę apud eos cautelę fuit: vt vbi incidiſſet perſpecta regula non lateret. Nam ſi quis dicat canis animal eſt: nõ vna eſt enunciatio. canis enim multa ſignificat. Si quis vero dicat homo animal rationale mortale eſt: vel animal rationale mortale homo. ſingulę enunciationes ſunt: idcirco qm̃ quiddam vnum ex omnibus fieri poteſt. Nam de animali rationali atqȝ mortali ſimul iunctis vnus homo perficitur. Item alia ſunt quę plura predicantur: de quibus vnum aliquid effici conſtituiqȝ non poſſit. neqȝ eniȝ ſi illa de altero predicentur: neqȝ ſi de illis aliud: vna affirmatio vel negatio eſt: ſed tot dicendę ſunt affirmationes eſſe: quot ſint hę res: quę vel de vna predicantur: vel de quibus vna dicitur. vt cum dicimus. Socrates caluus phũs ambulat: ex caluitię ⁊ phia ⁊ ambulatione nihil vnuȝ cõiungitur: vt hęc quaſi alicuius ſpeciem forment. Quecircaſiue hęc de vno predicentur: ſiue vnum de iſtis: non poterit vna eſſe enunciatio. ⁊ cõmuniter quidem totius propoſiti ſenſus huiuſmodi eſt. Nunc autem ad ipſius Arx. verba veniamus. Dicit enim: At vero vnum de pluribus ⁊ plura de vno affirmare vel negare: ſi non eſt vnũ ex pluribus: non eſt vna affirmatione: neqȝ vna negatio. ſi inqt plura de vno predices: vt cum dicis phũs ſimus caluus Socrates eſt: vel rurſus cum vnum de pluribus predicas: cum dicis. Socrates ſimus phũs caluus eſt. ſi ex his pluribus quę vel predicas vel ſubijcis: vnum aliquid nõ fit. quẽadmodum vnum fieri poteſt de his quę predicamꝰ ſubſtantia animata ſenſibilis: id quod eſt animal: non fit vna affirmatio nec vna negatio. quãdo quidem plura vl' predicantur vel ſubijciuntur: ex quibus congregat̄ vna ſpecies non exiſtit. q ſi vnum de vno aliquis predicauerit quorum nomen vnum plura ſignificat: ex quibꝰ vnuȝ aliquid non fiat: rurſus non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Si quis enĩ dicat canis animal eſt: nomẽ eſt canis ſignificat ⁊ latrabilem ⁊ celeſtem ⁊ marinum: ex quibꝰ iunctis nihil vnum efficitur. Quare qm̃ ex his pluribꝰ vnuȝ aliquid effici non poteſt: ex illo quoqȝ canis nomine non fit vna affirmatio ⁊ vna negatio: q predicatur aut ſubijcitur: cum multa ſignificet: ex quibus vnum fieri nõ poſſit. quod per hoc oſtendit q ait. dico autem vnuȝ nõ ſi vnũ nomen ſit poſitum: non ſit autem vnum ex illis. Poteſt enim fieri vt vnum nomen de vno predicetur. ſed ſi vnuȝ ipſorum plura ſignificat: ex quibus vnum non fit: nõ eſt vna negatio vel affirmatio. neqȝ enim vox vnam perficit enunciationem: ſed eius quod ſignificatur ſimplicitas: vl' ſi plura ſint in vnum collecta: aliquid vnum faciendi potentia. huius autem rei ſubiecit exemplum: quod plurimos fefellit dicens: vt homo eſt fortaſſe ⁊ animal ⁊ bipes ⁊ manſuetum. ſed ex his vnum fit. ex albo autem ⁊ homine ⁊ ambulare non vnum. Putauerunt alij hunc ita dixiſſe vt oſtenderet exempli gratia ſe hanc quaſi diffinitioneȝ dediſſe: ne forte aliquis arbitretur hanc quaſi veram hominis diffinitionem poſuiſſe: quę eſt animal bipes manſuetum. Idcirco enim inquiunt dixit fortaſſe. ⁊ animal. ⁊ bipes. ⁊ manſuetum: Ne quis omnino putaret huiſmodi eſſe hominis diffinitioneȝ Ariſtotelem arbitrari. Alij vero hoc non ita dictum accepere: ſed potius in hanc ſententiaȝ dictum Ariſtotelis ſcripturamqȝ interpretati ſunt: vt hõ eſt quę ⁊ animal ⁊ bipes ⁊ manſuetum. ſed ex his vnum fit. vt ita intelligeretur. homo quidem ęqualiter ſe habet ad id quod eſt homo: ⁊ ad id quod eſt animal bipes manſuetum. Quocirca ſi idem eſt ⁊ ęquum dicere homineȝ qđ animal. bipes. manſuetũ. neceſſe eſt quotiens de vno plura hęc predicantur ideſt animal. bipes. manſuetum de homine: quoniam ęquale eſt homini quod vnum eſt: vnum quiddam predices: q̃uis tres voces predicare videaris. Sed omnes hi nihil omnino intelligunt. ſed eſt melior expoſitio: quã Porphyrius dedit. volens inqt Ariſtoteles demonſtrare quę vna eſſet affirmatio: quę non vna: dixit primo quoniam plura de vno predicare: vel plura vni ſubijcere non eſt vnam enunciationem facere: niſi ex illis pluribus vnum aliquid fieret. videns idem q adhuc plures



poſſent eſſe affirmationes etiam in his predicatis: quę cũ plura ſint: vnum tamen ex his fieri poſſit. hoc dixit homo eſt fortaſſe ⁊ animal. ⁊ bipes. ⁊ manſuetum. Qđ auteȝ dico tale eſt. manifeſtum quideȝ fit quoniam ſi plura de vno predicentur: ex quibus vnum fieri non poſſit: vel plura ſubijciantur vni: ex quibus vnum non fit: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Nunc autem tractemus de his pluribus: ex quibus vnum aliquid fieri poſſit. Inueniemus enim ⁊ in his in ipſo modo enũciandi plures aliquotiens enunciationes ⁊ non vnã reperiri: quãdȝ ex pluribus vnum fieri aliquid poſſit. Si quis enim dicat aial rationale mortale homo eſt: ſimul iungens animal rationale mortale: quoniam continue dictum eſt: ⁊ ex his vnuȝ aliquid fit: vna eſt affirmatio. Si vero ſit aliquid interualli vt ita quis dicat homo animal: ⁊ rurſus rationale: et aliquantulum requieſcens dicat mortale eſt: non eſt vna affirmatio nec vna negatio. Hęc enĩ intercapedo plurimas efficit enunciationes. rurſus ſi cum coniunctione dicantur homo animal ⁊ rationale ⁊ mortale eſt. ſic quoqȝ mltę ſũt propoſitiones. Nec differt aliquid vel requieſcendo: vel interponendo coniunctiones dicere: quã ſi quis dicat. hõ animal eſt. homo rationale eſt. homo mortale eſt: quę perſpicue propõnes multę ſunt. Videns ergo hoc Ariſtoteles. ita dixit. homo eſt fortaſſe ⁊ animal ⁊ bipes ⁊ manſuetum ad hoc inquit fortaſſe tanqȝ ſi ita diceret ⁊ de homine quidem ⁊ bipede ⁊ manſueto fit vnuȝ: ſed eſt aliquotiens forte: vt plures propoſitiones ſint: cum ea coniunctio quędã ſeparat atqȝ diſcernit. erit enim fortaſſe homo ⁊ animal: vt hęc vna ſit ꝓpoſitio: ⁊ bipes vt altera: ⁊ manſuetuȝ rurſus: vt altera. ſed ex his omnibus vnum aliquid fit: quę cum continue prolata ſunt: quoniam ex his vnum aliqđ efficitur: vna eſt ꝓpoſitio. non autem idem euenit in omnibus. ex albo enim ⁊ homine ⁊ ambulare non vnum fit. Si quis enim dicat Socrates homo albus ambulat: nõ eſt vna affirmatio: quoniam ex homine. ⁊ albedine ⁊ ambulare nulla omnino ſpecies fit. Quare concluſio eſt: qm̃ nec ſi de his pluribus: ex quibus vnum non fit: vnuȝ aliquid predicetur: vt ex terreno latrabili ⁊ celeſti ⁊ marino: quoniam vnum non fit: ⁊ de his vnum aliquid predicet̄: quod dicitur canis: huiuſmodi nomen quod plura ſignificat: ex quibus vnum non fit: ſi de altero predicetur: vel ſubijciatur alteri: non fit vna affirmatio nec vna negatio. ſed erit quidem vox vna: affirmationes vero plurimę. ſiue enim vnum de pluribus predicetur: ex quibus vnum nõ fit: vel plura huiuſmodi de vno: vel ſi vnum de vno predicetur: quod predicatum plura ſignificet: ex quibus vnũ non fit: ſiue illud predicatum alteri ſubijciatur: omnino non fit vna affirmatio nec vna negatio. Eſt autem regula huiuſmodi. vna affirmatio eſt: ſi aut duo termini ſingulas res ſignificent: aut ſi plura ita de vno predicentur: vel vni ſubijciantur: vt ex his vnum aliquid fieri poſſit: aut vnum nomen quod predicatur vel ſubijcitur: talia ſignificet plura: quę omnia vnam quodammodo ſpeciem valeant congregare.

**Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio vel propoſitionis: vel alterius partis contradictionis: propoſitio vero vnius contradictionis pars eſt: non erit vna reſponſio ad hęc. neqȝ enim vna interrogatio: nec ſi ſit vera. dictum eſt autem de his in topicis. Simul autem manifeſtum eſt: quoniam nec hoc ipſum quid eſt dialectica iterrogatio eſt. oportet enim datum eſſe ex interrogatiõe eligere vtram velit contradictionis partem enunciare. Sed oportet interroganteȝ determinare: vtrum hoc ſit homo: an non hoc.**

Quiſquis dialectica vtitur interrogatione: hic aut ſimpliciter interrogat: atqȝ vnam propoſitionem interrogatione ponit: vt contra eam ſit vna reſponſio: aut vtraſqȝ interrogans dicit: ad quas non ſit ſimplex reſponſio: ſed vna tota propoſitio reſpondetur. Si quis enim dicat interrogans Socrates animal eſt: cõtra hanc talis eſt reſponſio aut ita aut non. Si quis vero hoc modo interroget: Socrates aial eſt an non. contra hanc non eſt vna reſponſio. ſi enim reſpondetur ita: de qua annueris ignoratur de affirmatione an de negatiõe. rurſus ſi non reſpõderis: neſcitur quã negari volueris affirmationem an negationem. Quare contra huiuſmodi interrogationes tota propoſitio reſpondenda eſt ideſt altera pars contradictionis: aut tota affirmatio aut tota negatio: vt dicas aut eſt animal Socrates: aut ſi hoc non videtur: reſpondeas non eſt animal ſocrates. In his igitur quę multa ſunt: ex quibus vnum fieri nequit: ſi fiat vna interrogatio: ⁊ ipſa reprehenſibilis eſt: ⁊ contra eam vna reſponſio. quiſquis enim eã plura interrogat: ex quibus vnum eſſe non poſſit: multas facit interrogatões contra quas ſi ſimpliciter reſpondeatur: etiam ſi vera ſit ipſa reſponſio: tamen iure reprehenditur. Cõtra enim multiplicem interrogationem multiplex debet eſſe reſponſio. Si quis enim dicat interrogans: Socrates philoſophus eſt ⁊ legit ⁊ ambulat: quia poteſt fieri vt ſit quidem philoſophus; ⁊ legat non autem ambulet: vel ambulet: ſed nõ legit: poteſt idem fieri: vt ⁊ legat ⁊ ambulet. contra huiuſmodi propoſitionem non erit vna reſponſio. Nam qui ita interrogauit. Socrates philoſophus eſt ⁊ legit ⁊ ambulat: aut imperite: aut captioſę interrogauit. Contra quam interrogationem ſi contigerit Socratem philoſophuȝ eſſe ⁊ legere ⁊ ambulare: ſi reſpondeatur ita eſt: hęc quoqȝ reſponſio reprehenditur. Contra plures enim interrogationes vna reſponſio non debet adhiberi: etiam ſi per vnam illam vere reſpondeatur: ſicut ĩ hac quoqȝ ſi ⁊ philoſophus eſt ⁊ legit ⁊ ambulat. Quocirca ſi interrogatio dialectica reſponſionis petitio eſt: per quam reſponſionem fiat ꝓpoſitio: vt ſi dixerit quis interrogãs dies eſt: alius reſpõdeat non fiet inde negatio dies non eſt. vel certę altera pars oppoſitionis: cum ita interrogatur dies eſt an dies non eſt: vt congruę reſpõdeatur diem eſſe: aut diem non eſſe ideſt tota propoſitio. hę quę ex his pluribus fiunt atqȝ interrogantur: cum vnum ex his fieri non poſſit non ſunt ſimplices interrogationes. quocirca nec ad eas reddenda eſt ſimplex reſponſio. de his autem ſe in topicis dixiſſe commemorat. Rurſus quia dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio (vt ſupra dictum eſt) vel propoſitionis vel alterius partis contradictionis: quod paulopoſt demõſtrabitur: Imperite illi interrogant: qui dicunt: vel quid eſt animal? vel quid eſt homo? oportet enim qui dialecticę interrogat: dare ex interrogatione optionem: an ſibi reſpondens affirmationem eligere velit an negationem. qui vero ſic interrogat: vt quid eſt aliqua res velit dicere reſpondẽtem: non eſt illa interrogatio dialectica. Interrogat autẽ quidam hoc modo. putas ne anima ignis eſt? cum reſpondens negauerit: addit. nonne tibi videtur aliquid eſſe inter ignem atqȝ aerem medium corpus: vt ſit anima? cuȝ reſpõdens hoc quoqȝ abnuerit: ille perſequitur: an fortaſſe magis tibi videtur aquam eſſe animam vel terram? Cuȝ ille neqȝ terram neqȝ aquam animam eſſe cõſenſerit: tunc defeſſi interrogationibus ita interrogant: quę res eſt ergo anima? hęc autem non eſt interrogatio dialectica: ſed potiꝰ diſcipuli ad magiſtrum aliquid diſcere cupientis. qui enĩ aliquid cupit addiſcere: interrogat eum qui docere poteſt: quid ſit de quo ambiget. Dialecticus autem (vt dictũ eſt) ita interrogare debet: vt reſpondenti ſit copia an affirmationem an negationem velit eligere. Oportet enim ſcire quoniam omnis interrogatio eſt petitio reſpõſionis: Dialectica vero non cuiuſdã reſponſiõis: ſed eius quę in vtraqȝ parte habeat oppoſitionem. ergo hoc ipſum quid eſt nõ eſt dialectica interrogatio. Oportet enim interrogare ita: vt ex interrogatione reſpondens poſſit eligere alteram con-

tradictionis partem. debet enim determinare ⁊ diffinire is qui interrogat: an hoc ſit quod dicitur: an non: vt homo animal eſt an non: vt ille aut affirmationem reſpondeat aut negationem. q̄ autem dixit dialecticam interrogationem petitionem eſſe reſponſionis vel propoſitionis vel alterius partis contradictionis: huiuſmodi eſt. Quiſquis interrogat affirmationem: aut eandem expetit: vt auditor ſibi reſpondeat: aut contradictionem: vt ſi quis ſic interrogat. homo animal eſt: ſi ille annuerit: propoſitionem reddidit eam ſcilicet quam propoſuit interrogans. ſi vero interrogante aliquo an homo animal ſit: reſpondens dixerit nō eſt: contradictionem reſpondiſſe videbitur. Ille enim affirmationem interrogauit: ille negationem reſpondit quod eſt contradictio. Rurſus ſi negationem interroget: ⁊ ille reſpondeat negationem: eandem propoſitionem reddidit quam is qui interrogauit ante propoſuit. Sin vero interrogante aliquo negationem: ille affirmationem reſponderit: contradictio reſponſa eſt. hoc eſt igitur q̄ ait. interrogationem reſponſionis eſſe petitionem: ⁊ cuius reſponſiōis addidit: vel propoſitionis: ſi idem reſpondeat: quod ille interrogat: vel alterius partis contradictionis: ſi cum ille affirmationem interroget: ille reſponderit negationem: vel ſi cum ille negationem in interrogatione poſuerit: ille affirmationem in reſponſione reddiderit. Interrogationis autē ſm peripateticos duplex ſpecies eſt: aut cum dialectica interrogatio eſt: aut cum non dialectica. Non dialectice autē interrogationis due ſpecies ſunt: vna quidem quando ſcientes accidens interrogamus: cui illud accidat: vt cum videmus domum Ciceronis: ſi interrogamus: quis illic maneat: vel quando ſubiectum quidem ipſum ⁊ rem ſumimus: quid autem illi accidat interrogamus: vt ſi ipſum Ciceronem quis videat: ⁊ interroget: quo diuertat. ⁊ hec vna ſpecies eſt eorum que ſm accidens non dialectice interrogamus. Altera vero quando ꝓponentes nomen quid ſit querimus aut genus aut differentiam aut diffinitionē requirentes: vt ſi quis interroget quid ſit animal. vel quā diffinitionem aut aliquid ſupradictorum ſumimus: ⁊ querimus cuius illa ſunt: vt ſi quis querat animal rationale mortale cuius ſit diffinitio.

Quoniam vero hec quidem predicantur compoſita: vt vnum ſit omne predicamentum eorum que extra predicantur: alia vero non: que differentia eſt? de homine enim verum eſt dicere: ⁊ extra animal: ⁊ extra bipes: ⁊ hec vt vnum. ⁊ hominem ⁊ album: ⁊ hec vt vnum. ſed non ſi citharedus eſt ⁊ bonus: ⁊ citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrum dicitur: ⁊ vtrūq; dicetur: multa inconuenientia erunt. de homine enim verum eſt ⁊ hominē ⁊ album dicere. quare ⁊ omne. Rurſus ſi album ipſum: ⁊ omne. quare erit homo albus albus: ⁊ hoc in infinitum. ⁊ rurſus muſicus albus ambulans: ⁊ hec eadem frequenter implicatā. Amplius ſi ſocrates ſocrates eſt ⁊ hō ⁊ ſocrates hō. ⁊ ſi homo ⁊ bipes: ⁊ hō bipes.

Multa ſunt que cum ſingulatim vere predicentur: ſi quis ea coniungat ⁊ predicet: veram predicationem tenēt. Sunt autem aliqua: que ſi per ſe ⁊ disiuncta predicentur: vera ſunt: ſin vero coniuncta dicantur: veritatem in predicatione non tenent. que ergo ſit differentia eorum oportet agnoſci. ſi quis enim dicat. ſocrates animal eſt. verum dixerit. ⁊ ſi quis rurſus predicet: quoniam ſocrates bipes eſt: hoc q̄z verum eſt. que ſi coniuncta dicantur: vt eſt ſocrates animal bipes eſt: a propria veritate non diſcrepant. atq; hec quidem in genere ⁊ differentia ea que ſubſtantialis eſt ſocrati. q̄ ſi de accidēte quoq; dicatur: poteſt idem nihilominus euenire. Si quis enim ſic dicat. ſocrates homo ē verū eſt. ⁊ rurſus ſocrates caluus eſt hoc quoq; verum eſt. q̄ ſi iungat dicens ſocrates homo caluus eſt. verum rurſus ex coniunctis faciet predicationem. Atq; in his quidem ea q̄ ſingillatim vere dicebātur: iuncta veraciter predicata ſūt. Sunt autem alia ī quibus ſingillatim quidem predicata vera ſunt: iuncta vero qualitate veritatis amittunt: vt ſi quis dicat quō Socrates bonus eſt verū eſt. Rurſus ſocrates quidem citharedus eſt: ſic quoq; hoc verum eſt. Hec coniungere non neceſſe eſt: vt ſit verum. Socrates bonus citharedus eſt. Poteſt enim bonus quidem eſſe homo: ⁊ cū ſit citharedus non tamen eſſe bonus: ſed in alia quidē re bonus: ⁊ in alia cū artis illius cognitor: non tamen in ipſa perfectus. hoc autem facilius tali liquebit exemplo. Si quis enī dicat quoniam Tiberius Grachus malus eſt verum eſt. rurſus Tiberius Grachus orator eſt. hec quoq; verum eſt. ſi coniungens dicat: Tiberius malus orator eſt: falſo dixerit. optimus enim orator fuit. Sed ne quis nos ita dicentes ignorare putet oratoris eſſe diffinitionem virum bonum dicendi peritum: hec ita dicta ſunt ad exemplum potius q̄z ad veritatem. atq; hec quidē propoſita ab Ariſtote. ſunt: cuius in textu verba ſic conſtant. Quoniam vero inquit alia quidem predicantur coniuncta ⁊ compoſita: vt ex his vnum predicamentum fiat eorū que extra vere p̄dicata ſunt. alia vero cum extra ſingillatim vere predicantur: iuncta veram non faciunt predicationē: In quo euidum eſt que eorum ſit differentia. exempla autem horum talia ſunt. Eorum quidem que extra predicantur vere: nec ſi coniuncta ſunt: naturam veritatis amittunt tale exemplum eſt. de homine enim verum eſt dicere quō ⁊ animal ⁊ bipes. Rurſus quoniam animal bipes: verum eſt de eodem homine dicere vt de ſocrate. de eodem quoq; ſocrate ⁊ hominem extra ⁊ album ſi ita contingit verum eſt dicere: ⁊ de eo predicare animal bipes a veritate nō diſcrepat. atq; hec quidē que extra ſingillatim predicatur vere: iuncta vera ſunt. q̄ ſi de aliquo predicetur quō citharedus eſt: ⁊ verum ſit: rurſus quō bonus ſit: ⁊ verum ſit: non neceſſe eſt dicere quō bonus citharedꝰ eſt. Poteſt enim ſolū eſſe q̄dē citharedus: bonus autem homo. huiuſq; quidē illa diſpoſuit. quō autem videbantur quidam arbitrari: q̄ omnia que ſingillatim vere predicarētur: eadem quoq; cōpoſita recte dicerentur. Contra hos dicit quō multa eunt inconuenientia multaq; impoſſibilia ſunt: ſi quis dicat dē quō ſingillatim predicatē veraciter: id iūctū vere predicari. De homine enim verū eſt dicere quō hō eſt: nam de ſocrate qui homo eſt: vere dicitē quō homo eſt. rurſus vere de eodē dici pōt quō albus eſt. Quare ⁊ ſi hec iungas: ⁊ vt vnum predices: verum eſt dicere de aliquo homine: quō hō albꝰ ē ſed homo qui albus eſt: verum eſt dicere de eo quō albus eſt. q̄re etiā ſi iungas: erit predicatio ſocrates hō albꝰ albꝰ ē nam de ſocrate verū erat dicere quō homo albus eſt. ſed de homine albo verū eſt dicere quō albus eſt. hec coniuncta ſocrates homo albus albus eſt faciunt. q̄ ſi de homine eodem albo. rurſus album predicare velis: verū eſt: quocirca ⁊ ſi iungas erit igitē predicatio homo albus albus: albꝰ eſt: atq; hoc in infinitum. Rurſus ſi quis de aliquo hoīe dicat: quō ille hō muſicꝰ eſt: ſi verū dicat adijciatq;: quō idē hō ambulans eſt: verū dicit: ſi iungat: quō ille hō ābulans muſicus eſt. ſ; ſi verū eſt de aliq̄ hoīe p̄dicare: quō ſit ābulās muſicꝰ. de ābulante aūt muſico verū eſt dicere quō muſicꝰ ē: erit ille hō ābulās muſicꝰ muſicꝰ. ſed de eodē verū eſt dicere quō ābulās ē. verū erit igitē de eo rurſus dicere: quō hō ambulās ābulās muſicꝰ muſicꝰ ē. Amplius q̄z ſocrates ſocrates ē: ⁊ rurſus hō. erit igitē ſocrates ſocrates hō. ſ; ⁊ bipes erit igitē ſocrates ſocrates hō bipes. ſ; de ſocrate verū ē dicē quō ſocrates hō bipes ē. ſ; cū dixi hoīe: de eo iā ⁊ bipedē dixi. oīs enī hō bipes ē. verū ē g̃ de eo dicere quō bipes ē: ſ; verū erat dicere quō ſocrates ſocrates hō bipes ē: vera igitur predicatio erit Socrates bipes bipes hō eſt. ſed rurſus hominem dixi: atq; in eo aliud bipes noīaui. oīs enī homo bipes eſt. Socrates igitur homo bipes bipes bipes eſt. ⁊ hoc in infinitum protracto ſuperflua loquacitas inuenitur. non igitur fieri poteſt ut modis omnibus quicquid extra dicitur: id iunctū vere predicetur.



Quoniā ergo ſi quis ſimpliciter dicat complexiones fieri: plurima inconuenientia cōtingit dicere: manifeſtum eſt. quemadmodū autem ponendum eſt: nunc dicimus. Eorū igitur q̄ predicanē ⁊ de q̄bus p̄dicātē q̄cūq; ſecūdū accidēs dicūtē: vl' de eodē: vl' alterū de altero: hec non erunt vnum: ut homo albus eſt et muſicus. ſed non eſt idem muſicū et albū. accidentia enim ſunt vtraq; eidem. nec ſi album muſicum verum eſt dicere: tamen non erit album muſicum vnū aliquid. ſecundū accidēs enim albū muſicum dicitur. quare non erit album muſicum vnū aliquid. quocirca nec cytharedus bonū ſimpliciter: ſed animal bipes non enī ſunt ſecundū accidens. amplius nec quecunq; inſunt in alio. quare neq; album frequenter neq; homo: homo animal eſt vel bipes. Inſunt enī in homine animal ⁊ bipes.

Que ſuperius comprehendit: ea nunc apertiſſima ratione determinat dicens: de his ſolum extra predicatis veraciter non poſſe vnam predicationem fieri veram: ſi coniuncta ſint. quecunq; aut accidentia ſunt eidem: aut cum vnum alij accidit: accidens aliud de illo accidenti predicatur. Si quis enim de ſocrate dicat: quoniā Socrates cytharedus eſt: rurſus ſocrates bonus eſt. ſi vtraq; vere p̄dicet: duo accidentia de vno ſubiecto predicauit id eſt de ſocrate. Quocirca non poteſt ex his fieri vna predicatio: ut dicatur Socrates cytharedus bonus eſt. rurſus ſi de Socrate predicetur muſicus: ſit enim ſocrates muſicus: de muſico autem predicetur albus: et hoc fortaſſe ſit verum: non tamen iam neceſſe eſt muſicū album eſſe. Si enim ſit muſicus ſocrates: ſi de eodem muſico albus predicetur: predicatur quidē de ſocrate ſubiecto muſicus. de muſico autē q̄ eſt accidens predicatur album rurſus aliud accidens. Ergo non poteſt hic vna fieri vera propoſitio: ut dicatur. ſocrates albus muſicus eſt. neq; enim ſemꝑ muſicus albus eſſe poteſt: ſed hanc naturā habent accidentia: ut veniant ⁊ recedant. ergo ſi eius qui muſicus albus eſt: in ſole ſtantis cutem calor fuſcauerit. non erit quidem albus cum ſit muſicus. Quocirca neq; tunc cum vere predicabatē: quoniam ſocrates muſicus albus eſt: neq; tunc fuit vera rectaq; predicatio. non enim habet naturā permanendi accidens: ut ſemper vere predicetur. Ratio autem verborū ſic conſtat. Quoniā igitur ſi quis inquit dicat omnino quomodolibet complexiones fieri. id eſt ut q̄ ſingillatim predicaueras: hoc complexū connexumq; proponas: plurima inconuenientia dicere contingit. Multa enī concurrūt impoſſibilia: ſicut ſupra ipſe monſtrauit: tunc quando ad nimiā loquacitatē perduxit eos eadem frequenter nomina repetentes. quemadmodū ponendum eſt nunc dicimus. id eſt quemadmodū autem debeant: que ſigillatim vere dicunē iuncta predicari: nunc inquit dicimus. Omnia inquit q̄ predicantur de alio et rurſus de quibus alia ponūtur duplici modo ſunt: aut enim accidentia aut ſubſtātialia ſunt ⁊ alie quidē predicationes ſunt ſecundū accidens: quotiens aut accidentia duo de ſubſtantia: aut accidens de accidenti alicuius ſubſtantie predicatur. alia vero non ſecundū accidens: quotiens aliquid de aliquo ſubſtantialiter dicitur. Eorū igitur quecunq; ſm accidens dicūtur: eorum vel ſi duo ſunt accidentia et de eodem predicētur: vel ſi alterum accidens de altero accidenti dicatur: ex his nō poteſt vna fieri propoſitio: neq; erit vnum ſi iuncta ſint: ut homo et albus eſt et muſicus. album enī muſicum: quoniā in vnā formam nō concurrunt: non faciunt vnā propoſitionem. Non enim idē eſt album et muſicum. vtraq; enim eidem ſunt accidentia: non tamen idē ſunt. nec ſi album de muſico predicemus id eſt accidens de accidenti: et hoc verū ſit non tamē neceſſe eſt id q̄ muſicū eſt eſſe album. neq; enim eſt vnum aliquid. Accidenter enī id quod muſicum eſt album eſt: quoniā enim idipſum cui muſicū accidit albū eſt: idcirco muſicū albū dicitur. nō eſt autem idē muſicū albū. Quocirca eadem ratione tenetē: ut non poſſit idem eſſe cytharedus bonus: nec in vnum corpus coniuncta faciant vnum aliquid quamuis ſingillatim vere predicentur. q̄ ſi quis aliquid ſubſtantialiter predicet: duaſq; res ſingillatim dicat: poſſunt in vnam propoſitionem redire: que ſubſtantialiter vere ſeiuncte ſeparatimq; ponūtur. homo enī cū et animal ſit et bipes: eſt animal bipes: et fit ex his vna predicatio. Nam neq; animal ſecundū accidens ineſt homini nec bipes: quod per hoc oſtendit quod ait. ſed animal bipes. nō ſunt enim ſecundū accidens. Addit quoq; illud quoniā nec ea iuncta recte ponūtur: quecūq; vel latenter vel in prolatione in aliquo terminorū continētur: qui in propoſitione poſiti ſunt. Idcirco enim de homine albo non debet dici albus: ut veniat predicatio homo albus albus: quoniā iam in homine albo cōtinetur album. rurſus de homine idcirco non debet predicari bipes: quoniam licet non ſit prolatū: tamē qui homo eſt bipes eſt. ſed de homine ſi quis bipes p̄dicet: de re duos habente pedes neq; hac differētia quod eſt bipes: predicat bipes. quocirca erit hic quoq; homo bipes bipes. homo enim bipes continet intra ſe: et qui dicit hominē cum ſua differentia dicit. Si quis ergo adhuc predicet bipes: de re duos habente pedes bipedē p̄dicauit. Erit ergo homo bipes bipes. ſed ita predicari non debet. Continetē enim in homine bipes: ad q̄ ſi rurſus bipes predices: moleſtiſſimā facies repetitionē hoc enim eſt quod ait. Amplius nec quecunq; inſunt in aliquo id eſt cōtinenter vel prolatione: ut in eo q̄ eſt homo albus cōtinetur in eo albus: quoniam prolatione iam dictum eſt: aut poteſtate ⁊ vi: ut in eo q̄ eſt homo continetē bipes: quamuis dictū penitus non ſit.

Uerum autem eſt dicere de aliquo ⁊ ſimpliciter: ut quendā hominē hominē aut quēdam albū hominē hominē album non autē ſemper: ſed quando in adiecto aliquid quidē oppoſitorum ineſt: quod conſequitur contradictio: non verum: ſed falſum eſt: ut hominē mortuum hominem dicere. quando autem non ineſt: verum eſt.

Hec queſtio ſuperiori cōtraria eſt. illic enī querebatē ſi q̄ ſingillatim p̄dicarentē: an ſp̄ vere eadē cōiūcta cōpoſitaq; dicerētē hic aūt cōuerſo ordine id q̄rit: an ea q̄ cōpoſita vere p̄dicanē ſingillatī dicta vere dicātē. pꝰ obitū enī ſocratē poſſumꝰ dicere hoc cadauer hō mortuꝰ ē: ⁊ hoīē mortuūq; iūgētes vnā ſiꝰ tñ verā p̄dicatiōē facere. ſolū autē hoīē dicere cadauer. illō nō eſt verū. Rurſus eundē Socratē viuū verū eſt dicere quō aīal bipes ē: ⁊ ſingillatī verū ē dicere quō aīal ē. quare querit que ſit hꝰ q̄z differētia p̄dicatiōis: ut cū cōiūcta dicanē ⁊ vere de ſubiectis p̄dicanē: alias q̄dē extra vere dici poſſint: alias vero p̄ter illā cōiūctiōē ſi ſimplicia dicanē falſa ſunt. hoc autē q̄ſi dubitās dixit. ita enī legēdū eſt q̄ſi ſi dubitās diceret ſic. Uerū ē āt dicere de aliq̄ cōpoſitū cōiūctūq; aliq̄d: ut de aliq̄ hoīe hoīem. aut de aliq̄ albo albū. ita ut eē hoc aliq̄d ſimplr p̄dicetē. an vero non ſp̄. Et dat regulā q̄ pnoſcāmꝰ. an que cōpoſita dicūē: eadē ſingillatī dicere poſſint an minime. Quotiēs enī talia ſunt q̄ p̄dicanē cū alio: ut in ſe nō habeāt cōdictionē p̄dicata poſſūt dici ⁊ ſepara veraciē Quod ſi habent in ſe contradictionē aliquā: que predicantur et compoſita dicuntur: ſeparata vere predicari non poſſunt: ut ea que dicit cadauer hoīē mortuū vere dicit. ſolū

autem dicere hominem vere non poteſt: idcirco quoniam prius cum coniunctione predicauit dicens hominē mortuum: mortuuſq; adiacet hominis predicamento. cum homine enim predicatū mortuū contradictionem tenet contra hominē. Eſt enim homo animal. mortuus vero non animal. ergo mortuus et homo cōtradictionē aliquam inter ſe habent. Illud enim eſt animal: illud vero nō animal. Quocirca quoniā inter ſe habent hec quandā contrarietatem ſeparatus homo de mortuo homine ſolus nō dicitur. Eodem quoq; modo eſt ſi quis dicat manū eſſe marmoreā ſtatue verum dicit. ſolum autem manū dicere eam que ſtatue eſt falſum eſt. habet enim manus poteſtatem dandi accipiendiq;: ſed illa marmorea non habet. ergo eſt quedam contradictio inter manū et manum marmoreā: quod illa dare atq; accipere poteſt: illa non poteſt. hec enim ſibi opponūtur contradictionis modo. Ergo quotienſcunq; tale aliqd predicatur: ut homo de cadauere: cui tale aliquid coniunctum ſit atq; adiaceat: quod faciat contradictionem contra predicatū ut hic adiacet mortuus homini. ſimulq; predicatur de cadauere: ut faciat contra ipſum hominē contradictionem: eam que in ſe contineat: non poteſt ſeparari vera predicatio: ut ſigillatim dicatur. Si vero non ſit iſta contradictio poteſt: ut in eo quod eſt Socrates animal bipes eſt. animal et bipes nulla contradictione opponūtur. quocirca poteſt de eo et animal ſigillatim atq; ſimpliciter et bipes dici. ſenſus quidem eſt huiuſmodi. Ordo autem ſeſe ſic habet. dubitans enim dixit. Verum eſt autem aliquid dicere de aliquo compoſite et connexe: et rurſus ſimpliciter: ut quendā hominē aut quendā albū hoiem. an certe non ſemper. ſed tunc quando in adiecto id eſt in eo quod adiectum cum aliquo predicatur: ineſt aliquid oppoſitorum talium que conſequitur contradictio id eſt quā oppoſitionē mox conſequitur contradictio: ut oppoſitionem hominis et mortui ſequatur contradictio. ſcilicet aial et nō aial. Si igitur ſic ſint: non eſt verum ſimpliciter predicari ſed falſum. ut hominem mortuū: quem coniuncte vere dicere poſſis: eundē hominē ſolum non vere predicabis. Quando enim hec oppoſitio in his que predicantur non eſt: verum eſt quod cōiuncte predicaueris: et ſimpliciter predicare. Adiectum eſt autem in quo venit aliquotiens oppoſitio huiuſmodi: ut in eo quod eſt homo mortuus: mortuꝰ adicitur homini. Aliter enim vere homo de cadauere nō poteſt predicari.

Vel etiam quando ineſt: ſemper non verum eſt: quando vero non ineſt: non ſemper verum eſt: ut homerus eſt aliquid: ut poeta: ergo etiā eſt. an non. Secundū accidens enim predicatur eſſe de homero: quoniam enim poeta: ſed non ſecundum ſe predicatur de homero: quoniam eſt.

Quoniā ſupra dixerat quando eſſet in adiecto contradictio non eſſe verum ſimpliciter predicare. quando vero nō eſſet verum eſſet quod coniūcte diceret ſimpliciter dicere. hoc ipſum quoniā videbat in aliquibus non eſſe verum: conſequenter emendat. Ait enim verum eſſe illud quod ſupra dictum eſt: quandocūq; in adiecto eſſet aliqua contradictio non eſſe verum ſimpliciter predicare quod coniūcte diceretur. Quando autem non ineſt cōtradictio non ſemper verum eſt predicare ſimpliciter quod coniūcte vere diceretur. Sed aliquotiens quidem verum: aliquotiens autem falſum. huius rei tale exemplū eſt. Cum dico homerus poeta eſt: eſt et poeta coniūcte de homero vere predicari. Sin vero dixero homerus eſt falſum eſt: quamq; non ſit aliqua contradictio inter eſt et poetā: neq; in adiecto eſt vlla oppoſitio talis: quam conſequatur contradictio. cur autē hoc eueniat talis ratio eſt. De Homero enim poetam quidem principaliter predicamus: cum dicimus Homerus poeta eſt. eſt autem verbum de poeta quidem predicamus principaliter: de homero autem ſecundo loco. non enim idcirco predicamus eſſe quia Homerus eſt: ſed quia poeta eſt. Sublato igitur eo quod principaliter predicatur id eſt poeta: licet nullā contradictionē habeat eſt quod adiacet poete: contra poetam: non ſit vera predicatio dicendo homerus eſt. Secundū accidens enim eſt predicatur non principaliter ſublata autem principali predicatione quod ſecundū accidens predicabatur: continuo falſum reperitur. quod aūt addidit.

Quare in quantiſcūq; predicamentis neq; contrarietas ineſt: ſi diffinitiones pro nominibus dicantur et ſecundum ſe predicantur: et non ſecundū accidens: in his aliquid et ſimpliciter verū erit dicere. Quod autē non eſt: quoniam opinabile eſt: non eſt verum dicere eſſe aliquid. opinatio enim eius eſt: nō quoniam eſt: ſed quoniam non eſt.

Ea que ſupradixit vna narratiōe colligit dicens. Quecunq; eo modo predicantur: ut neq; in nominibus: neq; in diffinitionibus proprijs aliquam teneant contrarietatem: hec et extra ſimpliciterq; predicata vera ſunt: ut in eo quod eſt mortuus atq; homo: hec quidem nominibus nullius contrarietatis contradictioniſue ſunt. Sed ſi horum pro nominibus diffinitiones reddātur: mox contrarietas oppoſitionis agnoſcitur. Si quis enim hominis diffinitionem dederit dicet eſſe animal rationale. Si quis mortui dicet eſſe corpus vita priuatum atq; inanimatum: et ex hoc tota vis contradictionis apparet. Quocirca ſi ſumātur diffinitiones pro nominibus: et in his aliqua contrarietas ineſſe videbitur: vel ſi ſecundum accidens aliquid predicetur. ut eſt de homero: cum de eo poeta principaliter predicetur: non predicabuntur ſimpliciter vere: quecunq; compoſita predicabuntur. quod ſi neq; vlla contrarietas ſit: et per ſe predicentur et non per accidens: quicquid compoſite vere dicitur: hoc et ſimplicitur vere predicatur. Quoniam autem fuerunt quidam qui hoc ipſum quod non eſt eē dicerent totū ſyllogiſmū his propoſitionibꝰ coniungentes. Quod non eſt opinabile eſt. quod autem opinabile eſt eſt ergo quod non eſt eſt. hoc ergo dicit ſi verum eſt predicare inquit de eo quod non eſt quoniam opinabile eſt: eſt quidem verbum de opinabili predicamus. de eo autem quod non eſt ſecundū accidens predicatur eſt. quoniā enim quod non eſt opinabile eſt: idcirco ſecundo loco de eo quod non eſt verbum eſt predicamus. Quare non poſſumꝰ ſimpliciter dicere eſſe quod non eſt. Idcirco enim opinabile eſt quia non eſt. Scibile enim eſſet ſi per ſe eſſet non opinabile: ſicut homerus idcirco eſſe dicitur. quia poeta eſt non quia per ſe eſt. Vel certe idcirco dicitur homerus eſſe poeta quia poeſis ipſius extat ac permanet: ſicut aliquos in filijs ſepe viuere dicimus. Quocirca id quod non eſt idcirco eſſe dicitur opinabile: quoniam ipſius eſt opinatio. Non autem quoniam id quod non eſt per ſe aliquid eſſe poteſt. his ergo ante perſtructis atq; ordine terminatis ad propoſitionum modo rem in dyalectica vtiliſſimam de propoſitionibus tractatum diſputationemq; cōuertit. Reſtat nūc de propoſitionum modis oppoſitionūq; diſſerere. Multis enim dubitatum eſt rationibus: an idem modus eſſet propoſitionum ſine modo propoſitarum qui illarum quoq; que proprijs modis et qualitatibus terminantur. inchoat autē de his rebus dubitationem ſic.

His vero determinatis perſpiciēdum eſt quemadmodum ſeſe habent affirmationes et negationes ad ſeinuicē he. ſcilicet que ſunt de poſſibili eſſe et nō poſſibili: et de contingenti et non cōtingenti: et de impoſſibili: et neceſſario. habent enim aliquas dubitationes.

Omnis propoſitio aut ſine vllo modo ſimpliciter pronunciatur: ut ſocrates ambulat: ut dies eſt. vel quicquid ſimpliciter et ſine vlla qualitate predicatur. Sunt autem aliæ que cum proprijs dicuntur modis: ut eſt Socrates velociter ambulat. Ambulationi enim ſocratis modus eſt additus cum dicimus eum velociter ambulare. quomodo enim ambulat ſignificat id quod de ambulatione eius velociter predicamus. Similiter autē ſi quis dicat: ſocrates bene doctus eſt: quemadmodū ſit doctus oſtendit: nec ſolū doctus dixit: ſed modum quoq; doctrine ſocratis adiūxit. Sed quoniam ſunt modi alij: per quos aliquid poſſe fieri dicimus aliquid ineſſe: aliquid neceſſe eē: aliquid cōtingere: queritur in his quoq; quemadmodū fieri contradictionis debeat oppoſitio. in his enim propoſitionibꝰ que ſimpliciter et ſine vllo modo predicantur: facile locus cōtradictionis agnoſcitur. Huius enim affirmationis que eſt Socrates ambulat: negatio ſi ad verbum ponatur: ut eſt ſocrates non ambulat: rectiſſime oppoſitione facta ambulare a ſocrate diſiunxit. Rurſus huius propoſitionis que ē ſocrates philoſophus eſt: ſi quis ad eſt verbum negationē ponat: integram faciet negationem dicens. Socrates philoſophus nō eſt. neq; enim fieri poteſt: ut ad aliud in ſimplicibus affirmationibus negatio ponatur niſi ad id verbum quod totius vim continet propoſitionis. Si quis enim in hac propoſitione que eſt homo albus eſt: nō dicat fieri negationem eam que eſt homo albus non eſt. Sed potius homo non albus eſt: hoc modo falſum oſtenditur propoſitū per lapidem. Interrogatur enim de eo an lapis ille homo albus ſit: ut ſi ille negauerit ponens negationē eius que eſt homo albus eſt eam que dicit homo non albus ē: dicatur ei ſi non eſt de hoc lapide vera affirmatio: que dicit homo albus eſt: vera erit de eo negatio ſcilicet ea que dicit homo nō albus eſt. ſed hec quoq; falſa eſt. Omnino enim lapis homo non eſt. atq; ideo de eo non poterit predicari. quoniā homo nō albus eſt. Quod ſi neq; affirmatio neq; negatio de eo vera eſt: hoc autem impoſſibile eſt ut contradictorie affirmationes et negatiōes de eodē predicare vtreq; falſe ſint. Conſtat eius affirmationis que dicit homo albus eſt non eē illā negatiōem que dicit homo non albus eſt. Sed potius eam per quam proponitur quoniā homo albꝰ non eſt. Nuſq; igitur alibi ponēda eſt negatio in his que ſimpliciter et ſine modo aliquo ponuntur niſi ad verbū quod totam continet propoſitionē. de his autem ſufficienter ſupra iam diximus. In his autem in quibus modus aliquis apponitur: dubitatio eſt: an ad modum illum ponatur negatiua particula: an locum ſuum ſeruet ad verbum: ſicut in his quoq; propoſitionibus fiebat: que ſimplices et ſine vllo modo proponūtur. Nam ſi ſeruet locum ſuum negatiua particula: ut ponatur ad verbū: proprietas contradictionis excidit: et verum inter ſe falſumq; non diuidit. Modus enim quidā eſt faciendi aliquid: quotiēs dicimus aliqd poſſibile eſſe vel neceſſe eē: vel quicquid huiuſmōi eſt. Ergo ſi quis dicat me nūc poſſe ambulare: idemq; neget negationē ponens ad verbum quod eſt ambulare: dicatq; me poſſe non ambulare: affirmatio et negatio cōtradictorie de eodem dicte vere ſimul inuenientur. Me namq; et ambulare poſſe et non ambulare manifeſtū eſt. Quod ſi in hoc modo poſſibilitatis non recte verbo particula negatiua cōiungitur: etiam in his quoq; que nullā habent differentiam: an ad modū an ad verbū eſt ponatur negatio: cuſtodienda eſt talis oppoſitio: que huic ſpeciei propoſitionū conueniat que cum modo proferūtur: ut in hac propoſitiōe que dicit. ſocrates velociter ambulat. ſiue quis ita neget: ſocrates velociter non ambulat: ad verbum ponēs negatiōem: ſiue ſic. ſocrates non velociter ambulat. modo negatiuam particulā iungens: prope ſimile eē videbitur. diuidit enim cum affirmatione veritatem falſitatemq; vtroq; modo aptata negatio. Sed quoniam ſunt plures modi: in quibus ſi ad verbum iungatur particula negatiua: non eſt negatio ſuperius enunciate affirmatiōis: idcirco ſeruanda eſt in omnibus ſine modū propoſitionibus iſta proportio: ut vno eodemq; modo cunctarū fieri oppoſitiones dicātur: ut in illis quidē negatio que ſimplices ſunt rem neget. In his autem que cum modo ſunt modum neget: ut in eo quod ē Socrates ambulat: rem ipſam. id eſt ambulat neget: adimatq; propoſitio dicens Socrates non ambulat. In his autem que cum modo ſunt: rem quidem eſſe cōſentiat: modum neget: ut in ea propoſitione que dicit Socrates velociter ambulat: negatio dicat Socrates nō velociter ambulat: ut ſiue ambulet: ſiue non ambulet: nulla ſit differentia. Modum autem id eſt velociter ambulandi perimat ex aduerſo conſtituta negatio quamq; hoc in quibuſdā non ſit. Simul enim cum modo ipſo et rem perimi neceſſe eſt: ut in eo quod eſt Socrates poteſt ambulare: ſocrates non poteſt ambulare. et modū et rem modo ipſi coniuncta particula negationis intercipit. ſed hoc in his fere euenit in quibus non fieri quidē aliquid dicitur: et actui ipſius non additur modus: ſed potius faciendi in futuro modus: ut ſi quis dicat Socratem ambulare poſſe: non quod iam ambulet: ſed quod eum ſit ambulare poſſibile. hic ſi poſſibili negatio cōiungatur etiam rem ipſam tuliſſe videbitur: de qua illa poſſibilitas predicabatur. ſi quis autem dicat quoniā Socrates velociter ambulat: facere eum aliquid dicit: modūq; illi actui iungit: ut quemadmodū illud faciat quod facere dicit quilibet agnoſcat: in his res quidē permanet: modus autem ſubruitur: ut ſupra dictū eſt. An certe illud magis verius eſt dicendum: quod ſemper huiuſmodi propoſitiones modum quidem auferunt: rem vero de qua modus ille pr: nō perimūt et in quibus ponitur res: ut in eo quod eſt ſocrates velociter ambulat: et in quibus predicatur actus ipſe et preſens: quod fiat atq; agatur: manifeſtū eſt modum quidē ſubrui: rem vero que fieri dicitur permanere: ut cum dicimus ſocrates non velociter ambulat. Ambulare enim eū quidem non ſubtractū eſt: ſed tantū hec negatio velocitatem ab ambulatione diſiunxit. In his autem que poſſibilitatē aliquid in futuro faciēdi per modū ponunt: nullus omnino actus ponitur: ſed tantum modus ad quem modū iuncta negatio modum quidē perimit. Sed res illa de qua modus predicabatur non permanet: idcirco quoniam nec tunc cum predicabatur cū modo aliquid fieri agiue propoſitum eſt: ut ſi quis dicat ſocratem poſſibile eſſe ambulare. poſitus quidē modus eſt: res vero actu conſtituta nō eſt. Non enim dictū eſt quoniā ambulat: ſed quoniā eum poſſibile eſt ambulare. Hanc ergo poſſibilitatem tollit negatio in propoſitione que dicit Socratem non poſſibile eſt ambulare. Sed in eadem propoſitione res de qua dicebatur modus ille non permanet. hoc autem idcirco euenit quia nec in affirmatione quidē poſita eſt res de qua predicatus eſt modus. atq; ideo non a negatiōe perempta eſt res: quippe quā negatio poſitā non inuenit: ſed tantū modū: qui etiam ab affirmatiōe cōſtitutus eſt. Magna autē diſtantia eſt an ad modū negatio ponatur an ad verbū. nam ſi ad verbū ponatur predicatum a ſubiecto diſiungitur: ut eſt Socrates non ambulat. Nam ambulat: quod eſt predicatio a ſubiecto quod eſt Socrates diuiſum eſt. Sin vero ad modū ponatur nō predicatio a ſubiecto diuiditur. Sed a predicatione potius diſiungitur modꝰ ut in eo quod eſt Socrates non velociter ambulat: nō ambulationē a ſocrate propoſitio iſta diſiungit: ſed velocitatem ab ambulatione id eſt modū a predicato. et hoc in his facilius euidentiuſq; apparet: quecūq; ita predicantur: ut et fieri et nō fieri poſſe dicantur. Oportet autē quid ſit poſſibile: quid neceſſariū quid ineſſe diffinire: eorūq; ſignificatiōes oſtendere: quod et nobis et ad huius loci ſubtilitatē proderit: quē tractamꝰ: et ſuperiora quecunq; de contingētibus dicta ſunt magis liquebūt: et analyticorū mentem nobis apertiſſima luce vulgabit. Quattuor modi ſunt quos ariſtote. in hoc libro de interpretatione diſponit. Aut enim eſſe aliquid dicitur: aut contingens eſſe: aut poſſibile eſſe: aut neceſſe eſſe. Quorum contingens eſſe et poſſibile eſſe idem ſignificant. nec quicquid diſcrepat dicere cras poſſe eſſe circenſes. Et rurſus contingere cras eſſe Circenſes: niſi hoc tantum: quod poſſibile quidem poteſt priuatione ſubduci: contingens vero minime. Contra enim id quod dicitur poſ

ſibile eſſe: ⁊ negatio poſſibilitatis infert aliquotiēs: ut eſt nō poſſibile eſt eſſe: et priuatio ut eſt impoſſibile eſſe. Nā ꝙ dicimus impoſſibile eſſe: priuatio poſſibilitatis eſt. in contingenti autem quamq̄ȝ idem ſignificet: ſola tamē opponit negatio. nulla enī priuatio reperit ut in eo quod eſt contingens ſi hoc perimere volumus dicimus nō contingens et hec negatio eſt. Incontingēs autem nullus dixerit: quod eſt priuatio. Cum ergo cōtingens eſſe ⁊ poſſibile idem ſignificent: multa in his diuerſitas eſt ſm porphi. que ſunt neceſſaria et eſſe nō ſignificantia: et cōtingētia vl' poſſibilia. Quod enim eſſe aliquid dicit: de preſenti tempore iudicatur. Si quid enī nunc alicui eſt: hoc eſſe predicat. Quod vero ita ineſt: ut ſemp ſit et nunq̄ȝ mutetur: illud neceſſe eſſe dicitur: ut ſoli motus: luneq; cum terra obſiſtit defectus. Que autē contingere dicūtur vel poſſibilia eſſe: illoꝝ neq; ſm preſens: neq; ſm aliquā immutabilitatem ſpeculamur aduentū: ſed tantū reſpicimus: quantum contingētis propoſitio pollicet. Quod enī poſſe eſſe vl' cōtingere dicitur: nondū quidem eſt: ſed eſſe poterit. ſiue autē eueniat ſiue nō eueniat: quod tamē eſſe poteſt: cōtingens ⁊ poſſibile dicit propoſitio. nō enī ex euentu diiudicant huiuſmodi propoſitiōes: ſed potius ex ſignificatione hoc modo. Si quis enī dicat poſſe eē cras circenſes: poſſibilis eſt contingenſq; affirmatio. Quod ſi cras ſint Circenſes: non tamē eſt aliquid actu propoſitiōis cōtingentis vel poſſibilis pmutatū: ut neceſſe fuiſſe videat. quod illa poſſibiliter promittebat. Quod ſi rurſus non ſint circenſes oīno nec ſic aliquid pmutatū eſt: ut neceſſe fuiſſe nō eſſe circenſes videatur. Non enī (ut dictū eſt) ſm euentū iſta iudicant ſed ſecundū propoſitiōis potius ipſius promiſſum. ꝙ enī dicit quiſq; dixerit cras poſſe eē circenſes. hoc (ut opinor) ſiue ſint ſiue nō ſint: nulla tamē interclusum eſt neceſſitate: ne nō ſint. Quare quattuor modorū duo quidē idem ſunt. id eſt cōtingens et poſſibile. hi duo autem cum duob' reliquis atq; ipſi reliqui a ſe diſſentiunt. Poſſibile enī et cōtingēs diſtat ab ea propoſitione que dicit aliquid eſſe. hec enī ſm poſſibilitatē futuri temporis affirmationē proponit. illa vero ſecundū preſentis actū. Utreq; vero et ea que eſſe et ea que poſſibile eſſe vel cōtingere eſſe ſignificantia neceſſaria propoſitione diſiuncte ſunt. neceſſitas enī nō modo in eſſe vult aliquid. ſed etiā immutabiliter ineſſe: ut illud qd' eſſe dicit nunq̄ȝ eſſe nō poſſit. Quocirca conſeqūtie quoq; ordinis euidenter apparent. Quod enī eſt neceſſariū: ſine eo quod eſt eſſe vel cōtingere eſſe vel poſſibile eſſe non dicitur. Quicquid enī neceſſariū eſt et eſt: et eſſe poteſt vel ſi eē nō poſſet nō eēt omnino. Nō ſi non eēt: nec neceſſe eē diceretur. Quare omne neceſſariū et eſſe dicitur et poſſibile. ſed nō eque omne: quod eſt: neceſſariū eſt. poſſunt enī quedā eſſe: que ut ſint nō neceſſe eſt: ut Socratem ambulare. vl' cetera: que de ſepabilibus ſumūtur accidentibus. vel rurſus quod cōtingit eſſe vel eſſe poſſibile eſt: mox eſſe nō neceſſe eſt. Quare neceſſe eē quidē ſequūtur eſſe et poſſibilitas. ſed neq; eſſe neq; poſſibile eē neceſſitas vlla conſeqt. Rurſus omne eē ſequit poſſe eē. Quod enī eſt et poteſt eē. Nam ſi eſſe non poſſet: ſine vlla dubitatione non eēt. poſſibile autem eē non ſequitur eē. Quod enim poſſibile eſt eſſe poteſt ⁊ non eē: ut me poſſibile eſt nunc quidem pcedere: ſed hoc non eſt neceſſe. Non enim nunc procedo. quare gradatim omnis eſt hec conſequentia. neceſſe eſt namq; et eſſe ſequitur et poſſibilitas. Rurſus eē eadem ſequit poſſibilitas: poſſibilitatem autē nec eē ſequitur nec neceſſitas Liquet ergo quoniā duo modi ſunt poſſibiliū. vnū quod tam ſequitur neceſſitatē alteram: quod nō ſequitur ipſa neceſſitas. Nā cū dico neceſſe eſt ut nunc ſol moueat. hoc etiā ñ poſſibile eſt. cum dico poſſibile eſt nūc me ſumere codicem nō neceſſe eſt eē. Recte ergo ab ariſtote. paulopoſt dubitat: an ſit illud poſſibile quod neceſſitati conueniat. Sȝ cum ad eadem loca venerimus: quid ſibi iſta poſſibilium ſimilitudo velit vel quemadmodū diſcerni poſſit agnoſcemus. Nunc autē quoniā affirmatiuarū propoſitionū conſequentias explicuimus. negatiuaꝝ rurſus conſequētias explorēmus. Harū namq; quattuor propoſitionū que fiunt ex eē et neceſſe eē et poſſibili eſſe et contingere eē: quattuor negationes ſunt non eē non neceſſe eē non poſſibile eē non contingens eē. Sed quemadmodū affirmationes contingere eē et poſſibile eē eedem erant ſecundū ſignificationū ſimilitudinē: ita quoq; negationes eedem ſunt. neq; enim diſcrepat quicq̄ȝ dicere non poſſibile eſt: quā ſi enunciet non cōtingit. Conſequentie autem ſe in affirmatiuis habebant hoc modo: ut neceſſarias propoſitiones ſequerētur eē aliquid ſignificantes atq; poſſibiles. Eas autē que eē aliquid dicerent eedem poſſibiles ſequerētur. ſed neq; poſſibilibus eē aliquid ſignificantes nec neceſſarie conſentiebant. In negatiuis vero econtra eſt. negationē enī poſſibilitatis ſequit et eius que eſt eē aliqd ſignificātis negatio et neceſſarie. Negationē vero neceſſarij neq; ei' quod eſt eē. neq; eius ꝙ eſt poſſibile eē negatio ſequit. Diſponant enim in ordine omnes hoc modo.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſſe | non poſſibile eſſe. |
| Contingens eſſe | non contingens eſſe. |
| Eſſe | non eſſe. |
| Neceſſe eſſe | non neceſſe eſſe. |

¶ Repetendū igit breuiter eſt affirmatiuarū conſequentias: ut quēadmodū econuerſo ſint. In negatiuis euidentius pateſiat. Eſſe ſequitur poſſibilitas et contingentia: Poſſibilitatē vero et contingentiā eſſe nō ſequitur. Neceſſe vero eſſe ſequitur et eē ⁊ poſſibilitas et cōtingētia. poſſibilitatē autem et contingentiā nec eē ſequitur nec neceſſitas. In negationibus vero econtra eſt. nō poſſe eē et nō cōtingere eē ſequitur non eē. quicquid enim nō poteſt eē nō eſt. non eē autem nō poſſe eē non ſequitur. quod enim nō eſt: nō omnino interclusum eſt: ut eſſe nō poſſit. Nunc enī ego Traiani forum nō video: ſed non eſt neceſſe ut nō videam. fieri enī poteſt ut propius accedens videam. Rurſus non poſſe eē ⁊ non ꝯtingens eē nec non eſſe ſequit nec non neceſſe eē. Quod enī nō eſt: nō videbit vere dici: quoniā illud eē non poteſt: ſed potius quoniā pōt non eē vel eſſe: quod eſt nō neceſſe eē. quod enī eē non poteſt: nō videbitur vere dici: quoniā illud nō neceſſe eſt eē: ſed potius: quoniā illud neceſſe eſt nō eſſe: id eſt nullam eēntiam habere. Negationē autem neceſſitatis. i. non neceſſe eē: neq; non eſſe ſequit neq; non poſſibile eē. Me enim ambulo nō neceſſe eſt ambulare. neq; enī ex neceſſitate quiſq; ambulat. nec rurſus quod nō eſt neceſſe: id nō poteſt fieri. q̄ſquis enī ambulat nō quidē ambulare illi neceſſe eſt ſed tamen poteſt. Atq; ideo quod nō eſt neceſſe eē: non oīno interclusum eſt ut eē non poſſit. Et de nō contingēti eadē ratio eſt. diuerſo ergo modo q̄ȝ in affirmationib' negatiua cōuerſio eſt. Illic enī neceſſitatē et eēntia ⁊ poſſibilitas ſequebat. eēntiam autē poſſibilitas. ſed neq; poſſibilitatē eēntia vel neceſſitas. nec rurſus neceſſitas eēntiam ſequebat Hic autē non poſſibile eē et nō eē et nō neceſſe eē conſeqt. Sed neq; nō neceſſe eē nō eē ſequit: neq; vtraſq; poſſibilitatis negatio: que nō poſſe eē aliquid ꝓponit. An magis illud dicendū eſt: ꝙ ſicut ſe in affirmationibus habet: ita quoq; in negationibus: ut theophraſtus acutiſſime pſpexit. fuit enim cōſequentia in affirmatiuis: ut neceſſitatē ⁊ eē conſequeret et poſſibilitas: poſſibilitatē vero nec eē ſeq̄ret nec neceſſitas. Idē quoq; penitus pſpicietib' in negationib' apparebit. veniēs nanq; negatio in neceſſario faciens q; hmōi negatiōem que dicit nō neceſſe eſt eē vim neceſſitatis infringit et totaȝ propoſitionē ad poſſibile ducit quod enī nō neceſſe eſt eē: fracto rigore neceſſitatis ad poſſibilitatē perductū eſt. ſed poſſibilitatē nec eē ſeq̄bat nec neceſſitas. recte ḡ fractā necītatē ⁊ ad poſſibilitatē pductā cū negatio dicit ñ neceē eē: nec ñ eē: nec nō ꝯtigere eē conſeqtur Rurſus qui dicit poſſibile eſſe: ſi ei diſiunctio negationis addatur: tollit poſſibile: ⁊ ad neceſſitatis perpetuitatē ne-



gatiua forma totā ꝓpoſitionē reuocat: vt eſt nō poſſibile. quod enī eſt poſſibile: nō eſt adhuc: quando dicit ſed in futuro. ſic quidē negatio illius in neceſſitatē verſa de eo qd' eſt mutare nō poterit. quod enī non poſſibile eſt eſſe fieri ñ poteſt ut ſit. quod autem fieri nō poteſt ut ſit: neceſſe eſt ut nō ſit. ergo neceſſariā quandā vim habet propoſitio: in qua dicimus nō poſſe eſſe aliquid. ſed neceſſitatē ſequebatur ⁊ eſſentia et poſſibilitas. Non neceſſe autē eſſe ad poſſibilitatē reſpicit. Recte ergo nō neceſſe eſſe; quod eſt iam poſſibilitatis: ſequit propoſitionē que dicit nō poſſe eſſe: quod eſt neceſſitatis. Alij ergo ordines propoſitionū ſunt vis tamen eadē: ut neceſſitatē cuncta ſequātur: poſſibilitatem vero neceſſitas nō ſequat. Hic oritur queſtio difficilis. nā ſi neceſſitatē ſequit poſſibilitas: non neceſſe autē poſſibilitati confine eſt: cur neceſſe eſſe nō ſequatur id quod dicim' nō neceſſe eſſe. nam ſi poſſibilitas ſequit neceſſitatem nō neceſſe autē eſſe ſequit poſſibilitatē. Sequi debet neceſſitatē ergo id quod nō neceſſe eſt predicam'. Que hoc modo diſſoluit: non poſſibile eſſe q̄ȝq̄ȝ vim habeat neceſſitatis: differt tamen a neceſſitate: ꝙ illa affirmatiuā habet ſpeciē: illud vero negatiuam. ſic etiam poſſibile eſſe ⁊ nō neceſſe eſſe differūt eo tantū ꝙ illud eſt affirmatiuū: illud vero negatiuū: cum vis eadem ſignificationis ſit. Sed neceſſitatem affirmatio poſſibilitatis et cōtingentis ſequebat q̄ȝ q̄ȝ enī poſſibilitatē imitet eiq; conſentiat id quod dicim' nō neceſſe eſſe. tamē quedā negatio eſt. Recte ergo affirmationem que eſt neceſſe eſſe: non ſequit negatio: per quā aliquid nō neceſſe eſſe proponimus. Et hanc quidē huius ſolutionē queſtionis theophraſtus vir doctiſſimus repit. Nos autē his determinātis ad ſeq̄ntia procedam'. Sunt enī et ipſe Ariſt. ait in his multe dubitationes. ſed toti' textus pleniſſimū ſenſum primo ponamus: qui et ſi longus eſt tamen ne intercīſa videatur eſſe ſententia non grauabor apponere.

**Nam ſi eorū que complectūtur ille ſibiinuicem oppoſite ſunt contradictiones: quecūq; ſcdm eſſe et nō eſſe diſponūtur: ut eius: que ē eſſe hominē: negatio eſt non eſſe hominē: nō eſſe non hominē. et eius que eſt eſſe albū hominē: negatio ea que eſt non eſſe albūm hominē: ſed non eſſe non albū hominē. Si enī de omnibus aut dictio eſt: aut negatio. lignū erit verū dicere eſſe non album hominē. Nō ſi hoc modo: et quanticūq; eſſe non additur: idem faciet id quod pro eſſe dicitur: ut eius q̄ eſt ambulat homo: negatio eſt non ea que eſt ambulat nō homo: ſed ea que eſt non ambulat homo. nihil enim differt dicere hominē ambulare: vel hominē ambulantē eſſe.**

¶ Hec Ariſtotele ſubtiliter diſcutiēte illud oportet agnoſcere: ꝙ multū differt ipſius poſſibilitatis vim naturāq; diffinire vel proprie ſcientie qualitate ꝯcludere: ⁊ poſſibilem enūciationem qualis eſſe debeat iudicare. Nanq; in poſſibilis cognitione illud ſolū perſpicitur: an id quod dicitur fieri poſſit nullo extrinſecus impediente caſu. quod etiam ſi accidat nihil de ſtatu prioris poſſibilitatis pmutatur. ver ipſius poſſibilis enūciationis diiudicatio plurimū differt: quod mox poterit ex ipſa de poſſibilibus enūciationibus diſputatiōe cognoſci. Nam ſicut non eſt idem hominis diffinitionē reſpondere querētibus. et ipſaȝ diffinitionē alio termino diffinitionis includere: ita nō ideȝ eſt de poſſibili enūciatione et quid ipm poſſibile eſt tractare. Unde ſit ut cū poſſibile atq; contingēs idē in ſignificationibus ſit diuerſum eſſe in enūciationib' videatur. Supra nanq; docuimus poſſibilitatē et contingentiā eiuſdē ſignificationis eſſe: ut quod cōtingeret fieri: idē eſſet poſſibile: et quod poſſibile eſſet idē quoq; cōtingeret. Sed poſſibilis enūciatio nō eſt eadem: que cōtingens. neq; enim ſi quis poſſibilē affirmationē proponat eiq; opponat contingentē negationē: rectam faciet cōtradictionē. Si quis enī dicat quodlibȝ illud eſſe poſſibile: alius reſpondeat negans rem illā contingere: licet quantū in ſignificatione eſt priorē poſſibilitatē abſtulerit. nō tamen dicenda eſt cōtradictio: in qua alij termini in negatione: alij in affirmatiōe enūciati ſunt. Poſſibilis enim affirmatio de poſſibilitate negationē nō de contingētia habere debebit. idē quoq; in contingētibus. Neq; enī ſi quis aliquid cōtingere dixit: opponēda illi eſt poſſibilitatis negatio: licet idem ſit poſſibile quod cōtingens. Conſtat ergo diuerſiſſimā eſſe rationem modi per ſe diiudicādi et enūciationis: que cū modo: et qualitate predicat. Unde ſit ut q̄ȝq̄ȝ ideȝ in ſignificationibus poſſibilitas et contingētia ſint: quaſi diuerſe ab ariſtote. in modorū ordine proponātur. Illud autem ignorādum non eſt ꝙ Stoycis vniuerſalius videatur eſſe poſſibile a neceſſario. Diuidunt enim enunciationes hoc modo. Enunciationum inquiunt alie ſunt poſſibiles: alie impoſſibiles. Poſſibilium autȝ alie ſunt neceſſarie: alie non neceſſarie. Rurſus non neceſſarium alie poſſibiles alie impoſſibiles ſtulte atq; improuide idē poſſibile ⁊ genus nō neceſſarij et ſpeciē conſtituētes. Nouit autē Ariſtote. id poſſibile quod nō neceſſariū eſt: et id poſſibile rurſus quod neceſſariū eſſe poteſt. Eodem namq; modo non dicit poſſibile eſſe quod vel ex falſitate in verum tranſit aliquando: vl' rurſus ex veritate tranſit in falſitatē: ut ſi quis dicat nunc quoniā dies eſt verū dixerit: idem ſi hoc nocte predicet falſum eſt. et hec veritas propoſitionis in falſum eſt permutata. Sic ergo quedaȝ ſunt poſſibilitatis: ut eas eſſe et nō eſſe contingat: que nō eodem modo dicūtur quēadmodū ille que mutabilem naturā non habent: ut he ſcilicet quas neceſſarias diximus: ut ſi quis dicat ſolē moueri vel ſolem poſſibile eſſe moueri. hec nunquā ex veritate in falſitatem mutabūtur. Sed nunc de ariſtotelis et ſtoycorum diſſenſione tacendū eſt. Illud tamen ſoluȝ ſtudioſius perquirendū eſt: quo loco ſit ponenda negatio in his propoſitionibus in quibus modus aliquis predicatur: aut q̄ dicentur enūciationes eſſe poſſibiles contingentes et neceſſarie et quecunq; cum modo ſint propoſitiones. Ille veraciter eſſe ſecundū modū ſicut alie ſm eē dicent: in quarūȝ ſignificationibus rei de qua predicātur ſubſiſtendi qualitas inuenitur: ut cum dico Socrates bene loquitur. modus quidā eſt bene loquendi Socratē. Ergo ſicut in his propoſitionibus: quecūq; cuiuſlibet illi' rei ſubſiſtentiam promittūt: ad ipſam ſubſiſtentiā negatio ponitur: ut cum dicimus. Socrates eſt: adeſſe aptatur negatio cū negam'. Socrates nō eſt. Ita quoq; in his que modū ſubſiſtentie dant: ad eum modum ponēda eſt negatio: qui ad illā ſubſiſtentiā videt adiectus: ut cū dicimus Socrates bene loqtur: modus ipſius rei eſt id quod predicam' bene. Ad hūc ergo modū ⁊ qualitatē ponēda eſt negatio. Poſſibiles autem propoſitiones vel cōtingentes eas eſſe dicimus: in q̄bus ipſe mod' monſtrat ⁊ nō potius eſſe de modo dicitur ſed modus de eo quod eſt eſſe. Cum enī dicim' poſſibile ē eſſe quidē quiddā dicimus: quēadmodū autē ſit additū eſt id ē poſſibile ut nō neceſſariū neq; alio aliquo modo: niſi tantū ſecundū poteſtatē dicat. ſit ergo eſſe ſubiectum. p̄dicatum vero modus vel cōtingens vel poſſibile vel neceſſariū vel quilibet alius. atq; hę quidē propoſitiōes ſm modum dicunt: in quib' de ſubſtantia nihil ambigitur. De modo autē ⁊ ſola qualitate tractat. Sin vero ſubiciat modus quidē: predicet vero eſſe: tūc de ſubſtantia rei querit nō de modo: ut ſi quis dicat poſſibile eſt: ut ipm poſſibile in rebus eſſe pronūciet. huic propoſitioni nullus modus adiectus eſt. Cū enī dicim' poſſibile eſt modū habere: hoc ita p ſe nō dicimus: ſed ſit pticulā propoſitiōis ablatā ita eā perſpicim' quaſi cū propoſitione eſſet cōiuncta: quā ſi cuȝ propriā propoſitiōe iunxim' quali modo p̄dicet apparet. Cū enim dicim' poſſibile eſt: ut modū ſignificet: particula

ꝓpoſitionis eſt: quā ſi ſuo corpori aggregemus facientes aliquā propoſitionē: quid modꝰ ille ꝑficiat agnoſcimꝰ. age enī id qđ dicimus poſſibile eſt cōiungamus alijs predicamētis: atq; inde vna enunciatio cōficiatur: dicamus ſcʒ ſocratē ambulare poſſibile eſt. Uides ne modū in propoſitione poſſibile: ut etiā ſiue ſocrates ambulet: ſiue nō ambulet poſſe eū tamen ambulare ex ipſo propoſitionis modo quilibet agnoſcat. Ita ergo de toto auferētes ptem poſſibilem enūciationē quaſi tota ſit propoſitio ſpeculamur: ut in his dictionibꝰ fieri ſolet: que pluralitatē determināt: ut ſi dubitamus: cōtra omnis an nullus ponaẗ an nō omnis: ita eas ſpeculamur quaſi integras propoſitiōes: quas determinationes ꝓpoſitionū eſſe manifeſtū eſt. Concludēti ergo dicendū eſt in his que modū predicāt: oēs alie res ſubiecte ſunt vel eſſe vel ambulare vel legere vel dicere vl' quid aliud cū aliquo modo fieri dicimꝰ. in his autem vbi modus ipſe ſubiciẗ: eſſe vero p̄r: ut ſit integra ꝓpoſitio: nō eſt cū modo ꝓpoſitio. Sed ibi tantū de ſubſtantia modi ꝓponiẗ: ut ſi quis dicat poſſibile eſt quidā in rebus dicit eē poſſibile. ⁊ rurſus contingēs eſt: quidā in rebus dicit eſſe quod cōtingat: ⁊ rurſus neceſſe eſt: quidā eſſe dicit in rebꝰ quod ſit neceſſe. hic nō de modo ſed de ſolo eſſe tractaẗ. quare quotiēs quidē eſſe ſubiciẗ: modus autē p̄r. ut cum dicimus Socratē ambulare poſſibile eſt. ad modū iungenda negatio eſt. Quotiēs vero modus ſubiciẗ: eſſe autē p̄dicaẗ. ad eſſe ponēda eſt negatio: ut cū dicimꝰ poſſibile eſt. q̄ ſita dicimus tanq̄ ſi diceremus poſſibilitas eſt: ⁊ cum dicimus cōtingens eſt: ita dicimus tanq̄ ſi diceremꝰ contingētia eſt. ad eſſe ponenda negatio eſt: dicendūq; eſt poſſibile nō eſt: quod idē valet tanq̄ ſi diceremꝰ. poſſibilitas nō ē. Eodem quoq; modo et de cōtingentia. Non autem perfecte ſpeculantibꝰ idem ſemp videtur ſubiectū: quod prio loco reperiri diciẗ. Idem predicatū ſemp: quod ſecundo loco p̄dicaẗ. In q̄buſdā enī verū eſt. In alijs vo ex ſignificatione potius propoſitionū colligimus: qui terminꝰ ſubiectꝰ ſit: qui vero predicatus. Nā cū dico homo animal eſt: prius mihi neceſſe eſt hominē dicere: poſt predicare animal. atq; ideo ſubiectus diciẗ homo: animal vero predicatur. In his autē in quibꝰ modus addiẗ: ſicut eſt cū dicimꝰ: ſocrates bene loquiẗ. idem valet tanq̄ ſi dicamus: ſocrates bene loquens eſt: ⁊ hic quidē bene prius dictū eſt: poſtea vero loquens eſt: ⁊ videẗ eſſe quidē ſubiectū id quod dictū eſt bene. Predicatum autem id quod dictū eſt loquēs eſt. Sed hoc falſū eſt. ⁊ hinc facilime poteſt inueniri: q̄ loquentem quidē eum eſſe nullus ignorat: quiſquis audit ſocratem bene loquentē eſſe. vim autē totius propoſitiōis modus cōtinet. in id enī intendēdus eſt animꝰ nō ſi loquatur hoc enī indubitatū eſt. Nā qui cū bene dicit loqui: loqui quoq; conſentit. Quare ad modū intendendus eſt animꝰ ad id quod dictū eſt bene: ſocrates enī bene loquiẗ. qđ dixit loqui quidē nō ſufficit dicere niſi etiā dicat bene. Continet ergo totā propoſitionē modus. ſed rurſus totaʒ propoſitionē continet p̄dicatio. modus igiẗ in his propoſitōibus potius p̄dicatur. Concludendū eſt ergo vniuerſaliẗ oēʒ modoꝝ contradictionē non ſecundū eſſe verbū fieri. nec ſecundū id rurſus verbū quod in ſe eſſe cōtineat: ſed potiꝰ ſecundū modū. Cōtinere autē in ſe verba id quod eſt eſſe dicūtur: ut cū dicimꝰ loquiẗ. tantundē enī valet tanq̄ ſi dicamus loquēs eſt. Quare quecūq; propoſitiōes quēlibet illū in ſe retineant modū. Dubitandū nō eſt: quin nō ad id quod ponit eſſe: negatio iuſte appliceẗ. Sed potius ad eū modū: quo aliquid eſſe fieri ve pronūciet. His nanq; cū modo affirmatio taliū eſt: ut nō intēdere debeat animū audito: ad id quod eſſe diciẗ. Sed ad id potius quō illō eſſe dicaẗ. ut cū dicimꝰ: ſocrates bene loquiẗ. nō perſpiciēdū eſt an loquaẗ: ſed potius illuc aī dirigenda intentio eſt queadmodū loquaẗ. hoc enī videẗ continere totā propoſitionē. Ergo cōtra poſſibile eſſe nō eſt ea negatio: que dicit poſſibile nō eſſe: ſed nō poſſibile eſſe. eodē modo ⁊ cōtra eā que dicit cōtingere eſſe: nō ea que enunciat cōtingere nō eē ſed potius ea negatio eſt: que dicit nō contingere eſſe. Idē quoq; in neceſſarijs impoſſibilibuſq; modis ceteriſq;. q̄ nunc Areſt. pro ſolita breuitate trāſgreſſus eſt: faciendum videẗ. Sed quoniā cōmentationis virtus eſt non ſolum vniuerſaliter vim ſenſus exprimere: verū etiā textus ipſiꝰ ſermonibꝰ ordiniq; ꝯnectere: que ſupius cōfuſe dicta ſunt nūc per ſermonū ipſoꝝ ab ariſtotele dictoꝝ ordinē diuidamus. ¶ His vero determinatis perſpiciendū eſt queadmodū ſe habeāt negationes et affirmatiōes adinuicē hę. ſcʒ que ſunt de poſſibili eſſe et nō poſſibili eſſe et cōtingere et nō cōtingere et impoſſibili ⁊ de neceſſario. habent enī aliquas dubitationes. Perſpiciendū inquit eſt de affirmationibus negationibuſq; qua ratione videaẗ opponi. In his propoſitionibꝰ quas quidā modus continet: ut in his que ſunt poſſibiles vel contingētes vel neceſſarię vel impoſſibiles vel vere vel falſe vel bene vel male: vel quicquid aliqua qualitatē p̄dicaẗ. Habent enī inquit aliquas dubitatiōes et quas dubitationes habeant continuo eas ſubicit. Nam ſi eoꝝ que cōplectūtur ille ſibiinuicē oppoſite ſunt cōtradictiones: quecunq; ſecundū eſſe vel non eſſe diſponūtur. Senſus totus hmōi eſt: in omnibꝰ complexionibꝰ propoſitionū illa in his oppoſitio valet: quecunq; ſm eē vl' nō eſſe fit: ut cū dicimꝰ homo eſt huiꝰ negatio ē homo nō eſt. Sed nō eā que dicit nō homo eſt. et rurſus eiꝰ que proponit eſt albus homo illa negatio eſt que dicit nō eſt albus homo: nō ea que proponit eſt non albus hō. hoc ipm autē quoniā eius que dicit eſt homo albus negatio eſt que dicit nō eſt albus homo nō ea que proponit eſt nō albus homo ſic demōſtrat. Si enī de oībus aut dictio aut negatio: lignū erit verū dicere eſſe nō albū hominē. Breuiter dictū eſt: ſed ita poſſe videẗ exponi. propoſitū inquit ſit lignū de quo due enūciationes dicanẗ; illud tamē nobis manifeſtū ſit de omnibꝰ ſi affirmatio vera eſt falſam eē negationē eam. ſ. que contradictorię opponiẗ. et ſi vera negatio eſt falſa affirmatio eſſe pronūciet. Igiẗ de propoſito ligno quoniā lignū hoc eſt albus homo hoc falſum eſt. Si igitur hec affirmatio falſa eſt: vera debet eſſe eius negatio. Si ergo ea eſt negatio affirmationis que dicit eſt albꝰ homo: que negat dicēs eſt nō albus homo: hec negatio vere prediçaẗ de ligno dicente quolibet quod lignū hoc eſt nō albus homo. Sed hoc fieri nō poteſt. pſpicue enī falſum eſt lignum nō albū hominē eſſe. quod enī oino non eſt homo: nec nō albus homo eſſe poteſt. falſę ergo ſunt vtręq; et affirmatio que dicit de ligno quoniā lignū eſt albus hō: ⁊ negatio de eo que dicit quoniā eſt nō albus homo. Quod ſi ſunt falſę vtręq; hec negatio illius affirmationis nō eſt. Querēda eſt ergo alia que cū ea diuidat verū atq; falſum. Qua in re nulla alia repitur contra eā que dicit eſt albꝰ homo preter eā que dicit nō eſt albus homo. nam ſi ea diciẗ eſſe affirmationis huius que dicit eſt albꝰ homo negatio: que enūciat eſt nō albus homo: erit ut de ligno de quo affirmatio dicta falſa eſt: vera ſit enunciata negatio. eritq; de ligno verū dicere quoniā lignū hoc eſt non albꝰ homo. ſed hoc impoſſibile eſt. Conſtat ergo eam propoſitionē que dicit eſt nō albus homo illius affirmatiōis nō eſſe negationem que proponit eſt albus homo. Sed eā que dicit non eſt albus homo negationē eſſe eiuſdē affirmatiōis que dicit eſt albus homo. Uides ne ergo ut prope in omnibꝰ affirmationes et negationes ſecundū eſſe vel nō eſſe fiant. Illa enī albū quidē eſſe dicit: illa negat album nō eſſe dicens rurſus illa dicit hominē eſſe: illa vero negat dicēs hominē nō eſſe et in ceteris eodē modo eſt. Qđ ſi hoc modo ⁊ in quibuſcunq; eſſe nō addiẗ: idē faciet quod pro eſſe diciẗ: ut eiꝰ que eſt ambulat homo nō ea que eſt ambulat nō homo negatio eſt. Sed ea que eſt nō ambulat homo. Nihil enī differt dicere hominē ambulare vel hominē ambulantē eſſe. Nec hoc ſolū inquit in his euenire poteſt ꝓpoſitionibus: que ſm eſſe vel nō eſſe diſponūtur. Sed etiā in his quecunq; verbis talibus continētur: ut verba illa vim eius: quod eſt eſſe cōcludant: ut eſt homo ambulat. ambulat in



ſe cōtinet eſſe. Idem enim eſt ambulat quod ambulans eſt. Ad hec ergo ergo verba que in ꝓpoſitiōibus eſſe continēt aptanda negatio eſt. ſi enim omnis cōtradictio ſm eſſe vel nō eſſe fit. hec autē verba eſſe propria ſignificatiōe concludunt: quoniāq; verba hec ita ponūtur tanq̄ ſi hoc ipſuʒ eſſe poneret: manifeſtū eſt ad ea verba que eſſe continēt negationē poni oportere ad earū ſimilitudinē propoſitionū que ſecundū eſſe vel nō eſſe ſupra dicta ratione ſibimet opponuntur. His ergo ante predictis quid inconueniēs ex his poſſit eſſe proſequitur.

Quare ſi hoc modo in oībus: et eius que ē poſſibile eſt eſſe negatio eſt poſſibile eſt: non eſſe: ſed non ea que eſt non poſſibile eſt eē. videtur autē ideʒ poſſe et eſſe et non eſſe. oē enī quod eſt poſſibile diuidi vel ābulare: et non ābulare et non diuidi poſſibile eſt.

¶ Superius demonſtratū eſt queadmodū in his que cōplectūtur enunciatiōibus ſecundū eſſe potius ⁊ nō eſſe fierent oppoſitiones: nūc hoc dicit. Si hoc inquit in omnibꝰ propoſitiōibus faciendū eſt: ut earū cōtradictiōes ſecundū eſſe et nō eſſe ponanẗ: in his que aliquid poſſibile eſſe ꝓnunciāt: non ita ponēda negatio eſt: ut dicat nō poſſibile eſſe. Sed potius ſecundū nō eſſe conſtituēda eſt: ut dicaẗ poſſibile nō eſſe negationē eius eſſe que dicit poſſibile eē. Sed ſi hoc inquit dicimꝰ: affirmatio et negatio cōtradictorię verum inter ſe falſumq; nō diuidunt. omne eniʒ quod poteſt eſſe: idem etiā poteſt nō eſſe. Quod enī poteſt diuidi: idē poteſt non diuidi. ⁊ quod poteſt ambulare: ideʒ poteſt nō ambulare. Que autē ſit huiuſmodi poſſibilitas ꝑ quā cum diciẗ aliqđ fieri poſſe. Illud tamen relinquaẗ poſſe non fieri: conſequēter explanat dicens.

Ratio autē eſt: quoniā oē quod ſic poſſibile eſt: non ſp in actu eſt. quare inerit etiā negatio. poteſt igitur et non ābulare quod eſt ābulabile: et non videri quod eſt viſibile. At vero īpoſſibile eſt de eodē oppoſitas eſſe veras dictiones. Non igitur eius que eſt: poſſibile eſt eſſe: negatio eſt. poſſibile eſt non eſſe. contingit eniʒ ex his aut ideʒ ipſuʒ dicere: et negare vl' de eodē: aut non ſecundū eſſe et non eſſe: que opponūtur: fieri affirmatiōes et negationes. Si ergo illud īpoſſibile eſt: hoc erit magis eligendū. eſt igitur negatio eius que ē poſſibile eſſe: ea que eſt non poſſibile eſſe: ſed non ea: que eſt poſſibile non eſſe. eadē quoq; ratio eſt in eo quod eſt cōtingēs eſſe. etenī negatio eius ē nō cōtingēs eſſe. ⁊ in alijs quoq; ſilī modo: ut in neceſſario et īpoſſibili.

¶ Cauſa eſt ergo inquit: cur id qđ poſſe eſſe diciẗ idē poſſit non eſſe. q̄ omne qđ poſſibile dicimꝰ: ita pronūciamꝰ ut nō ſemp in actu ſit. i. nō ſit neceſſariū. omne nanq; qđ ſemꝑ in actu eſt: neceſſariuʒ eſt: ut ſol ſemp mouetur. Itaq; illi ſemp agiẗ motus. Si quis autē me dicat ambulare poſſe. quoniā mihi ambulationis motus ſemp nō agitur: et ineſt mihi aliquotiēs nō ambulare: ineſt quoq; illud ut vere de me dicaẗ poſſe me non ambulare cū verę pronūciatur poſſe ambulare. Ergo quecunq; nō ſemper in actu ſunt et poſſe eſſe ⁊ poſſe nō eſſe recipiunt. Poteſt ergo qđ eſt ambulabile. i. quod ambulare poteſt nō ambulare: et qđ eſt viſibile nō videri. Quocirca docet non eſſe negationē eiꝰ que dicit poſſe eſſe eam que proponit poſſe nō eſſe. Idcirco quoniā vtręq; ſunt verę: ut in his que (ut ipſe ait) non ſemper actu ſunt. Contingit enim vnū ex vtriſq;: que Ariſto. dicit aut idem ipm dicere et negare ſimul de eodem: aut nō ſecundū eſſe et nō eſſe: que opponūtur: fieri affirmationes: et negationes. i. ut aut idē ſunt affirmatio ⁊ negatio ſibiq; conſentiant: ſi ſecundū eſſe et nō eſſe in omnibꝰ cōtradictio fit: ut eſt in eo q̄ eſt poſſe eſſe et poſſe non eſſe. Idem enim vtręq; ſunt ſibiq; conſentiūt: et ſi quis dicat eam eſſe cōtradictionē: dicit cōſentire ſibi contradictionē: quod impoſſibile eſt. Aut certe nō in omnibꝰ affirmationibꝰ et negationibꝰ ſecundū eſſe et nō eſſe ea que opponūtur: fieri affirmationes et negationes. i. nō in omnibꝰ affirmationibꝰ et negationibꝰ ſecundū oppoſitionē eſſe vel non eē vel eoꝝ verborum que eſſe ꝯtinent: fieri contradictionē. ſi ergo inquit illud impoſſibilius eſt: hoc erit magis eligendū. Duo ſupra poſuerat que ex ſupradictis ratiōibꝰ euenirēt: aut vnū et idem; dicere et negare ſimul de eodē. i. ut et dictio ⁊ negatio idem eſſent ſimul de eodeʒ predicatę ſibiq; cōſentirent: aut non ſecundū eſſe vel nō eſſe cōtradictionē fieri. Sed videntur vtraq; quaſi quodāmodo incōuenientia eſſe. quippe cum illud vnū etiam impoſſibile ſit: ut affirmatio negatioq; conſentiāt: illud alterum nō ſm eſſe vel non eſſe fieri oppoſitiones inconſentiēs ſit alijs propoſitionibꝰ in quibus hoc modo fieri cōtradictionē manifeſtū eſt. Nūc ergo hoc dicit. quoniā vtrūq; inquit incōueniēs eſt: vnum ex his erit eligendū. i. quod minꝰ eſt impoſſibile: hoc ſumendū eſt. Minus autē eſt impoſſibile: ut ſecundū eſſe et nō eſſe nō fiant oppoſitiōes. hoc enī nihil prohibet. Illud autem impoſſibilius eſt: ut affirmatio negatioq; ſibi cōſentiant. hoc ergo erit eligendū potius. i. has que cū modo ſiūt propoſitiones nō eas habere oppoſitōes que ſecundū eſſe vel nō eſſe fiunt: ſed potius eas que ad modū ponuntur. Non autē dixit ita impoſſibilius eſt tanq̄ ſi alterū impoſſibile ſit. Sed ad hoc potius retulit: q̄ vtraq; quaſi incōuenientia videnẗ: quoꝝ vnum etiā impoſſibile eſſe non dubiū eſt. hinc quoq; diſpoſuit ordinē ſm modū aliquē pronūciatarū propoſitionū: que nō ſecundū eſſe negatiōes ponunt. dicit eniʒ. Eſt ergo negatio eius que eſt poſſibile eē: ea que eſt: nō poſſibile eſſe: negationē ſcilʒ addens non ad eſſe verbū. Sed ad modū quod eſt poſſibile. eandē quoq; rationē dicit eſſe et in cōtingentibꝰ. Eius eniʒ que eſt contingere eſſe negatio eſt nō cōtingere eſſe. Docet etiaʒ de neceſſario et impoſſibili idem ſibi videri. Que autem natura ſit huius oppoſitionis: licet breuiter veraciſſime tamen expreſſa eſt: de qua nos ſupius diutius locuti ſumꝰ. qđ ſi quis ꝑſpicatius intendit illius intelligentiā loci: cuʒ hac gradatim proficiſcente expoſitione cōmunicet.

Fiunt eniʒ queadmodū in illis eſſe et non eſſe appoſitiones: ſubiectę vero res: hoc quidē albū: illud vero hō: eodē quoq; modo hoc loco eſſe quidē ⁊ non eſſe ſubiectū fit: cōtingere vero et poſſe appoſitiones determināt: queadmodū in illis eſſe ⁊ nō eſſe: veritateʒ et falſitatē: ſilr hę in eo quod eſt eſſe poſſibile: et eſſe non poſſibile. eius vero que eſt: poſſibile eſt nō eſſe: negatio eſt nō ea que eſt: nō poſſibile eſſe: ſed ea que eſt: non poſſibile nō eſſe. et eius que eſt poſſibile eſt ęſſe: nō ea que eſt. poſſibile eſt non eſſe: ſed ea que eſt: non poſſibile eſt eſſe. Quare et ſequi ſeſe inuicē videbūtur hę poſſibile eſt eſſe: poſſibile eſt non eſſe. Idē enī poſſibile eſt eſſe: et non eſſe. Nō enī cōtradictiōes ſunt ſibiinuicē huiuſmōi: poſſibile eſſe: et poſſibile non eſſe. ſed poſſibile eſt eſſe: et non poſſibile eſt eſſe nunq̄ ſimul in eodē verę ſunt. opponunẗ enī. At vero poſſibile eſt nō eſſe et nō poſſibile eſt nō eſſe: nunq̄ ſimul ſunt. Similiter autē ⁊ eius que eſt neceſſariū eſſe: non ea que eſt neceſſariū nō eſſe ne-

gatio eſt ſed ea que eſt nō neceſſariū eſſe. eius vero que eſt neceſſariū eſt nō eſſe: ea que eſt nō neceſſariū nō eſſe. ⁊ eius que eſt īpoſſibile eſſe: nō ea que eſt īpoſſibile nō eſſe ſed nō impoſſibile eē. eius vero que eſt īpoſſibile nō eē ea que eſt non impoſſibile eſt non eſſe.

¶ Appoſitiones vocat predicatiōes. dicit ergo in his ꝓpoſitionib⁹ que preter aliquē modū dicūtur predicanť quidem ſemꝑ eſſe ⁊ nō eſſe vel ea verba que eſſe continēt. ſubiciūtur vero res de quib⁹ illa predicanť: ut albū cū dicim⁹ albū eſt vel homo cū dicim⁹ homo eſt. Atq3 ideo quoniam in his ꝑdicatio totā cōtinet propoſitionē: veritatē et falſitatem ꝑdicatio illa determinat. Predicať autē eſſe vel aliqd quod eſſe cōtinet. Iure ſm eſſe vel nō eſſe cōtradictiōes ponūtur. In his autē. i. in quib⁹ modus aliquis predicatur eſſe quidē ſubiectū eſt vel ea verba que eſſe continēt. Modus autē ſolus quodāmodo predicať. nā quod dicitur eē ſolum ſine modo aliquo ipſius rei ſubſtātia ꝓnūciatur: et queriť in eo quodāmodo an ſit. idcirco eſſe ponēte affirmatione dicit negatio nō eſſe. In his autē in quib⁹ mod⁹ aliquis eſt: nō diciť aliquid eſſe. Sed cū qualitate quadā eē: ut eſſe quidē nec affirmatio ambigat nec negatio. De qualitate autē. i. quomodo ſit: tūc inter aliquos dubitať. atq3 ideo ponēte aliquo quoniā Socrates bene loquiť nō ponitur negatio: quoniā bene nō loquiť. Sed quoniā nō bene loquiť. Idcirco quoniā (ut dictum eſt) nō ad eſſe vel ad verba que eſſe cōtinent et propoſitionē totā conſtituūt. ſ3 potius ad modū intendiť anim⁹ audientis: cū affirmatio aliquid eſſe pronūciat. Si igiť hoc cōtinet totius propoſitionis vim quod autē propoſitiōis vim continet predicatur: et ſm id qð predicať ſemꝑ oppoſitiōes fiunt: recte ſolis modis vis negationis apponiť. His autē rationabiliter cōſtitutis. illud rurſus exequiť quod nō modo cōtradictio nō eſt poſſe eē et poſſe nō eē: verū etiā hmōi ꝑpoſitiones: que cū modo ſunt poſite: ſi negationē tamē habēt ad eſſe iunctā: oīno negatiōes nō ſunt: ſed affirmationes: ꝑit enim earū negatiōes alie repiri. ait enim. eius vero que eſt poſſibile nō eſſe negatio eſt nō poſſibile nō eſſe. intantū inquit nō eſt vlla ꝯtradictio eius que eſt poſſe eſſe ⁊ eius que eſt poſſe nō eſſe: ut ea que dicit poſſe nō eſſe: nō eſſe negatio: ſed potius affirmatio cōuincať. Affirmatio autē affirmationi nunq3 opponiť cōtradictorie. Doceť autē eſſe affirmatio ea que dicit poſſe nō eſſe: quod et⁹ quedā alia negatio repitur ea. ſ. que dicit nō poſſe non eē. ſimulq3 illud adiungit. Cū ſint inquit hui⁹ ꝑpoſitiōis que dicit aliquid poſſe eē due q̄ videanť eē negatiōes ea. ſ. que dicit poſſe ſi eſſe: et ea que ꝑponit nō poſſe eē: hinc agnoſciť que harū ſit cōtradictoria cōtra eā que dicit poſſe eē affirmationem. que eni verū falſumq3 cum ea diuidit: ipſa potius pōt negatio eſſe q3 ea que illi cōſentit. Ei vero que eſt poſſe eē cōſentit ea que dicit poſſe nō eē: ut ſupra iā docui. ea aūt que dicit nō poſſe eē. ſi falſa eſt: vera eſt que dicit poſſe eē. S3 ſi hec rurſus falſa eſt: vera eſt illa que enūciat nō poſſe eſſe. diuidūt ergo he veritatē falſitatēq3. quod in ſingulis exēplis facile poterit inueniri. Age eni3 dicat quis me poſſe ambulare: ille verū dixerit. Si vero quis dicat non poſſe me ambulare: mētitus eſt. Rurſus ſi qs dicat poſſe ſolem cōſiſtere: mentiť. Si quis vero dicat nō poſſe ſolē cōſiſtere de ipſius null⁹ ambigit veritate. Diuidūt ergo veritatē falſitatēq3 he. ſ. que dicūt poſſe eē et nō poſſe eē. ille vero ſe ſe ſequūtur que dicūt poſſe eē ⁊ poſſe nō eē. Que ergo ſibi cōſentiūt cōtradictiones nō ſunt: que autē veritatē falſitatemq3 diuidūt: ipſas eſſe cōtradictiōes magis putandū eſt quod ꝑ hoc ait. Quare et ſeſe ſequi inuicē videbūtur: que autē propoſitiōes ſequātur ſeſe dicit. i. poſſibile eſt eſſe et poſſibile nō eſſe. Cur autē ſeſe ſequātur mōſtrat adiciens: non eni cōtradictiōes ſibiinuicē ſunt. ſi eni cōtradictiones eēnt nunq3 ſeſe ſequerētur. Sed que ſint cōtradictiōes declarat dicens. Sed poſſibile eſt eē et nō poſſibile eē nunq3 ſimul ſunt. Cur aūt nunq3 ſimul ſunt: nō tacuit. ait nāq3 Opponūtur eni. nā idcirco nunq3 ſimul ſunt: q2 veritatē falſitatēq3 diuidūt: qm̄ opponūtur. Docet quoq3 ei⁹ ꝑpoſitionis que dicit poſſe nō eē illā eē negationē que propoſuit nō poſſe nō eē. et ex eadē vim ad hāc ꝑpoſitionē traſit. Dicit enim. At vero poſſibile nō eē et nō poſſibile nō eſſe nunq3 ſimul ſunt. ꝑ qð oſtendiť illā eē affirmatiuā. illam vero negatiuā. Uniuerſaliter eni quecūq3 idē de eodē hec ponit: hec aufert: ſi illa ſit affirmatiua: illa negatiua: et nihil equiuocatiōis: aut vniuerſaliū determinatiōis īpediat contradictorie ſibimet opponūtur. Cetera iā ita ait ꝑ ſe expedita ſunt: ut longa expoſitiōe nō egeant. Sed quedā3 in eorū ordine ꝑmiſcenda ſunt: ꝑ que id qð per ſe eſt lucidu3: clarius mōſtreť. Proſequiť eni ſimiliter ceteros modos: dicens que ꝑpoſitiōes quaꝝ affirmationū nō ſint negationes et que ſint: et eas quas negatiōes non eē dicit: ut affirmatiōes eē demōſtret: alias negationes opponit. Similr autē inquit et eius propoſitiōis: que eſt neceſſariū eē: nō eſt ea negatio que dicit neceſſariū nō eē. hec eni affirmatio eſt: ſicut mox negatiōe oppoſita cōprobauit. ſed poti⁹ ea negatio eſt eius que eſt neceſſariū eē: que dicit nō neceſſariū eē. Eodē quoq3 mō cūcta proſequiť dicēs. eius vero que eſt neceſſariū nō eē: quā ſupradixerit nō eē oppoſitā ei que dicit neceſſariū eſt eē: illa negatio eſt que ꝑponit nō neceſſariū nō eſſe. Quecūq3 eni negationē ad eē poſitā habēt: illa ſi cum modo ſunt: affirmationes eē putande ſunt. Eius vero q̄ eſt īpoſſibile eē nō eſt ea negatio que dicit impoſſibile nō eē. nō eni3 ad modū habet negatiuā particulā iunctā. ſed poti⁹ ea que dicit nō īpoſſibile eē. he namq3 iter ſe veꝝ falſumq3 diuidūt. illi⁹ vero que ad eē habet particulā negatiuā: quā affirmationē eē manifeſtū eſt. i. eius que dicit impoſſibile nō eē ea negatio eſt que dicit nō impoſſibile non eſſe. Cōcludit etiā breuiter id qð ſupra demōſtrauit dicēs.

Uniuerſaliter vero (quemadmodū dictū eſt) eſſe quidē et nō eſſe oportet ponere: quēadmodū ſubiecta: negationē vero et affirmationē hec facientē ad eſſe: et nō eſſe apponere et has putare oportet eſſe oppoſitas dictiōes et negatiōes: poſſibile nō poſſibile. cōtingēs nō contingēs. īpoſſibile nō īpoſſibile. neceſſarium nō neceſſariū. verum non verum.

¶ Uniuerſaliter inquit dicim⁹ ſicut ia3 ſupradictū eſt in his propoſitionib⁹ que modos additos hñt: eē ⁊ non eſſe ſubiecta poti⁹ fieri: modos vero ꝑdicari. atq3 ideo ad vnu3 quēlibet modū. i. ſm vnū fieri debere affirmationē ⁊ negationē ſꝑ: ut ſicut predicat⁹ modus affirmationē continet: ita negatiua ꝑticula ad modū iuncta totā hoc mō cōtineat negationē. proponit autē eas quas putat eē oppoſitas dictiones hoc mō. poſſibile nō poſſibile. ꝯtingēs nō ꝯtigēs. īpoſſibile nō īpoſſibile. neceſſariū nō neceſſariū. Qð autē addidit veꝝ nō veꝝ: ad hoc ꝑtinet: ut oēs modos includeret. vere eni mod⁹ quidē eſt ſicut ⁊ bn̄. ſicut velociter. ſicut lente: ſicut grauiter. ⁊ quicūq3 mōi ſunt: hoc mō facienda eſt cōtradictio. veꝝ ē. non veꝝ eſt. nō autē nō eſt veꝝ. velociter ambulare. nō velociter ambulare. ſ3 nō illa que dicit velociter nō ambulare. Concludēti ergo ſꝑ ad modū iungēda negatio eſt. ille eni ſꝑ ſibimet opponūť: ut ſupra iā dictū ē. que ſm ꝑdicatiōes hñt negatiuas ꝑticulas iūctas. Predicanť autē in his mōi: ut ſupra iā demōſtrauimus. Scdm modos ergo in his negatio poſita integrā vim ꝯdictionis efficiet. Expeditis modoꝝ oppoſitiōib⁹ de ꝯſequētia ꝑpoſitionū atq3 ꝯſenſu habebiť ſubtilis vtiliſq3 tractat⁹. Si ergo poſſibile eē ſimpliciť diceref: ſimplex et facilis ꝑpoſitionū videreť eē ꝯſenſus: nec quicq3 in eaꝝ cōſequētia poſſet errari. Nunc aūt qm̄ dupliciter diciť ſm diuerſos modos nō eedē ꝑpoſitionū ſunt conſeqñtie. Qð autē dico ta le eſt. Poſſibilis due ſunt ꝑtes: vnū qð cū nō ſit eē pōt. Alterū ꝙ ideo ſit poſſibile: quod iā eſt. prior quidē ꝑs corruptibilib⁹ ⁊ permutabilib⁹ propria eſt. mortalis eni Socrates poterat eſſe cum non fuit: ſicut ipſi mortales q ſunt id quod ante nō fuerant. poteſt eni homo cū non loquitur loqui: et cum nō ambulat ambulare. Ergo hec pars ſm id diciť quod iam quidē non eſt eē tamen poteſt. illa vero alia pars poſſibilis que ſm id diciť quod iā eſt aliqd actu nō poteſtate: vtriſq3 naturis accomodať et ſempiternis ſ3 et mortalibus. Nam quod in ſempiternis eſt: eē poſſibile eſt. Rurſus quod eſt in mortalib⁹ nec hoc a ſubſiſtēdi poſſibilitate diſcedit. ſed tantū differt quia id qð in eternis ē nullo modo permutatur et ſemper eē neceſſe eſt. illud vero quod in rebus mortalibus inueniť poterit ⁊ non eē. et ut ſit non eſt neceſſe. Ego namq3 cum ſcribo ineſt mihi ſcribere. Quocirca et ſcribere mihi poſſibile eſt. ſed quonia3 ipſe mortalis ſum: nō eſt hec poteſtas ſcribēdi neceſſaria. neq3 enim ex neceſſitate ſcribo. At vero cu3 dicimus celo ineſſe motum: nulla dubitatio eſt quin neceſſe ſit celū moueri. in mortalibus ergo rebus cum eſt aliquid: et eſſe poteſt: et ut ſit nō eſt neceſſe. in ſempiternis autē quod eſt neceſſe eſt eē et quia eſt eē poſſibile eſt. Cum ergo poſſibilis principaliter due ſint partes vna que ſm id dicitur quod cū non ſit eſſe tamen poteſt. Altera que ſm id predicatur qð iam eſt aliquid actu nō ſolum poteſtate: huiuſmodi poſſibile qð iam ſit actu. duas ex ſe ſpecies profert: vnam que cum ſit non eſt neceſſaria. Alterā que cum ſit illud quoq3 hab3: ut eam eſſe neceſſe ſit. Nec hoc ſoli⁹ Ariſtotelis ſubtilitas deprehendit: verum Diodorus quoq3 poſſibile ita diffinit dicens quod eſt aut nō eſt. Unde Ariſtoteles id quod diodorus ait non eſt illud poſſibile putat: quod cū non ſit fieri tamen poteſt. Quod autem dixit Diodorus eſt id poſſibile Ariſtoteles interꝑtatur: quod idcirco diciť eē poſſibile: quia iam eſt actu. Cuius poſſibilitatis modi duas ꝑtes eē docuimus vnam ſcil3 quā neceſſariā dicimus. Alteram quā non neceſſariā predicamus. huius autē nō neceſſarie due rurſus partes ſunt: vna que a poteſtate peruenit ad actū: altera que ſemper actu fuit aliquando res illa que ſuſceptibilis illius eſt fuit. et illa quidem que a poſſibilitate ad actum venit: vtriuſq3 partis cōtradictionis ſuſceptibilis eſt: ut nunc ego ſcribo: et ex poteſtate ad actum veni: et agens poſſum ſcribere. ante enim q3 ſcriberē erat mihi ſcribendi potentia. Sed ex poteſtate ſcribendi veni ad actum ſcribendi. Quare vtraq3 mihi conueniūt ⁊ ſcribere et non ſcribere. poſſum eni3 et nō ſcribere: poſſum et ſcribere: que eſt quodāmodo cōtradictio. Atq3 ideo quecunq3 a poteſtate ad actū veniunt: ea et facere poſſum et non facere et eſſe et nō eſſe: ut qui loquiť quia ante potuit loqui quā loquereť: et nunc ideo poteſt loqui quia loqtur. et poteſt loqui et poteſt nō loqui. Alia vero que nunq3 antea poteſtate fuit: ſed ſemꝑ actu: aliquando res ipſa fuit que aliquid poteſtate eſſe diceretur: ad vnam rem tantū apta eſt: ut ignis nunq3 fuit ante poteſtate calidus: ut poſtea calid⁹ actu ſentireť: nec nix antea frigida poteſtate: poſt actu. Sed aliquando fuit ignis actu calidus: fuit et aliquando nix frigida actu. Quocirca he potentie non ſunt apte ad vtraq3. Neq3 enim ignis frigus incurrere: nec nix calidum vnq3 poteſt efficere. Quare facienda a principio huiuſmodi diuiſio eſt. Poſſibilis alia pars eſt que cum non ſit tamē eē poteſt. Alia vero que actu eſt: et ideo poſſibile dicitur. Si eni3 eē non poſſet: nec eēt omnino. huius autē poſſibilitatis que ſecundū illū dicitur modu3: quod iam actu ſit: due partes ſunt vna ſecundū id qð ex neceſſitate eē dicim⁹. Altera vero ſecundū id quod cū ſit: nō tamen eē ex neceſſitate aliquid arbitramur. huius autē non neceſſarie poteſtatis due ſunt alie partes: vna que quoniā ex poteſtate ad actū venit: et eē et non eē recipiet facultatem. Altera que quia nunquā actum habere deſiit. Aliquando fuit id quod dicitur ei eſſe poſſibile: ad vnam tantū partem apta eſt atq3 poſſibilis ad eam ſcilicet quā actum ſemper exercuit: ut igni calor: vel niui frigus. vel adamanti duricies. vel aque liquor. Sed nullus arbitreť ex neceſſarie poſſibilitať ſpecie eē id quod dicimus nunquā poteſtate fuiſſe act⁹ quoſdam in quibuſdā rebus: ut igni calorem. ipſe eni extingui ignis poteſt. In illis autem que neceſſarie ſunt: non modo qualitas a ſubiecta re diſcedere nunq3 debet: quod videtur etiam in igni: a quo ſua qualitas caloris nō recedit. Sed etiam illud quod ſubiecta illa ſubſtantia immortalis eē videatur: quod igni nō accidit. Solem enim ⁊ cetera huiuſmodi corpora que ſuperna ſunt et celeſtia: imortalia peripatetica diſciplina putat. atq3 ideo conſentiēter ſibi docet ſolem neceſſario moueri: quod nō modo a ſole motus ille nunquā recedit: ſed ne ſol quidem ipſe eē deſinet. His ergo ꝑdictis id ad quod hec premiſſa ſunt. i. conſeqñtia propoſitionū diligentius exequenda eſt.

Conſequentie vero ſecundū ordine3 fiunt ita ponentibus. Illi enim que eſt poſſibile eſt eſſe. illa que eſt contingens eſſe: et hec illi conuertitur: et non impoſſibile eſſe: et non neceſſarium eſſe. Illi vero que eſt poſſibile non eē et contingens non eſſe: ea que eſt non neceſſarium non eſſe: et non impoſſibile non eſſe. illi vero que eſt non poſſibile eſſe: et non contingens eſſe: ea que eſt neceſſariū non eſſe: et impoſſibile eſſe. Illi vero que eſt: non poſſibile non eſſe: et non contingens non eſſe: illa que eſt neceſſe eſt eſſe: et impoſſibile non eſſe. conſideretur autem ex ſubſcriptione quemadmodum dicimus.

¶ Hec Ariſto. cōſentienter his que nos ſupra ꝑiniſimus addidit de ꝯſequētia propoſitionū: que et ſi manifeſta ſunt acute perſpiciētibus. tamen ne nos nihil huic quoq3 loco addidiſſe videamur: breuiſſima expoſitione ea ꝑcurrimus. Primū voluit demonſtrare: quoniā quecūq3 de poſſibili dicerenť: ea etiā de cōtingēti veraciſſime dici poſſunt. atq3 ideo ait illi que eſt poſſibile eē conſequentē eſſe illā que dicit contingere eſſe. Et ne in his aliquid diſcrepans videretur adiecit dicens. ⁊ hec illi conuertiť. ut intelligerem⁹ qð eſſet poſſibile hoc contingere: ⁊ ꝙ cōtingeret illud eſſe poſſibile. quare que ſibi conuertūtur: ea equalia ſunt atq3 eadem. Quicqd ergo impoſſibili dici poteſt: idē in contingēti pr. hec ergo id eſt cōtingens et poſſibile ſequi dixit illam propoſitionē que diceret nō impoſſibile eſſe: et eam que neceſſariū negat id eſt non neceſſe eſſe. ait enim. Illi eni3 que eſt poſſibile eſſe illa que eſt cōtingere eſſe: et hec illi conuertitur: et ea que eſt non impoſſibile eſſe et nō neceſſarium eſſe. tanq3 ſi hoc diceret ⁊ poſſibile eſſe ſequiť contingētia. Et hec vtraq3 ſibi conuertūtur. ſed has ſequiť non īpoſſibile eſſe et nō neceſſariū eſſe. hoc quā recte dictum ſit neminem latet. Nam qð eſt poſſibile eſſe id eſſe cōtingit: ut ſit non impoſſibile eſſe. Nam ſi eſſet impoſſibile: nō diceret poſſe eē: quod ut non eēt ratio impoſſibilitatis aſtringere3 Ergo id quod poteſt eē non impoſſibile eſt eē. Similiter autem nō eſt neceſſe eē id quod poſſe eē diciť. Hoc autē idcirco euenit. quia id quod poſſibile predicamus ad vtrāq3 partē facile vertiť. Nam et ut ſit fieri poteſt et ut non ſit. At vero neceſſitas et impoſſibilitas in alterutra parte conſtringiť. nam quod impoſſibile eſt eſſe: eē nunquā poteſt. Porro autem quod neceſſe eſt eē: non eē nunquā poteſt. ergo id quod negamus impoſſibile eē: conſentire facimus poſſibilitati. Id autem quod negamus neceſſariū: rurſus eidem nature vim poſſibilitatis adiūgimus: ut ſit hoc modo dicendū: et ut verius loquamur ita dicendū eſt qð poſſibile eſt et eē poteſt et non eē. Rurſus quod impoſſibile ē eſſe: non poteſt eē. quod neceſſe eſt: non poteſt non eē. ergo ſi impoſſibilē enunciationē negationis adiectione frangamus dicentes non impoſſibile eſſe: illi partem poſſibilitatis adiungimus. in qua eē poſſe aliquid dicimus. Sin

vero neceſſarię ꝓpoſitionis rigorem negatione minuamus dicentes non neceſſe eē: illud euenit ut ad eam partē neceſſariā ꝓpoſitionē applicemus: quę in poſſibilitate ē ut poſſit non eē. Quare poſſibilitatem ſequitur non eē impoſſibile: idcirco quia quod poſſibile eſt: fieri poterit. eandem poſſibilitatē rurſus ſequit̃ propoſitio: quę dicat non neceſſe eſt eē: idcirco quia quod poſſibile eſt: poterit et non eē. Aliter idem dicimus. ꝙ poſſibile eſt nõ eſt verum dicere quoniā impoſſibile ē: quia fieri poteſt. Rurſus quod poſſibile eſt non eſt verum dicere quoniā neceſſe eſt. poteſt enim quod poſſibile eſt eē: idem non eē. Quare ſi de poſſibilitate impoſſibilitas et neceſſitas recte dici nõ poteſt: eorum negationes poſſibilitati conſentiēt: quę ſunt non impoſſibile eē et non neceſſariū eē. Sed meminiſſe debem⁹ eandem ſemꝑ in omnib⁹ de contingenti ⁊ de poſſibili rationem eē. De eo ſcilicȝ poſſibili quod cum adhuc non ſit poterit tamen eē aut non eē. Aliam rurſus conſequentiā dicit hoc modo. Illi vero quę eſt poſſibili non eē et contingere non eē illa quę eſt non neceſſariū non eē et non impoſſibile non eē. ꝓpter eandem cauſam hanc quoqȝ conſequētiam dicit. Illi enim quę eſt poſſibile non eē et ei quę eſt cõtingere non eē illa conſentire: ait quę dicit non neceſſe non eē et non impoſſibile non eē. Hoc autem ideo quia qđ poteſt non eē poteſt etiam eē. ⁊ rurſus quod contingit non eē contingit eē. At vero quod neceſſe eſt non eē illud nõ poteſt eē: quod autē impoſſibile eſt non eē. illud non eē nõ poterit. quare a poſſibili vtrę〈q〉ȝ diſcrepant. Namqȝ poſſibilitati quę poſſe aliquid eē ꝓmittit: contrariū ſentit ea quę dicit neceſſe eē non eē. Rurſus quia poſſibilitas habet in ſe vim ut id quod poteſt eē: poſſit et non eē: diſſentit ab ea multūqȝ diſcrepat quę dicit impoſſibile eē non eē. Quod ſit ſi propoſitio quę ꝓdicat neceſſe eē non eē: et rurſus quę dicit impoſſibile eē non eē a poſſibilitate diſſentiūt. Recte nimirū harum negatiões poſſibilitati conſentire credūtur. Poſſibiles autē ꝓpoſitiões voco huiuſmodi quę vel in affirmatione vel negatione poſſibilitatē aliquam mõſtrāt altera parte nõ intercluſa: ut quę dicit poſſibile eē aliquid ab hac nõ intercludit̃ ea per quā dici poteſt poſſibile eē nõ eē. vel ſi quis dicat poſſibile aliquid nõ eē. ab hac rurſus īterclusum non eſt: ut eē poſſit. atqȝ ideo affirmationē quę dicit poſſe eē poſſibilē voco. Nec minus eam quę dicit aliquid poſſe non eē. Et in illis ꝓpoſitionib⁹ quas Ariſtoteles ponit: in quibus dicit poſſibile non eē: non videatur ita dicere tanqȝ ſi hoc modo ꝓnunciet: ut velut intendere aliquid impoſſibile eē: cum dicit poſſibile non eē. Ita eni hanc ꝓpoſitionē dicit non quod poſſibilitatem illā auferat: ſed ꝙ dicat poſſibile eē aliquid ut non ſit. Subaudiendum enim eſt adiungendūqȝ ad poſſibile verbuȝ quod eſt eē: ut cuȝ ille dicit poſſibile non eē: nos intelligamus poſſibile eē non eē id eſt poſſibile eē ut non ſit. Tertiam conſequentiā ponit hanc in qua conſentire dicit illi quę eſt non poſſibile eē et non contingens eē illam quę dicit neceſſarium non eē et impoſſibile eē. hoc ita planū eſt ut expoſitione non egeat. Quod enim nõ poſſibile eſt: hoc fieri non poteſt. Quod fieri non poteſt neceſſe eſt: ut non ſit. quod autē neceſſe eſt ut non ſit impoſſibile eſt. Recte ergo dicitur eaȝ ꝓpoſitionē que dicit aliquid nõ poſſe eē et eam quę dicit non contingere eē conſequi illas et quę eē cum neceſſe eē negant: et quę impoſſibilitatē affirmant. Quod autem dicit tale eſt. non neceſſe eē contingens eſt eē. neceſſe autē nõ eē. non contingens eē. Non eſt cõtingens ſcilicet eē: et neceſſariū non eē. reliquā cõſequentiā in qua eas ꝓpoſitiones quę dicerent non poſſibile eē aliquid non eē: ⁊ non cõtingere non eē illis quę ꝓponerēt neceſſe eē: et impoſſibile non eē conſentire dicit. neqȝ vllam habet hoc obſcuritatem. Nam quod nõ eſt poſſibile ut non ſit: hoc impoſſibile eſt ut non ſit. id enim quod dicimus impoſſibile eē idem valet tanqȝ ſi dicamus non poſſibile eē. Quod enim facit negatio in ea interꝓtatione qua dicimus non poſſibile: idem facit ꝓuatio in ea qua dicimus impoſſibile. Quod autem impoſſibile eſt non eē: late patet quia neceſſe eſt eē. Ergo ⁊ quod non eſt poſſibile ut non ſit: manifeſtū eſt quoniam neceſſe eſt eē. idem quoqȝ et de contingenti dicendū eſt. Deſcribit autem eas hoc modo. ut nõ ſolum mēte ⁊ ratione capiant̃: verū etiam ſubiectis oculis facilior intellectus ſit. Nos autē ut ſit lucidior explanatio: de his duos facimus ordines: et in primo quidē eas poſuimus quę ꝑcedunt. in ſecundo vero eas quę ſequūtur: ut ſit multa facultas ꝑ ſe earū rationes nõ intelligentib⁹ ad deſcriptiões tamen reſpicientib⁹ quę quā ſequatur agnoſcere.

| Precedentes | Sequentes. |
|---|---|
| Poſſibile eē | Non impoſſibile eē. |
| Contingens eē | Non neceſſe eē. |
| Precedentes | Sequentes. |
| Poſſibile non eē | Non neceſſariū non eē |
| Contingens non eē | Non poſſibile non eē. |
| Precedentes | Sequentes |
| Non poſſibile eē | Neceſſarium non eē |
| Non contingens eē | Impoſſibile eē |
| Precedentes | Sequentes |
| Non poſſibile non eē | Neceſſe eē |
| Non contingens non eē | Impoſſibile non eē. |

¶ Hac ergo deſcriptiõe facta quid Ariſtot. cõmuniter de ꝓpoſitionib⁹ vniuerſaliterqȝ tractauerit nulli ſolertius intuenti videtur ambiguū. Cetera vero quę ſingulatiȝ de eorū conſequentijs diſputauit: quoniā defatigari volum⁹ lectores: ſextum volumen expediet.

¶ Liber ſextus incipit.

[S]extus hic liber longę cõmentationi terminū ponit: quę quodā magno labore cõſtiterit ac temporis mora. Nam et plurimorū ſunt in vnū coaceruatę ſentētię: et duorū ferme ānorū ſpaciū continuo cõmentandi ſudore cõſumpſimus. Neqȝ ego arbitror quibuſdā ſiniſtre interpretantibus glorioſę factū videri: ut quod dici breuiter poſſȝ id nos oſtentatiõe doctrinę nõ ad lectorū ſcientiā potius quā ꝓlixitate ad faſtidiū tenderemus. Quib⁹ reſpõſum velim nõ hoc tam mēdaciter eſſe ſenſuros: ſi prioris cõmēti ꝑlegerent breuitatē. nam neqȝ breuius explicari potuit anguſtiſſimorū obſcuritas impedita ſermonū: et ꝙ multa ad plenā huius libri intelligentiā deſint agnoſcēt. Quid autem vtrūqȝ opus legentib⁹ vtilitatis exhibeat: hinc facillime mihi videtur poſſe perpendi. Quod cum hanc ſecundam editionē in manus quiſqȝ primū ſumpſerit: ipſarū rerum ſpacioſa varietate cõfunditur: ut qui in maioribus mentem intendere nequit: editionis primę breuitatē ſimplicitatemqȝ deſideret. Quod ſi quis ad prioris editionis duos libros lector acceſſerit: ſumpſiſſe ſibi ad ſcientiā quidam fortaſſe videbitur. ſed cum poſtremo hanc ſecundam cognouerit editionē: quā multa in prima ignoraret agnoſcit: nec homines a legendo longū opus labore deterreat. cum nos nõ impedierit ad ſcribenduȝ. Sed ne ipſȝ quoqȝ prohemiū tendi longius videatur. ad Ariſtot. ſeriem ⁊ ad ea quę de conſequentia propoſitionū diligenter exequitur: reuertamur. Ea quę cõmuniter vniuerſaliterqȝ de propoſitionibus et de earum ad ſeinuicem conſequentijs ſpeculanda fuerāt. In ſuperiori ipſarū propoſitionū deſcriptione diſpoſuit. Nunc vero quę ſingillatim ſingulis accidūt diligentiſſimo tractatu perſequitur. ait enim ita.

[E]Rgo impoſſibile et non impoſſibile: illud quod eſt contingēs et poſſibile: et non contingens et non poſſibile ſequūtur quidē contradictorię: ſed cõuerſim. Illud enim quod eſt poſſibile eſſe: negatio ſequitur impoſſibilis: negationem vero affirmatio Illud enim quod eſt nõ poſſibile eſſe: illud q



dem quod eſt īpoſſibile eſſe. affirmatio enim eſt impoſſibile eſſe: nõ īpoſſibile vo negatio.

¶ Conſequentia propoſitionū (ut ſuperior deſcriptio docet) ſcḋm poſſibile et neceſſariū facta eſt. quā rem illa quoqȝ ſecuta eſt. ut ex contingētibus et impoſſibilibus propoſitionibus conſequētijſqȝ diceret. Nam cum cõtingens recto modo poſſibili conſentiat: impoſſibile conuerſo ordine neceſſariū eſt: ut paulopoſt dicebimus. Speculat̃ ergo de poſſibili et contingēti et impoſſibili: quemadmodū ad ſeinuicē vel quas habeant ꝯſequentias: idqȝ conſtituit hoc modo dicens: impoſſibile et nõ impoſſibile ſequunt̃ quidem poſſibile et non poſſibile contradictorię quidem: ſed conuerſim. Hoc autem huiuſmodi eſt. Scimus affirmationem priuatoriam eſſe eam quę dicit impoſſibile eſſe. huius vero negationem non impoſſibile eſſe. Rurſus affirmationem poſſibile eam quę dicit poſſibile eſſe: huius negationem quę proponit non poſſibile eſſe. Sequitur ergo affirmationeȝ poſſibilem negatio impoſſibilis. Nam quod poſſibile eſt: idem eſt non impoſſibile. Alioquin ſi ea quę dicit non impoſſibile eſſe non ſequitur poſſibilitateȝ ſequitur eius affirmatio id eſt impoſſibile eſſe. Erit ergo ꝙ poſſibile eſt impoſſibile quod fieri non poteſt. Quod ſi impoſſibilitas poſſibilitatem non ſequitur: non impoſſibile eſſe ſequitur poſſibilitatem. At vero negationem poſſibilitatis ſequitur affirmatio impoſſibilitatis. Nā quod non poſſibile eſt impoſſibile eſt. Eandem enim vim obtinet negatio in propoſitionibus quam et priuatio. et de cõtingenti hoc modo. Nam quod contingens eſt eſſe: illud eſt non impoſſibile. nam ſi contingens et poſſibile ſequuntur ſe: poſſibile vero et non impoſſibile conſentiunt: cõtingens etiam et non impoſſibile ideȝ deſignant. Rurſus nõ contingens et impoſſibile idem videri poterit perſpicienti: ꝙ non cõtingens quidem et non poſſibile idem ſentiūt Sed non poſſibile impoſſibili conſentit. Quocirca ⁊ nõ contingens quoqȝ impoſſibile aliquid eſſe denunciat. Sit ergo ut affirmatio impoſſibilitatis cõtradictionem poſſibilitatis ſequatur. Sed non ut affirmatio affirmationeȝ: nec ut negatio negationem: ſed conuerſim id eſt ut affirmatio negationi: negatio vero affirmationi conſentiat. Affirmationeȝ namqȝ quę eſt poſſibile eſſe ſequitur negatio impoſſibilitatis quę dicit non impoſſibile eſſe: negationem vero poſſibilitatis quę eſt non poſſibile eſſe ſequitur impoſſibilitatis affirmatio: quę proponit impoſſibile eſſe. Idem quoqȝ et de contingenti dicendum eſt. affirmationē namqȝ contingentis ſequitur negatio impoſſibilitatis. negationem vero contingentis ſequitur affirmatio impoſſibilitatis. omnino eniȝ quicquid de poſſibilitate proponitur: idem de contingentibus iudicatur. Diſponantur ergo hoc modo primū affirmatio impoſſibilis: contra eam negatio impoſſibilis. Et ſub affirmatione impoſſibili ponantur ex contingentibus ⁊ poſſibilibus: quas ipſa ſequitur impoſſibilitas. Sub negatione vero impoſſibilitatis ille poſſibilis et contingentis propoſitiões: quib⁹ ipſa impoſſibilitatis negatio conſentit. hoc modo.

| | |
|---|---|
| Impoſſibile eē | Non impoſſibile eē. |
| Non poſſibile eē | Poſſibile eē |
| Non contingens eē | Contingens eē. |

¶ Patet ergo ut contradictiones quidem alijs contradictionibus conſentiant. Qua in re illud quoqȝ manifeſtū eſt: ꝙ affirmationes negationibus: negationes vero affirmationibus conſentiant. ſenſus ergo totus talis. Sermonum vero ratio hęc eſt. impoſſibile inquit et non impoſſibile. ſcilicet quę eſt contradictio duas contradictiones id eſt illud quod eſt contingens et poſſibile et non contingens et non poſſibile ſequitur quidē contradictorię. Naȝ vna contradictio impoſſibilis: et non impoſſibilis duas ſequitur contradictiones id eſt cõtingens ⁊ nõ contingēs poſſibile et non poſſibile. ſed quamquā contradictiones ſequatur alia contradictio: cõuerſim tamen ſibi conſentiunt Nam quod eſt poſſibile eē ſequitur negatio impoſſibilis. ut ſuperior deſcriptio docet. negationem vero poſſibilis ſequitur affirmatio impoſſibilis. nam quod eſt non poſſibile conſentit ei quod eſt impoſſibile. Eſt autem affirmatio impoſſibilis ea quę dicit impoſſibile eſſe. et quamqȝ inuoluta ſit ſermonum ratio: tamen ſi quis ſecundū ſuperioreȝ expoſitionem ad ipſius Areſtote. ſermones ſuperiores redeat: et quod illis deeſt ex noſtra expoſitione compēſet: ſenſus planiſſimus a ratione non deuiat.

[N]Eceſſarium vero quemadmodū ſit: conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt autem: quoniam non eodē modo: ſed contrarię ſequuntur. Contradictorię autem ſunt extra. nõ eniȝ eſt negatio eius quod eſt neceſſe non eſſe: nõ neceſſe eſt eſſe. cõtingit eni eſſe veras vtraſqȝ in eodē. quod enim eſt neceſſariū non eſſe: nõ eſt neceſſarium eſſe.

¶ Poſſibilis atqȝ impoſſibilis dudum comparatiõe diximus: quod affirmationē poſſibilem impoſſibilis negatio ſequeret̃: rurſus negationi poſſibilis affirmatio impoſſibilis conſentiret. Querens ergo nunc quemadmodum poſſibilium et neceſſariarū propoſitionū fiant conſequentię dicit non eodem modo in his euenire quemadmodum in illis euenit: quę ex poſſibilis et impoſſibilis comparationibus naſcebant̃. in illis enim contradictiões oppoſitę contradictiones rurſus oppoſitas ſequębantur: ut affirmationē negatio negationem affirmatio ſequeretur. In his autem hoc eſt impoſſibilib⁹ et neceſſarijs non eodē modo eſt. ſed contrarię quidem cõſequūtur. cõtradictorię vero et oppoſitę extra ſunt ⁊ non ſequūtur. Et prius quidem quę ſint contrarię: quę contradictorię diſponamus. ꝓpoſitionis enim quę dicit neceſſe eſſe ea quę proponit non neceſſe eſſe contradictoria eſt. Ea vero quę dicit neceſſe nõ eſſe contraria: ut ſi quis dicat ſoleȝ eſſe neceſſe moueri. huic eſt oppoſita contradictorię ſolem non neceſſe eſſe moueri. Contraria vero ſolem neceſſe eſſe non moueri. Poſſibileȝ ergo propoſitionem ſequitur contradictio neceſſaria. Contradictionem vero poſſibilis non ſequitur neceſſitas. Quod eueniret ſi in his ſeſe oppoſitę ſequerētur. Sed potius ea quę eſt contraria neceſſitati. Age enim oppoſitioni quę dicit poſſibile eſſe videamus quę ex neceſſarijs conſentiant. Illa quidem quę dicit neceſſe eſſe non ei poterit conſentire Quod enim poſſibile eſt eſſe poteſt et non eē. quod autem neceſſe eſt eſſe non poterit non eē. Ergo ſi poſſibilitateȝ neceſſitas non ſequitur: ſeqtur eam neceſſitatis contradictio non ſequit̃ ergo propoſitionē poſſibilem ea quę proponit neceſſe eſſe. Sed cõtradictio neceſſitatis. quę ꝓponit non neceſſe eē. Sed cõtradictioni poſſibilis neceſſitas nõ conſentit. Neqȝ enim dicere poſſum⁹ quoniā eam propoſitionē quę dicit non poſſibile eē ſequitur ea quę proponit neceſſe eē. Sed potius cõtraria neceſſarię illa quę dicit neceſſe eē non eē. Nam cū non poſſibile eſt: neceſſe eſt non eſſe. Diſponātur enim hę. ſ. quę ſequūtur et ſub his neceſſarię ⁊ quę ſit contradictio: quę contrarietas aſcribat̃.



C Nulli ergo dubiū eſt: quin affirmationē poſſibilis ſequatur neceſſarij negatio: negationem vero poſſibilis nō ſequatur neceſſariū. ſed potius contrarietas neceſſarij: naꝫ eam poſſibile eſſe ſequatur cōtradictio neceſſitatis: que eſt non neceſſe eſſe: contradictionem poſſibilis: que dicit non poſſibile eſſe non ſequitur neceſſitas ipſa. Sed poti⁹ contraria illa. ſcilicet que proponit neceſſe eſſe non eſſe. Senſus ergo huiuſmodi eſt. talis vero eſt ordo ſermonū. neceſſarium vero inquit quemadmodū ſit id eſt quas habeat conſequentias conſiderandū eſt. Primo quidem diffinit dicens. Manifeſtum eſt quoniam nō eodem modo. quo loco ſubaudiendum eſt quemadmodū in his que poſſibiles ſunt et impoſſibiles: ſed contrarie ſequūtur: contradictorie vero extra ſunt: et non ſequuntur. Namq; contradictionem poſſibilis nō neceſſarij contradictio: ſed (ut ſupra docuimus) contrarietas ſequebatur. Non enim contradictio contradictioni in hac neceſſarij conſequentia conſentiebat. Sequebatur namq; poſſibilitatē illud quod eſt non neceſſarium. non poſſibile autem ſequebatur ea propoſitio que dicit neceſſe eē non eſſe: non autem neceſſe eſſe. Sed rurſus neceſſe eſſe non eſſe. et non neceſſe eſſe non ſunt contradictiones. Sed non neceſſe eē quidem negatio neceſſarij eſt: illa vero que dicit neceſſe eſſe non eſſe contraria neceſſarij. contra ſe autem non ſunt contradictorie. Poſſunt namq; in vno eodemq; ſimul inueniri. quod per hoc ait. quod dixit. Contingit enim veras eſſe in eodem vtraſq;. nam quod eſt neceſſarium non eſſe non eſt neceſſarium eē: ut quoniam neceſſe eſt hominem quadrupedem non eſſe: non eſt neceſſarium hominem quadrupedem eſſe. Nam ſi hoc falſum eſt. neceſſe erit hominem eſſe quadrupedem: cū neceſſe ſit non eſſe. Quocirca manifeſtum eſt quoniam ſimul aliquando inueniri poſſunt nō neceſſe eſſe et rurſus neceſſe eſſe non eſſe propoſitiones que cum contra ſe ſunt: contradictiones non ſunt. Cauſam vero reddens cur cum ſecundum poſſibilis comparationem ad contradictiones ſit reddita conſequentia non eodē modo in neceſſarijs potuerit euenire ſic dicit.

Cauſa autem eſt: cur non ſequantur ſimiliter ceteris: quoniam contrarie impoſſibile neceſſario redditur idem valens. nam quod impoſſibile eſt eſſe: neceſſe eſt hoc non quidem eſſe: ſed potius non eſſe. Quod vero impoſſibile eſt non eſſe: hoc neceſſarium eſt eſſe. quare ſi illa ſimiliter poſſibile: et non poſſibile hec econtrario. Quoniam non ſignificant idē neceſſarium et impoſſibile: ſed (quemadmodū dictum eſt) conuerſim.

C Cauſa eſt inquit cur cōſequentia in neceſſarijs ita redditur: ꝙ neceſſarium ſemper impoſſibili contraria ratione conſentit. Nam ꝙ impoſſibile eſt eſſe neceſſarium eſt non eſſe. et rurſus quod neceſſe eſt eſſe. hoc impoſſibile eſt non eſſe. fit igitur contrarietas quedam nam cum impoſſibilitas eſſe habet: neceſſitas non eſſe: et cum neceſſitas eſſe: impoſſibilitas non eſſe. Ergo idem valet impoſſibilitas ⁊ neceſſitas non eodem modo reddita. ſed ſi neceſſitas ſecunduꝫ eſſe: impoſſibilitas ſecundū non eſſe redditur. et ſi impoſſibilitas ſecundum eſſe: ſecundum non eſſe neceſſitas. quare idcirco euenit iſta contrario modo conuerſio: nam vbi eſt impoſſibile eſſe: ibi eſt neceſſe non eſſe: ſed impoſſibile eſſe et non poſſibile eſſe conſentiunt: Igitur non poſſibile eſſe: et neceſſe non eſſe conſentiunt. Nulli ergo dubium eſt idcirco neceſſe non eſſe ſequi poſſibilis negationem: quoniam impoſſibilitas que ſequitur poſſibilis negationem cōſentit ei que dicit neceſſe non eſſe. hoc autem ideo quia impoſſibilitas et neceſſitas idem valent (ut dixi) ſi contrarie proponantur. Quare quod dicitur hoc modo eſt. Cauſa autem eſt inquit cur non ſequantur ſimiliter ceteris. id eſt que ſecundum poſſibile et non impoſſibile facte ſunt: quoniam contrarie impoſſibile neceſſario redditur idem valēs id eſt contrario modo reddita et pronunciata impoſſibilitas neceſſitati idem valet. Nam ſi impoſſibile eſt eſſe: neceſſe eſt hoc non eſſe. Sed ſi eſt neceſſe non eſſe: hoc non eſt poſſibile eſſe. Nullus ergo dixerit quoniam neceſſe eſt eſſe ſed potius quoniam neceſſe eſt non eſſe. tanquā ſi ita dixiſſet. Nam ſi impoſſibile eſt eſſe: neceſſe eſt hoc non eſſe. Sed non putandum eſt: quoniam impoſſibile eſt eſſe hoc eſt qđ neceſſe eſt eſſe. Quod ſi rurſus impoſſibile eſt non eſſe. hoc neceſſe eſt eſſe. Conuerſim igitur et contrarie impoſſibilitas neceſſitati redditur idem valens. id eſt contrario modo reddita et pronunciata impoſſibilitas neceſſitati. Nō ſi impoſſibilitas ad poſſibile ſimili contradictione: et contradictionum conuerſione conſequentiam reddit: idem autem valet impoſſibilitas et neceſſitas contrarie predicata Nulli dubium eſt quin recte hic contraria et non oppoſita fuerit conſequentia. an certe ita exponendum eſt: quoniam in conſequentia impoſſibilis: et non impoſſibilis ad eas que proponebant poſſibile et non poſſibile eam que eſt non poſſibile ea que dicit aliquid eſſe impoſſibile ſequebatur: contrarie vero impoſſibile idem valet quod neceſſarium. manifeſtum eſt: quoniam ſimiliter ſe habet. id eſt eo modo: quo dictum eſt impoſſibile ad conſequentiam poſſibilis et non poſſibilis. Impoſſibile vero ei quod eſt non poſſibile conſentaneum ſit id quod econtrario idem valet. id eſt neceſſariū non eſſe: id ſequi eam propoſitionem: quā etiam impoſſibilitas ſequebatur. Eſt autē contrarie ideꝫ valens impoſſibilitati ea que eſt neceſſarium non eſſe: ſequiturq; impoſſibilitas eam propoſitionem: que eſt non poſſibile eſſe: neceſſarium non eſſe igitur ſequitur eam que eſt non poſſibile eſſe. ut ſit ſenſus hic. quoniam impoſſibile neceſſario idem poteſt econtrario. Similiter vero ſeſe habet. id eſt eodem modo quo dictum eſt impoſſibilis conſequentia ad eas quas dixi poſſibile et non poſſibile.

An certe impoſſibile eſt ſic poni neceſſarij contradictiones. Nam quod eſt neceſſarium eſſe: poſſibile eſt eſſe. nam ſi non negatio conſequetur. Neceſſe enim eſt aut dicere aut negare. quare ſi non poſſibile eſt eſſe: impoſſibile eſt eſſe. Igitur impoſſibile eſt eſſe: quod neceſſe eſt eſſe. quod eſt inconueniens: At vero illud quod eſt poſſibile eſſe: non impoſſibile eſſe ſequitur. hoc vero illud quod eſt non neceſſarium eſt eſſe. Quare contingit: quod eſt neceſſarium eſſe. non neceſſarium eſſe. quod eſt inconueniens. At vero neq; neceſſarium eſſe ſequitur poſſibile eſſe: neq; neceſſarium non eſſe. Illi enim vtraq; contingit accidere: horum autem vtrumlibet verum fuerit: non erunt illa vera. Simul enim poſſibile eſt eſſe et non eſſe. Si vero neceſſe eſt eſſe: vel non eſſe: non erit poſſibile vtrumq;. Relinquitur ergo non neceſſarium non eſſe: ſequi poſſibile eſt eſſe. Hoc enim verum eſt et de neceſſe eſſe: hec enim fit contradictio eius que ſequitur non poſſibile eſſe. Illud enim ſequitur hoc quod eſt impoſſibile eſſe: et neceſſe non eſſe. Cuius negatio eſt non neceſſe non eſſe. Sequuntur igitur et he contradictiones ſecundum predictum modum. et nihil impoſſibile contingit ſic poſitis.



C Superius quidem propoſitionum facta conuerſio ita eſt: vt poſſibilem propoſitionem: neceſſarij negatio ſequeretur. atq; his ita poſitis non euenit: vt contradictio contradictionem ſequeretur: nec vt conuerſo modo ſequeretur: ꝙ in illis ſcilicet eueniebat in quibus poſſibiliū ⁊ impoſſibilium conſequentia conſiderabatur: quoniam contradictio neceſſarij quod eſt ſcilicet non neceſſarium eſſe: ſequebatur poſſibilem propoſitionem. Poſſibilis vero contradictionem non conſecuta eſt neceſſitas: ſed contrarium neceſſitatis. Hoc permutare volens intendit ita conſtituere conſequentias: vt ſimili modo contradictio quidem contradictioni conſentiat: ſed conuerſim. hoc autem hac ratiōe diſponit. Dicit enim errauimus fortaſſe ꝙ neceſſarij ⁊ poſſibilis conſequentiam ex poſſibili inchoauimus ⁊ non ex neceſſario: vt hac eius conſenſione mentiretur. poſuit enim precedens poſſibile eſſe: eiq; fuit conſentiens non neceſſarium eſſe. Et hoc quidem ſuperius. Nunc autem conuertit ⁊ dicit. An fortaſſe inquit errore lapſi ita has conſequētias conſtituimus: vt primo poneremus poſſibile eſſe: huic autem adiungeremus velut conſequens neceſſarij negationem que diceret non neceſſe eſſe. an potius illud verum eſt: vt poſitio prius neceſſario neceſſitati poſſibilitas conſentiens ſubſequatur. Videtur enim omnem neceſſariam propoſitionem poſſibilitas conſequi. ꝙ ſi quis negat illi confitendum eſt: quoniam negatio poſſibilis ſequitur neceſſitatem. In omnibus enim aut affirmatio aut negatio eſt. ergo ſi neceſſariam propoſitionem non ſequitur poſſibilitas: poſſibilitatis negatio conſequitur: vt ita dicatur. ergo recta conſequentia ita dicit. quod neceſſe eſt eſſe non poſſibile eſt eſſe. ſed dudum dictum eſt: ꝙ ei propoſitioni que proponeret non poſſibile eſſe impoſſibilitas conſentiret. ſed non poſſibile eſſe conſequitur neceſſitatem: ⁊ impoſſibilitas igitur conſequetur neceſſitatē. Erit itaq; recta propoſitionum conſequentia ſi neceſſe eſt eſſe impoſſibile eſt eſſe. ſed hoc fieri non poteſt. Si igitur impoſſibilitas non ſequitur neceſſitatem. ſequitur autem propoſitio que aliquid non poſſe eſſe denunciat impoſſibilem propoſitionem: neceſſarie propoſitioni poſſibilitatis negatio que eſt non poſſibile eſſe non conſentit. ꝙ ſi hec neceſſarie enunciationi non conſentit: conſentiet affirmatio. Neceſſitatem igitur poſſibilitas conſequitur. Erit ergo recta propoſitionum conſequentia hoc modo. Si neceſſe eſt eſſe poſſibile eſt. Sed rurſus alia nobis ex his impedimenta naſcuntur. Nam ſi quis neceſſitati dicat propoſitionem poſſibilem conſentire: quoniam poſſibilitati ea propoſitio que dicit non impoſſibile eſſe: ⁊ rurſus ea que enūciat non neceſſe eſſe conſentit: quod ſuperior ordo predocuit: erit vt neceſſarie propoſitioni conſentiat ea que dicit non neceſſe eſſe: erit igitur recta conſequentia ſi neceſſe eſt eſſe, non neceſſe eſt eſſe. ſed hoc rurſus eſt impoſſibile. ꝙ ſi ita eſt: aliquid impoſſibile conſequētijs propoſitionū permutandum eſt: vt poſſit ipſa ſibi ratio conſentire. Aut igitur illud primo inconuenienter dictum eſt: ꝙ neceſſarij negatio affirmationem poſſibilem ſequeretur: vt ea que eſt non neceſſe eſſe ſequatur eam que dicit poſſibile eſſe. vel certe illud non recte ſenſimus poſſibilem propoſitionem ad neceſſariam conſentire. quod quia per abſurdum eſt. nullus enim dixerit neceſſitati poſſibilitatem eē contrariam (euenit enim ꝙ neceſſe eſt: hoc fieri nō poſſe) rectaq; eſt hec conſequentia: Si neceſſe eſt eſſe poſſibile eſt eſſe: fit vt potius contradictio neceſſarij propoſitionem poſſibilem non ſequatur. ſed cum hec dicuntur illud intelligi placet: ꝙ neceſſitatem poſſibilitas ſequatur: vt id quod eſt neceſſe: hoc poſſibile eē dicatur. Iſtud altius perſpicientibus propoſitum eſt. Nam aliud eſt rem dicere: aliud eſſe poſſibile. illud autem quod per ſe poſſibile eſt: non modis omnibus fit neceſſe. Nam ſi neceſſe eſt: fieri non poteſt: vt non ſit. quod vero poſſibile eſt ⁊ non eſſe poteſt. igitur quod poſſibile eſt ⁊ non eſſe poteſt. igitur quod poſſibile eſt non erit neceſſe. Dico autē quia neq; ea propoſitio ſequitur poſſibilitatem que neceſſitati omnino contraria eſt. Eſt nāq; neceſſarie propoſitioni contraria ea que dicit neceſſe eſt non eſſe. Hanc poſſibilitati conſentire nullus impellat. Nam quod neceſſe eſt non eſſe: illud non poteſt eſſe. quod autem poſſibile eſt: illud eſſe ⁊ non eſſe poteſt. Neceſſitas ergo propoſitionis que ſcđm eſſe predicatur: idcirco non ſequitur poſſibilitatem: quoniam poſſibilitas quidem ⁊ non eſſe poteſt. neceſſitas vero que ſecundū eſſe eſt: non poteſt non eſſe. Rurſus neceſſitas que ſecundū non eſſe predicatur: a poſſibilitate differt eamq; non ſequitur: ꝙ neceſſitas ea que ſecundū non eſſe dicitur: non poteſt eſſe. Poſſibile vero ⁊ eſſe ⁊ non eſſe poteſt. ꝙ igitur vt neq; oppoſita negatio neceſſarij poſſibilitatem ſequatur: que non neceſſe eſſe proponit: nec ipſa neceſſitas affirmandi que dicit neceſſe eſſe neq; huic contraria que dicit neceſſe eſſe non eſſe. Sed in his quattuor videbunt. eſt enim neceſſaria affirmatio que dicit neceſſe eſt eſſe. huic oppoſita eſt ea que predicatur non neceſſe eſſe. Rurſus contraria neceſſitati affirmatio eſt que dicit neceſſe eſt non eſſe. huic opponitur ea que proponit nō neceſſe eſt non eſſe: quod ſubiecta deſcriptio docet.

| | |
|---|---|
| Neceſſe eſt eſſe | Non neceſſe eſt eſſe |
| Neceſſe eſt non eſſe | Non neceſſe eſt non eſſe |

Si igitur neq; ea que dicit neceſſe eſt eſſe: neq; huic oppoſita que proponit non neceſſe eſt eſſe: nec neceſſitati contraria cuius ſententia eſt quoniam neceſſe eſt non eſſe: poſſibilitati conſentit: reſtat vt ei conſentiat quarta que dicit non neceſſe eſt non eſſe. que ſcilicet quarta aliquaten⁹ etiā ipſi neceſſitati cōſentit: neceſſitas vero ipſi poſſibilitati minime. Omne enim quod neceſſe eſt eſſe ⁊ poſſibile eſt eſſe ⁊ vt non ſit non eſt neceſſe. Idcirco autem hec propoſitio que dicit: non neceſſe eſt non eſſe neceſſitati conſentit: quia neceſſitati quidem contraria eſt ea que dicit neceſſe eſt non eſſe: huic vero oppoſita eſt ea que proponit non neceſſe eſt non eſſe. Quare conſentiet ei propoſitio: que contradictoria eſt ſibimet oppoſite affirmationi. Nō ſi quis attentius inſpicit: ⁊ ad ſuprascriptum omnino reuertitur: facile cognoſcit. Si igitur poſſibile eſſe (vt dictum eſt) ſequitur ea propoſitio que dicit non neceſſe eſt non eſſe: negationem poſſibilem ſequitur huic oppoſita que dicit neceſſe eſt non eſſe. erit itaq; huiuſmodi conſequentia. ſi poſſibile eſt eſſe: non neceſſe eſt non eſſe. Rurſus ſi non poſſibile eſt eſſe: neceſſe eſt non eſſe. Reuerſa eſt igitur illa conſequentia que contradictorie quidem fiebat: ſed conuerſim ſicut ſupra de īpoſſibilibus dictū eſt. hic nāq; affirmationem poſſibilem negatio ſequitur que neceſſarium quidem deſtruit: ſed id quod ad non eſſe ponitur ea ſcilicet que dicit non neceſſe eſt non eſſe. rurſus negationem poſſibilem affirmatio ſequitur neceſſaria que ſecundū non eſſe ponitur. Eſt igitur hic quoq; eadem conuerſio: vt contradictio quidem cōtradictioneꝫ ſequatur ſed conuerſim: vt affirmatio negationi: negatio vero affirmationi conueniat. Melius vero hoc ſi ſub oculis cadat liquere credimus. atq; ideo aptiſſime ſniaꝫ rei ſubiecte diſpoſitionis nos ordo cōmoneat.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſt eſſe | Non poſſibile eſt non eſſe |
| Non neceſſe eſt nō eſſe | Neceſſe eſt non eſſe |

Omnis quidem ſententia talis eſt. Ordo autem ſermonum huiuſmodi eſt. Poſtq; dixit de poſſibilium ⁊ impoſſibilium conſequentia: quod contradictiones quidem contradictionibus conuenirent ſed conuerſim idest ꝙ affirmatio negationi: negatio vero cōſentiret affirmationi: Hec eadem inquit conſequentia quēadmodū in neceſſarijs ueniat videndum eſt. Speculatus igitur ⁊ de neceſſarijs idem non reperit. nam cum dixiſſet neceſſarij negationem poſſibilitati conſentire: affirmatio neceſſaria negationi

poſſibilitas non conſentit. Eiuſdem rei reddens cauſas illud arguit: ꝙ impoſſibilitas neceſſitati idem valeret contrarie reddita. Quam rem emendare volens ita dixit. an certe inquit impoſſibile eſt ſic poni neceſſarij cõtradictões: vt negationẽ .ſ. neceſſarij poſſibilitati ꝯſentire diceremus. Addidit aũt dubitationẽ quãdã: q̄ ita ſeſe hꝫ. Nam quod eſt inquit neceſſariũ eſſe: illud ſine dubio poſſibile eſt eſſe. Nam ſi non .i. ſi quod neceſſarium eſt poſſibile non eſt: negatio poſſibilitatis conſequitur. Neceſſe enĩ in omnibus rebus aut dicere ideſt affirmare aut certe negare. in omnibus nãqꝫ rebus aut affirmatio vera eſt aut negatio. quare ſi non poſſibile eſt eſſe ideſt ſi hoc eſt nõ poſſibile eſſe: ꝙ impoſſibile eſt fieri id quod neceſſarium eſt eẽ Sequitur autem propoſitionem que dicit non poſſibile ẽ eſſe illa que proponit impoſſibile eſt eſſe ⁊ ſit aliquid impoſſibile vt dicatur. Igitur impoſſibile eſt eſſe id quod neceſſe eſt eſſe. ſed hoc inconueniens eſt. ergo id docuit ꝙ neceſſitatem poſſibilitas ſequeretur. Nunc autem aliud addit: quoniam ſupra dixit poſſibili propoſitioni neceſſarie affirmationis negationem conſentire. nunc de eadem re dubitationem profert dicens. At vero illud quod poſſibile ẽ eẽ: non impoſſibile eſſe ſequitur. Nam quod poſſibile ẽ hoc non eſt impoſſibile. ſed quod non eſt impoſſibile eſſe: non neceſſe eſt eſſe. ergo ſi non impoſſibile eſt eſſe ſequitur poſſibilitatem: non impoſſibilitatem autem ſequitur id quod dicitur non neceſſarium eſſe: ſequiturqꝫ poſſibilem propoſitionem id quod dicimus non neceſſariũ eſſe: nulli dubium quin ſi neceſſitatem poſſibilitas ſequitur: ſequatᷣ affirmationem neceſſariam negatio neceſſarij. Quare contingit ꝙ neceſſarium eſt eſſe: id ipſum non neceſſarium eẽ qḋ eſt inconueniens. Conſtat ergo quoniam affirmationem poſſibilem non ſequitur oppoſita negatio neceſſarie affirmationi: idcirco ꝙ illud remouenduꝫ eſt vt ſupra diximꝰ ne ſequatur poſſibilem affirmationem negatio neceſſarie: vt neceſſitatem poſſibilitas ſequatur. Qḋ quia fieri nullo modo poteſt: illud eſt remouendum: ne poſſibilitatem neceſſitati oppoſita negatio ſubſequatur. Igitur ea que dicit non neceſſe eſt eſſe non ſequitur poſſibilitatem. Et q: hec omnia in medio tacuerat: ſupradictis addidit. At vo neqꝫ neceſſarium ſequitur poſſibile eſſe. hoc ſcꝫ ſententie includens poſſibilitati non conſentire neceſſarium. Nec hoc ſolum ſed neqꝫ illud quod dicimus neceſſarium non eẽ. hoc vt tractatum ſit ipſe planius mõſtrat. Illi enim ideſt poſſibili vtraqꝫ contingit accidere ⁊ eſſe ſcilicet ⁊ non eſſe. horũ autem ideſt neceſſarij ſm eſſe: ⁊ neceſſarij ſm nõ eẽ: ſi vtrũlibet verum fuerit: non erunt illa vera. ⁊ hoc ipſe exponit de poſſibili enim vtroqꝫ ita dicit. Simul enim eſt poſſibile ⁊ eẽ ⁊ non eẽ. hoc eſt ergo quod ait. illi enim vtraqꝫ contingit accidere. Sin vo inquit neceſſe eſt eẽ ⁊ non eẽ .i. ſi non poteſt non eẽ: ⁊ non poterit eẽ: non erit poſſibile vtrũqꝫ: vt ſi eẽ neceſſe eſt non poterit non eẽ: vel ſi non eẽ neceſſe ſit: non poterit eẽ. tres igitur propoſitiones nõ neceſſe eẽ. neceſſe eẽ. neceſſe eẽ non eẽ. poſſibilitatem non ſequuntur. Relinquitur ergo hoc ideſt vt quarta propoſitio que opponitur neceſſarie ſcḋm nõ eẽ affirmationi: poſſibilitatem ſequitur ideſt non neceſſarium non eẽ ſeq poſſibile eẽ: ſed quia poſſibile conſentit neceſſario: hec quoqꝫ conſentit neceſſario. Nãqꝫ hoc eſt quod dixit: hoc eniꝫ verum eſt ⁊ de neceſſitate eẽ. Nam qḋ neceſſe eſt eẽ non neceſſe eſt vt non ſit. hec igitur propoſitio que dicit non neceſſe eſt non eẽ contradictio eius affirmationis eſt que ſequitur negationem poſſibilitatis eam ſcilicet que dicit non poſſibile eẽ. Nam cum affirmationem eam que eſt ſcilicet poſſibile eẽ ſequatur neceſſarij ſcḋm non eẽ negatio ea que proponit non neceſſe eſt non eẽ. Negationem poſſibilem eam ſcilicet que proponit nõ poſſibile eẽ ſequitur affirmatio neceſſaria ſcḋm non eẽ que dicit neceſſe eſt non eẽ: quã eandẽ que proponit non poſſibile eſt eẽ que eſt ſcilicet negatio poſſibilitatis: impoſſibilis affirmatio ſequitur que propo‑nit impoſſibile eſt eẽ. hoc eſt ergo quod ait. hec enim ſit cõtradictio eius que ſequitur id quod eſt non poſſibile eſſe. Nam cum poſſibilem affirmationem ſequatur neceſſarie ſcḋm non eẽ negatio que dicit non neceſſe eſt non eẽ: hec neceſſaria ſcḋm non eẽ negatio contradictio eſt eius que ſequitur negationem poſſibilitatis. Illud enim ideſt negationeꝫ poſſibilitatis ſequitur: id quod eſt impoſſibile. Nã cum negatio poſſibilitatis ſit que dicit non poſſibile eſſe: hanc ſequitur ea que dicit impoſſibile eſt eẽ: cui conſentit ea que dicit neceſſe eẽ non eẽ. Sequitur igitur poſſibilis propoſitionis negationem ea que dicit neceſſe eẽ non eſſe: cuius eſt contradictio ea que dicit non neceſſe eſt non eſſe. Fit ergo id quoqꝫ vt contradictio contradictionem ſequatur ſed conuerſim. Quod ait per hoc cum dixit. ſequuntur igitur ⁊ he contradictiones ſm predictum modum eũ ſcilicet vt affirmatio negationem: negatio vo ſequatur affirmationem. ⁊ nihil quidem erit vel inconueniens vel impoſſibile ita poſitis conſequentijs: vt affirmationem quidem poſſibilem negatio neceſſarij ſcḋm non eẽ ſequatur: negationi vo poſſibilis affirmatio neceſſaria ſcḋm nõ eẽ conſentiat. Quibus explicitis alias rurſus adijcit dubitationes.

**Dubitabit autem aliquis ſi illud quod eſt neceſſarium eſſe poſſibile eſſe ſequatur. nam ſi non ſequatur: contradictio ſequetur non poſſibile eſſe: ⁊ ſi quis dicat non hanc eſſe contradictionem: neceſſe eſt ipſum dicere poſſibile non eſſe. ſed vtreqꝫ falſe ſunt de neceſſe eſſe. At vo rurſus idem videtur eſſe poſſibile incidi ⁊ non incidi: ⁊ eſſe ⁊ non eſſe. Quare erit neceſſe eſſe contingens non eſſe. hoc autem falſum eſt.**

❧ Supra conſequentias ita diſpoſuit: vt precedens neceſſarium poſſibilitas ſequeretur: nunc de eodem ipſe ambigit. Siue enim diſponat conſentire neceſſario poſſibile ſiue quis neget vtrũqꝫ videtur incongruum. Nam ſi quis neget poſſibilitatem neceſſitati congruere: id dicit quoniam poſſibilitatis negatio neceſſarie propoſitioni conueniet. Si quis enim abnuat propoſitioni que dicit aliqḋ neceſſe eſſe conſentire eam que proponit poſſibile eſſe: is illud abnuere non poteſt quin negatio poſſibilitatis neceſſitati conſentiat: eritqꝫ integra conſequentia: que dicit ſi neceſſe eſt eſſe non poſſibile eſt eſſe: quando quidem illa falſa eſt conſequentia que dicit ſi neceſſe eſt eſſe poſſibile eſt eſſe. Qḋ ſi hoc fieri non poteſt: vt poſſibilitatis negatio neceſſarie cõſentiat affirmationi: illud verum ẽ affirmationem poſſibilem neceſſarie conuenire. Sꝫ in hoc quoqꝫ maior inerit difficultas. Omne nãqꝫ quod poſſibile eſt eſſe: poſſibile eſt ⁊ non eſſe. Sed ſi poſſibilitas neceſſitatem ſequitur: erit id quod neceſſe eſt vt poſſit eſſe ⁊ poſſit non eſſe ſm naturam ſcilicet poſſibilitatis: que ipſi conuenit neceſſitati. ſed hoc impoſſibile eſt. Non igitur poſſibilitas ſequitur neceſſitatem. ꝙ ſi poſſibilitas neceſſitatem non ſequitur: negatio poſſibilitatis ſequitur ea ſcilꝫ que eſt non poſſibile eſſe: eueniuntqꝫ ea rurſus incommoda que dudum cum eum locum tractaremus expreſſimus ꝙ ſi quis poſſibilitatis non velit eſſe negationem eam q̄ dicit non poſſibile eſſe: ſed potius eam que dicit poſſibile eſſe non eſſe. quãqꝫ ille non recto ordine affirmationi negationem accommodet: dictum ſupra ſit: quotiens cum modo propoſitiones dicuntur ad modos ipſos potius negationem poni oportere qꝫ ad verba: eadẽ tamen manus ſunt: vt cum eo quoqꝫ conceſſo quod ad defenſionem vtile aliquibus videri poſſit: argumentationis falſam ſententiam fregerimus penitus atqꝫ altius ſit vitas



cõſtituta. Sit ergo negatio poſſibilitatꝭ quã ipſi volũt .i. ea que dicit poſſibile eẽ nõ eẽ. ſꝫ hec qꝫ neceſſitati nõ ꝯuẽit Si qs enĩ dicat qñ poſſibile eſſe neceſſariũ non ſeqᷣ: ſequitur mox poſſibilis contradictio neceſſitatem. ꝙ ſi quis contradictionem poſſibilis ponat eam que dicit poſſibile non eſſe: eamqꝫ neceſſitati conſentire putat: erit ſm eum recta conſequentia: ſi neceſſe eſt eſſe: poſſibile eſt non eſſe: ſed hoc fieri non poteſt. qḋ enim neceſſe eſt eſſe non poteſt non eſſe. ſi igitur poſſibilitas non ſequitᷣ neceſſitateꝫ. erit enim quod neceſſe eſt contingens. Poſſibile nãqꝫ ⁊ contingens idem valent. negationes poſſibilitatꝭ ſiue ea que dicit non poſſibile eſſe: ſiue ea cuius ſententia eſt poſſibile eſt non eſſe: neceſſitati conueniunt. ſed vtrũqꝫ impoſſibile eſt. ꝙ ſi hec non ſequuntᷣ: ſequitᷣ ea que eſt earum affirmatio .i. poſſibilitatꝭ. ſed hoc quoqꝫ fieri non poteſt vt ſepius ſupra monſtrauimus: Hec ergo huiuſmodi queſtio in ſequenti ordine ab ipſo reſoluitᷣ. Nunc autem qñ queſtionis ſupradicte talis ſenſus eſt: verba ipſa ſermonũqꝫ ordo videatur. Ait nãqꝫ. Dubitabit aũt inquit aliquis ſi illud quod eſt neceſſarium eſſe poſſibile eſſe ſequatur .i. ſi neceſſitati poſſibilitas conſentit. Nam ſi non ſequitur .i. ſi negat aliquis vt poſſibilitas neceſſitatem ſequatᷣ: contradictio cõſequitᷣ poſſibilitatis. Nam ꝙ poſſibilitas nõ ſequitur: contradictio poſſibilitatis ſequitur ea .ſ. que dicit non poſſibile eẽ: ⁊ pretermiſit ꝙ ex his eẽt impoſſibile. Hoc autem eſt vt ſi neceſſitatem poſſibilitas non ſequatᷣ ⁊ contradictio poſſibilitatis conſentiat: ſit recta conſequẽtia ſi neceſſariũ eſt eẽ non poſſibile eſt eẽ: qḋ eſt incõueniens. ⁊ ſi quis non hanc dicat eẽ contradictioneꝫ .i. ſi quis neget poſſibilitatis contradictioneꝫ eẽ que dicit non poſſibile eẽ illud certe neceſſe eſt ei dicere ꝙ poſſibilitatis contradictio ea ſit que dicit poſſibile eẽ non eẽ. ſed vtreqꝫ falſe ſunt de neceſſe eẽ. Nam qḋ neceſſe eſt: fieri non poteſt vt non poſſibile ſit. Et rurſus quod neceſſe eſt: fieri non poteſt vt poſſibile ſit non eẽ. Rurſus videtur idem eẽ poſſibile incidi ⁊ non incidi. Poſſibilitas enim affirmationi negatiõiqꝫ cõmunis eſt. nãqꝫ ⁊ eẽ ⁊ non eẽ poteſt: qḋ poſſibili eẽ dicitur. hoc autem falſum eſt de neceſſario predicari. Neceſſarium nãqꝫ ſi eſt: non eẽ non poterit: ſi non eſt: nulla rõe contingit. ꝙ ſi quis dicat qñ poſſibilitas neceſſitatem ſequitur: eadem poſſibilitas conſentit cõtingenti: ⁊ erit neceſſe eẽ continget non eẽ: ideſt erit contingens id ꝙ neceſſe eẽ predicatur. Nam ſi qḋ poſſibile eſt eẽ: poteſt non eẽ. qḋ autem põt non eẽ contingit vt non ſit: non dubiũ ẽ quin ſi neceſſitatem poſſibilitas ſequitur: eam ſequatur quoqꝫ ⁊ contingentia. ſed contingens poſſumus dicere in negatione: vt dicatur contingit non eẽ. Eſt igitur quod neceſſe eſt eẽ contingens non eẽ. hoc autem falſum eſt. atqꝫ hic quidem ordo ſermonum eſt vt in alijs fere omnibus perplexus atqꝫ conſtrictus. alias enim ſimilitudo enunciationum: alias id quod deeſt implicitã reddit obſcuramqꝫ ſententiam. ꝙ ſi quis Ariſt. verbis ſeriem noſtre expoſitiõis annectat: ⁊ ꝙ illic propter ſimilitudinem confuſum eſt: per expoſitionis noſtre diſtinctionẽ ac ſeparationeꝫ diſgreget: quod vo in Ariſtotelis ſermonibus minus eſt: hic cõpenſet: ſententie ratio totius elucebit. Nũc ergo quoniam propoſuit queſtionem: eam continenter exequitur his vbis.

**Manifeſtum eſt autem quoniam non omne poſſibile vel eſſe vel ambulare: ⁊ oppoſita valet. Sed eſt in quibus non ſit verum. ⁊ primũ quidem in his que non ſecundum rationem poſſunt: vt ignis calefactibilis ẽ: ⁊ habet vim irrationabilem. ergo ſecundũ rationem poteſtates eedem plurimorum etiam contrariorũ ſunt. Irrationabiles vo non omnes: ſed quẽadmodum dictum eſt ignem non eſt poſſibile calefacere ⁊ non calefacere: neqꝫ quecunqꝫ alia ſemper agunt. Alia vo poſſunt ⁊ ſecũduꝫ irrationabiles poteſtates ſimul oppoſita. ſed hoc idcirco dictum eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorũ eſt: neqꝫ quecũqꝫ ſecũdũ eandem ſpeciem dicuntur.**

¶ Quod de his inquit propoſitiōibus dicimus ſi hoc in omnibꝰ inuenit firmū debet eſſe quod dicimꝰ. Neq; enī veriſimile eſt in alijs quidē propoſitionibꝰ negatiōes eſſe contrarias. In alijs vero affirmatiōes: que contrariū ponunt. Sed ſi hoc in oībus propoſitionibꝰ inuenit ut cōtradictionibus ut cōtradictio potius contraria ſit. i. negatio q̄ que contrariū habet: nihil eſt dubiū quin hęc ratio cōſtat in omnibꝰ. Sin vero in alijs ea que contrariū ponit magis contraria eſt q̄ negatio. Hic quoq; ita ſeſe manifeſtū eſt non habere. vbi enī inueniri poteſt contrarietas: in his dubitatio eſt quęnā ſit contraria: vtrū ne ea que contrariū affirmat: an ea que id quod propoſitū eſt negat. Ergo in his in quibꝰ dubiū non eſt: quēadmodū ſit hoc ſpeculādum eſt. Dubiū autē non eſt in his in quibꝰ non eſt contrarietas: ut in ſubſtātijs. Hic enim ſolę ſunt contrarię negationes. Si ergo huic contrarię opinioni que eſt de homine quoniā homo eſt illa opponit: que eſt de homine quoniam homo nō eſt: manifeſtū eſt in alijs quoq; in quibus contrarietas inuenit. locū contrarietatis negationē poſſe optinere. Nam ſi in his in quibꝰ contrarietas eſt: ut in bono vel malo manifeſtū eſt non potius illā eſſe contrariam que bonū negaret q̄ illam que malū optineret: ei que id quod bonū eſt bonū eſſe arbitret: nec in his eam contrariam eſſe oporteret: in quibꝰ contrarietas nulla ē. Quid enī attinet cum de homine dicimꝰ quod contrariū non habet ibi eſſe negationē contrariā. Cum vero de bono quod contrariū habet ibi non eſſe. Sed potius eam que contrariū poneret. Quocunq; enī vertit negatio: ſuam vim in omnibus ſeruare debet. Quod ergo dicit ab Ariſtotele: ut breuiter explicē tale eſt: ſi in alijs negatio eſt contraria: hic q̄z negationē eſſe contrariā manifeſtū eſt. Quod ſi in alijs minime in his quoq; que ſupra poſuit: ſed in oībus alijs in quibꝰ contrarietas nō inuenit. Contradictio cōtrarietatis locum tenet: et in his igit in quibꝰ eſt cōtrarietas eundē locum neq; aliū tenebit: quod his verbis explicuit: Amplius ſi etiā in alijs ſimiliter oportet ſe habere: et hic videbitur bene eſſe dictū. Nam ſi in omnibꝰ alijs ita ſe habere neceſſe eſt: et in his que ſupradicta ſunt ita ſeſe habet: et id quod dictū eſt optime dictū eſſe videbit. Aut enī vbiq; ea que ē contradictiōis: aut nuſq̄ alicubi quidē contrariā reperiet Alicubi vero minime. quibꝰ vero non eſt contrariū ut in ſubſtantijs in quibꝰ nulla eſt contrarietas. Hoc enī nos ſi bene meminimꝰ predicamēta docuerūt. De his eſt quidem falſa ea que ē oppoſita verę. id ē in his inuenit quidē oppoſita falſa opinio verę opinioni: ſed que ſit illa manifeſtum ē. Nam vbi nulla cōtrarietas eſt liquet cōtradictionis eſſe cōtrarietatem: ut qui hominē non putat hominē falſus ē. Hęc enim ſola contrarietas verę propoſitiōis inuenit. Si ergo hę contrarię ſunt: et illę alię que ſunt contradictionis. i. ſi in his que cōtrarietatē non habēt: negationes ſunt contrarię (neceſſe eſt enī aliquas eſſe contrarias) in alijs omnibꝰ etiā in quibꝰ eſt aliqua contrarietas: ut bono et malo negatio locū obtinet contrarietatis.

**Amplius ſimiliter ſe habent boni quoniā bonū eſt et non boni quoniā non bonū eſt: et ſuper has boni quoniā non bonū eſt. et nō boni quoniā bonū ē. Illi ergo que nō boni quoniā non bonū eſt verę opinioni quęnā eſt cōtraria. Non enī ea que dicit quoniā malū eſt ſimul enī aliquando erunt verę. Nunq̄ autē vera verę contraria eſt. Eſt enī quidā nō bonum malū. quia cōtingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa que eſt quoniā non malū vera enim et hęc. ſimul enī et hę erunt. Relinquit ergo ei que eſt non boni quoniā non bonū eſt verę contraria ea que eſt non boni quoniā bonum eſt falſa enī hęc: quare et ea que eſt boni quoniam nō bonū eſt ei que eſt boni quoniā bonū ē.**

¶ Quęcunq; ſupius dicta ſunt: ea rurſus validiore per proportionē argumētatione confirmat. Proportio autē eſt rerū inter ſeinuicem ſimilitudo. Si igit poſitę ſint res quattuor: quarū duę ſunt precedentes. reliquę ſequentes et ſic ſe habet prima ad ſcd̄am quēadmodū tertia ad quartam: neceſſe eſt ita ſe habere primā ad tertiā quemadmodū fuerit ſcd̄a ad quartā. Hoc enī ipſū breuiter facilimeq; numeris agnoſcimꝰ. Sit enī primꝰ nūerus. ij. ſcd̄us. vi. rurſus inchoantibꝰ. Tertius. iiij. Quartus. xij. In his igit precedentes quidē ſunt duo quattuor. ſequētes vero ſex et duodecim. Sunt autē ut duo ad ſex ita quattuor ad duodecim. Nam ſicut duo ſenarij tertia pars ē: ita quaternarius duodenarij tertia pars eſt. Quocirca ſicut quaternarꝰ precedens ad ſequentē: ita alijs p̄cedēs ad aliū ſequētem erit: et ut precedēs ad p̄cedētē ita ſeq̄ns ad ſequentē. ſʒ ad q̄tuor qui ſunt p̄cedentes duo medietas ē. et ſex igit ad duodecim medietas eſt. Ergo in oī ꝓportione hoc reſpiciēdū eſt q ſi de quattuor ꝓpoſitis rebꝰ ſicut pria eſt ad ſcd̄m ita tertia ad quartā: erit ut pria ad tertiā ita ſecūda ad quartā. Iſta igit numeroꝝ ꝓportio ad propoſitionū vim naturāq; tranſferat. ſuntq; duę propoſitiōes prie quarū vna precedēs altera ſequēs: et alię rurſus duę quarū vna precedēs altera ſimiliter ſequens. et in his ſit aliqua ſimilitudo. Sit enim prima boni quoniam bonum eſt. hanc ſequatur boni quoniam non bonum eſt. Rurſus ſit precedens tertia nō boni quoniam non bonum eſt. hanc autem ſequens quarta non boni quoniam bonum eſt.

| Precedentes. | | Sequentes. |
|---|---|---|
| .i. Boni qm̄ bonū eſt. | .ij. | Boni qm̄ bonū nō ē. |
| .iij. Nō boni qm̄ n̄ bonū ē. | iiij. | Nō boni qm̄ bonū ē. |

¶ Perſpiciatur igitur in his que ſit ſimilitudo ꝓportionum. Eſt enim ut prima boni quoniā bonū eſt ad ſecundam boni: quoniam bonum non eſt: ita tertia non boni: qm̄ bonū nō eſt ad quartā nō boni qm̄ bonū eſt. Nā ſicut boni qm̄ bonū eſt vera ꝓpō eſt: falſa aūt boni qm̄ nō ē bonū: ita q̄z nō boni qm̄ nō eſt bonū vera ꝓpō eſt: falſa autē nō boni qm̄ eſt bonū. Nō ſi ita eſt et eodē mō ſeſe hʒ opinio boni qm̄ bonum eſt ad opinionē que eſt boni qm̄ bonū nō eſt. quēadmodū etiā opinio nō boni qm̄ nō bonum eſt ad opinionē nō boni qm̄ bonū ē: et quēadmodū ſe habʒ prima ad tertiā: ita ſeſe habebit ſecunda ad quartā. Quēadmodū ſeſe habet igit boni qm̄ bonum eſt ad eā que eſt nō boni qm̄ non bonum eſt: cum vtręq; ſint verę. ita ſeſe habet opinio boni: quoniam bonum non eſt ad opinionem non boni quoniā bonū eſt: q ipſę quoq; vtręq; ſint falſę. nam ſicut illę ſimul verę: ita illę ſimul falſę. Quocirca ut eſt prima ad tertiam ita ſecunda ad quartam. Diſtenſa igitur hac propoſitione immutato ordine eędem diſponantur. ſed ſit prior opinio ea que eſt non boni: quoniam bonum non eſt eamq; ſequatur boni qm̄ bonū eſt: et ſub his precedens tertia non boni qm̄ bonum eſt: quarta ſequens boni qm̄ bonum non eſt.



| Precedentes | Sequentes |
|---|---|
| Nō boni qm̄ bonū nō ē. i. vā | ii. vā. Boni qm̄ bonū eſt |
| nō boni qm̄ bonū ē. iii. falſa. | iiii. falſa. boi qm̄ bonū n̄ ē |

Ut igitur ſuperius demonſtratū eſt ita ſeſe hʒ opinio nō boni qm̄ non bonum eſt ad eam opinionem que eſt boni qm̄ bonum eſt quēadmodum non boni qm̄ bonum eſt: ad eam que eſt boni qm̄ non bonū eſt. Ut enim illę ſimul verę ita hę ſimul falſę eademq; proportio eſt. Quocirca erit ſicut prima que eſt non boni qm̄ non bonum eſt ad tertiā eam que eſt non boni qm̄ bonum eſt: ita erit ſecunda boni qm̄ bonum eſt ad quartam boni qm̄ non eſt bonum. Requirendum igitur eſt quēadmodum ſit prima ad tertiam: vt ex eo ſpeculemur quēadmodū ſit ſecunda ad quartā. Dico enim qm̄ huic opinioni que arbitrat non eſſe bonum qd̄ bonum eſt: qm̄ contra illa eſt que arbitrat id quod bonū non eſt bonum eſſe. Aut enim ſi potius eſt contra eam opinionem que id quod bonum non eſt bonum putat ſit ea q̄ id quod bonū nō eſt malum putat. ſed hoc fieri nō poteſt. Contrarię enim opiniones ſimul nunq̄ verę ſunt. poſſunt autem ſimul hę eſſe verę. Si quis enim parricidiū q nō eſt bonum putet non eſſe bonum, idem quoq; parricidiū quod per naturam non eſt bonū malū putet: verę vtraq; opinione arbitratur. igit non eſt contraria opinio ea que id quod bonum non eſt non bonum putet ei que id quod bonum non eſt malum arbitrat. Rurſus ponatur eidem opinioni de non bono qm̄ non eſt bonum contraria ea que arbitrat id quod non eſt bonum non eſſe malū. Id quoq; contrarium non eſt. Fieri enim poteſt vt id quod bonum non eſt nec malum ſit. Neq; enim oīa quęcūq; bona nō ſunt mala ſunt ſtatim: ſed eſt vt bona quidem non ſint tn̄ nec mala ſint. Si quis enim lapidem ne quicq̄ iacentem quod per ſe bonum non eſt non bonum eſſe putat: verę arbitretur: idem ipſum lapidem q per ſe bonum non eſt ſi non malum putet nihil eius opinioni falſitatis incurrit. Quare qm̄ ea que eſt non boni qm̄ non bonum eſt et cum ea que eſt non boni qm̄ malum eſt: et cum ea que nō boni qm̄ non eſt malum vera aliquotiens inuenit: neuter contraria eſt. Reſtat igitur vt ei ſit contraria opinio nō boni qm̄ bonum eſt: qm̄ opinatur id quod non eſt bonum eſſe. hęc autem eſt non boni qm̄ bonū eſt: qm̄ opinatur id qd̄ non eſt bonum bonum eſſe. Contraria igitur eſt non boni qm̄ non bonum eſt ei que eſt non boni qm̄ bonum ē. Sʒ hic ita ſeſe habet opinio non boni qm̄ bonum eſt ad opinionem non boni qm̄ non bonum eſt: quēadmodum opinio boni qm̄ bonum eſt ad eandem opinionē que ē boni qm̄ non bonum ē. Sed prima tertiaq; contrarię. Scd̄a igitur quartaq; ſm̄ ſimilitudinē ꝓportiōis ſunt ſine vlla dubitatione contrarię. Poteſt vero et ſimplicius itelligi hoc modo. ſi boni qm̄ bonum ē opinio et non boni qm̄ nō bonum ē opinio ſimiles ſm̄ veritatem ſunt: boni autem qm̄ non ē bonum: et rurſus non boni qm̄ bonū ē ipſę quoq; ſimiles ſm̄ falſitatem ſunt: ſi vna falſarum vni verarū opinionum inuenta fuerit contraria: erit reliqua falſa reliquę verę contraria q ſola efficit ſimilitudo. Oſtenditur autem vna falſa vni verę quēadmodum ſupra expoſuimus contraria hoc ē ea que dicit id quod non ē bonum bonum eſſe ei que arbitratur id quod non ē bonum non eſſe bonum. Relinquitur igitur ea que arbitrat id quod bonum ē nō eſſe bonum contraria eſſe ei que opinatur id quod bonum eſt eſſe bonum. Qua in re colligitur negationē potius q̄ contrarium ponentem affirmationē verę affirmationi eē contrariam. Perplexa igitur ſententia his modis quibꝰ diximus expedita ē. ſed ſe ſic habet ordo ſermonum. Amplius inquit ſimiliter ſe habet boni qm̄ bonum ē. et non boni qm̄ non bonum ē que vtręq; verę ſunt. et ſuper has boni qm̄ non bonum ē: et non boni qm̄ bonū ē: que ſunt vtręq; mendaces. Illi ergo que ē non boni qm̄ non bonū eſt verę opinioni que nam ē contraria. Hoc quaſi interrogatiuo modo dictum ē. Non ea que dicit qm̄ malum eſt qm̄ ſimul aliquādo eſſe poterunt verę. hoc autem in cōtrarijs non poteſt inueniri. nunq̄ enim verę vera cōtraria eſt. quēadmodum autem fieri pōt vt ſimul ſint verę qm̄ ē quiddam non bonum malum. quare cōtingit ſimul veras eſſe. At vero nec illa que eſt non malum. Simul enim et hę erunt. i. poſſunt aliquādo ſimul eſſe verę: in his preſertim rebus que inter bonū malumq; ſunt. Relinquit ergo ei que ē non boni qm̄ non bonum ē que ſi vera ē contraria ea que ē non boni qm̄ bonū ē: que falſa ē et ſimul vera nō pōt inueniri. Quare ad ſimilitudinem ſuperius poſitam reuertitur: vt dicat et eam que ē boni qm̄ non bonum ē cōtrariam ei que ē bonum qm̄ bonū ē: q ſi quis ea que ſuperius dicta ſunt diligentius intuetur: nec in totius ſententię ſtatu nec quicq̄ in ordine fallitur.

**Manifeſtum eſt autem quoniam nihil intereſt: nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationem. huic enim vniuerſalis negatio erit contraria: vt opinioni que opinatur: quoniā oē quod eſt bonum bonum eſt: ea que eſt: quoniam nihil horum que bona ſunt bonum eſt.**

¶ In ſuperiori argumentatione omnia de infinitis explicuit. Sed qm̄ fortaſſe aliquis poterat ſuſpicari non eandem rationē eſſe poſſe in his ꝓpoſitionibus que ſunt definitę: atq; in his aliquid intereſſe: vtrum eadem demonſtratio eis que definitę ſunt eueniret hoc addit nihil intereſt vtrum eandem demonſtrationem quā ipſe ſuperius in propoſitionibus indefinitis fecit: quiſq̄ faciat in vniuerſalibus que iam ſine dubio definitę ſunt. Si quis enim ſm̄ indefinitarum propoſitionum ſuperiorem diſpoſitionem definitas diſponat: eaſq; ſm̄ predictum modum ſpeculetur: non aliam vniuerſalis affirmationis opinioni cōtrariam reperiret: quā eam que vniuerſalis negatiōis opinio. Nihil enim intereſt inter indefinitas definitaſq; propoſitiones: niſi q indefinitę quidem ſine determinatione definitę vero cum augmento determinatiōis ſunt: vel vniuerſalitatis vel particularitatis. hoc eſt enim quod ait: nihil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponatur affirmatio. vniuerſali nāq; affirmationi vniuerſalis contraria erit negatio: vt opinioni que opinatur qm̄ omne quod eſt bonum bonum eſt. que ſcʒ eſt vniuerſalis affirmationis: ea ſit cōtraria que eſt: qm̄ nihil eorum que bona ſunt bonum eſt: hoc eſt opinio vniuerſalis negationis. hoc autem cur fiat oſtendit.

**Nam eius que eſt boni quoniam bonum eſt ſi vniuerſaliter ſit bonū: eadem eſt ei que opinatur quicquid bonum eſt: quoniam bonū eſt. Hoc autem nihil differt ab eo quod eſt: quoniam omne quod eſt bonum bonum eſt. Similiter autem et in non bono.**

¶ Gradatim indefinitā propoſitionē ad ſimilitudinē vlis adducit. dicit aūt quęcūq; fuerit indefinita ꝓpō ei ſi quod in ſermone ſolemus dicere qcquid addat vlis fit: vt nihil omnino diſtet ea que ad rem in affirmatione omne predicat: vt ea opinio vel propoſitio quę eſt de bono qm̄ bonū eſt. hoc eſt. ſ. opinatur quoniam bonū bonū eſt. huic ſi addatur quicquid: ut ita dicamus quicquid bonum eſt bonū eſt: nihil differt ab ea que opinatur omne bonum bonum eſt. Quare eadem vis eſt ſuperioris demōſtratiōis in propoſitionibus indefinitis que etiam in vlibus que

paululū quiddam diſtant: ſed nō ad qualitatē nec ad vim propoſitionis ſed ad quantitatē referitur. Uniuerſalitas enim quantitati opponitur. Et ſenſus quidem huiuſmodi eſt: verba vō ſic ſunt. Superius propoſuerat nihil intereſſe an indefinita eſſet propoſitio an vniuerſalis. Cur autem nihil interſit hoc modo dicit. Nam ea quę eſt boni qm̄ bonum eſt. i. indefinita affirmatio: ſi vniuerſaliter ſit bonum. i. ſi bonum vniuerſaliter proferat: eadem eſt ei quę opinatur quicquid bonum eſt: qm̄ bonū eſt. i. nihil diſcrepat ab ea opinione quę opinatur quicquid bonū eſt bonum eſſe. huiuſmodi autem opinio nihil differt ab ea q̄ aperte vniuerſaliter proponit: quę eſt omne quod eſt bonum bonum eſt. Similiter autem ⁊ in non bono. i. non bonum eadem ratione dicimus. Ea nāq; ꝓpoſitio vł opinio quę opinatur non bonum eſſe: ſi ei addatur vniuerſalitas: nihil differt ab ea quę vniuerſaliter aperte ꝓponit: quę eſt omne quod bonum non eſt non eſt bonum.

Quare ſi in opinione ſic ſe habet: Sunt autē hę quę ſunt in voce affirmationes ⁊ negationes notę eorum quę ſunt in anima: Manifeſtum eſt quoniam affirmationi contraria quidem negatio eſt circa idem vniuerſalis: vt ei quę eſt quoniam omne bonum bonū eſt: vel quoniam omnis homo bonus eſt: ea quę eſt quoniam nullum vel nullus. Contradictorię autem quoniam non omne: aut non omnis.

¶ Superiores omnes argumentationes ad bonum tollit: redigitq; ad concluſionem omnem queſtionis vim. Supra enim negationes ⁊ affirmationes earum contrarietates de opinionibꝰ penſare oportere predixerat. Nūc vō qm̄ in opinionibus reperit illam contrariam eſſe quę eſſet vniuerſalis negatio: idem refert ad propoſitiones: q̄s manifeſtum eſt qm̄ voces ſunt ⁊ ſignificatiuę: paſſiones animi deſignare. In pncipio enim libri ſignificatiuas voces paſſiones animę monſtrare veraciter docuit. nunc ea velut probaturus qm̄ in opinionibus illa contraria vniuerſali affirmationi reperta eſſet: quę eſſet vniuerſalis negatio: potius q̄ ea quę contrarium vniuerſali affirmatōi affirmaret: idem quoq; arbitratur in vocibus prouenire hoc eſt affirmationi vniuerſali non affirmationem contrariam rem ponentem: ſed vniuerſalem negationem eſſe cōtrariam. contradictorias vō eas quę cum affirmatio vniuerſalis eſſet: particularis negatio inueniretur. Atq; hoc quidem pleniſſimę dictū eſt: nec aliquis in verbis error eſt. ſed nos vt cętera nihil ambiguum relinquentes ipoꝝ quoq; verboꝝ ſenſum eorūq; ordinem proſequimur. Ait enim. Quare ſi in opinione ſe ſic habet. i. ꝗ opinio negationis contraria inuenitur opinioni affirmationis potius q̄ contrarium ponens affirmatio. Sunt autem hę q̄ ſunt in voce affirmationes ⁊ negationes notę earum quę ſunt in anima. Nam ſicut in voce affirmatio ⁊ negatio eſt: ita quoq; etiam in opinione cum ipſę animus in cogitatiōe ſua aliquid affirmat: aut aliquid negat. quod nos alio loco diligentius expediemus. ergo qm̄ affirmationes ⁊ negationes quę ſunt in voce notę earum ſunt affirmationū vel negationū quę ſūt in anima. manifeſtū eſt qm̄ eſt affirmationi contraria quidem negatio circa idem vniuerſalis. circa idem autem addidit ne diſiunctim affirmatiōes ⁊ negationes cōtrarias diceremus: ſed ait affirmatio ⁊ negatio eſſet de vna eadē q; re: ⁊ illam quidem vniuerſaliter affirmare illam vō vniuerſaliter negare. Earum autem hęc ſunt exempla: vt ei quę eſt qm̄ omne bonum bonū eſt: vel qm̄ omnis homo bonus eſt: ea quę eſt qm̄ nullum. i. nullum bonum bonum eſt quę cōtraria eſt: vel ꝗ nullus hoc eſt nullus homo bonus eſt. Contradictoria autē aut non omnis ideſt non omnis homo bonus eſt contra eam quę dicit omnis homo bonus eſt. aut non omē hoc eſt nō omne bonum bonum eſt contra eam quę dicit qm̄ omē bonum bonum eſt. Conſtat igitur in his propoſitionibus quas ſupra poſuit illam magis eſſe contrariam affirmationi quę dicit omnis homo iuſtus eſt eam quę dicit nullus homo iuſtus eſt potius q̄ eam quę dicit omnis homo iniuſtus eſt.

Manifeſtum eſt autem quoniam ⁊ verā verę non contingit eſſe contrariam: nec opinionem: nec contradictionem. Contrarię enim ſunt quę circa oppoſita ſunt. circa eadem autē contingit verum dicere eundem. ſimul autē non contingit eidem ineſſe contraria.

¶ Poſt hęc libri terminum expedit in ea ſpeculatione ⁊ demonſtratione: per quā licet verum ſit manifeſtūq; omnibus duas propoſitiones veras non eſſe contrarias: tn̄ idipſum monſtrare conatur. Eſt autem huius argumentationis ingreſſus huiuſmodi ea quę ſunt contraria: oppoſita ſunt: oppoſita vō non poſſunt eidem ſimul ineſſe. Cōtraria igitur eidem ſimul ineſſe non poſſunt. de quibꝰ aūt ſimul aliquid verum dici poteſt: illa ſimul eidē ineſſe pñt quę vō ſimul eidem ineſſe non poſſunt: de his ſimul verę propoſitiones affirmatio ⁊ negatio eſſe non poſſunt. Sed ꝯtraria ſimul eidem ineſſe nō poſſunt. quę igitur ſimul verum dicunt: contrarię non ſunt. idcirco qm̄ de quibus affirmatio ⁊ negatio ſimul verę eſſe poſſunt: illa ſimul eidē inſunt. Quocirca quę ſimul verę ſunt contrarię non ſunt. Senſus quidem hic eſt: verba autem ſic conſtant. Manifeſtum eſt autem inquit qm̄ ⁊ veram verę non contingit eſſe contrariam ideſt duas veras ꝓpoſitiones nō poſſe eſſe contrarias nec opinionem nec contradictionē: ſi opinio non eſt vera verę contraria: multo magis nec contradictio quę ex opinionibus venit. Contradictionem autē hic pro contrarietate poſuit. de ea enim non agebat. Contrarię enim ſunt quę circa oppoſita ſunt ideſt. omne cōtrarium eſt oppoſitum. Circa autem eadem contingit verum eundem dicere: idcirco ꝗ de his ſolis ⁊ negatio ⁊ affirmatio verę ſimul eſſe poſſunt: quę eidem ſimul eſſe contingit: ſimul autem eidem non contingit ineſſe contraria: vt concludatur qm̄ de quibus ⁊ affirmatio ⁊ negatio ſimul verę ſunt: ea ſimul eidem ineſſe poſſunt. contraria vō ſimul eidem ineſſe non poſſunt. quę ergo ſimul verę ſunt: nō poſſunt eſſe contraria.

## PERORATIO

Noſter quoq; labor iam tranquillo conſtat portu. nihil enim (vt arbitror) relictum eſt: quod ad plenam huius libri noticiam pertineret. Quare ſi rem propoſitam ſtudio diligentiaq; perfecimus: erit perutile his qui harum rerū ſcientia complectendarū cupiditate tenebuntur. Sin vō minus ideſecimus: quod nobis propoſitum fuit: vt obſcuriſſimas huius libri ſententias enodaremus: Labori noſtro nihil vt alijs nociturо ⁊ ſi nō oportebit obloquetur.

FINIS

Eiuſdem de diuiſionibus liber Incipit.

Uam magnos ſtudioſis afferat fructus ſcientia diuidendi: quãqꝫ apud peripateticam diſciplinam ſemper hec fuerit in honore notitia: docet ⁊ Andronici diligentiſſimi ſenis de diuiſione liber editus: ⁊ hic idẽ a Plotino grauiſſimo philoſopho comprobatus: ⁊ in libri Platonis qui ſophiſtes inſcribitur commentarijs a Porphirio repetitus: ⁊ ab eodem per hanc introductionis laudata in Cathegorias vtilitas. Dicit enim fore neceſſariã generis ſpeciei differentie proprij accidentiſqꝫ peritiam: tum propter alia multa: tum propter vtilitatẽ que eſt maxima partiendi. Quare quoniam maximus vſus facilimaqꝫ doctrina eſt: ego quoqꝫ id ſicut pleraqꝫ oĩa romanis auribus tradens introductionis modo habita in eandem rem competenti ſubtiliqꝫ tractatione ⁊ moderata breuitate perſcripſi, vt nec anxietas deciſe orationis ⁊ nõ perfecte ſententie legentium mentibus ingeratur: nec ſuperuacuam loquacitatem harum rerum inexpertes rudes inſolenteſqꝫ noui audientium mentes habere eſt equum. Nec vllus liuor id quod ⁊ arduum natura eſt ⁊ ignotũ noſtris: nobis autem magno labore ⁊ legentium vtilitate digeſtum obliquis morſibus obtrectationis obfuſcet. Denteqꝫ potius viam ſtudijs nunc ignoſcendo: nunc etiam comprobando: qꝫ frena bonis artibus ſtringant: dum quicquid nouum eſt impudenti obſtinatione repudiãt. Quis eniꝫ non videat plurimum ad bonarum artium defectum valere: ſi apud mentes hominum nunqꝫ ſit deſperatio diſplicendi. Sed hec hactenus.

Nunc diuiſionis ipſius nomen diuidendũ eſt: ⁊ ſcḋm vnũ quodqꝫ diuiſionis vocabulum vniuſcuiuſqꝫ propoſiti proprietates parteſqꝫ tradende ſunt. Diuiſio nãqꝫ multis modis dicitur. Eſt enim diuiſio generis in ſpecies. Eſt rurſus diuiſio: cum totum in proprias diuiditur partes. Eſt alia cum vox ſignificans multa in ſignificationes proprias recipit ſectionem. Preter has autem tres ẽ alia diuiſio que ſcḋm accidens fieri dicitur. Huius autem eſt triplex modus: vnus cum ſubiectum in accidentia ſeparamus. Alter cum accidens in ſubſtantia diuidimus. Tertius cũ accidens in accidẽtia ſecamus. hoc ita fit: ſi vtraqꝫ eidem ſubiecto ineſſe videantur. Sed harum omnium exempla ſubdenda ſunt: quatenus huius totius ratio diuiſionis eluceſcat. Genus diuidimus in ſpecies: cum dicimus animalium alia ſunt rationalia: alia irrationalia. Rationalium alia mortalia: alia immortalia. Uel cũ dicimus colorꝭ alia quidem alba ſunt: alia nigra: alia media. Oportet autem omnem diuiſionẽ generis in ſpecies: aut in duas partes fieri: aut in plures. Sed neqꝫ infinite ſpecies eſſe generis poſſunt: nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat poſterius demonſtrandum eſt. Totum v° in partes diuiditur: quotiens in ea: ex quibus eſt compoſitum: vnumquodqꝫ reſoluimus: vt cum dico domus aliud eſt tectum: aliud paries: aliud fundamentum: ⁊ hominem coniungi anima ⁊ corpore. Cumqꝫ hominis dicimus partes eſſe Catonem Uirgilium Ciceronem ⁊ ſingulos: qui cum particulares ſint: vim tamen totius hominis iungunt atqꝫ componunt. Neqꝫ enim homo genus: nec ſinguli homines ſpecies: ſed partes quibus totus homo coniungitur. Uocis autem in ſignificationes proprias diuiſio fit: quotiens vna vox multa ſignificans aperitur: ⁊ eius pluralitas ſignificationis oſtenditur: vt cum dico canis quod eſt nomen: ⁊ hunc quadrupedem latrabilemqꝫ deſignat: ⁊ celeſtem qui adorionis pedem morbidum micat. Eſt quoqꝫ alius marinus canis qui in immoderatam corporis magnitudineꝫ creſcẽs ceruleus appellatur. Sed huius diuiſionis duplex modus eſt: Aut enim vnum nomẽ multa ſignificat: aut oratio iam nominibus verbiſqꝫ compoſita: ⁊ nomen quidem multa ſignificat: vt id quod ſupra poſui. oratio v° multa deſignat: vt eſt aio te eacida romanos vincere poſſe. ⁊ nominis quidem per ſignificationes proprias diuiſio equiuocationis partitio nuncupatur. orationis v° in ſignificationes proprias diſtributio ambiguitatis diſcretio eſt: quã greci amphiboliam vocant: ita vt nomen multa ſignificans equiuocum, oratio v° multa deſignans amphibola atqꝫ ambigua predicetur. Eorum autem que ſcḋm accidens diuiduntur ſubiecti in accidentia diuiſio eſt: vt cum dicimus omnium hominum alij ſunt nigri: alij ſunt candidi: alij medij coloris. Hec enim accidentia ſũt hominibus non horum ſpecies: ⁊ homo his ſubiectuꝫ nõ horum genus eſt. Accidentis v° in ſubſtantia ſectio euenit: vt eſt omnium que expetuntur: alia in anima alia in corporibus ſita ſunt. Anime nãqꝫ atqꝫ corpori id quod expetitur: accidens non genus eſt: vt boni quod eſt ſitum in anima: ⁊ in corpore non ſunt hec ſpecies ſed ſubſtantia. Accidentium v° in accidentia diuiſio eſt: vt omnium candidorum alia ſunt dura vt margarita: alia liquentia: vt lac. Liquor nãqꝫ ⁊ albedo atqꝫ duritia hec ſunt accidentia. Sed album in dura atqꝫ liquida ſeparatum eſt. Cum ergo ſic dicimus accidens: in alia accidentia ſeparamus. ſed huiuſmodi diuiſio viciſſim ſemper in alterutra permutatur. Poſſumus enim dicere eorũ que dura ſunt alia ſunt nigra alia alba. ⁊ rurſus eorum que liquida ſunt alia ſunt alba ⁊ alia ſunt nigra. Sed hec rurſus conuerſa diuidimus eorum que ſunt nigra: alia ſunt liquentia: alia dura. ⁊ eorum que ſunt alba: alia ſunt liquẽtia: alia ſunt dura. Differt autem huiuſmodi diuiſio ab omnibus que ſupradicte ſunt. Nam neqꝫ ſignificationẽ partiri poſſumus in voces vbi vox in proprias ſignificationes diſcernatur. Nec partes in totum diuiduntur: quãuis totum ſeparetur in partes: nec ſpecies ſecantur in genera: lꝫ genus in ſpecies diuidatur. Quod v° ſuperius dictũ eſt hanc diuiſionem ita fieri: ſi vtraqꝫ contingerent eidem ineſſe ſubiecto: ſi attentius perſpicitur liquet. Nam cum dicimus eorum que ſunt dura alia eſſe alba: alia nigra: vt eſt lapis atqꝫ ebenus: manifeſtum eſt ebeno vtraqꝫ ineſſe ⁊ duritiem ⁊ nigredinem. In ceteris quoqꝫ id diligẽs lector inueniet. Quibus autem ſumma operatio veritatis inquiritur his prius intelligendum eſt que ſit omnium horum proprietas ſimul: quibuſqꝫ inter ſe ſigillatim differentijs ſegregentur. Omnis enim vocis ⁊ generis totiuſqꝫ diuiſio ſcḋm ſe diuiſio nuncupatur. Reliquam v° tres in accidentis diſtributione ponuntur. Scḋm ſe autem diuiſionis huiuſmodi differentia eſt. Differt eniꝫ diuiſio generis a vocis diuiſione: ꝙ vox quidem in proprias ſignificationes ſeparatur. Genus v° non in ſignificationes: ſed in quaſdaꝫ a ſe quodammodo procreationes disiungitur: ⁊ genus ſemper ſpeciei proprie totum eſt: vt vniuerſalius in natura: equiuocatio v° vniuerſalior quidem ſignificata re dicitur tñ in voce: non etiam totum in natura. Illo quoqꝫ modo a vocis diſtributione diuiditur ꝙ nihil habent cõmune preter ſolum nomen que ſub voce ſunt: Que v° ſub genere collocantur: ⁊ nomen generis definitionem ſuſcipiunt. Amplius quoqꝫ non eadẽ apud omnes vocis diſtributio eſt. Quod enim apud nos dicitur canis cum eius multe ſignificationes in lingua romana ſint: ſimpliciter fortaſſe predicatur in barbara: cum ea que apud nos vno nomine nuncupantur: illi pluribus fortaſſe ſignificent. Generis v° apud omnes eadem diuiſio diſtributioqꝫ permanet. Unde fit vt vocis quideꝫ diuiſio ad poſitionem conſuetudinemqꝫ pertineat: generis v° ad naturam. Nam quod apud omnes idem eſt nature eſt. Conſuetudinis v° eſt: quod apud aliquos permutatur. Et hec quidem ſunt differentie generis diſtributionis ⁊ vocis. Generis quoqꝫ ſectio a totius diſtributiõe ſeiũgitur: ꝙ totius diuiſio ſcḋm quantitatem fit. Partes enim totam ſubſtantiam coniungentes actu: aut ratione

animi et cogitatione ſeparantur. Generis vero diſtributio qualitate perficitur. Nam cum hominem ſub animali locauero: tunc qualitate diuiſio facta eſt. Quale namque animal eſt homo: idcirco quoniam quędam qualitate formatur. Unde quale animal ſit homo interrogatus reſpondebit aut rationale aut certę mortale. ¶ Amplius genus omne naturaliter prius eſt proprijs ſpeciebus: totum autem proprijs partibus poſterius eſt. Partes autem quę totum coniungunt: ſed compoſiti ſui perfectionem alias natura tantum alias ratione quoque temporis antecedunt. Unde fit vt genus in poſteriora. totum vero in priora ſoluamus. Hinc quoque illud verę dicitur: ſi genus interimatur ſtatim ſpecies deperire. Si ſpecies interempta ſit: non peremptum genus in natura conſiſtere. Contra euenit in toto. Nam ſi pars totius perit: totum non erit: cuius pars vna ſit interempta. Sed ſi totum pereat partes permanent diſtributę: vt ſi de integra domo quis abſtulerit tectum totum quod ante fuit interimit. Sed perempto toto parietes et fundamenta conſtabunt. ¶ Amplius quoque genus ſpeciebus materia eſt. Nam ſicut ęs accepta forma tranſit in ſtatuam: ita genus accepta differentia tranſit in ſpeciem. Totius vero partium multitudo materia eſt. forma vero earundem partium compoſitio. Nam ſicut ſpecies conſtat ex genere et differentia: ita totum conſtat ex partibus: vnde fit vt totum ab vnaquaque parte ſua partium ipſarum compoſitione differat: ſpecies vero a genere differentię coniunctione. Amplius quoque ſpecies idem per quod genus eſt vt homo eſt idem quod animal: et virtus idem eſt quod habitus. Partes vero non ſemper idem ſunt quod totum. Neque enim manus idem eſt quod homo: nec idem paries quod domus. Et in his quę diſſimiles partes habent. hoc clarum eſt: Sed non eodem modo in his quę ſimiles habent partes: vt in ęris virgula: cuius partes quę ſunt continuę quoniam eiuſdem ſunt ęris: videntur idem eſſe quod totum eſt: ſed falſo. fortaſſe enim idem ſunt partes huiuſmodi in ſubſtantia non etiam in quantitate. ¶ Reſtat autem vocis et totius diſtributionis differentias dare. Differunt autem quod totum quidem conſtat ex partibus. Uox vero non conſtat ex his quę ſignificat: et fit totius diuiſio quidem in partes: vocis autem non fit in partes: ſed in eas res: quas ipſa vox ſignificat. vnde fit vt ſublata parte vna totum pereat: ſublata vna re quam vox ſignificat multa deſignans: vox illa permaneat.

¶ Nunc ergo quoniam ſecundum ſe diuiſionis differentię dictę ſunt generis diſtributio pertractetur. Primum quidem genus quod ſit diffiniendum eſt. Genus eſt quod prędicatur de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quid eſt. ſpecies vero eſt quam ſub genere collocamus. Differentia eſt qua aliud ab alio diſtare proponimus. Et eſt quidem genus quod interroganti quid quęque res ſit: conuenit reſponderi. Differentia eſt quę ad qualis percuntationem rectiſſime reſpondetur. Nam cum quis interrogat quid eſt homo: recte animal: Qualis eſt homo conuenienter rationalis reſpondetur. ¶ Diuiditur autem genus alias in ſpecies: alias in differentias. ſi ſpecies quibus oportet genus diuidi nominibus carent: vt cum dico animalium alia rationalia ſunt: alia irrationalia. Rationale et irrationale ſunt differentię. Sed quoniam ſpeciei huius quę eſt animal rationale: nomen vnum non eſt: idcirco pro ſpecie differentiam ponimus: eamque ſuperiori generi copulamus. omnis enim differentia in proprium genus veniens ſpeciem facit. Unde fit vt materia quędam genus ſit: forma differentia. Cum autem proprijs nominibus ſpecies appellantur: non in differentias ſed in ſpecies fit recta generis diuiſio. vnde eſt vt ex pluribus terminis diffinitio colligat. Si enim omnes ſpecies ſuis nominibus appellarentur: ex duobus ſolis terminis omnis fieret diffinitio: vt cum dico quid eſt homo quid mihi neceſſe eſſet dicere animal rationale mortale: ſi animal rationale eſſet proprio nomine nuncupatum: quod cum reliqua quoque differentia idest mortali iunctum diffinitionem hominis veriſſima ratione et integra concluſione efficeret. Nunc autem ad diffinitiones ſpecierum integras diuiſio neceſſaria eſt: et fortaſſe in eadem diuiſionis et diffinitionis ratio verſatur. Nam diuiſionibus iunctis vna componitur diffinitio. ¶ Sed quoniam alia ſunt ęquiuoca alia vniuoca: et quę ſunt vniuoca ipſa in generum ſuſcipimus ſectiones. Quę vero ſunt ęquiuoca in his diuiſio ſola ſignificationis eſt. videndum eſt prius quid ſit ęquiuocum quid vniuocum: ne cum iſta feſellerint ęquiuocum nomen quaſi in ſpecies: ita in ſignificatiuas voces reſoluamus. vnde fit vt rurſus ad diuiſionem neceſſaria ſit diffinitio. Quid enim ſit ęquiuocum quid vniuocum diffinitione colligimus. ¶ Sunt autem differentię alię per ſe: alię vero per accidens: et harum alię ſunt conſequentes ſtatim: alię relinquentes ſtatim. Relinquentes huiuſmodi ſunt: vt dormire vel ſedere vel ſtare vel vigilare. perſequentes vero vt capilli criſpi: ſi non ſunt amiſſi: et glauci oculi: ſi non ſint quadam extrinſecus debilitate turbati. Sed hęc ad diuiſionem generis ſumenda non ſunt. Neque enim ad diffinitiones ſunt commoda. omne enim quod ad diuiſionem generis aptum eſt: idem ad diffinitionem rectiſſime congregamus. Illa vero quę per ſe ſunt ſola ad diuiſionem generis apta ſunt. Hęc enim informant et efficiunt vniuſcuiuſque ſubſtantiam: vt hominis rationalitas et mortalitas. Sed has quemadmodum probare poſſimus vtrum ex eo ſint genere ſtatim relinquentium: an perſequentium: an in ſubſtantia permanentium hoc modo eſt videndum. Neque enim ſufficit ſcire quas in diuiſione ſumamus: niſi illud quoque cognitum ſit: quemadmodum eaſdem ipſas quę ſumendę: et quę reijciendę ſunt rectiſſime cognoſcamus. Uidendum ergo primum eſt: vtrum propoſita differentia omni poſſit: et ſemper ineſſe ſubiecto. quod ſi ipſa vel actum vel ratione ſeiungitur: hęc a diuiſione generis ſeparanda eſt. Si enim ſępe et actu et ratione ſeiunguntur: ex eorum genere ſunt: quę ſtatim relinquunt: vt ſedere: quod frequentius quidem ſeparatur et actu ipſo a ſubiecto diuidit. Quę vero ratione ſola a ſubiecto diuiduntur: ea ſunt conſequentium differentiarum: vt glaucis oculis eſſe a ſubiecto ratione ſeiungimus: vt cum dico animal eſt luminibus glaucis: vt quilibet homo. quod ſi hic non eſſet huiuſmodi: non eum res aliqua eſſe hominem prohiberet. Aliud rurſus eſt quod non poſſit ratione ſeparari: quod ſi ſeparatum ſit: ſpecies interimatur: vt cum dicimus ineſſe homini vt ſolus numerare poſſit: vel geometriam diſcere. quod ſi hęc poſſibilitas ab homini ſeiungitur: homo ipſe non permanet. Sed hę non ſtatim earum differentiarum ſunt quę ſubſtantia inſunt. Nam non idcirco homo eſt quoniam hęc facere poteſt: ſed quoniam rationalis eſt atque mortalis. Hę igitur differentię per quas ſpecies conſiſtit: ipſę et in diffinitione ſpeciei: vt hominis: et in generis eius diuiſione: quod continet ſpeciem vt ipſum hominem collocantur. et vniuerſaliter dicendum eſt: quęcunque differentię huiuſmodi ſunt: vt non modo pręter eas ſpecies eſſe non poſſit: ſed per eas ſolas ſit: hę vel in diuiſione generis: vel in ſpeciei diffinitione ſumendę ſunt. ¶ Quoniam vero quędam ſunt: quę differunt: quę contra ſe in diuiſionibus poni non debent: vt in animali rationale et bipes. Nullus enim dicit animalium alia ſunt rationalia: alia duos pedes habentia: idcirco quod rationale et bipes licet differant: nulla tamen a ſe oppoſitione ſeiungunt. Conſtat quęcunque a ſe aliqua oppoſitione differunt eas ſolas differentias ſub genere poſitas: genus ipſum poſſe diſiungere. Sunt autem quattuor oppoſitiones: aut vt contraria: vt bonum malo: aut vt habitus et priuatio: vt viſus et cęcitas. Quanquam ſint et quędam res: in quibus diſcernere difficultas ſit: vtrum in contrarijs an in priuatione et habitu eas oporteat collocari: vt ſunt motus: quies: ſanitas: ęgritudo: vigilatio: ſomnus: lux: tenebrę. Sed hęc alias nunc de reliquis oppoſitionibus dicendum eſt. Tertia



oppoſitio eſt quę eſt ſecundum affirmationem et negationem: vt So. viuit: So. non viuit. Quarta quę ſecundum relationem vt pater filius: dominus ſeruus. Secundum quas igitur harum oppoſitionum quattuor diuiſio generis fit: rectiſſima ratione monſtrandum eſt. Manifeſtum eſt enim et oppoſitiones eſſe quattuor: et genera et ſpecies per oppoſita ſeparari. Nunc ergo dicendum eſt: ſecundum quam oppoſitionem harum quattuor vel quemadmodum ſpecies a genere diſiungi conueniat. Et prima quidem ſit oppoſitio contradictioni. Uoco autem contradictionis oppoſitionem: quę affirmatione et negatione proponitur. In hac igitur negatio per ſe nullam ſpeciem facit. Nam cum dico homo vel equus: vel aliquid huiuſmodi ſpecies ſunt. Quicquid autem negatione quis protulerit: ſpeciem non declarat. Non enim eſſe hominem ſpecies non eſt. omnis enim ſpecies conſtituit eſſe. Negatio vero quicquid proponit ab eo quod eſt eſſe diſiungit: vt cum dico homo quaſi ſit quiddam locutus ſum. Cum vero non homo: ſubſtantiam hominis negatione deſtruxi. Sic igitur per ſe caret diuiſio generis in ſpecies negatione. Neceſſe eſt autem ſępe ſpeciem negatione componere: cum ea quam ſimplici nomine ſpeciem volumus deſignare: nullo vocabulo nuncupatur: vt cum dico imparium numerorum alij ſunt primi vt tres quinque ſeptem. Alij non primi vt nouem. Et rurſus figurarum alię ſunt rectilineę: alię non rectilineę: et colorum alij ſunt albi alij nigri: alij nec albi nec nigri. Ergo quoniam vnum nomen ſpeciebus poſitum non eſt: eas negatione proferre neceſſe eſt. Hoc igitur cogit interdum neceſſitas non natura. Ideoque quotiens negatione facimus ſectionem: prius aut affirmatio: aut ſimplex dicendum eſt nomen: vt eſt numerorum: alij ſunt primi: alij non primi. Nam ſi prius negatio dicta ſit: tardior fit ei rei quam proponimus intellectus. Nam cum primum dicis eſſe aliquos primos numeros: cum quales ſint primi exemplo vel diffinitione docueris: quales non ſunt primi: mox audito: intelligit. Sin vero econtrario feceris: aut neutrum ſubito: aut tardius vtrumque cognoſcet. Diuiſio enim quę propter aperteſſimam generis naturam reperta eſt: debet potius ad intelligibiliora decurrere. Amplius quoque prior eſt affirmatio: poſterior vero negatio. Quod autem primum eſt: in diuiſione quoque primus oportet ordinari. Neceſſe quoque eſt ſemper infinitis finita eſſe priora: vt ęquale inęquali: virtutem vitijs: certum incerto: ſtabilę et fixum inſtabili et mutabili. Sed omnia quę aut definita parte orationis aut affirmatione proferuntur: plus finita ſunt: quam aut nomen cum particula negatiua: aut tota negatio. Quare finito potius quam infinito eſt facienda diuiſio. Sed ſi cui per hęc quędam pareat anxietas aut obſcuriora ſunt fortaſſe quam ipſe deſiderat: nihil ad me facilem cognitionem pollicentem. Neque enim rudibus hęc totius artis: ſed imbutis et vlteriore pene loco progreſſis legenda et diſcenda proponimus. Qui vero huius operis idest dialectici ordo ſit: cum de ordine peripateticę diſciplinę mihi dicendum eſſet: diligenter expoſui. Hęc quidem dicta ſunt de oppoſitione quam affirmatio et negatio conſtituit.

¶ Illa vero quę ſecundum habitum priuationemque fit: ipſa quoque videtur ſuperiori eſſe conſimilis. Negat enim quodam modo priuatio habitus: ſed differt quod ſemper quidem poteſt eſſe negatio. priuatio autem non ſemper: ſed tunc quando habere habitum poſſibile eſt. hoc vero nos iam prędicamenta docuere. Quare forma quędam intelligitur eſſe priuatio. Non enim tantum priuat: ſed etiam certa ſeipſam priuatum quemque diſponit. Neque enim cęcitas oculum ſolum priuat lumine: ſed ipſa quoque ſecundum ſe priuatum luce diſponit. cęcus enim dicitur ad priuationem quodam modo diſpoſitus et affectus. et hoc quoque Ariſtoteles teſtatur in phiſicis. Unde fit vt priuationis differentia ad generis diuiſionem frequenter vtamur. Sed hic quoque eodem modo ſicut in contradictione faciendum eſt. prius enim ponendus eſt habitus: qui eſt affirmationi conſimilis. poſt vero priuatio quę negationi. Aliquotiens tamen priuationes quędam habitus vocabulo proferuntur: vt orbus: cęcus: viduus. Aliquotiens tamen particula priuationis: vt cum dicimus finitum infinitum: et ęquale: inęquale. Sed in his ęquale: et finitum in diuiſione ponenda ſunt prima priuationis ſecunde. Ac de oppoſitione quidem priuationis et habitus hęc dicta ſufficiant. ¶ Contrariorum vero oppoſitio dubitatur fortaſſe an ſecundum priuationem et habitum eſſe videatur vt album et nigrum: an album quidem priuatio nigri ſit: nigrum vero albi. Sed hęc alias. Nunc autem ita tractandum eſt tanquam ſi ſit aliud oppoſitionis genus: ſicut eſt prędicamentis ab ipſo quoque Ariſtotele diſpoſitum. In contrarijs autem generum multa diuiſio eſt. Fere enim cunctas differentias in contraria ducimus. Sed quoniam contrariorum alia ſunt medio carentia: alia mediata: ita quoque diuiſio facienda eſt: vt colorum: alia ſunt nigra: alia ſunt alba: alia neutra. Fieret autem omnis diffinitio: omniſque diuiſio duobus terminis niſi (vt ſupra dictum eſt) indigentia quę ſępe exiſtit in nomine prohiberet. Quo autem modo vtręque duobus terminis fierent: erit manifeſtum hoc modo. Cum enim dico animalium alia rationalia ſunt: alia irrationalia: animal rationale ad hominis diffinitionem contendit. Sed quoniam animalis rationalis vnum nomen non eſt poſitum ponamus ei nomen. a. litteram. Rurſus. a. litterę quod eſt animal rationale: alia mortalia ſunt: alia immortalia. Uolentes igitur diffinitionem hominis reddere dicemus. homo eſt. a. mortale. Nam ſicut hominis diffinitio animal rationale mortale: animal vero rationale per. a. litteram ſignificatur. idem ſentit. a. mortale tanquam ſi diceretur animal rationale mortale. a. enim (vt dictum eſt) animal rationale ſignificat. Sic ergo. a. littera et mortali duobus terminis facta eſt hominis diffinitio. quod ſi reperirentur in omnibus quoque nomina duobus terminis ſemper tota fieret diffinitio. Diuiſio quoque nominibus poſitis quoniam ſemper in duos terminos ſecatur: manifeſtum eſt: ſi quis generi et differentię cum deeſt nomen imponat: vt cum dicimus figurarum quę ſunt trilaterę: alię ſunt ęquilaterę: alię duo latera habentes ęqualia: alię totę inęquales ſunt. Trina igitur diuiſio ſi ſic proferetur fieret duplex: figurarum quę ſunt trilaterę: alię ſunt ęquales: alię inęquales: Inęqualium alię ſunt duo latera tantum habentes: alię tria inęqualia idest omnia: et cum dicimus rerum omnium alia ſunt mala: alia ſunt bona: alia indifferentia: quę ſcilicet neque bona: neque mala ſunt: ſed ſi ita diceret gemina fieret diuiſio. Rerum omnium alia ſunt differentia: alia indifferentia. Differentium alia ſunt bona alia mala. Ita ergo diuiſio omnis in gemina ſecaretur: ſi ſpeciebus et differentijs vocabula non deeſſent. Quartam vero oppoſitionem diximus quę eſt ſecundum ad aliquid: vt pater filius: dominus ſeruus: duplum dimidium: ſenſibile: ſenſus. Hęc igitur nullam habent ſubſtantialem differentiam: qua a ſe inuicem diſcrepent: immo potius habent huiuſmodi cognationem quę ad ſe inuicem referuntur: ac ſine ſe eſſe non poſſunt. Non eſt ergo generis in relatiuas partes facienda diuiſio: ſed tota huiuſmodi ſectio a genere ſeparanda eſt. Neque enim hominis eſt ſpecies ſeruus aut dominus: nec numeri duplum aut dimidium. Cum igitur quattuor ſint differentię oppoſitionum affirmationis et negationis: ſi non neceſſe eſt: ſemper tamen relationis reijcienda eſt diuiſio priuationis et habitus: et contrariorum ſumendę. Maxime autem contrarietas in differentijs ponenda eſt: nec non et priuatio idcirco quoniam quiddam contra habitum contrarium videtur opponere: vt eſt finitum et infinitum. Quanquam enim priuatio ſit infinitum: tamen contrarij imaginatione formatur. Eſt quędam namque (vt dictum eſt) forma. Dignum vero inquiſitu eſt: vtrum in ſpecies an in differentias rectę genera diuidantur. Diffinitio namque diuiſionis generis eſt in ſpecies proximas diſtributio. Oportet igitur ſecundum naturam diuiſionis ſecundum diffinitionem in proprias ſpecies ſemper fieri generis diſgregationem. Sed hoc interdum fieri nequit propter eam quam ſupra

reddidimus cauſam. Multis enim ſpeciebus non ſunt nomina. Atq; ideo quoniam quędam ſunt genera prima quędam vltima: quędam media: primum quidem vt ſubſtantia: vltimum vt animal: medium vt corpus: corpus nāq; animalis genus eſt: ſubſtantia corporis. Sed quēadmodum neq; ſuper ſubſtantiam quicq; inueniri poteſt quod generis loco valeat collocari: ſic neq; ſub animali: hō ſpecies nāq; non genus eſt. Quare antiquior videbitur ſpeciei diuiſio: ſi indigentia nominum non ſit. ꝙ ſi his non abundamus: genera prima vſq; ad vltima conuenit in differentias ſeparare. Hoc autem fit hoc modo: vt primum genus in ſuas differentias diſgregemus non in poſterioris: ⁊ rurſus poſterius in ſuas: ſed non in poſterioris. Neq; enim eędem ſunt differentię corporis quę animalis. Si quis enim dicat: ſubſtantia aliud corporale: aliud incorporale: rectę diuiſionem fecerit. hę nāq; differentię proprię ſubſtantię ſunt. Si vō dicat: ſubſtantiarum alia ſunt animata: alia inanimata: hic non rectę ſubſtantię differentias ſegregauit. Corpus nāq; differentię hę ſunt nō ſubſtantię ideſt ſecundi generis non primi. Quare manifeſtum eſt ſm proprias differentias: non ſm poſterioris generis priorum generum diuiſionem faciendā eſſe. Quotiens autē genus aut in differentias: aut in ſpecies diſſoluitur: poſt diuiſionē factam mox diffinitiones: aut exempla ſubdenda ſunt. Sed ſi nec diffinitionibus non abundet: ſatis eſt exempla ſubijcere: vt cum dicimus corporum alia ſunt animata ſubijciamus vt homines vel feram. alia inanimata: vt lapides. oportet autem diuiſionem quoq; ſicut terminum: neq; diminutam eſſe: neq; ſuperfluum. Nā neq; plures ſpecies q̄ȝ ſub genere ſunt: oportet apponi nec pauciores: vt in ſe ipſa diuiſio: ſicut terminus cōuertatur. cōuertitur enim terminus ſic virtus eſt mentis habitus optimus. Rurſus mentis habitus optimus virtus eſt. ſic etiam diuiſio. omne enim genus corū aliquid quę ſunt ſpecies erit. Rurſus quęlibet ſpecies proprium genus eſt. Fit autem generis eiuſdem diuiſio multipliciter vt omnium corporum: ⁊ quęcūq; ſunt alicuius magnitudinis. Sicut enim circulum in ſemicirculos: ⁊ in eos quos gręci vocant tomeas: nos diuiſiones poſſumus dicere: diſtribuimus: ⁊ tetragonum alias ducta per angulū diametro in triangula: alias in paralellogramata: alias in tetragona ſeparamus. Ita quoq; genus vt cū dicim⁹ numerorum alij ſunt pares: alij impares: ⁊ rurſus alij primi: alij non primi. Triangulorum alia ſunt ęquilatera: alia duo ſola latera ęqualia habentia: alia totis inęqualibus lateribus. ⁊ rurſus triangulorum alias ſunt rectiangula: alia acutos habentia tres angulos: alia obtuſimus. Sic igitur generis vnius fit multiplex diuiſio. Illud aūt ſcire perutile eſt: quoniam genus vna quodaȝ modo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt: quę earum omnium conuenientiam ſubſtantialem monſtret. atq; ideo collectiuū plurimarum ſpecierum genus ē. Diſiunctiuę vō vnius generis ſpecies: quę quoniam differētijs informant (vt dictum eſt) idcirco ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eſſe non poſſunt. omnis enim differentia in differentium pluralitate conſiſtit. Sed de diuiſione generis ⁊ ſpeciei ꝓplura dicta ſunt. Hanc igitur inſiſtentibus viam peremptor per diuiſionem generis ad ſpeciei diffinitionē facultas aperitur. Oportet autem non ſolum quas ad diffinitionem ſumamus differentias adiſcere: ſed ipſius diffinitionis artem diligentiſſima cognitione complecti. Et illō qdē an vlla poſſit diffinitio demōſtrari: ⁊ quēadmodū per demonſtrationem valeat inueniri: ⁊ quęcūq; de ea ſubtilius in poſtremis analeticis ab Ariſtotele ptractata ſūt ptermittā. Solam tamen exequar diffiniendi regulā.

eſt αιτιωδησ. cauſam tribuens. De pꝛima diffinitione plenius in ſuperioꝛibus ſermo confectus eſt cum ſubſtantialis que ſit diffinitio quibuſqꝫ partibus cōpleatur oſtendimus. Secunda eſt dicit ευνοιοματικη quā notionem non pꝛopꝛio noīe ſed cōmuni poſſemus dicere. In omnibus enī reliquis diffinitionibus notio rei pꝛofertur nō ſubſtantialis explicatio declarat. vꝫ hec que ſecūda eſt hoc modo ſemper diffinitur cū pꝛopoſito eo quod diffiniēduꝫ eſt: neqꝫ dicto eius genere verbis in rei ſenſum ducentibus audientē quid illud ſit de quo querit explicatur. Eſtqꝫ huic pene familiare res poſitas per ſupſcꝛa nomina diffinire ut ſi dicam homo eſt quod rationali conceptione ⁊ exercitio pꝛeeſt animalibus cunctis hic nō quidē quod ipm ſit dixi: ſed dicendo quid agat quaſi quodā ſigno in noticiaꝫ deuocaui. Alia ſunt apud. m. tullium in rhetoꝛicis multa ut honeſtum cauſe genus eſt: cui ſtatim ſine oꝛatione noſtra fauet auditoꝛis animus. et item admirabile a quo alienatus eſt animus eoꝝ qui audituri ſunt. Sic reliqua cum in ſecundo libꝛo adhibet diffinitiones in virtutibus declarandis. pꝛimū cum dicit quid ſit ipſa virtus: ponitqꝫ eius diffinitionem habitus nature modo: atqꝫ rationi conſentaneus hic quoniam genus poſuit ut habitū diceret ſubſtantialis diffinitio eſt. At cum dicit memoꝛia eſt per quā animus repetit illa que fuerant. Et item intelligentia ꝑ quā illa reſpicit que ſunt ac pari modo pꝛouidētia eſt per quā futurum aliquid pꝛeuidet: ſatis clarum eſt non ſubſtantialē iſtam diffinitionem: ſed quemadmoduꝫ diximus eā que ευνοιοματικη. grece dicit cum rei notio non ſubſtantiali ratione pcepta: ſed actu res cognita pꝛoferat. Tertia diffinitionis eſt ſpecies que. ποιοτησ dicit hec dicendo quod quale ſit oſtendit: et ut ſupꝛa noſtrū pꝛoponemus exemplū: ut facile appareat de eodē vno plures diffinitiones confici poſſe. hominē pꝛimū ſubſtantialiter diffiniuimus. Deinde ſecunde diffinitionis mō notionē eius expꝛeſſimus. Nunc ꝑ tertiam diffinitionē qui homo ſit explicabimus. Homo eſt vbi pietas vbi iuſticia vbi equitas: continentia vbi rurſus malicia verſutiā: ceteraqꝫ vitia verſantur: qui ingenio valet artibus pollet. et cognitionē reruꝫ aut quod agere debeat diligit: aut anīaduerſione quod inutile ſit cōtemnit repudiat reijcit. his qualitatibus expꝛeſſus eſt homo. non enim vllum aliud animal his motibus mentis. qualitatē deſignantibus exigit vitam ſed ſolum hoc animal quod eſt homo qualitatibus in mente poſitis et conſtitutis quaſi quidaꝫ vel naturalis artifex vel vite gubernatoꝛ impletur. Hec quidem tertia ⁊ ſecunda illa poſſunt videri quibuſdā eſſe cōmunes. naꝫ ſepe ſufficit in qualibꝫ harꝫ ad diffinitionē eius rei de qua querit ſolum eius pꝛopꝛiū nominari. ut ſi dicam homo ē quod ridet. hoc enim pꝛopꝛiū hominis neqꝫ vllius animalis eſt: quo dicto tacitiſqꝫ alijs omnibꝰ quibus hō poſſit oſtendi ſolo tamen ſui pꝛopꝛio declaratus eſt. Et hoc cicero de pꝛopꝛietate dixit genus eſſe diffinitionis quod notioni applicari poteſt: ut quibuſdam videtur. poteſt etiam huic diffinitioni que qualitatis ſoꝛtita eſt nomen. Unde quidam has duas inter ſe nullo fine diſcretas vnam eſſe potius cenſent: cū ſatis appareat illā nullis poſitis q̄litatibus notionē ut ſupꝛa docuimus poſſe compleri: hāc poſitis qualitatibus quid res ſit tacito etiaꝫ eius pꝛopꝛio poſſe oſtēdere. Quartā nos diffinitionē. υπουραφικην diximus non numerū quaſi pꝛopꝛiū collocantes: ſed inſtituto oꝛdine ad facilioꝛem cognitionē vocabulum exhibita nunc notioni ſociantes. non enim quarta que eſt. υπουραφικη que a nobis deſcriptio dicta eſt. quarta dicenda eſt. Sed quia oꝛdo pꝛopoſitionis exegerat ideo nomen numeri collocauimus hoc loco. Namqꝫ qui quartus eſt Cicero de eodem et de altero diffinitionē poſuit ⁊ ſic. υπουραφικην. Quintā conſtituit: ſed nos omiſſa numeroſitate qd υπουραφικη que a. m. tullio deſcriptio nominatur pꝛopoſita ratione docebimus et per exemplum: que oꝛatio nō quid ſit potius dicit. Sed adhibita circuitiōe dictoꝝ factoꝝqꝫ quid queqꝫ res ſit deſcriptiōe declarat. Deſcriptiua iſta dicitur eſſe diffinitio: ut cuꝫ querit quid auarus ſit: quid crudelis: quid luxurioſus et vniuerſa auari luxurioſi crudelis nam deſcribitur. Que diffinitionis ſpecies dicitur exhoꝛtationis genere deſcriptio ut luxurioſus eſt victus non neceſſarij: ſed ſumptuoſi et oneroſi appetēs: in delicias affluens in libidinē pꝛonus. hec et alia diffiniunt luxurioſuꝫ. ⁊ deſcriptione diffiniuit: hec diffinitio apta ſemper eſt oꝛatoꝛi. huic enim laus dicendi ꝑ circuituꝫ tribuitur pꝛopter honeſtateꝫ non ille aptioꝛ: et determinatꝰ ſermo qui veluti familiaris eſt diffinitioni quā ſupꝛa ſubſtantialem eſſe pꝛecepimus. Idcirco multis in locis. m. tullius cum diffiniendum aliquid dicit non ſubſtantialiter pꝛecepit eſſe diffiniendum: ſed potius deſcribendū: et hoc nomine vtitur ut cum querit inquit. quid ſit fur: ⁊ quid ſit ſacrilegus ſua deſcriptione monſtrandū eſt. Quinta ſpecies diffinitiōis eſt quā κατα αυπλεξιυ diximꝰ latine aduerbiū poſſumus dicere. hec vocem illam de q̄ queritur alio ſermone deſignatur vno ac ſingulari et quodam modo quid illud ſit in vno verbo poſitum vno verbo alio declarat: ut conticeſcere tacere eſt. item latus haurit apertū haurit. percutit. item cum terminū dicimus finem aut populatas interpꝛetamur eſſe vaſtatas et omnino cum vniꝰ verbi rem verbo manifeſtare alio declaramus. hec erit genita de qua loquimur diffinitio. m. Tullius hac vſus eſt in topicis cum locū argumenti diffiniens dixit eſſe ſedeꝫ ita locum nomine vno cuius rem querebat alia appellatione ad verbuꝫ poſita per diffinitionem quid eſſet oſtendit: ſedem dicendo hoc greci κατα αυτιλεξιυ appellāt ut αυηρ εστι μοαυθρωποσ Sexta. κατα διαφο ραυ. ſpēs diffinitiōis ē hāc nos ꝑ oꝛnaꝫ oīs. Scriptores vero artium de eodem et de altero nomināt: ut cū queritur quid inter regem ſit: et tyrannum adiecta differentia quid vterqꝫ ſit diffinitur. ⁊ omnis quideꝫ diffinitio ſicuti docuimus ſupꝛa non niſi appoſitis differentijs compꝛehenſoqꝫ ſuo pꝛopꝛio quid ſit de quo queritur expꝛimit. nō tamen hoc idem videbitur eſſe modus iſte de quo non loquimur: ſi quidem ſola differentia cum poſita fuerit inter duo de quibus queritur quid ſit. vtrumqꝫ cognoſcitur et enim in ſuperioꝛibus ſola queqꝫ definiuntur in duo quaſi cognita ſed quadam inter ſe cōmunione cōfuſa adiecta differentia ſecernūtur per quam quid ſit vtrumqꝫ cognoſcitur ut rex eſt modeſtus et temperatus. Tyrannus vero crudelis. Ex hoc illud eſt terentij pudoꝛe ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe puto q̄ꝫ metu hic pater ac dominus intereſt. Item. m. tullius pꝛo geſtio. Atqꝫ inter hanc vitam ꝑpolitam humanitate et illam immanē: nihil intereſt quā ius atqꝫ vis. Septiā eſt κατα μεταφορυ. id eſt ꝑ tranſlationem ut Cicero in topicis littus eſt quod fluctus eludit. Item adoleſcentia eſt flos etatis. ſenectus occaſus etatis. hec varie tractari poteſt modo enim ut moneat modo ut deſignet: modo ut vituperet: aut laudet: ut moneat nobilitas eſt virtus maioꝝ apud poſterioꝛes ſarcina: ut deſignet. Caput eſt arx coꝛpis: ut vituperet. Diuitie ſunt breuis vite longum viaticuꝫ: ut laudet. adoleſcentia flos etatis. his itaqꝫ et alijs modis pꝛoferri poteſt iſta diffinitio in quo genere tamen illud cauenduꝫ eſt: longe ſit petita trāſlatio: aut turpis lōge petita: ut turba reipub. chaos ē legū. Nō tullius ꝓ geſtio roſo tempauit: q̄ſi ſpiterna noſ eſſe inquit in quo etiā ſi ſit quaſi ut per ſimilitudineꝫ ſit ut diffinitio. Accipi poteſt tempamentū accipiens ex particula ſimilitudinis. Turpis tranſlatio fit duobus modis. cum honeſta turpibus deſinimus aut turpia honeſti: ut ſi quis patrationē diffiniens lachꝛimas dicat veneris ſatiatē quē ſudoꝛem melius nominaret. Aut cōtra aliquis dicat lachꝛime ſunt doloꝛis patratio. huic vitio nec ſupioꝛ particula tempamentum tribuit. Ergo magnopere illud vitare debemus. ¶ Octaua ſpecies diffinitionis. ē κα



τα ἐφαιρετο του εναστιοο. id eſt per pꝛiuantiam contrarij eius quod diffinitur: ut bonum eſt quod malum nō eſt. hoc genere diffinitionis vti debemus cum contrariū notum eſt. Nam hec duo cum ita intelligent ut alterum ſine altero eſſe non poſſit: alterius cognitio quando fiet. niſi fuerit vtrumqꝫ compꝛehenſum. Cum igitur alterum querit quid ſit: vtriqꝫ hac diffinitione compꝛehendi non poteſt cum vtrūqꝫ neſcitur: ꝙ ſe ita naturaliter ligat: ut neceſſariam cognitionē ſibi vnius compꝛehenſione coniectat. Periclitat ergo talis diffinitio. vnde an contrariū eius notum ſit ſcire debemus ut hoc ſublato fiat eiꝰ cognitio quod diffinit. Quare melius ſepe fit ſi querētes aliquid quid diffiniendū ſit contrariū eius diffiniamus: quo ſublato illud quod querit declarabimus: ut ſi bonuꝫ eſt quod pꝛodeſt cum honeſtate: id quod tale non eſt malū eſt. Ciceroni rhetoꝛicis nepharie demonſtrant ea que aliter ac debent nec fieri nec pꝛobari poſſunt. Ponamꝰ enim neceſſariū et nō neceſſariū contraria: ut omnia cōtraria hic nos ponere intelligas: quoꝝ ſublatione id quod queritur diffiniatur. Ergo quod nō eſt neceſſariū ita diffiniri pōt ꝙ aliter: ac dicit: et fieri et pꝛobari poteſt hoc cum tollo neceſſarij diffinitionē conſtituo. Ergo recte fieri poteſt huiuſ mōi diffinitio. ſed hoc modo quēadmodū docuit. Et hoc ē quod. m. tullius imptitionibus p̄cepit ſepe ex contrarijs etiā diffiniendū. Sub hanc diffinitionē cadunt etiam notio nos cum accidentia tollunt: et alia omnia que diuerſa ſunt et cum cōtraria accidentis vel conſequentis accidentis tollitur ut ſi quis eſſe ſubſtantiā dicat: quod neqꝫ qualitas neqꝫ quantitas: neqꝫ reliqua accidentia ſit cuꝫ omnia alia que diuerſa ſunt tollūtur: talis eſt diffinitio ut ſiquis hominē diffiniens tollat omnia animalia vel generaliter vel ſpecialiter. Quo genere diffinitionis deꝰ diffiniri poteſt. Et enim cū quid ſit deus nullo modo ſcire poſſumus ſublatione omniuꝫ exiſtentium que greci. ὄντα. appellant cognitionē dei nobis circūſcripta: et ablata notarum rerum cognitione ſupponit. Deus eſt neqꝫ coꝛpus neqꝫ vllum elementū neqꝫ anima neqꝫ mens neqꝫ ſenſus neqꝫ intellectus: neqꝫ aliquid qd ex his capi poteſt his et talibus ſublatis quid ſit deus poterit diffiniri magis ſi addas quod etiā diffiniri nō poteſt id deum eſſe. Contrariū accidentis vel conſequētis cum tollit talis eſt diffinitio. Uigilare eſt vti ſenſibus doꝛmire eſt nō vti ſenſibus naturaliter poſſunt videri huiuſmodi diffinitiones cōuenire illi diffinitioni qui ſupꝛa. ευνοιοηαπκηρ. diximꝰ. Uerū illa ex accidentibus eius rei quā diffiniuimꝰ conſtat vel conſequētibus. hec ex contrarijs itaqꝫ illa que. ευνοιοηαπκη. eſt ex accidentibꝰ fit et docet. m. tullius piſonem nō fuiſſe conſulem ita. An vero reliquo tempoꝛe cōſulē te quiſquā duxerit: quiſquā tibi venienti in curiaꝫ aſſurrexit quiſquā conſulenti reſpondendū putauit. Atqꝫ huius loci ſuperioꝛ oꝛatio: et conſequēs in hac diffinitiōe conſiſtit. Qua varijs modis explicat eum non fuiſſe conſulem docēs etiā per ea que repugnant conſuli a dictis ſactis cognitis. a conſequentibus ſic diffinit. Conſulem animo eſſe opoꝛtet conſilio. fide. grauitate. vigilantia cura toto deniqꝫ munere conſulatus huiuſqꝫ a conſequētibus. Omnia enī conſequētia ſunt ex hoc quod dicit munere cōſulatus. vnde. ευνοιοηατικη. hec erit diffinitio hoc apertius ut fiat dabo aliud ⁊ exemplū. m. tullius in eadē. Quid eſt aliud furere? quā nō cognoſcere homines? nō cognoſcere leges? non ſenatū: nō ciuitateꝫ? cruentare coꝛpus ſuū. Ergo conſequētia accidentis colligere diffinitionis ē ευνοιομαπκησ. eius vero quod diffiniens contrariū tollere hec eſt illa quā octauam ſupꝛadiximꝰ diffinitio Nona ſpecies diffinitiōis eſt. κατα υποτυπωσιυ. id ē ꝑ quādā imaginationē: ut eneas eſt filiꝰ veneris: ⁊ anchiſe. hec ſemꝑ in indiuiduis verſat que greci. ατομα. vocant. Deſiderat autē iſta diffinitio circa noīa que omnino ſunt indiuidua duntaxat: ut aiax et oileus: ⁊ thelamonius. Item ſubuenit in eo genere dictionis vbi aliquē pudoꝛ aut metus eſt noīare. De videlꝫ inquit. m. tulliꝰ ſicarij illi deſcribebant de domo ſua ſic. At ꝑ lundanio ita deſcripſiſti ne eius neceſſariū noſtrum cōpetitoꝛem iſtum: ipm eius nūc ſtudio: et gratia tota accuſatio iſta munita ē in metu fuerat nominare. Ideo ergo deſcriptus eſt. Iteꝫ ꝓ coꝛnelio maieſtatis ipa ſunt: legite ut legebatis hinc intelligetis nulla tenuiſſima ſuſpitione deſcribi aut ſignificari coꝛneliū hec tantum de pꝛopꝛijs nominibus. alia illa ſit quā. υπcναθικηυ. diximus ſuperioꝛ diffinitio. Ergo a genere patria coꝛpoꝛe. factis dictis ſiue caſibus: atqꝫ ab animo vnū illum quē nolumus diffinitiōis genere declaramus. Decima ſpecies eſt. ωσ τυποσ. hanc veluti diximus ut ſi queraꝫ quid ſit animal reſpondeat ut homo ſic Ariſtoteles dicit διοι α εσηυωσ ρυθρωπο: re enī queſitā ſubiunctū declarat exemplū ut hoc eſt pꝛopꝛiū diffinitionis quid ſit illud quod querit declarare. Undecia ſpecies diffinitionis eſt κατα ευδ ἰαυ πληροιο εκτω ομουυοισ id ē ꝑ indigētiā pleni ex eodē genere: ut ſi queratur quid ſit quadrans reſpondeatur cui dodrās deeſt ut ſit aſſis. Duodecima ſpecies diffinitiōis eſt κατα ειπαιυου. id eſt per laudem ut. m. tullius pꝛo cluentio lex eſt mens ⁊ animꝰ: ⁊ conſiliū ⁊ ſcientia ciuitatꝫ: ⁊ nos quidē ut diffinitionē oſtenderemꝰ ita poſuimꝰ exemplū. Nam hoc idem. m. tulliꝰ dicēs nō adhibita oꝛōe diffinitionis ſimpliciter collocauit. mens inqꝫ et animus ciuitatis et conſiliū et ſcientia poſita eſt in legibꝰ et ut nos ſupꝛa docuimus diffinitionē nihil aliud voluit q̄ꝫ oꝛōnem eſſe. Ergo diuerſo modo. m. tullius ꝓtulit qd a nobis cōuerſum oꝛōne ſua foꝛma diffinitionis accepit: ⁊ hoc longe ab illo mō diſtat qui fit ꝑ methaphoꝛā nō enī tranſlatio ē cū lex: mens dicit ciuitatis: nec tamen genus eſt ut ſubſtātialis habeat. ουσιωδησ. conſequēs enī eſt ut ⁊ ꝑ vituperationem: ſed ſine tranſlatiōe ponat ſic videri poteſt a. m. tullio diffinitū. Seruitus eſt poſtremū maloꝝ nō modo bello ſed moꝛte etiā repellendū quanqꝫ enī ita ſit exoꝛſus par eſt: tranqlla libertas. Sed inter pacē et ſeruituteꝫ pluriumū intereſt ut ꝑ differentiā diffinitio eſſe videat. Itamen quia nō articulū illū breuiter quo diſtaret cōtendit. Sed vnāquamqꝫ rem ſuo genere diffinitionis collationē magis qua diſtarēt oſidit nō genere diffinitiōis ꝑ oꝛnam. Erit igit pꝛioꝛ pacis diffinitio. ευυοιοκαηκα a ꝑtibus eiꝰ rei quā diffiniebat. Pax ē tranqlla libertas. hec ſcda magis ꝑ vituperationē nō enī aut ꝯſequēs eius ē: aut aliquid boꝛū que. ευυοιοματηω. diffinitiōi reddimꝰ ſed ſola vituperatio eſt que ſeruitutē maloꝛū omniū dicit eſſe poſtremū. Nec accipitur rurſus malū quaſi genus ad ſeruitutē nam malū qualitas eſt ſeruitus ad aliquid vnde cum diuerſe ſint res malū genus eſſe nō poteſt ad ſeruitutem. Iure igitur ꝑ vituperationē facta dicit ſeruitutis ſupꝛapoſita diffinitio. Tertiadecima ſpecies diffinitionis ē καμαρακοναυ. id eſt iuxta rationem que pꝛopoꝛtio dicit. Cum aliquid quod diſputari licet cū altero id eē dicit quod illud eſt alterū pꝛopter rationē ſimilitudinem: ſed hoc cōtingit cum maioꝛis rei nomine res diffinitur inferioꝛ: et quod hoc addit quid ſit inferioꝛ. greci ſic diffiniūt αυθρωποσ εσιμικροκοσμοσ. id ē hō minoꝛ mūdus. Cicero hac vſus eſt ſic qui pluriumuꝫ tribuunt edicto pꝛeter edictū legem animā dicūt eſſe. Quartadecima ſpecies eſt diffinitionis. κατα το πραπ. id eſt ad aliquid: ut pater eſt cui eſt filius. cicero in rhetoꝛicis. Sic genus eſt quod plures partes amplectit. Item pars eſt que ſubeſt generi. Quintadecima ſpecies eſt. αιτιωδησ. latini ſm rei rationē vocant ut dies ē ſol ſup terras. Nox ſol ſub terris: ut eniꝫ aut dies aut nox ſit cauſa eſt. aut ſup terras ſol: aut ſub terris. Sunt et alie foꝛtaſſe ſpecies diffinitionis verū ſi quis inuenerit adijciat ad numeꝝ. modo illud diligenter attendat ne foꝛte harū alicui ſpecierū illā quod inuenerit poſſit adiūgi. Nec nos rurſus ſi uſtra ali-

quis exiſtimet tot ſpecies ſeparaſſe quod poſſunt ſibi aliquę conuenire. Conſideratione enī plenius cōmodata oēs inter ſe magno cernet diſcrimine ſeparatas. teneat modo qđ ſupra ſepe precepi ſolam uterē illam appellari diffinitionē quę a genere exordiū ſumens ad propriū rei: quę diffinitur ſeparando per differentias: quę cōia poterant eſſe deſcendit. Nunc iam de vitijs diffinitionis ut promiſſum eſt explicemus. Diffinitio ſubſtantialis quā primā docuimus quā ſolam diximus diffinitionē duo vitia recipit principalia. Si ea oratio quę diffinit aut amplius cōplexa fuerit: aut minus quam res plena ſit declarauit. Oportet enī ut oratio diffinitiua ita cōponatur ad nomē cuius rem definit ut parem potentiā exprimendę atqȝ ipm vocabulū preſſet conuerſimqȝ nomen et definitio: ſeinuicem collata declarent. Ut ſi quęras quid homo ē recte reſpondeat animal terrenū: rationale: mortale: bipes: riſus: capax: hoc rurſus ſi conuertas homo ſit optima declaratio. Quęrenti enim quid ē animal terrenū: rationale mortale: bipes riſus capax: fit recta reſponſio: homo ē. At ſi ita diffinias homo ē ſubſtantia animata ſenſibilis, Eſt quidē declaratio hoīs. Nam hęc omnia homo eſt. verū ſi conuertas nō valebit. Non enim ſubſtātia animata ſenſibilis homo tantū eſt. peccat igitur diffinitio per abundantiā quę amplius quā quęrebatur. Et oīno peccat diffinitio quę genus ponit quod vltra ſe eſt vicinius enim qđ ſuperius eſt genus magis declarat. Item peccat minus continēs quā neceſſe eſt ut cupiditas eſt aliena appetendi deſideriū qđ ſimiliter cōuerſum nō manet: quia minus comprehenſiuū diffinitione quā res noīs poſtulabat. Late enim cupiditas patet: nec ſola auaritia eſt. ergo viciosa ē diffinitio minus complexa quā quęrebatur. At ſi diceret cupiditas eſt auaritia quę ſi exemplum daret et auditorē tranſmitteret in totū quod cupiditas eſt ſimilitudinis propoſitiōe eſſet illa diffiniēdi ſpecies quam decimā collocauimus ὡσ τύποσ. Nunc nō ad totū trāſmiſit per exemplū ſed quaſi totū continēs multa a toto pretereundo peccauit. vnde nō poterat fieri ad nomen ex diffinitione cōuerſio: hęc duo vicia ſi vitentur integra diffinitio ē neqȝ hęc ſola quę ſubſtantialis ē: ſed etiā reliquę ſpecies. Nunc hęc de vitijs. cicero cū in rhetoricis tria eē vitia docuit. mala inquit diffinitio fit: cum aut cōmunia deſcribit hoc modo. ſeditioſus eſt his qui malus eſt atqȝ inutilis ciuis. Nam hoc nō magis ſeditioſi: quā ambitioſi: qui calūniatoris: qui alicuius hominis improbi vim deſcribit hāc diffinitionem diximus abundantia eſſe vitioſam. Aliud vitiū adiūgit ita ut falſum quidā dicit hoc pacto. Sapiētia eſt pecunię querēdę intelligentia. hoc vitiū cicero adiecit preter illa duo quę dixi. Tertiū enim ipſe poſuit quod a nobis ſecundū eſt conſtitutū. Ita enim ait ut aliquid non graue nec magnū continens ſit. Stulticia eſt immēſe cupiditas glorię. hoc ideo peccat quia minus comprehendit quod ſic exprimit. m. tullius. Eſt hęc quidem ſtulticia: ſed ex parte quodam non ex omni genere diffinita. Preter hęc idem. m. tullius in ſecūdo rhetoricorū adiecit duo vitia: ſi aut turpis ſit aut inutilis diffinitio. id autē (ut ipſe ait) ex honeſtatis et vtilitatis partibus approbatur. At de turpi diffinitione nos in ſuperioribus diximus cū diffinitiōes per tranſlationē tractaremus, ſed illud vitiū in verbo eſt. fieri autē poteſt. ut omnis oratio inhoneſta contineat: vel inutilia comprehēdat. In philippicis. m. tullius in oratione prima docebat ab antonio cęſaris acta ſubuerti et id denegabat antonius. Attulit vtrīqȝ diffinitionē: ut oſtēderet quid ſit actum eius qui togatus cum poteſtate in ciuitate verſetur. Docui in ſuperioribus aſſerende diffinitionis partes eſſe quattuor: primam eſſe diffinitionē: ſecundā approbationē diffinitionis. Tertiam deductionem diffinitionis ad ſpeciem. Quartam deſtructionem diffinitionis aduerſę partis. Cicero actum eius qui ſit in repub. diffinit Leges eſſe antonius chirographa. Ergo ſua oratione cicero et diffinit et approbat: et deducit ad ſpeciem: et deſtruit diffinitionem aduerſę partis. Diffinitio eſt hęc et quidem ut tam proprię dici poſſit actum eius qui togatus in rem pub. cum poteſtate imperio verſatus ſit: quā lex: deinde ſubiungitur eius diffinitionis approbatio. Quare acta gracchi leges ſempronię proferentur. Quę ſyllę? cornelię: quid? cn. pompei tertius conſulatus in quibus actis conſiſtit nempe in legibus hęc probatio eſt. Deinde adiungitur deductio diffinitionis ad ſpeciē a cęſare ipſo ſi quęreres quod nā egiſſet in vrbe et in toga leges multas reſpōderet ſe: et preclaras tuliſſe, Sequitur reprehenſio diffinitionis aduerſę partis eaſqȝ fit bipartito: aut enim ex illis omnibus vitijs aliquid in ea reprehēſione concludit: aut conceſſo quod aduerſarij dicunt per comparationem magis hoc eſſe quod nos dicimus approbamus hic vtrūqȝ. m. tullius facit. Nam et de vitijs illa ponit ut falſam diffinitionem doceat et turpem et inutilem. At deinde concedens magis ſuam cōfirmet. diffinitionē dicatqȝ potiorē falſam diffinitionē ſic Cicero probat exeutiendo quod conſequēs ſit. his enim probatur falſa diffinitio ſi ſuum propriū nō habeat: ſi magis contrarium habeat ſi conſequens ſuum non teneat: ſi aliter dicta ſit atqȝ in uulgi eſt opiniōe. Hic ergo quoniā quęritur quid ſit actū togati: ciuis in rēpub. cum poteſtate degentis. Dictumqȝ eſt nihil aliud eſſe quā leges aduertendū quid antonius dixerat chirographia eſſe conſequētia diligenter aduertēs falſam docet diffinitionem ſic is quid eſt in poteſtate eſt in repub. cum egerit aliquid actū mutare non poteſt hoc competit legi: ut cum lata ſit nunquā a latore mutetur. At vero cirographia quia domeſticus actus eſt hanc conſequentiam habent: et ut mutētur et ſepe non proferantur. Ergo. m. tullius ita reprehendit chirographa actum non eſſe. quia conſequentes non habent actus dicens. Chirographa vero aut mutaret: aut non daret: aut ſi dediſſet nō iſtas res in actis ſuis diceret: ſed quia per conceſſionē reprehenſi: ſed ea ipſa concedo. ac quibuſdā etiam in rebus coniueo in maximis vero rebus id eſt in legibus acta cęſaris diſſolui ferendum non puto. Adiungit poſt hęc reprehenſionē ſimiliter duplicem vnam ex vitijs ut et turpem diffinitionem dicat et inutilem. Deinde concedat concluſurus ex comparatione ſuam potiorem in forę: ſi quid memorię cauſa retulit in libellū id numerabitur in actis. Et quāuis iniquū et inutile ſit deſcendit. ęquitas virtus eſt. Virtus autem ipſa honeſtum: ergo iniquitas turpis eſt. Quia turpitudo contraria eſt honeſto. Sic igitur turpem et inutilem ipſis verbis reprehendit diffinitionē. Deinde adiecit poſtremum illud per conceſſionē quod ad populū centauriatis comitus tulit id in actis cęſaris non habebitur. hęc acuto quoqȝ ſatis eſſe duxi.



## Eiuſdem Boetij ad cathegoricos ſyllogiſmos introductio.

m Ulta veteres philoſophię duces poſteriorum ſtudijs contulerunt: in quibus priuſqȝ ad res profunda merſas caligine peruenirent quaſdam quaſi intelligentię luctatione precluderēt. hinc inſtitutionum breuior compendij facilitate doctrina hinc per ea quę illi prolegomena vocant ad intelligētiam promptior via munitur. Huius igitur emulus prouidentię ſtatui obſcuram aditus doctrinarum premiſſę inſtitutionis luce reſerare: preſentem operam ſyllogiſmis quorum connexionibus omnis ratio continetur addicere. Modumqȝ eum cuſtodire dicendi: ut facilitati atqȝ intelligentię ſeruientes aſtringamus a veteribus dicta: latius enunciata breuius porrigamus: obſcurata improprij nouitate ſermonis: conſueti vocabuli proprietate precadamus. Sed qui ad hoc opus lector accidit: ab eo primitus petitum velimus: ne in his quę nunquā alias attigerit ſtatim audeat iudicare: ne ve ſi quid in ludo puerilium diſciplinarum rudis adhuc et nondum firmus acceperit: amplexandum atqȝ etiam colendū putet: alia enim teneris atqȝ imbuendis adhuc auribus accommodata: alia firmis ac robuſtioribus doctrina mētibus reſeruatur quare ſi quid eſt quod diſcrepabit: ne ſtatim obſtreper: ſed ratione conſulta quid ipſę ſentiat quid nos aſſeramus veriore mētis acumine et ſubtiliore conſideratione diiudicet. Ita namqȝ eueniet: ut quę in primo ſtatim ſtudendi aditu didicerunt perſpecta penitus ac potius deprehenſa contemnant. at ſi iam quiſqȝ ſuę ſcientię defenſor eſſe cupidus malit. (Habent hoc quoqȝ vitij homines: quos comprehendit diſcendi vetus ac longa ſegnities: ut ab arreptis ſemel opinionibus non recedant: ne in ſenectute diſcendo nihil vſqȝ in ſenectutem didiciſſe videantur.) Si inquā malunt vindicare quā vertere quę vulgatis ſemel ſtudijs imbiberunt nemo expetit ut priora condemnent: ſed ut maiora quędam conſtruant atqȝ altiora coniungant. Non enim vna atqȝ eadem diuerſarum ratio diſciplinarum: cum ſit diuerſiſſimis diſciplinis vna atqȝ eadem ſubiecta materies. Aliter enim de qualibet orationis parte grammatico aliter dialectico diſſerendum eſt. nec eodem modo lineam vel ſuperficies mathematicus ac phiſicus tractant. Quo fit ut altera alteram non impediat diſciplina: ſed multorum conſideratione coniuncta fiat vera naturę atqȝ ex omnibus explicata cognitio: ſed de his hactenus. nunc de propoſitis ordiamur Quoniam igitur nobis hoc opus eſt in cathegoricos ſyllogiſmos: ſyllogiſmorū vero compago propoſitionibus texitur. Propoſitionū vero partes ſunt nomen et verbum pars autem ab eo cuius pars eſt prior eſt: de nomine et verbo quę prima ſunt diſputatio prima ponatur. de hinc de propoſitione vſqȝ ad vltimum de ſyllogiſmorum connexione tractabitur.

n Omen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum: ſine tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. quę diffinitio paulo enodatius explicanda eſt. nomen enim vocem eſſe dicimus: quoniam vox nominum genus eſt: omne autem genus de ſua ſpecie predicatur: omniſqȝ diffinitio a genere ſumitur: ut ſi diffinias hominem prius animal dicas quod eſt genus. poſt vero differentias iungas: quę ſunt rationale mortale. Ita igitur nos quoqȝ in nominis diffinitione vocem quidem ut genus ſumimus cętera autem voci quaſi differentias aggregamus. Sunt enim voces quę nihil deſignant: ut ſyllabe: nomen vero deſignatiua vox eſt: quoniam nomen deſignat ſemper cuius nomen eſt. Secundū placitū vero adiunctum eſt: quoniam nullum nomen natura ſignificat, ſed ſecundum placitum ponentis conſtituentiſqȝ vocabulum. Illud enim vnaquęqȝ res dicitur: quod ei placuit qui prius ei nomen impreſſit. Alias enim ſunt voces naturaliter ſignificantes: ut canum latratus iras canum ſignificat: et alia eius vox blandimēta: gemitus etiam deſignant dolorem: ſed non ſunt nomina: quia non deſignant ſecundum placitum. ſed ſecundum naturam ſine tempore vero: quod et verba voces ſunt ſignificatiuę et ſecundum placitum ſed diſtant a nominibus. quia nomina quidem ſine tempore ſunt: verba vero cum tempore. Cuius vero nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata: nomina ab oratione diſiungit. Oratio namqȝ vox eſt ſignificatiua ſecundum placitū et aliquotiens ſine tempore: ut hic verſus. Nerinę galathea thimo mihi dulcior hyblę: ſed orationis partes ſeparate a tota oratione deſignant: nominū vero nihil extra deſignat: atqȝ in illis quidē nominibus quę figurę ſunt ſimplicis nihil pars omnino ſignificare manifeſtum eſt: ut in eo quod eſt cicero: nulla pars ſeparata deſignat. neqȝ ci. neqȝ ce. neqȝ ro. at ſi nomen compoſitum fiat ſignificare aliquid ſeparate partes videntur. Sed in eodem nomine quod ex vtriſqȝ compoſitum eſt: ſeparatę nihil deſignant: ut ſi dicā magiſter partes eius nominis ſunt magis atqȝ ter: quę ſumpta extrinſecus et a nominis parte ſeparatę ſignificatione non carent. vtraqȝ enim aduerbialiter ſignificat qualitatem: ſed cum magiſter quod eſt compoſitum nomen alicuius artis peritum doctoremqȝ ſignificet: magis neqȝ partē doctoris: neqȝ totum doctorem poterit deſignare. Eodem quoqȝ modo ter: neqȝ in toto ſignificat: neqȝ in parte doctorem id eſt rem illam quę magiſtri vocabulo ſubiecta eſt nulla ratione deſignat. Compoſitorum ergo nominum partes nihil eius rei: quam in vnum conuenientes vocabulum deſignabant: diſiunctę diſtractęqȝ ſignificant. alia vero ſignificare poſſunt. ſed tunc non partes nominis: ſed ipſa ſunt nomina: quod enim coniuncta ſignificant: id diuiſa atqȝ ſepoſita non deſignant. Iuncta autem magis et ter doctoris ſignificationem tenebant. ſeparata igitur omnē ſignificationem doctoris amittūt. ſed ne quis ſuperius poſito calumnietur exemplo: nec magiſter compoſitum nomen eſſe concedat: vir fortis eſſe compoſitum nomen ſi vno proferatur accentu nullus negabit: cuius partes vir atqȝ fortis quod in eo quod eſt vir fortis ſignificare dicantur: non iam nominis partes: ſed ipſa ſunt nomina: nec vir fortis vnius erit nomen: ſed potius oratio: quę duorum nominū collata ſignificatione conuincitur. quod vir fortis cum vnius accentus intentione prolatū non eſt oratio ſed nomen: cuius partes nomina eſſe non poterunt. ac ſi nomina nō ſunt: cum neqȝ naturales affectus neqȝ ut verba ſignificent: omnino nihil deſignant. quare concludendum eſt: cum quęlibet voces propriam ſignificationem tenent: non partes nominū ſed ipſa eſſe nomina: cum vero vnius formam nominis copulauerint: eo conſiderantur ut partes vim proprię ſignificationis amittere: ſed de his in commentario libri ariſtotelis periermenias ſatis dictum eſt et maior eius tractatus eſt quā ut nunc totus valeat expediri. ſed quoniam ſunt quędam voces: quę et deſignatiuę ſunt et ſecundū placitum: et ſine tempore: quarūqȝ partes nihil extra ſignificant: neqȝ tamen proprietates nominis naturāqȝ obſeruent: diſcernendę prius ſunt: additiſqȝ differentijs a nomine ſegregandę: ut quę ſit vis nominis euidenter appareat. Adiecta enim ſemper negatione nomini vocem dubiam facit: quę neqȝ verbo neqȝ orationi: et ſi interius conſideratū ſit: neqȝ nomini poſſit annecti: ut ſi quis dicat non homo: vox eſt ſignificatiua: deſignat enim quicquid homo non fuerit. ſecundum placitum: eas enim omnino partes habet: quas ad ſignificationem vel negationis vel hominis placitum vocabula ponentis aſſumpſit. ſine tempore quę res eam vo

tem quę dicit non homo ſeparat ac ſeiungit a verbo: et cuius partes nihil extra ſignificant ne oratio eſſe videatur. non homo enim vox iuncta eſt ex negatiua particula et homine quę in eodem nomine ſeparata nihil deſignant. ſignificat enim nō homo vel equū vel canem vel quicquid (ut dictū eſt) homo non fuerit. Sed quę eſt negatiua neq; hominis neq; equi neq; ullius ſbę ſignificationem tenet. Itē homo neq; canem neq; quicquid homo non fuerit: ſignificare poteſt. quocirca in ea voce quę eſt non homo partes nihil ſeparatę ſignificant eius rei: quā tota vocis compoſitio deſignabat. Atq; ideo nec in oratione quidem poni poteſt. Si qs enim eam vocē quę eſt non homo orationē concedat: nihil aliud eam eſſe fatebitur quā negationem. negatio autē omnis vera vel falſa eſt. qui autem dicit nō homo neq; veritatem nunciat neq; mendaciū. Preterea ab omni negatione ſi quis negatiuum ſeiungat aduerbiū: affirmatio relinquętur: ab ea autem voce quę eſt non homo ſi quis auferat id quod eſt negatiuū aduerbiū: homo relinquętur: qđ nondum eſt affirmatio. Quocirca ſi non homo hę vox: negatio eſſe non poteſt: nihil autem aliud eſſe videretur. ſi eſſet oratio: concludendum eſt negationem iunctam cum nomine orationem eſſe non poſſe: nomen enim omne certum aliquid definitūq; ſignificat ut homo: equus: canis: et cętera. non homo autem vox non aufert quidē quod ſignificatur a nominę: nec preſcribit quid ipſa ſignificet. Quocirca quoniam ſignificat quidē aliquid ſed non finitum negatio iuncta cum homine: infinitum nomen vocetur. Addenda ē ergo diffinitioni nominis differentia. ſ. ut nomen ſit quod cum ceteris quę dicta ſunt ſit definitę ſignificationis. Iam vero caſus nominū non altius intuentibus nomina videantur. Quis enim catonis et catoni atq; huiuſmodi voces quę rectis nominibus inflectuntur: nomina eſſe non exiſtimet? Sed hę quoq; voces a nomine quadam differētia diſcrepabunt. Omne enim nomen iunctum cum eſt verbo enunciationē reddit ac ſuſcipit mendacij veritatiſq; naturam: ut cato eſt vel dies eſt. at ſi eſt verbum caſibus adiungatur neq; enunciatio ſit neq; plena ſententia oratiōis abſoluitur: ut catonis eſt: nec ſententiam habet abſolutā nec veri aliquid poteſt notare nec falſi: atq; idcirco non nomina ſed caſus nominū nuncupantur: nam cum id a quo quidq; flectitur: primū ſit: illud vero quod ab inflexione primi naſcitur: ſit ſecundū neq; idem primū ac ſecundum eſſe poſſit manifeſtum eſt caſus nominū non idem eſſe qđ nomina idcirco ceteros quidem genitiuū datiuū accuſatiuū caſus appellant grammatici: primū vero rectum ac nominatiuum: quod hic locum principem in ſignificatione poſſederit. Facienda eſt igitur nominis plena neq; ullo diminuta diffinitio ſic. Nomē eſt vox ſignificatiua ſecundū placitum ſine tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata aliqd finitum deſignans cum eſt verbo coniuncta faciens enūciationem. ſeparat igitur nomen vox quidem ab articulis atq; inanimatis ſonis. Deſignatiua vero a vocibus quę nihil ſignificant. ſm placitum a vocibus natura ſignificantibus ſine tempore a verbo quod a temporis ſignificatione non recedit. Cuius nulla pars ſeparata ſignificat ab oratione: cuius quemadmodū partes extra ſignificent: paulo poſterius diſſeram. Aliquid definitum deſignans: ab his vocibus quę nomen negationēq; coniūgunt et nomina faciūt infinita. Cum eſt verbo faciens enunciationem: a caſibus qui cum eſt copulati non poſſunt plenam perficere atq; explicare ſententiam. In verbo quoq; eadem fere cuncta conueniunt niſi in ſignificatione temporis a nomine ſeparatꝰ. Omne enim verbum actionē paſſionē ve deſignat: quę fieri ſine temporis notatione non poteſt. Eſt itaq; verbi diffinitio hec. verbum eſt vox ſignificatiua ſm placitum cum tempore: cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. ut currit vincit. ſed ſi verbis negatiua copulentur aduerbia ſicut infinita verba: ſicut fieri nomina diximus infinita: ut cum currit aut vincit certum aliquid finitum ve deſignet: addita negatione: id quidē quod a verbo deſignatur intercipit Quid vero aliud fieri dicat tali ſignificatione non terminat preterea negatio iuncta cum verbo ſiue in eo quod eſt: ſiue in eo quod non eſt rectę dici poteſt: ut homo non currit. nō eſſe autem orationem aut enunciationē negatiuam illa prius argumenta monſtrabunt quę infinitum nomē ab oratione aut negatione diuidebant. Sed quoniam principaliter preſentia quęq; ſentimus: His autem rebus quas pſenti ſenſu concipimus: indita eſſe a mortalibus vocabula manifeſtum eſt. Rectę dicis verbum ſemper ſignificationem temporis habere preſentis: ut currit aut vincit. Curret autem aut vincet: et cucurrerit aut vicerit: non ſunt verba: ſed verborum caſus. ſcilꝫ quia a preſentis temporis ſignificatione flectuntur. eſt ergo verbi plena diffinitio ſic. verbum eſt vox ſignificatiua ſm placitum cum ſignificatione temporis cuius nulla pars ſignificatiua ē ſeparata aliquid finitū deſignans et preſens. Reſtat igitur ut de oratione dicamus. ſed prius videtur eſſe monſtrandū vtrum ne nomen et verbum ſola in partibus orationis ponātur an ut grammatici volunt et reliqua orationis partibus debeant aggregari. Grammatici enim conſiderantes vocum figuras octo orationis partes annumerāt. Philoſophi vero quorum omnis de nomine verboq; tractatus in ſignificatione eſt: duas tantum orationis partes eſſe docuerunt: quicqd plenā ſignificationē tenet ſiquidē ſine tempore ſignificat nomen vocantes: verbum vero ſi cum tempore. atq; ideo aduerbia quidem atq; pronomina nominibꝰ iungunt ſine tempore enim quiddam conſtitutū definitūq; ſignificant. nec intereſt qđ flecti caſibus nequęunt: non eſt hoc nominum proprium ut caſibus inflectantur. Sunt enim nomina quę a grammaticis aptota nominantꝰ. participium vero quia temporis ſignificationem trahit et ſi caſibus effertur: verbo tamen rectę coniungitur. Interiectiones autem ſiquidem naturaliter ſignificent nec verbo nec nomini copulandę ſunt: verbi enim ac nominis diffinitiones non habent eſſe naturalia: ſed ad ponentis placitum conſtituta: atq; ideo nec in orationis partibus numerabūtur. Oratio enim poſitione ſignificat: nam ſi naturaliter ſignificaret oratio: non diuerſa gentes oratione loquęrentur Si quę vero interiectionum poſitione ſignificant: quoniam finitam ſine tempore affectionem deſignant: rectę nominibus annumerātur. Quę vero ipſę quidem nulla propria ſignificatione nituntur cum alijs vero iunctę deſignant: ut coniunctiones atq; propoſitiones. illę ne partes quidem orationis eſſe dicendę ſunt: oratio enim ex ſignificatiuis ꝑtibus iuncta eſt. Quocirca recte nomen ac verbum ſolę orationis partes eſſe dicuntur.

o Ratio eſt vox ſignificatiua ſm placitū: cuius ꝑtes aliquid extra ſignificāt: Oratio igitur habet ſimul cum verbo et nomine cōe qđ vox eſt qđ ſignificatiua eſt: qđ ſm placitū eſt: ſeparatim vero cū nomīe illi cōe eſt qđ aliqñ ſine tpe eſt: ut virgilianus quē ſupra diximus verſus Nerinę galathea thimo mihi dulcior hyblę: et qui ſequitꝰ. Candidior cignis hedera formoſior alba. Cum verbo autē qđ interdū cum temporis ſignificatione profertur. ut ſi qua tui coridonis habet te cura: venito. Differt autē ab vtroq; qđ partes orationis a tota ſeparatę oratiōe ſignificant. ſunt enim partes orationis nomē et verbum quę ſignificatiua eſſe dum ea diffiniremus oſtendimus: ſignificant igitur partes oratiōis ut dictio nō ut affirmatio: quāq; aliquotiens quidē ut affirmatio: ſed non ſemper tamen ſemper autem ut dictio: eſt enim dictio ſimplex verbi ac nominis nūcupatio. nam cum dicimus ſi dies eſt: lux eſt: hāc totam orationē ſi diuidere in partes velimus. ſ. dies ē lux eſt: vtraq; pars ut affirmatio ſignificabit dies eſt: lux ē affirmationes eſſe manifeſtū eſt. at ſi minutatim tota orationis mēbra carpamus: vſq; in nomina ac verba poſtrema fiet reſolutio. Dicemus enim partes eſſe ſuperius poſitę orationis dies et lux et eſt: quę per ſe prolata non ſunt affirmationes. ſoliū poſſibile eſt veluti ſi quis dicat lux eſt: huius partes ſunt: lux atq; eſt quas non eſſe affirmationes: ſed ſimplices dictiones nullus ignorat. cum igitur oratio quidem non ſemꝑ in affirmationē ſolui quęat: ſemꝑ autē in ſimplices dictiones: vere dictum eſt orationis partes extra aliquid deſignare non ut affirmationes: ſed potius dictiones. Orationis autem ſpecies: ut arctiſſimę diuidamꝰ ſunt quinq;. Interrogatiua: ut quo te meri pedes an quo via ducit? in vrbem? Imperatiua: ut ſuggere tela mihi. Inuocatiua. ut dij maris et terrę tempeſtatūq; potentes. Deprecatiua ferte viam venti facilem et ſpirate ſecundi. Enūciatiua: eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis fiſtula. Quarum quidē preter enunciationē nulla vel eſſe aliqd vel non eſſe deſignat. Cętere namq; vel interrogāt: vel inuocant: vel imperāt: vel precantur. Enunciatio vero ſemper eſſe aliquid aut non eſſe ſignificat. Atq; ideo ſola enunciatio eſt: in qua veritas vel falſitas inueniri quęant. vnde etiam enunciationis naſcitur diffinitio. eſt enim enunciatio quę verum falſum ve denunciat. Hanc etiam proloquium vel propoſitionē Tulius vocat: quę quidem partim ſimplex partim ꝯpoſita: ſimplex eſt quę conditione ſepoſita eſſe aliquid vel non eſſe proponit ut plato philoſophus eſt. Compoſita vero quę ex duabus ſimplicibus copulante conditione conſiſtit: ut plato ſi doctus eſt philoſophus eſt. Simplicium vero enunciationum alias in qualitate ſitas: alias in quātitate differentias inuenimus. in qualitate quidem qđ alia affirmatiua: alia negatiua eſt. enūciatio affirmatiua eſt enunciatio aliquid de aliquo ſignificans: ut plato philoſophus eſt: philoſophū de platone predicamus. Negatiua vero eſt enunciatio aliquid ab aliquo predicatione ſeiungens: ut plato philoſophus non eſt. philoſophū enim a platone tali predicatione ſeiunximus. ſecūdum quantitatē vero differentię enunciationū ſunt qđ alię quidem vniuerſales: alię particulares: alię indefinitę: alię ſingulares. vniuerſales ſunt quę ſiue affirment ſiue negētꝰ vniuerſaliter tamen enūciant vniuerſale ſubiectum: ut omnis homo ſapiēs eſt. nullus homo ſapiens eſt. homo vniuerſale quiddā eſt: multos enim ſub ſe indiuiduos cohercet et continet: qui vniuerſaliter enunciatꝰ dum ei omnis: vel nullus adiungitur. Particulares vero quę vel affirmando vel negando ambitum ſubiecti vniuerſalis in partem redigunt: ut quidam homo ſapiens eſt: quidam homo ſapiens non eſt: hic enim vniuerſalitas hominis adiecta particulari determinatione minuta eſt atq; in partem redacta. indefinitę vero ſunt quę abſq; vniuerſalitatis et particularitatis determinatiōe dicuntur: ut eſt homo ſapiēs: nō eſt homo ſapiens. Singulares vero ſunt quę de ſingulari aliquid et de indiuiduo affirmando negando ve proponūt ut ſocrates ſapiens eſt: ſocrates ſapiens nō eſt. Differt autem particularis propoſitio a ſingulari: qđ particularis quidem vnū aliquem ſubicit: nec quis ſit iſtę deſignat: ut quidam homo ſapiens eſt: quis iſtę homo ſit propoſitio non declarat. Singularis vero vnum aliquem ſumit: et quis iſtę ſit ſignificat ut ſocrates ſapiens eſt. vnum enim et hūc ſocratem ſapientē eſſe propoſuit. Amplius particularis omnis vniuerſalem quidem terminum ponit: ſed ei detrahit vniuerſalitatem cum qualitatē particularitatis adiungit: ut in propoſitione: quidā homo ſapiens eſt. homo vniuerſalis eſt terminus: multos enim propria predicatione concludit. Sed quia dicitꝰ quidam ad vnū: homo redigitꝰ. qui vniuerſale perſiſteret niſi particularitas fuiſſet adiuncta. in ſingularibus vero propoſitionibus predicato termino ſemper indiuiduū ſupponitur ut ſocrates ſapiens eſt. ſocrates enim ſingularis eſt atq; indiuiduus. idcirco igitꝰ illa particularis propoſitio quę partem ex vniuerſalitate detrahit. hec ſingularis quę in ſingularis atq; indiuidui predicatione conſiſtit. Simplicium vero enunciationū partes ſunt ſubiectum atq; predicatum: ſubiectū eſt quod predicati ſuſcipit dictionem: ut in ea propoſitione quę eſt plato philoſophus eſt: plato ſubiectum eſt: de ipſo enim philoſophꝰ predicatur: et in eo philoſophi ſuſcipit dictionem. Predicatum vero eſt quod dicitur de ſubiecto: ut in eadem propoſitione philoſophus dicitur de platone ſubiecto. ſemper enī quod ſubiectum eſt vel minus eſt vel ęquale predicato: minus quidem ut in ea propoſitione de qua pauloante tractauimus: plato enim philoſophi nomē non poteſt ęquare: neq; ſolus plato philoſophus eſt: ęqualis vero eſt ſubiectus terminus predicato: ut ſi quis dicat homo riſibilis ē: homo enim qui ſubiectus eſt terminꝰ predicato riſibili coęquatur: vnde fit ut poſſit reddi reciproca predicatio. ſcꝫ ut vices ſubiectum predicatūq; ꝑmutent: fiatq; ſubiectū qđ erat antea predicatum: verſoq; ordine predicetur quod fuerat ante ſubiectum: ut ſi dicatur quod riſibile eſt homo eſt. omnia enim quę ſunt ęqualia de ſeinuicem predicantur. ut vero id quod ſubiectū eſt minus poſſit eſſe predicate. nulla prorſus enunciatione contingit. ipſa enim predicata natura minora eſſe non patitur. Sed qđ ęquale ut maius eſt id ſemper de ęquali vel minore predicatur. Has vero enunciationū partes id eſt predicatum atq; ſubiectū terminos appellamus. Termini vero dicūtur qđ in eos poſtrema ſit reſolutio. itaq; in ſingularibus vel indefinitis propoſitionibus duos terminos ſemꝑ inuenimus et verbum quod propoſitiones determinet qualitatem ut in propoſitione qua dicimus ſocrates ſapiens eſt: ſocrates quidem ac ſapiens terminos eſſe manifeſtū eſt: eſt vero verbum nō eſt terminus: ſed deſignatio qualitatis: et qualis propoſitio ſit negatiua an affirmatiua ſignificat: et nunc quidem ſolo eſt verbo propoſitioni accommodato facta eſt affirmatio. At ſi non quod eſt aduerbiū negatiuum eſſet adiunctū: ita diceretur. ſocrates ſapiens non eſt. atq; hoc modo mutata q̄litate fieret de affirmatione negatio: eſt igitꝰ et non eſt non ſunt termini: ſed ut dictum eſt ſignificatio qualitatis: eadē omnia etiam in indefinita propoſitione conueniūt: qđ ſi ſint tales orationes: ſocrates eſt: dies eſt: eſt vi gemina fungitꝰ ſcilꝫ predicati: eſt enim verbum de ſocrate vel die predicatū vel ſignificatione qualitatis. idem namq; eſt: ſolum poſitū affirmationem efficit: cum negatiuo aduerbio negationem: ac ſint propoſitiones quę differentias ſecum habeant qualitatum: ut ſunt vniuerſales ac particulares: eadem vis ꝑmanet terminorum: omnis enim ac nullus et quidam terminis non annumerantꝰ: ſed enunciationum ſignificant qualitatem. Atq; ideo rectę quod ſubicitꝰ ac predicatur termini nuncupati ſunt: quoniam in eos tantū reſoluitur propoſitio. Cetera enim quę ſimplicibus enunciationibus adiunguntur: aut qualitatē propoſitionū retinent: aut quantitatem ſignificāt. Propoſitionū vero ſimpliciū alię ſunt: quę in nulla parte conueniūt: ut plato philoſophus eſt: et virtus bona eſt: vtręq; enim aliud quiddā de alio predicatur nec habent aliquid in proponendi ratione cōmune. illa enī platonē philoſophū dicit. illa virtutem bonam eſſe pronūciat. alię vero ſunt quę aliqua terminorū participatione iūguntur. id autem duobus fieri modis poteſt: aut enim ordine eodem: aut per ordinis commutationem. Eodem vero ordine duplici modo: ſi vel ſimplices termīos in vtriſq; conſtituas: vel ſi per oppoſitionem fiat participatio terminorū: quod tribus neq; amplius continget modis: nam vel predicato vel ſubiecto: vel vtriſq; terminis negatio copulatur. Ordinis etiam commutatione conueniunt duobus modis: aut enim per ſimplicem terminorum predicationem: aut per eorundem terminorum oppoſitionem: hac

quoqꝫ oppoſitio termino:cum triplicem recipit modū:cum negatio vel pꝛedicato vel ſubiecto: vel vtriſqꝫ coniungitur illę vero quę altero termino participant ⁊ tribus modis: vel cum in vna pꝛopoſitione quod pꝛedicatur:in altera ſubiectum eſt: vel cum idem in vtriſqꝫ pꝛedicatur: vel cum idē in vtriſqꝫ ſubiectus eſt:et quoniam omniū ſibimet conuenientium pꝛopoſitionū oꝛdinatiſſimā fecimus diuiſionem nunc de ſingulis quibuſqꝫ tractemus:ac pꝛimum de ea ꝓpoſitionū conuenientia quę cum vtriſqꝫ participet terminis participandi tamen oꝛdinem ſeruent.ea eſt huiuſmōi. omnis homo ſapiens eſt:nullus homo ſapiēs eſt: vtraqꝫ enī pꝛopoſitio hominem ſubicit:et pꝛedicat ſapientem: et cum vtroqꝫ termino cōgruant:ſicut tamen diuerſę: quoniā hęc affirmatio eſt illa negatio:et hoc quidem exempli gratia dictum ſit.plenius vero fiet de tali participatione tractatꝰ. hoc modo cunctarum ſimpliciū pꝛopoſitionū differentias vel in qualitate vel in quantitate ſitas eſſe oſtendimus:in quantitate cum vniuerſaliter pꝛonūciant vel particulariter:vel indefinitę vel ſingulariter pꝛoferūtur. in qualitate vero cum hę quidem affirmatiuę ſunt:illę vero negatiuę. Si igitur duas affirmatiuas aggregamus: fiunt mixtę cum vtriſqꝫ octo differentię.quę ſimul qualitatem quantitatemqꝫ contineant. Sunt autem mixtę hę:affirmatio vniuerſalis: negatio vniuerſalis:affirmatio particularis:negatio particularis:affirmatio indefinita:negatio indefinita:affirmatio ſingularis:negatio ſingularis. Quarū quidem indefinitas ſingulareſqꝫ ſegregemus: et de vniuerſalibus ac particularibus diſſeramus. Deſcribatur ergo vniuerſalis pꝛimū affirmatio.omnis homo iuſtus eſt: cuius aduerſum tenet locum negatiua pꝛopoſitio vniuerſal'. nullus homo iuſtus eſt.item ſub vniuerſali affirmatione ponatur particularis affirmatio:quidā homo iuſtus eſt: hāc aduerſa frōte reſpiciat:ſitqꝫ vniuerſali negatiuę ſuppoſita particularis negatio. quidam homo iuſtus non eſt.

| Vlis affirmatio. | Vlis negatio. |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt. | Nullus hō iuſtus ē. |
| Quidā homo iuſtus eſt. | Quidā hō iuſtꝰ nō eſt |
| Particularis affirma. | Particularis neg. |

¶ Harum igiẗ affirmatio atqꝫ negatio vniuerſalis qualitate quidem diſcrepant:ſed quantitate concoꝛdant: nam ꝙ hęc quidem affirmatio eſt:illa vero negatiua eſt:ſunt in qualitate diuerſę.quia vero vtraqꝫ vniuerſalis eſt:quantitate conueniūt.harum igitur vel vtraſqꝫ falſas:vel vnam veram:alterā falſam recipere poſſibile eſt: vtręqꝫ autem ſimul verę nequeunt inueniri:nam in pꝛopoſita deſcriptiōe affirmatio quę eſt.omnis homo iuſtus eſt:⁊ negatio quę eſt.nullus homo iuſtus eſt.cum vtręqꝫ ſint vniuerſales: neutra tamen eſt vera.at ſi ſit affirmatio. omnis homo animal eſt:atqꝫ vniuerſaliter denegetur ita. nullus homo animal eſt: vel ita.omnis homo lapis eſt:nullus homo lapis eſt: vnam veram alteram falſam eſſe neceſſe eſt. Atqꝫ ideo quotiens ea pꝛedicatur quę et cōuenire ſubiecta et ab eo valeant ſegregari:et vniuerſaliter illa confirmat:hęc denegat vtraſqꝫ falſas contingit: velut ſuperius poſitis declaratur exemplis:iuſticia enim cum eſſe in hominibus poſſit:non tamen ita hominibus inhęſit:ut ab his ſeparari nullo modo queat:atqꝫ ideo neqꝫ omnis homo iuſtus eſt: neqꝫ omnis homo iuſtus non eſt.contingit vtraſqꝫ mentiri:at ſi tale ſit qđ a ſubiecto abſtrahi ſeparariqꝫ non poſſit: vel quod nunqꝫ poſſit euenire ſubiecto:et quę vniuerſaliter affirmatiua eſt: vniuerſaliter abnuatur:euenit vni veritatē alteri ſemper adeſſe mendaciū. ſed ita ut ſi a ſubiecto quod pꝛedicatur non poteſt ſegregari: vera ſit ſemper affirmatio: falſa negatio.at ſi quod euenire non poteſt pꝛedicatur. affirmatio quidē falſa ſit:ſed vera ſit negatio: nam quoniam animal non ab homine poteſt ſegregari quę hominē an̄al eſſe confirmat:vera eſt:falſa vero illa quę denegat.item ſi quod non poteſt fieri pꝛedicetur:fiatqꝫ affirmatio.omnē hominem eſſe lapidem:idqꝫ aduerſa pꝛopoſitio neget: nullūqꝫ hominē lapidem eſſe concedat:negatio quidem veritati: affirmatio autem iuncta eſt mendatio:ſimul autem veras eē affirmationē vniuerſalem:vniuerſalēqꝫ negationē nulla poterunt exempla monſtrare:atqꝫ ideo vniuerſalis quidēꝫ affirmatio vniuerſaliſqꝫ negatio contraria dicūtur.nam ut in contrarijs aliquid mediū continentibus poteſt neutrū ineſſe ſubiecto:ut coꝛpus neqꝫ nigrum ſit neqꝫ albū:quoniam eſt quod pꝛeter ea eſſe poſſit ut rubꝛum: itemqꝫ in cōtrarijs medietatę carentibus neceſſe eſt alterum ſemper ineſſe ſubiecto:ut omne animal aut doꝛmit aut vigilat: quoniam inter doꝛmire ac vigilare nihil mediū eſt: ut autem ſimul atqꝫ in eodem vtraqꝫ contraria reperiantur fieri nequit.ita etiam in vniuerſalibus affirmatione ac negatiōe ut vtręqꝫ falſę ſint:exemplo contrarioꝝ aliquid medium claudunt: vel altera vera:falſa vero altera: ſicut in contrarijs quę medio carent fieri poſſe manifeſtum eſt:ſed impoſſibile eſt: ut vtriuſqꝫ ſententia in veritate conueniat: ſicut nulla contraria ſimul eſſe patiuntur. Atqꝫ ideo vniuerſalis affirmatio vniuerſaliſqꝫ negatio contrarię nominātur. Hę igitur non tam vim ipſa ſemper aduerſitate conſeruāt ut eis ſit perpetua atqꝫ inconciliata diſcoꝛdia: nec ſe ſemꝑ inuicem perimūt.quę cum ſententia diſſideant: cōmuni tamen falſitate concoꝛdant. ſi igitur earum vna ſummota ſit:non neceſſe eſt ut eſſe altera conſequatur: fieri enim poteſt ut neutra ſit: velut ſi omnē iuſtum eſſe hominē deſtruat:non eſt conſequens ut nullus homo ſit iuſtus.quę ſub his pꝛopoſitionibus collocantur id eſt particularis affirmatio atqꝫ negatio ſubcontrarię nomen habent: idcirco ꝙ vniuerſalitati particulare cōmune ſubiectū eſt.cum igitur vniuerſales intelliguntur eſſe cōtrarię:ſubcontrarias eē neceſſe eſt quę ſub vniuerſalibus collocantur. Hoꝛum quoqꝫ quantitas eadem:quoniā vtręqꝫ ſunt particulares. diuerſa qualitas intelligitur:quoniāꝫ affirmatio eſt illa vero negatio.ſed quamqꝫ contrarijs videantur eſſe ſubiectę:cōuerſo tamen modo particulares in veritate ſibimet:non in falſitate conſentiunt.nam ut hęc verum:falſum illa pꝛonunciet:atqꝫ vtręqꝫ ſint verę facile pꝛopoſitis declaratur exemplis:ut vero vtręqꝫ falſę ſint:non poteſt inueniri. nam ſi quidem quod neqꝫ ſeparari neqꝫ poſſit adeſſe ſubiecto: alterutra enunciet pꝛopoſitio:vna eſt veritati: altera cognata mendacio:et ſi quidem quod a ſubiecto ſeparari nō poteſt pꝛedicetur:affirmatio ſola veritatis calculū tenet. at ſi qđ ſubiecto impoſſibile adeſſe dicatur: ſola optinet negatio veritatem.ut ſi quis enunciet:quidam homo animal eſt: et alius neget:quidam homo animal non eſt. vel ita.quidāꝫ homo lapis eſt.quidam homo lapis non eſt. vtraqꝫ affirmationū negationumqꝫ oppoſitio verum inter ſe falſumqꝫ ꝑtitur. Sed in pꝛioꝛibus quidē affirmatio:in poſterioꝛibus autem vera negatio eſt.at ſi quod euenire quidem poſſit:ſed a ſubiecto tamen aliquando valeat ſegregari: affirmatio particularis negatioqꝫ pꝛonuncietur: vtraſqꝫ veras eſſe neceſſe eſt:ut quidam homo iuſtus eſt: quidam homo iuſtus non eſt.ut vero vtręqꝫ falſę ſint: nulla poterunt exempla cōgnoſcere.quocirca ne illę quidem quas ſubcontrarias appellamus ſemper ſe ſeinuicem perimūt quandoquidem aliquotiens in veritate concoꝛdant.at ſi omnibus differentijs diſſidentes ac ſeinuicem deſtruentes inuenire conemur:reſpiciendę ſunt angulares.hę vero ſunt vniuerſalis affirmatio et negatio particularis: vel vniuerſalis negatio et affirmatio particularis:his enim tanta inter ſe diſcoꝛdia manifeſta eſt:ut neqꝫ in falſitate vnqꝫ neqꝫ in veritate vnqꝫ conueniant:ſemperqꝫ neceſſe eſt cum affirmatio ſit vera negationem eſſe mendacem: cum negationi adſit veritas:affirmationi eſſe pꝛopꝛiam falſitatem: at pꝛimum cum geminas eſſe pꝛopoſitionū differentias dixerimus in qualitate ſcilꝫ et quantitate:harum et qualitas diuiſa eſſe pꝛobatur et quantitas:nam ꝙ hęc affirmatio eſt illa negatio:in qualitate diſſentiunt.ꝙ vero hęc vniuerſalis illa ꝑticularis quantitate diſcoꝛdant.item neqꝫ in falſitate neqꝫ in veritate vnquā poterunt cōuenire: ſiue enim de his quę a ſubiecto abeſſe non poſſunt: vnam ſemper veram eſſe neceſſe eſt alteram falſam:nam ſi talis terminus pꝛedicatur: ut cum vel adeſſe ſubiecto vel non adeſſe contingat: vniuerſales ſemper falſę ſunt:particulares verę ſunt.ſi quis enīꝫ ita pꝛoponat:omnis homo iuſtus eſt:atqꝫ alius neget.quidam homo iuſtus non eſt: vniuerſalis affirmatio falſa eſt: particularis eſt vera negatio. Similiter autem ſi quis ita pꝛonunciet.nullus homo iuſtus eſt: vniuerſalis negationis falſa:particularis affirmationis vera ſententia eſt:ita in his quę vel adeſſe ſubiecto vel abeſſe contingant. vniuerſales falſitati coniunctę ſunt:particulares obtinent veritatem.at ſi tales termini ſint:qui ſeparari atqꝫ a ſubiecto diuidi nequęant:ſiue illa ſit vniuerſalis ſiue particularis. hęrebit ſemper affirmationi veritas:negationi mendaciuꝫ ut ſi quis vniuerſaliter enunciet.omnē hominem eſſe animal:aliuſqꝫ particulariter neget:quendam hominem non eſſe animal.affirmatio vniuerſalis verum loquitur: particularis negatiuę falſa ſententia eſt.item ſi quis vniuerſaliter negando pꝛoponat nullum hominem eſſe animal:particularem affirmationem veritas ſequitur:hęret vniuerſalis negatio falſitati:quod ſi ſint quę pꝛedicantur: ut nunqꝫ poſſint adeſſe ſubiecto:ſeu illę vniuerſaliter ſeu particulariter pꝛoponantur. negationes oꝛnat veritas affirmationes falſitas decoloꝛat. Si quis enim ꝯfirmat dicens omnem hominem lapidem eſſe. aliuſqꝫ quēdam hominēꝫ nō eſſe lapidem reſpondeat. vniuerſalem affirmationem falſitas:particularem negationem veritas tenet. quod ſi ita qs vniuerſaliter neget. nullus homo lapis eſt:et particulariter affirmet quidam homo lapis eſt. vniuerſali conſtat negatione veritas:particularis affirmatio non caret falſitate Quoquo igitur modo pꝛedicata vel ſubiecta mutaueris: ſi tamen vniuerſalem affirmatiuam particulari negatiuę: vel vniuerſalem negatiuam particulari affirmatiuę conſertaꝫ a ſingulariter conſideratione committas: ſi hęc falſa: illam veram contingit:et ſi hęc vera eſt.illam falſam neceſſe eſt inueniri.atqꝫ idcirco has inter ſe oppoſitas et contradictoꝛias nuncupamus:et hactenus quidem affirmationes et negationes aduerſis intentionibus conferentes:quid in eis diſcoꝛdię ac diuerſitatis eſſet oſtendimus. nunc vniuerſalem affirmationem particulari affirmatiuę:et vniuerſalēꝫ negationem particulari negatiue ad veritatis falſitatiſqꝫ conuenientiam comparemus.harum namqꝫ inter ſe nulla diſcoꝛdia eſt:atqꝫ ideo non de earum diſſenſu:ſed de conſenſu potius videtur eſſe quęrendum. Pꝛimum igitur vniuerſalis affirmatio ⁊ particularis affirmatio ſubalternę dicuntur:quoniam altera ſubiacet alteri id eſt particularis affirmatio vniuerſali affirmationi ſuppoſita eſt atqꝫ ſubiecta veluti pars intra totius ſemper ambituꝫ latet.idemqꝫ de vniuerſali et particulari negatiua dicendum eſt. ſubalternę enim vocantur: ꝙ ſuperioꝛ atqꝫ amplioꝛ vniuerſalis negatio intra ſe particularem negationem claudit et continet Hę igitur tali ratione conſentiunt:ſi enim vniuerſales in veritate pꝛęcedant particulares veras eſſe neceſſe eſt: ut ſi quis vniuerſaliter affirmando pꝛoponat.omnem hominē animal eſſe:quę cum ſit vera:particularis ſibi affirmationis veritatem comitem trahit:ea vero eſt. quidam homo animal eſt:nam ſi verum eſt omnē hominem eſſe animal: verum eſt eſſe aliquem.item ſi quis vniuerſaliter enunciet nullum hominem eſſe lapidem:verum dixerit:at ſubiecta ei particularis negatio ideꝫ retinet:nec mentitur qui dixerit.quendam hominem lapidem non eſſe: ita igitur vniuerſalibus affirmatione ac negatione vera dicentibus:particularis affirmatio et negatio veram vniuerſalium ſententiam conſequuntur.at ſi vniuerſales falſę ſint non neceſſe eſt particulares vniuerſalium conſenſu pꝛębere mendaciū velut in his vniuerſalibus quę pꝛoponunt omnem hominem eſſe iuſtum vel nullum hominē eſſe iuſtum: quę cum vna ſit affirmatio:altera vero negatio: vtręqꝫ ſunt falſę: ſꝫ eas particularium falſitas non ex neceſſitate conſequitur. nam et quendam hominē eſſe iuſtum: quę particularis eſt affirmatio: verę quis dixerit. atqꝫ ideo falſis vniuerſalibꝰ particulares veras eſſe non neceſſe eſt.quod enim vniuerſalis affirmatio falſa dicatur. omnem hominem eſſe lapidem.errat particularis affirmatio:quę pꝛoponit quendaꝫ hominem eſſe lapidem:at ſi vniuerſalis negatio falſa pꝛoponatur. nullum hominem eſſe animal:non idcirco particularis erit vera negatio: ſi pꝛonunciet quendam hominē non eſſe animal.atqꝫ ideo vniuerſalibus quidem in veritate manentibus particularis neceſſe eſt vniuerſalium conſentire veritati.at ſi vniuerſalibus falſitas inhęrebit: particularis tum veras:tum etiam falſas eſſe poſſibile eſt: veras quideꝫ ſi quid tale pꝛedicetur quod adeſſe ſubiecto poſſit et ſubiecto valeat ſeparari: falſas eſſe vtraſqꝫ: affirmationem quidem particularem: ſi in eo ſit vniuerſalis falſa affirmatio:quod ſubiecto non poteſt conuenire: negationē particularem:ſi in eo vniuerſalis negatio mentiatur quod a ſubiecto nō poteſt ſegregari:ut poſita ſuperius exempla declarant.quod ſi ad veritatis et falſitatis conſequentiam particularis pꝛopoſitiones locum pꝛincipem ſoꝛtiant͛.contraria eis vniuerſales pꝛopoſitionis ratione conueniunt: nam ſi ſint falſę particulares: vniuerſales falſas eſſe neceſſe eſt.ſin vero particulares verę ſint: tum vniuerſales verę ſunt:tum etiam falſę:nam ſi particularis affirmatio eſt falſa:quę dicit: aliquem hominem eſſe lapidem: vniuerſalis quoqꝫ affirmatio falſa eſt.quę pꝛoponit omnem hominēꝫ eſſe lapidem:item ſi particularis eſt falſa negatio: quę decernit quendam hominem non eſſe animal: falſa erit vniuerſalis negatio quę nullum hominem animal eſſe contēdit.at ſi particularis affirmatio vel negatio verę ſunt: idqꝫ pꝛedicetur quod a ſubiecto diuidi ac ſegregari queat: affirmationem negationemqꝫ vniuerſales non eſt dubium poſſe mentiri.ut quoniam vera ſint particulares quę pꝛoponunt quendam hominem eſſe iuſtum et quendam hominē non eſſe iuſtum:his ſuperpoſitas vniuerſales falſas eē manifeſtum eſt:ut ea quę dicit.omnis homo iuſtus eſt: ⁊ nullus homo iuſtus eſt.at ſi quid tale affirmatio particularis pꝛonunciet:quo ſubiectum carere non poſſit: vera erit ſuppoſita affirmatio vniuerſalis:ut cū aliquis enunciat.quēdam hominem eſſe animal:huic vniuerſalis affirmatio in veritate conſentit:quę eſt:omnis homo animal eſt.et ſi qđ particularis negatio tale pꝛoponat: quod ſubiecto nequęat inhęrere veritatem particularis negationis vniuerſalis negatiuę veritas neceſſe eſt conſequatur. ut cum aliquis dicit.quendam hominem lapideꝫ non eſſe:conſonat vniuerſalis veritas pꝛopoſitionis:quę nullum hominem lapidē eſſe pꝛonunciat.quo ſit ut pꝛęcedentibus quidem vniuerſalibus veris particulares veras eſſe neceſſe ſit. Pꝛęcedentibus vero in falſitate particularibus vniuerſalium veritas ſubſequatur. Manentibus vero vniuerſalibus falſis particulares mendacium dicere non ſit neceſſe: ſicut ne vera quidem particularibus pꝛoponentibus veram vniuerſalium neceſſe eſt eſſe ſententiam. Et hoc quidem exempla docuerunt:ut auteꝫ firma demonſtratione clareſcat: vtilis ad euidentiam rerum deſcriptio pꝛoponatur.




❡ Ex his ergo que ſuperius dicta ſunt intelligi poteſt cōtrarias quidem vel verum inter ſe falſumqꝫ diuidere: vel ſimul poſſe mentiri: veras ſimul eſſe non poſſe: ſubcontrarias vero vel vtraſqꝫ veras eſſe: vel alteram veram: alteram falſam: nunqꝫ tamen ſimul proferre mendacium. Angulares autem neqꝫ in veritate vnquā neqꝫ in mendacio conſonare: ſed vni ſemper veram alteri ſemper falſam eſſe ſententiam. nunc demonſtrandum eſt vniuerſalibus veris particulares non poſſe mentiri. falſis autem vniuerſalibꝰ poſſe particulares non falſa proferre. Dico enim ſi vniuerſalis affirmatio ſit vera particularem quoqꝫ affirmationeꝫ veram futuram: nam ſi falſa eſt erit vera que particulari affirmationi opponitur vniuerſalis negatio. ſed poſita eſt vera affirmatio vniuerſalis: hoc igitur modo vtraſqꝫ ſimul veras eſſe contingit. affirmationē ſcilꝫ vniuerſalem: vniuerſalemqꝫ negationem: quod euenire non poſſe monſtratum eſt: non igitur fieri poteſt: ut affirmatiua vniuerſali vera propoſita particularis affirmatio mētiatur. Rurſus ſi vera eſt vniuerſalis negatio particularem quoqꝫ negationem veram eſſe concedo. nam ſi falſam quis dixerit: vniuerſalem affirmationem que eſt ei oppoſita: veram neceſſario eſſe fatebitur. at ſi vniuerſalis negatio vera eſſe propoſita ē ſimul igitur vniuerſales negationem et affirmationem veras eſſe contingit: quod fieri non poſſe ſuperius poſita exēpla docuerunt: at ſi falſa eſt vniuerſalis affirmatio: particularis vel falſum poterit enunciare vel verum: quo poſito nihil impoſſibile committatur: ſiue enim falſa ſit erit vera negatio vniuerſalis: ſeu vera illa ſit: vniuerſalem negationē falſitas optinebit. Quo fit ut falſa vniuerſali affirmatiōe vniuerſalis negatio: tum ei falſitate conſonet: tum ab ea veritate diſcordet: quod non eſſe impoſſibile ſuperioribus docetur exemplis. Eodem quoqꝫ modo et ſi vniuerſalis negatio falſa ſit: particularem negationem vel veram vel falſaꝫ eſſe poſſibile eſt: neqꝫ idcirco aliquid ſequitur incongruū. Particulari namqꝫ negatione vera vniuerſalis affirmatio mentietur: eadem falſa verum vniuerſalis affirmatio pronunciat. quo fit ut falſa vniuerſali negatione propoſita: affirmationem vniuerſalem tum veram: tum falſam rationis demonſtret euentus: quod impoſſibile non ē. rurſus ſi particulares falſe ſint: vniuerſalis quoqꝫ falſitas ſequitur: nam ſi particularis affirmatiua pronunciet mendacium vniuerſali quoqꝫ affirmationi falſitas inherebit: nā ſi hec vera eſt: falſa erit ei oppoſita negatio particularis: ſed affirmationem particularem conſtituimus eſſe mendacem ſimul igitur particularis affirmatio et negatio falſa ſunt: quod eſſe inconueniens precedens tractatus declarauit: itē ſi particularis negatio falſa dicatur: vniuerſalis quoqꝫ negationis falſitas conſonabit: nam ſi negatio vniuerſalis vera eſt: falſa eſt oppoſita que eſt affirmatio particularis: quo modo vtraſqꝫ particulares affirmationem. ſcilicꝫ ac negationem ſimul falſas eſſe contingit: quod fieri non poſſe p̄diximus. at ſi vera ſit affirmatio particularis falſa vel vera vniuerſalis affirmatio eſſe poteſt. ſed ſiue falſa ſit particularem negationem veram eſſe neceſſe eſt: ſiue vera ſit: habebit particularis negatiua mendacium. Sed cum vera ſit affirmatio particularis negationem particularem vel falſam eſſe vel veram nihil eſt impoſſibile. Rurſus ſi negatio particularis teneat veritatem: vniuerſalis negatio vel veritatem tenere poteſt vel proferre mendacium. Nam ſi vera eſt oppoſitam affirmationem particularem falſam eſſe manifeſtum eſt. ſi falſa eſt veritatem particularis affirmatiua cuſtodiet. quo fit ut ſi particularis negatio teneat veritatem affirmatio particularis vera vel falſa ſit. quorū neutrum impoſſibile non eſſe premiſſa docuerunt: atqꝫ hec quidem de vniuerſalibus dicta ſufficiant. Nunc de indefinitis ac ſingularibus diſſeramus. quarum quidem indefinite ſunt: quibus nulla ſignificatio determinationis adiungitur: ſed preter vniuerſalis et particularis intelligentiam quantitatis proferuntur ut homo iuſtus eſt: homo iuſtus non eſt. quibus tametſi (ut dictum eſt.) nulla ſignificatio determinationis adiungatur. vim tamen optinent particularium propoſitionum. Namqꝫ ut ille quas ſubcontrarias in priore deſcriptione ſignauimus: alias quidem inter ſe verum falſumqꝫ diſtribuunt. alias quidem in dicenda veritate conſpirant nunquā tamen ſimul videntur poſſe mentiri. ita etiam indefinite ſi quidem tale eſt quod enūciant quod ſubiecte ſemper ineſſe neceſſe ſit affirmatio eſt vera: falſa negatio. ut in his propoſitionibus. homo animal eſt: homo animal non eſt. at ſi id in indefinitis propoſitionibus efferatur quod ſubiecti natura non ſuſcipit: negatio quidem vera eſt. ſed affirmatio iuncta eſt falſitati: ut ſi quis dicat: homo lapis eſt: homo lapis non eſt: ut vero vtreqꝫ in pronuncianda falſitate conſentiant: non poteſt inueniri. Eedem tamen ab vniuerſalibus affirmatiuis: atqꝫ negatiuis ita diſſentiunt. ut quoquo modo ſubiecta permutes: vna ſemper veritatis: altera ſit ſemper plena mendacij. Exemplum vero huiuſmodi predicati quod ſubiecto ſemper inhereat hoc eſt. omnis homo animal eſt. homo animal non eſt: nullus homo animal eſt: homo animal eſt. Hic indefinite vi eadem funguntur qua et particularis. huius vero quod nunquā inheret. hoc eſt. omnis homo lapis eſt. homo lapis non eſt. Nullus homo lapis eſt. homo lapis eſt. in his quoqꝫ indefinite vniuerſalibus oppoſite per vnamquāqꝫ oppoſitionem vnam veram falſam alteram reddiderunt: item quod ſuſcipere ſubiecti naturam valeat et poſſit amittere. Omnis homo iuſtus eſt. homo iuſtus non eſt. Nullus homo iuſtus eſt. homo iuſtus eſt. in his etiam indefinite particularibus immutate ſunt: que vniuerſalibus obiecta per vnamquāqꝫ propoſitionum aduerſitatem: vni ſemper verum: alteri diuiſorie mendacium. Preterea quoquo modo terminorum exempla ponantur ſi affirmationes affirmationibus negatiōes negationibus comparemus: vniuerſalibus veris indefinitarum veritas prouenit: ut cum vere ſunt. omnem hominem eſſe animal: et nullum hominem eſſe lapidem conſtat veritas indefinitis que proponunt: et hominem animal eſſe: et hominem lapidem non eſſe. At ſi vniuerſalium falſitas antecedat indefinitarum vel veritas: vel mendacium variabitur. hoc modo. Falſa enim eſt vniuerſalis enunciatio que proponit. omnem hominem eſſe iuſtum: ſed ea que dicit hominem eſſe iuſtum: tenet in humane nature parte veritatis. Nam ſi non habet omnis homo iuſticiam cum tamen aliquis habeat: vere dici poteſt hominē eſſe iuſtum. Item cum proponitur vniuerſaliter. Nullus homo iuſtus eſt: falſum eſt. At ſi id indefinite denegetur: a veritate non diſcrepat. Nam cum ſit aliquis homo non iuſtus: non mentietur qui pronunciauerit hominem eſſe non iuſtum. Item cum ſit falſa que vniuerſaliter affirmat dicens. omnem hominem eſſe lapidem: falſa eſt que idem indefinita enunciatione confirmat dicens hominem eſſe lapidem. Rurſus cum ſit falſa negatio per quam proponitur. nullum hominem eſſe animal: falſa eſt indefinita negatio que pronunciat hominem non eſſe animal. Hic quoqꝫ particularium ſimilitudo ſeruata eſt. Nam in ſubalternis vera vniuerſalitas veritatē particularitatis trahebat. Falſa vero vniuerſalitas nec veritatis nec mendacij neceſſitateꝫ particularibus afferebat. Eadem omnia vniuerſaliuꝫ atqꝫ indefinitarum collatione proueniunt. Rurſus indefinitas primum falſas conſtet: vniuerſales quoqꝫ neceſſe ē eē mendaces: vt ſi falſum ſit eſſe hominem iuſtum: falſuꝫ erit omnem hominem eſſe iuſtum. quando quidem non capit veritatem: ſi iuſtus vel vnus homo non fuerit. Item ſi indefinita negatio mentiatur: verum vniuerſalis negatio n̄ habebit: veluti ſi falſa ſit ea que dicit hominem non eſſe iuſtum: quando quidem non poteſt vniuerſaliter ab homine denegari: ſi vel vni hominum probabitur adeſſe iuſticia. At ſi indefinite ſententiam veritatis optineant: vniuerſales tum veras tum eueniet eſſe mendaces: velut cum dicimus hominem eſſe iuſtum veruꝫ eſt. eſt enim homo qui iuſticia non careat: huius vniuerſalis negatio mentietur: cuꝫ quis dixerit nullum hominem eſſe iuſtum. At ſi id affirmabitur indefinite quod a ſubiecto diuelli ſeiernique nō poſſit: vera nihilominus erit affirmatiua que proponit omnē hominem eſſe animal. At ſi id quod ſubiecti naturam nō recipit proponit indefinita negatio: veluti ſi dicat hominē lapidem non eſſe nihil ab eius veritate vniuerſalis negatiua diſſentiet: vt ea que nulluꝫ animal eſſe proponit. Nihil igitur dubium eſt indefinitas particularibus eſſe conſimiles: eandemqꝫ vim veritatis ac falſitatis ſignificationibus optinere: de quibus ſufficienter dictum eſt. Nunc de ſingularibus explicemus que nihil ſuperioribus ſimiles extant Ille nāqꝫ quoniam conſtituebant vniuerſale ſubiectuꝫ de quo predicatum terminum dicerent: idcirco ſuſcipiebant ēt differentias quantitatis. Nam quod vniuerſale eſt ⁊ vniuerſaliter ⁊ particulariter ⁊ indefinite poterit pronunciari. At he que vnum aliquid ponunt ſingulariter atqꝫ indiuidue: differentias quantitatis habere non poſſunt: atqꝫ iō ſola in eis relinquitur diſcrepantia qualitatis. ꝙ hec qdeꝫ affirmatio: illa vō negatio. Semper igitur inter ſe affirmatio ⁊ negatio ſingularis verum falſumqꝫ diſtribuent. Si non cetera impediant que ſenſum in alias atqꝫ in alias ſignificationes ſolent deflectere ac detorquere. Cum vō vnū atqꝫ idem predicatum atqꝫ ſubiectum in affirmatione ⁊ negatione conſtiterit: vno eodemqꝫ ſumptum tempore: vno eodemqꝫ prolatum modo: ad vnum atqꝫ idem relatum: de vna atqꝫ eadem parte propoſitum: neceſſe eſt ex his vnam ſemper eſſe veram: alteram ſemper eſſe falſam. Nam ſiue equiuocos terminos ſumant: ſiue non ad idem tempus p̄cedant: ſiue alius vtriſqꝫ inſit modus: ſiue ad alias partes vel ad aliquid aliud referantur veras vtraſqꝫ eſſe ꝯtingit. Age enim equiuocum terminuꝫ ſumat affirmatio: dicatqꝫ Cato vtice ſe peremit: negetqꝫ negatio: Cato ſe vtice non peremit. Hic igitur vtreqꝫ ſunt vere quoniam Cato equiuocum eſt. Nāqꝫ Cato pretorius vtice ſibi manus itulit: Cato vō cenſorius minime. Item proponatur affirmatiua hoc modo. Nocte lucet. negatio reſpondeat. nocte non lucet Hic igitur lucere equiuocum eſt. Atqꝫ ideo nihil impedit quo minus vtreqꝫ in veritate ꝑmaneant. Affirmatio nāqꝫ cum dicit lucere nocte: lune loquitur lucem. Illa vō cum negat de ſolis luce ſignificat. Hic igitur equiuocum predicatum vtraſqꝫ verum conſeruare permiſit. Item ſi quis de Socrate proponat dicēs. Socrates ſedet. Atqꝫ alius neget. Socrates non ſedet: vtreqꝫ vere eſſe queunt: ſi ad diuerſa tempora referantur. Poteſt enim nūc quidem Socrates ſedere: alio vō tempore non ſedere. Rurſus ſi qs humani oculi colorem nigrum eſſe confirmet: aliuſqꝫ nigrum non eſſe contendat: vtriqꝫ verum loquentur: ſi ad ſingulas oculi partes affirmatio negatioqꝫ referantur. Nam qd circa orbem eſt qui medius pupillam tenet: albuꝫ eſt. Ipſe vero orbis niger viſit. Rurſus ſi de Socrate inter duos locato quis dixerit Socrates dexter eſt: aliuſqꝫ reſpondeat Socrates dexter non eſt: vtriſqꝫ conſtare veritas poteſt. Ad eum qui cum ſiniſtra Socratis eſt: dexter eſt. Ad eum vero cuius leuo lateris pars Socratis dextra coniungit: dexter non eſt. Item ſi quis ouum animal eſſe conſtituat: aliuſqꝫ ouum animal eſſe neget: vtreqꝫ a veritate non diſſonant. Nāqꝫ ouum poteſtate animal eſt: actu animal non eſt: ita igitur inter ſe ſingularium ſubiectorum propoſitiones verum falſumqꝫ diſtribuent: vt vna veritateꝫ neceſſe ſit habere: alteram mendatium. Si neqꝫ quod ſubiectum ē neqꝫ quod predicatum: aliqua ſit equiuocatione confuſuꝫ ad idem tempus ad eaſdem partes ad eundem modū: eandemqꝫ rem ad quam affirmatio retulit: ea que proponuntur in negatione afferatur: vt ſi quis de Socrate pronuntiet Socrates caluus eſt: Socrates caluus nō eſt. Si igitur de Socrate eodem affirmatio negatioqꝫ proponant. ſi eandem caluitij ſignificationem affirmatio ſumpſerit ⁊ negatio: ſi eandem vtre capitis partem loquantur: ſi vel actū vtreqꝫ poteſtatemue ſignificent: ſi nulla diuerſitate temporis erretur ambage: Si non ad alium affirmatio: ad alium negatio referatur: vna ſemper veritati coniūcta eſt retinet ſemper altera falſitatem.

Quoniam de ea conueniētia propoſitionū: que vtriſqꝫ ſimplicibus terminis eodemqꝫ ordine captaretur explicui nunc de ea participatione dicendum eſt que ⁊ vtroſqꝫ terminos ⁊ eundem ordinem ſeruatur. hoc autem (vt dictuꝫ eſt) tribus contingere modis poteſt. aut enim predicatus tmī: aut ſubiectus terminus: aut vtereqꝫ cum negatione p̄ponitur. Ac tunc enunciatio vel ab infinito ſubiecto: vel ab infinito predicato: vel ab infinitis vtriſqꝫ conſiſtit. Quotiens enim nomini negatio ſubiungitur: nomen redditur infinitum. Atqꝫ ideo per oppoſitionem participatio fieri dicitur. Nomini enim ſimplici ſemper infinitum nomen opponitur: vt homo non homo: animal non animal: ⁊ cetera. que cum ita ſint diſponantur ſimplices atqꝫ ex earum natura ceteras colligamus. Primo igitur propoſitionum ſeries deſcribatur ea. ſ. que vtriſqꝫ iungitur finitis: p̄poſitiſqꝫ ſimplicibus ita ex infinitis omnibus copulataꝫ propoſitionum ordo iungatur: vt affirmationes affirmationibus: negationes negationibus aduerſis frontibus collocentur.

| | |
|---|---|
| Omnis hō rōnalis eſt | Omnis nō hō n̄ rōnalis ē |
| Nullus hō rationalis eſt | Nullus nō hō nō rōnalis ē |
| Quidam hō rōnalis eſt | Quidam nō hō nō rōnalis ē |
| Quidam hō rōnalis n̄ eſt | Quidaꝫ nō hō nō rōalis n̄ ē |
| Omnis hō grāmaticꝰ ē | Omnis nō hō n̄ grāmaticꝰ ē |
| Nullus hō grāmaticꝰ eſt | Nullus nō hō n̄ grāmaticꝰ ē |
| Quidam hō grāmaticꝰ eſt | Quidā nō hō n̄ grāmaticꝰ ē |
| Quidā hō grāmaticꝰ nō ē | Quidā n̄ hō n̄ grāmaticꝰ n̄ ē |
| Omnis homo lapis eſt | Omnis nō hō nō lapis eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus nō hō non lapis eſt |
| Quidam homo lapis ē | Quidam non hō nō lapis ē |
| Quidam hō lapis nō eſt | Quidaꝫ nō hō nō lapis n̄ ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non hō nō iuſtꝰ eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus nō hō nō iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtꝰ eſt | Quidam nō hō nō iuſtus ē |
| Quidam hō iuſtus nō ē | Quidam nō hō nō iuſtꝰ ñ ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo riſibilis ē | Omnis nō hō nō riſibilis ē |
| Nullus homo riſibilis ē | Nullus nō hō ñ riſibilis eſt |
| Quidam homo riſibilis ē | Quidam nō hō ñ riſibilis eſt |
| Quidam hō riſibilis nō ē | Quidā nō hō nō riſibil' ñ eſt |

Harum igitur talis eſt conſonanda falſitate vel veritate pꝛopꝛietas vt affirmationes quidem inter ſe vniuerſales particulareſqꝫ negationes vel in veritate: vel in mendatio conſentire queant: vel verum inter ſe falſumqꝫ diuident. Si quid enim de ſubiecto tale pꝛędicetur quod vel ſubiecto nequeat ſegregari: vt ab homine rationabilitas: vel a ſubiecto quidem recedere queat ſed ſubiecti naturam ñ poſſit ęquare: vt hominis grāmaticus: vnam veram alteram falſam eſſe pꝛouenieт. Nam qui dicit: omnis homo rationalis eſt verum loquitur: ⁊ qui dixerit. omnis non homo nō rationalis eſt: mentietur. Diuinę nāqꝫ ſubſtantię: rōnis quidem compotes ſunt: ſed homines non ſunt. Item ſi qs pꝛonunciet. omnis homo grāmaticus eſt falſuꝫ dixerit. At qui pꝛoponit omnis non homo non grāmaticus eſt: verū dixerit. Nam qui homo non eſt grāmaticus eſſe non pōt. At ſi id de ſubiecto pꝛędicetur: qđ vel nunꝙ ſubiecto valeat conuenire: vt lapis homini: vel conueniens ab eo poſſit abſcedere cum ſit maius atqꝫ vniuerſalius ſubiecto: vt iuſticia homini: ſimul vtriſqꝫ falſitas pꝛouenit. Nam ſi quis dicit omnis homo lapis eſt falſam fecerit pꝛopoſitionē. Eodem quoqꝫ modo qui dixerit. omnis non homo non lapis eſt: cum ſi lex homo non ſit: ſed lapis. Item propoſitio omnis homo iuſtus eſt falſa eſt: cuius ſequitur falſitatem. omnis non homo non iuſtus eſt. Nam diuinis ſubſtantijs adeſt ſemper iuſticia: cum non ſit humanitas. At ſi qd tale de ſubiecto pꝛędicetur quod ⁊ ſemper ei copulet: neqꝫ tamen ſubiectum poſſit excedere: vt riſibile homini: vtriqꝫ ſententia in ſignificandi veritate cōcurrit. omnis homo riſibilis eſt vera eſt. omnis non homo non riſibilis eſt. hęc retinet veritatem. Nam quia riſibile hominis pꝛopꝛium eſt rectę dicitur non eſſe riſibile quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatione redduntur. Nam ſiue quę ſunt maioꝛa ſubiecto atqꝫ ab eo diſcedere nequeūt: vt rationabilitas ab homine: vel quę diſcedunt quideꝫ ſꝫ ſunt minoꝛa ſubiecto: vt grāmaticus homine: de ſubiecto pꝛędicentur: vnam veram alteram falſam faciūt. Nam q dicit quidam homo rationalis non eſt: falſum pꝛopoſuit; qui vō reſpondet. quidam non homo non rationalis non eſt: verum loquitur. Diuina quippe ſubſtantia non eſt qdam homo: ſed carere non poteſt humanę rationе naturę. Item quidam homo grāmaticus non eſt vera eſt: ſed falſa ē ſi dicam. quidam non homo non grāmaticus non eſt. Cuꝫ illud ſit verius quoniam qui homo non fuerit non poteſt eſſe grammaticus. At ſi quę vel nunꝙ de ſubiecto poſſunt verę pꝛędicari: vt lapis de homine: vel pꝛędicātur quidē ⁊ ſunt maioꝛa ſubiecto: ſed ab eo diſcedere ſeparariqꝫ patiuntur: vt iuſticia ab homine: veras pꝛotinus vtraſqꝫ cōſeruant. Nam qui dicit. quidam homo lapis non eſt verum dixerit. At ſi quis reſpondeat. quidaꝫ non homo nō lapis non eſt: his quoqꝫ verum dixerit. ſiquidem de ſilice vel de huiuſmodi cęteris velit intelligi: quę cū non ſint hōies nō lapides non ſunt. Item quidam homo iuſtus non eſt ꝓpoſitio veritatem tenet. Sed ne illa quidem falſa eſt quę ꝓponit quēdam non hominem non iuſtum non eſſe: hꝫ enim vt dictum eſt diuinis ſubſtantijs inuenitur: vt iuſticiam teneant qꝫuis ab hominis diffinitione ſeiunctę ſunt. Iteꝫ ſi id quod abeſſe non poteſt ⁊ ſit ęquale ſubiecto de eodem ſubiecto pꝛędicetur: vt riſibile homini incurrit vtriſqꝫ mēdatium. Nam quidam homo riſibilis non eſt: falſa eſt. cuius falſitati ſeſe emulam pꝛęſtat quę pꝛoponit. quidam nō homo non riſibile non eſt: quaſi qui homo non ſit poſſit eē riſibilis. Ita igitur quidem in affirmationibus vniuerſalibus ⁊ particularibus negatiuis veritas falſitaſqꝫ ⁊ ſimul aliquotiens inuenitur ⁊ inter vtraſqꝫ diuiditur. Negationes vō vniuerſales ⁊ particulares affirmationes non ſimili reſpondent modo. Sed negationes quidem vniuerſales vnam verum dicere alteram falſum: ſimul vtraſqꝫ falſas eſſe poſſibile ē. Simul autē veras nunꝙ eſſe contingit. Nam ſi id qđ adeſſe ſubiecto non poteſt pꝛędicetur vt lapis homini: vnam veram faciunt alteram falſam: vt eſt Nullus homo lapis eſt vera eſt: falſa eſt quę pꝛoponit nullus non homo non lapis eſt. Oīa quippe animalia pꝛęter hominem ita non ſunt lapides ſicut ab hominū natura ſeiuncta ſunt. quicquid vō aliđ de ſubiecto pꝛędicetur: neutri conſtare veritas poteſt: vt ſi quis ꝓponat. Nullus hō rationalis eſt falſum dixerit. Aliuſqꝫ reſpondeat. nullus non homo non rationalis eſt: hanc quoqꝫ conuincit ratio mentiri: equus quippe nō hō eſt: nec eū quis dixerit rōnis eſſe participem. vt autem ſimul verę ſint nullus poterit terminus appꝛobare. Particulares autem affirmatiuę in differentiam veritatis falſitatiſqꝫ diſcedūt. quotiens aliquid tale de ſubiecto dicitur quod nunꝙ poſſit adeſſe ſubiecto: vt lapis. Nam ſi quis enunciet quidam homo lapis eſt: falſa pꝛopoſitio eſt. At ſi quis reſpondeat. quidam non hō non lapis eſt tenet contrariam veritatem: equus quippe non homo eſt nec lapis eſſe dicetur. quicquid vō aliud de ſubiecto pꝛędicabitur: eſt eas in veritatis ſignificationē cōuenire: vt quidam homo rationalis eſt vera eſt. quidā non homo non rationalis eſt huic quoqꝫ veritas conſtat: equus quippe non homo eſt nec ratione ſubſiſtit: vt vō ſimul falſę ſint: nullis reperietur exemplis. Ad hunc igitur moduꝫ ⁊ de cęteris quę vel ſubiectum vel pꝛędicatum retinent infinitum: ad veritatis falſitatiſqꝫ conſenſum enunciationuꝫ pꝛopꝛietas conſideranda eſt: de quibus modo bꝛeuiter qd eueniat tetigiſſe ſufficiat. ſingula vō lectoꝛis exploꝛanda diligentię ⁊ per conuenientes terminos rimanda permittimus. diſponantur igitur pꝛopoſitiones quę ex vtriſqꝫ ſimplicibus terminis conſtant: eaſqꝫ quarum ſubiectum tātū abnuatur: ex aduerſa parte reſpiciant.

| Simplices. | Ex ſubiectis infinitis. |
|---|---|
| Omnis homo ratiōalis ē | Omnis nō homo rōnalis ē |
| Nullus hō rōnalis eſt | Nullus non hō rōnalis eſt |
| Quidam hō rōnalis eſt | Quidā nō hō rationalis eſt |
| Quidā hō rōnalis nō eſt | Quidā nō hō rationalis ñ ē |

| | |
|---|---|
| Omnis hō riſibilis eſt | Omnis non hō riſibilis eſt |
| Nullus hō riſibilis eſt | Nullus non hō riſibilis eſt |
| Quidam hō riſibilis eſt | Quidam non hō riſibilis eſt |
| Quidam hō riſibilis ñ ē | Quidam nō hō riſibilis ñ ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non homo iuſtꝰ eſt |
| Nullus hō iuſtus eſt | Nullus non homo iuſtꝰ eſt |
| Quidam hō iuſtus eſt | Quidam non homo iuſtꝰ eſt |
| Quidam homo iuſtus ñ ē | Quidam nō hō iuſtꝰ nō eſt |

| | |
|---|---|
| Omnis hō grāmaticus ē | Omnis nō hō grāmaticꝰ eſt |
| Nullus hō grāmaticꝰ eſt | Nullus nō hō grāmaticꝰ eſt |
| Quidam hō grāmaticus ē | Quidā nō hō grāmaticus ē |
| Quidam hō grāmaticꝰ ñ ē | Quidā nō hō grāmaticꝰ ñ ē |





| | |
|---|---|
| Omnis homo lapis eſt | Omnis non homo lapis ē |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus non homo lapis eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam nō homo lapis eſt |
| Quidam homo lapis ñ ē | Quidam non hō lapis nō ē |

In harum igitur affirmationibus quidem vniuerſalibus veritas ⁊ falſitas diſtribuitur: ſi quid tale de ſubiecto pꝛędicetur quod abeſſe nō poſſit: ſiue illud maius ſit vt aīal homine: ſiue ęquale vt riſibile homini. In his enim vnam veram alteram falſam eſſe neceſſe eſt. quicquid vō pꝛęter ea fuerit pꝛędicatum vnam ſemper veritas: alteram ſemꝑ falſitas ſequetur: vt autem ſimul verę ſint nequit oſtendi: particularium vō in affirmationibus quidem ſiquidem ea ꝑdicentur quę valeant tranſire ſubiectum: ſiue ab eo ſeparari nequeunt: vt animal ab homine: ſeu poſſint: vt iuſticia ab homine: loquitur vtraqꝫ vera ſententia. quicquid vero pꝛęter ea fuerit pꝛędicatum: vnam veritas alteram falſitas tenet. falſę vō ſimul nequeunt inueniri. Negationes vero particulares ſiquidem id pꝛędicent quod a ſubiecto ñ poſſit abſcedere: ſiue illud maius ſit vt rationale homine: ſeu ęq̄le: vt riſibile homini: vni conſtabit veritas altera mentiet. Si quid vō pꝛęter ea fuerit pꝛędicatū: veras ſemꝑ vtraſqꝫ conſtat: vt in eas cōmunis falſitas nunꝙ poſſit incidere.

Item diſponātur in oꝛdinem pꝛimum quidem ſimplices: has e regione reſpiciant quę ſubiecto ſimplici denegantur pꝛędicato.

| Simplices. | Ex infinito pꝛędicato. |
|---|---|
| Omnis homo lapis eſt | Omnis homo non lapis eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus homo non lapis eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam homo nō lapis eſt |
| Quidaꝫ homo lapis nō ē | Quidam hō non lapis nō ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo animal ē | Omnis homo nō animal ē |
| Nullus homo animal ē | Nullus homo non animal ē |
| Quidam homo aīal eſt | Quidam homo non aīal eſt |
| Quidam homo aīal nō eſt | Quidam homo nō aīal nō ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo riſibilis ē | Omnis hō non riſibilis eſt |
| Nullus homo riſibilis ē | Nullus homo nō riſibilis ē |
| Quidam homo riſibilis ē | Quidam hō nō riſibilis eſt |
| Quidaꝫ hō riſibilis nō eſt | Quidam hō nō riſibilis ñ ē |

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis homo non iuſtꝰ eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus homo non iuſtus ē |
| Quidam hō iuſtus eſt | Quidam homo nō iuſtus ē |
| Quidam hō iuſtus nō eſt | Quidam hō non iuſtꝰ nō eſt |

| | |
|---|---|
| Omnis hō grāmaticus ē | Omnis hō nō grāmaticꝰ eſt |
| Nullus hō grāmaticꝰ eſt | Nullus hō nō grāmaticꝰ eſt |
| Quidam hō grāmaticꝰ eſt | Quidā hō nō grāmaticꝰ eſt |
| Quidam hō grāmaticꝰ ñ ē | Quidā hō nō grāmaticꝰ ñ ē |

Harum igitur affirmationes vniuerſales: ſiquidē pꝛędicent quod ſubiecto nequeat conuenire: vt lapis homini: vel a ſubiecto cum ſit ęquale vel ſit maius non poſſit abſcedere: vt animal vel riſibile ab homine: vnam ſemꝑ neceſſe eſt veritatem alteram pꝛoferre mendatium. quicquid vō pꝛęter ea fuerit pꝛędicatum vtriſqꝫ falſitas inuenit: vt ad veritatem conuenire non poſſint. Negationes vō vniuerſales ſiquidem id de ſubiecto pꝛędicent qđ ſubiecto adeſſe poſſit ⁊ abeſſe: ita vt excedat vt virtus hominem: vl' id quod adeſſe quidem queat ſed non poſſit adęquare ſbm vt grāmaticus hominem: vtręqꝫ in falſitate cōmunicant. quicquid vō aliud fuerit pꝛędicatum: vnam veritas alterā falſitas conſequetur. vt autem ſimul verę ſint neqt oſtēdi. Particularium vō affirmationes quidem ſimul verę ſunt ſi id quod vel adeſſe poſſit vel abeſſe pꝛędicetur: ſiue illud maius ſit vt iuſticia homine: ſeu minus vt grāmaticus ab homine. Si quid vō aliud fuerit pꝛędicatuꝫ veritas ſexs ac falſitas diſtribuitur: ita vt nūꝙ cōmunem cōſonent falſitatem. Particularis quoqꝫ negatiuę in ſimilibus terminis veritate concoꝛdāt. Nam ſi quod adeſſe vel abeſſe pōt ſiue illud maius ſit: vt iuſtus ab homine: ſiue minꝰ vt grāmaticus ab homine de ſubiecto pꝛędicetur veritas vtriſqꝫ conſtabit. In alijs vō cunctis pꝛędicationibus vni veritas alteri falſitas cedit. Nūꝙ tamen vtręqꝫ in pꝛodēda falſitate conſentient. Pꝛęter hanc autem inter ſe conuenientiā pꝛopoſitionum habent aliquid hę pꝛopꝛium quę pꝛędicatum adiecta negatione pꝛonunciant quod cęteris ineſſe nō poſſit. Affirmationes nāqꝫ negationibus negationeſqꝫ affirmationibus quarum vniuerſalis eſt pꝛopoſitio. Itēqꝫ particulares affirmatiōes negationibus negationes affirmationibus ita conueniunt: vt nūꝙ neqꝫ in falſitate neqꝫ in veritate diſcoꝛdent. Conuenientium autem oꝛdinē ſerieмqꝫ deſcribimus: quas ſi quis in ſuperius poſita reſpexerit videbit angulariter conuerſas.

| | | |
|---|---|---|
| Oīs hō rōnalis eſt | Cōueniūt | Nullus hō ñ rōalis ē |
| Oīs hō ñ rōnalis ē | Cōueniūt | Nullus hō rōalis eſt |
| Quidā hō ñ rōalis ē | Cōueniūt | Quidā hō rōalis ñ ē |
| Quidā hō rōnalis ē | Cōueniūt | Quidā hō ñ rōal' ñ ē |

Quod idcirco in his tantū videtur euenire ꝙ de eodem ſubiecto vtręqꝫ intelligitur oꝛdo opponere. Nam quę dicit omnis homo rationalis eſt de homine rationale pꝛędicauit Item quę pꝛoponit. omnis homo non rationalis eſt de eodem homine rationale ſeiunxit: vt merito ſimplices affirmationes negationi conſentiant. At nō in alijs intelligit idem eſſe ſubiectum. Nam ⁊ illa quę pꝛoponit. omneꝫ nō hominem eſſe rationalem: ⁊ illa quę enunciat. omnem non hominem eſſe non riſibilem: de homine non loquuntur: ſꝫ quolibet alio quod hominis negatione relinquitur. Atqꝫ ideo velut extraneę atqꝫ a ſemet alienę nec in veritate poſſident aliquam nec in falſitate concoꝛdiam. Indefinitas aūt pꝛopoſitiones quū particularibus ſimiles eſſe mōſtrauimꝰ adiungendas ſuperioꝛibus non putaui. Idem enim indefinitis neceſſe ē euenire qđ particularibus ſolet incurrere.

Expeditis igitur his pꝛopoſitionibus quę ex vtriſqꝫ cōmunicant terminis atqꝫ eodem oꝛdine collocatis. Nunc eam pꝛopoſitionum conuenientiam vel participationem loquamur quę in vtriſqꝫ quidem terminis conuenientia: ſed oꝛdinis cōmutatione conſiſtunt: cuius diſceptationis hic finis eſt de pꝛopoſitionū conuerſione docuiſſe. qd eni eſt aliud ꝓpōes mutato oꝛdine cōuenire vtriſqꝫ terminis niſi pꝛopoſitiones conuerti? Conuerti autem vel ſibi vel alijs pꝛopoſitiones dicuntur quotiens mutato oꝛdine terminorum ideſt qđ ſubiectum fuerat pꝛędicato: ⁊ qđ pꝛędicabatur ante: ſubiecto veritatem ſimul obtinent vel falſitateꝫ. De quibus pleniſſime hic diſputandi ſumemus exoꝛdium. qttuoꝛ pꝛopoſitiones eſſe pꝛędiximus: quę habeant differentias quantitatum ⁊ vtriſqꝫ terminis abſqꝫ oꝛdinis ꝑmutatione participant. Hę vō ſunt affirmatio vniuerſalis: negatio vniuerſalis: affirmatio particularis: negatio particularis. Harum igitur particularis affirmatio particularis quidem ſibiipſa conuertitur: vniuerſali autem affirmatōi per accidēs: ⁊ rurſus vniuerſalis negatio loco pꝛincipe ſui recipit conuerſionem: ad particularem vō negationem per accidens conuerti poteſt. Affirmationis vō vniuerſalis ad ſeipſam perpetua non poteſt eſſe conuerſio: ad particulareꝫ vō affirmationem per accidens poteſt. Nec vō negationis

particularis ad ſeipſam principaliter ſtabilis ac firma conuerſio eſt. Sed negationi vniuerſali ſecundo loco atqꝫ accidentaliter. Que omnia facilius declarantur exemplis. Affirmatio enim particularis vt ea quę proponit. Quidã hõ albus eſt. facile ſibiipſa conuertitur: ſi dicamus. Quidam album homo eſt: atqꝫ in vtriſqꝫ ſimul veritas conſtat. At ſi quis proponat. Quendam hominem eſſe lapidem: eãqꝫ conuertat dicens. Quendam lapidem eſſe hominem: mãſit in vtriſqꝫ mendatium. Hoc igitur modo affirmatio particularis ſui recipit conuerſionem. Item negatio vniuerſalis conuerti poteſt: vt ſi quis enunciet nullum hominem eſſe lapidem: eandemqꝫ conuerſis terminis dicat nullum lapidem eſſe hominem: ſimul veritatem tuentur. At ſi quis dicat. nullum hominem eſſe animal: atqꝫ eandem ſub terminorum conuerſione proponat dicens. nullum animal eſſe hominem: neutra ſuam perdidit falſitatem. Hoc igit mõ vniuerſalis quoqꝫ negatio ſibiipſa conuertitur. vniuerſal' vero affirmatio non tenet perpetuam conuerſionem: Quis enim quotiens de ſpeciebus propria prędicantur: conuerti vniuerſales affirmationes queant vt ſi quis dicat. Omis homo riſibilis eſt: poterit terminorum ordinem permutare Omne riſibile eſſe hominem: tamen ñ eſt hęc ęqualis atqꝫ in omnibus terminis fida conuerſio. quid enim cũ quis ita proponit. Omnis homo animal eſt: numquid conuertere vere poteſt: vt omne animal hominẽ eſſe pronunciet? Quare cum aliquotiens vniuerſalis affirmatio conuerſa propriam non teneat veritatem: dicitur conuerſionis nãqꝫ non poſſe ſuſcipere. Negatio quoqꝫ particularis interdum videtur poſſe conuerti: veluti ſi quis enunciet quendã hominem lapidem non eſſe verum loquatur cum dixerit quẽdam lapidem hominem non eſſe: ſed eſt inſtabilis ⁊ incerta conuerſio. nam cum quidam homo grãmaticus non ſit: falſum eſt dicere quẽdam grãmaticum hominem non eſſe. Ita igitur hęc quoqꝫ conuerſio protinus a ſua veritate deſinit. Superius igitur propoſitarũ quattuor enunciationum duę quidẽ oppoſitę. i. particularis affirmatio ⁊ vniuerſalis negatio conuerſionem ſui firmam perpetuamqꝫ ſuſcipiũt. Duę vero oppoſitę. i. affirmatio vniuerſalis ⁊ negatio particularis conuerſionis non tenent firmitatem: ſꝫ quia vniuerſalis affirmatio quę in ſui conuerſione videtur inſtabilis ſi vera eſt particularem quoqꝫ affirmationem veram eſſe neceſſe eſt. Si autem particularis affirmatio conuerſa non ãmittit propriam veritatem: vniuerſalis quoqꝫ affirmatio conuerſa particulari affirmationi eandem veritatẽ ſonabit: velut his exemplis probabitur. Si quis eni proponat omnem hominem eſſe animal: verum dixerit: huius ſubalterna particularis affirmatio quẽdam hominem eſſe animal: ea quoqꝫ vera eſt: quia vniuerſalis affirmationis veritas anteceſſit. Sed eadem conuerti ſibi veriſſime poteſt dicitur enim quoddam animal eſſe hominem. Quocirca affirmatio vniuerſalis quę proponit omnem hominem eſſe animal ⁊ conuerſa particularis affirmatio quę pnunciat qđdã animal eſſe hominem vtręqꝫ ſimul a veritatis ſignificatõe non deſinunt. Ita igitur vniuerſalis affirmatio quę ſui cõuerſionem perpetuam ferre non poterat per accidens particulari affirmationi conuerſa eſt. Per accidens autem ideo quia particularis affirmatio principe ſibiipſa loco cõuertit: conuerſę autem particulari affirmationi vniuerſalis affirmatio eandem retinet in veritate ſententiam. Eadem ideo eſt etiam vniuerſalis negationis: quę quia ipſa principalit conuerti poteſt: cõuerſęqꝫ negationi vniuerſali illa quę ſubalterna eſt eandem veritatis refert ſententiam. Particularis negatio conuerſa ad veritatis ſignificationẽ poterit cõuenire: vt ſi quis nullum hominem eſſe lapidẽ confirmet ⁊ huius conuerſio eſt nullum lapidem eſſe hominem: quę cum vera precedat: ſubalternę particularis negatiuę pficit veritatem: ea vero eſt quidam lapis homo non eſt: quę cõparata vniuerſali negationi quę dicit nullum hominẽ eẽ lapidem: Quis terminis tam ſimilis veritate proponitur Igitur particularis negatio quę ſibiipſi conuerti non poterat vniuerſali negatione per accidens conuerti poteſt. Per accidens autem idcirco quia vniuerſalis negatio in ſeipſaꝫ priore loco conuerti poteſt. Per conuerſionem autẽ ſui cuꝫ particulari negatione ſimilem veritatis videtur obtinere ſententiam. Itaqꝫ concludendum eſt particularem quoqꝫ affirmationem vniuerſalemqꝫ negationem conuerſionẽ ſui firmam ac ſtabilem cuſtodire. Affirmationem aũt vniuerſaleꝫ particularemqꝫ negationemqꝫ in conuertẽdo firmas eſſe non poſſe: ſed hanc affirmationi particulari: illam vero vniuerſali negationi per accidens poſſe cõuerti. Reſtat nunc de ea propoſitionum conuenientia vel participatiõe differere in qua vtrinqꝫ terminorũ ordine permutato vni vel vtriqꝫ eorum negatiuum copulatur aduerbium. Atqꝫ in his enunciationibus conuerti termini per oppoſitioneꝫ dicuntur: vnuſquiſqꝫ enim terminorum negatione prępoſita terminis ſimpliciter pronunciatis videtur oppoſitus Huius vero participationis eſt triplex modus: aut enim prędicato tm̃ termino negatio iũgitur: aut ſubiecto: aut vtriqꝫ termini denegantur. Primuꝫ igitur ſuppoſita deſcriptiõe pandantur exempla. Poſt autem quẽadmodum ſe habent ad veritatis falſitatiſue conſenſum cõſequẽtis ordine diſputatur. Ac primum quidem de hac diſſeremus: cui' ſubiectũ prędicatumqꝫ negatur. Poſt vero cuius ſubiectũ ſolũ poſtremo cuius qui prędicas terminus cum negatione profert. Atqꝫ earum quidem naturam atqꝫ ordinem ex ſimplicib' informabimus. Simplices autem in quãtitatum differẽtijs conſtitutas quattuor eſſe monſtrauimus. Sit igitur prima quidem affirmatio vniuerſalis quę proponat omẽꝫ hominem eſſe animal: aduerſum hanc collocetur affirmatõ vniuerſalis quę non ſolum conuerſis terminis enuncietur verum in vnoquoqꝫ termino negatiuum aduerbium hẽat adiunctum hoc modo. Omne non animal non homo eſt. Rurſus proponatur vniuerſalis negatio ea quę ẽ nullus homo animal eſt: huic aduerſum teneat locum vniuerſalis negatio terminis cum negatione conuerſis. i. nullum non animal non homo eſt. Item ſit particularis affirmatio ſimplex. Quidam homo animal eſt: huic terminus atqꝫ ex aduerſo referatur particularis affirmatio: quę cõmutatis ĩ ordinem terminis negationes vtriſqꝫ geſtet oppoſitas: vt ẽ Quiddam non animal non homo eſt. Iteꝫ ſit particularis ſimplex negatio quę proponat. Quẽdam hominem aĩal ñ eſſe: hanc ex aduerſo reſpiciat particularis negatio: quę permutatis ad ordinem terminis aduerbium negationis adiecerit: vt eſt. Quiddam non animal non homo non eſt.

| Simplices. | Conuerſę vtriſqꝫ infinitis. |
|---|---|
| Omnis homo animal ẽ | Omne nõ aĩal non homo ẽ |
| Nullus homo animal ẽ | Nullum non aĩal non hõ ẽ |
| Quidam homo animal ẽ | Quiddam nõ aĩal nõ hõ eſt |
| Quidam homo aĩal non ẽ | Quiddã nõ aĩal nõ hõ nõ ẽ |

Sed quãqꝫ huiuſmodi participationis plures eẽ differentias nouerimus ad inſtructionem tamen categoricorꝫ ſyllogiſmorum de hęc tantũ propoſuiſſe ſufficiat. quarum quidem propoſitionuꝫ pars ex ſimplicibus nominibus cõſtat: pars vero ex infinitis. Nam propoſitio vniuerſalis: quę eſt: omnis homo animal eſt: ex vtriſqꝫ nominibus finitis cõſtat. Nãqꝫ ⁊ homo ⁊ animal finita nomina eẽ manifeſtum eſt. Ea vero affirmatio quę proponit: omne non animal non hominum eſſe infinitorum terminorum poſitione coniuncta eſt. Non animal enim ⁊ non homo nomina eſſe infinita in nominis diffinitione prędiximus: quę quidem ſeſe ad veritatis falſitatiſue rationeꝫ ſic habent: vt enim negationibus adiunctis ĩfinita nõia ſimplicibus opponũt: ita ẽt cõuerſio ppõnuꝫ cõtrario cõtingit ꝙ paulo añ ĩ ſimplicib' habebat. In illis eni affirmatio vniuerſalis particulariſqꝫ negatio conuerſionem ſtabilem non tenebant.



Affirmatio autẽ particularis atqꝫ vniuerſalis negatio cõuerſę certiſſimę tuebantur vel in veritate vel in falſitate cõſenſum. Hic omne diuerſum eſt. vniuerſalis nãqꝫ affirmatio: ⁊ particularis negatio per oppoſitionem ſibiipſa conuertit. vniuerſalis autem negationis ⁊ particularis affirmationis non eſt ad veritatis falſitatiſue conſenſum fida conuerſio. At primum de vniuerſali affirmatione tractemus quę cum in ſimplicibus vera ſit veritatem quoqꝫ p oppoſitionem conuerſa cuſtodit: vt ea quę dicit omnẽ hominem eſſe animal vera eſt: at quę illi per oppoſitioneꝫ cõuertitur. i. omne non animal non homo eſt: eam quoqꝫ veram eſſe neceſſe eſt. Propoſitiõis aũt huius iſta ſententia eſt quoniam non eſt homo quicquid animal non eſt: quod verum eſſe nullus ignorat. Item ſi ſit falſa vniuerſalis affirmatio in ſimplicibus terminis cõſtituta: falſa quoqꝫ eius per oppoſitionem pbabitur eſſe conuerſio. nam cuꝫ dicim' Omnis lapis animal eſt falſa eſt: atqꝫ illi per oppoſitionẽ conuertitur. i. omne non animal non lapis eſt: eam quoqꝫ falſam eſſe neceſſe eſt. Id enim ex tali enunciatione ſentit: quoniam quicquid animal non fuerit id lapis nõ eſt: qđ apertiſſime falſum eſt: cum lapis ipſę animal non ſit: ꝙ ſi vniuerſalis affirmatio terminorum oppoſitione conuerſa ſibimet in veritate cõuenit ⁊ ĩ falſitate nõ eſt dubiũ qꝛ vlis ſimplex affirmatio ſtabili p oppõnẽ cõuerſiõe mõſtret. Idẽ de ſimplici ẽt pticulari negatõe dicem'. Nã cũ hęc falſa eſt vt ea quę dicit. Quidam homo animal non eſt: illa quoqꝫ falſitatem tenebit quę huic terminorum oppoſitione conuertitur: vt ea quę proponit. Quoddam non animal non homo non eſt. Id enim ex hac enunciatiõe colligitur ꝙ res quę non ſit animal ſit homo. Etenim hoc eſt eſſe hominem ꝙ non eſſe non hominem. At ſi vera ſit negatio particularis ex ſimplicius terminis iuncta: vt eſt quidam lapis aĩal non eſt: non deerit veritas cum terminoruꝫ oppoſitione cõuerſę quę proponit. Quoddam non animal non lapidem non eſſe. Id enim conuerſio ita ſignificat ꝙ res quędã quę animal non ſit lapis ſit: hoc eſt enim eſſe lapidem ꝙ non eẽ non lapidem: ꝙ ſi particularis ſimplex negatio per oppoſitiones proprię conuerſioni ⁊ in veritatis ⁊ in falſitatis ſignificatione concordat non eſt dubium particularem ſimplicem negationem certo ſibi ac ſtabili mudo per oppoſitionem terminorum poſſe conuerti. In negatione vero vniuerſali non eſt perpetua neqꝫ fida conuerſio. Quod quidẽ fallere poterit ſi quis ad ſolam reſpiciat conuenientiam falſitatis. Nam cum ſit falſa ſimplex vniuerſalis negatio quę pponit nullum hominem eſſe animal: falſa eſt quę ei per oppoſitionem conuertitur vt eſt nullum non animal non hõ eſt. Id enim ex hac propoſitione monſtratur quoniam omne quod animal non eſt: id homo eſt: hominem eſſe ſignificat quicquid animal non ſit quę proponit nullum eſſe nõ hominem qui animal non ſit. Sed hic in falſitate conſenſus ad veritatem vſqꝫ nõ peruenit. Age enim ſit vera ſimplex vniuerſalis negatio: nullus homo lapis eſt: non vera põt eſſe nullus non lapis non homo eſt. Id nãqꝫ deſignat iſta conuerſio quoniam quicquid lapis non fuerit id homo eſt: hominem nãqꝫ eſſe deſignat quod lapis non ſit: qui pronunciat nullum eſſe non hominem quod lapis non eſt: qđ apertiſſimę falſum eſt. Quis enim multa proferam quę cũ lapidis non ſint: tamen ab hominũ natura ſeiuncta ſunt: vt equus arbor atqꝫ alia plurima. Si igitur negatio vniuerſalis per oppoſitionem proprię conuerſioni in falſitate quidem conuenit nec tamen in veritate conſentit: rectę pronunciatur conuerſionem perpetuam atqꝫ ęquabilem non habere. Eadem quoqꝫ ratio eſt in affirmatione ſimplici particulari. Nam in hoc quoqꝫ ſępe error deprenditur: vt certe propoſitionum conuerſiones putentur: ſi quis non ad falſitatis quoqꝫ ſed ad ſolam conuenientiam veritatis aſpiciat. Nam cum affirmatio ſimplex particularis vera ſit: vt eſt quidam homo animal eſt. ſi huius termini cum oppoſitione conuertantur fiatqꝫ propoſitio. Quoddam non aĩal non homo eſt: a veritate non diſcrepat. Quid enim aliud enunciatio iſta deſignat ꝙ eſſe rem aliquam quę cum aĩal non ſit ne homo quidem ſit: vt lapis ſimul ⁊ animalis et hominis natura deficit? Sed hic in veritate conſenſus ad falſitatem vſqꝫ non tendit. Quid enim ſi ſit falſa ſimplex affirmatio particularis: vt eſt. quidaꝫ homo lapis eſt nũ erit eius per oppoſitionem falſa conuerſio. quiddaꝫ non lapis non homo eſt? At qui hęc firma veritate conſiſtit. id enim ex hac ppoſitione datur intelligi: ꝙ ſit quiddam quod cum lapis non ſit ne homo quideꝫ ſit: vt equus atqꝫ arbor: quę neqꝫ hominis neqꝫ lapidis diffinitione claudũtur. ꝙ ſi particularis affirmatio dum per oppoſitionem conuertitur in veritatem quidem tenet ſecum ipſam concordiam. In falſitate autem ſibimet ipſa diſſenſit rectum eſt pronunciare ꝙ termini negatione coniuncta conuerſionem firmam ſtabilemqꝫ non teneant. Quare cuꝫ in ſimplicibus ac pręter oppoſitionem conuerſionibus vniuerſalis quidẽ negatio particulariſqꝫ affirmatio perpetua fidaqꝫ terminorum permutatione vertantur. Affirmatio vero vniuerſalis particulariſqꝫ negatio minime dum per terminorum oppoſitioneꝫ ſimplex propoſitio ſibiipſa conuertitur omnia (vt dctũ ẽ) aduerſa ratione contingunt. vniuerſalis nãqꝫ affirmatio ⁊ particularis negatio firmam negatarũ partium retinẽt conuerſionem. vniuerſalis autem negatio in falſitate qdeꝫ rectę ſibiipſa conuertitur. In veritate autem ſibiipſa diſcordat. Particularis autem affirmatio in veritate quidem ſibi conuenit: ſed in falſitate diſſentit. Similis autem contemplatio eſt in his quę conuerſo ordine terminorum prędicato tm̃ vel ſubiecto ſiui copulant negationeꝫ: in quibus vt in ſuperioribus quoqꝫ fecimus propoſitionum tm̃ ordinem deſcribemus: ⁊ quid eueniat ſub breuitate monſtrabimus. Perquirenda atqꝫ examinãda ſingula lectoris diligentię derelinquẽtes. Deſcriptis ergo ſimplicibus ex aduerſa parte quę conuerſo ordine prędicatum cum negatione pronunciatur conferantur.

| Simplices. | Cõuerſe de prędicato ĩfinito |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt | Omne nõ animal homo eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nulluꝫ nõ animal homo ẽ |
| Quidam homo animal eſt | Quoddaꝫ nõ aĩal homo eſt |
| Quidã homo animal nõ ẽ | Quoddã nõ aĩal homo ñ eſt |
| | |
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non iuſtus homo ẽ |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus non iuſtus homo ẽ |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam non iuſtus homo ẽ |
| Quidaꝫ homo iuſtus nõ ẽ | Quidam non iuſtus hõ ñ ẽ |
| | |
| Omnis homo grãmatic' ẽ | Omnis nõ grãmatic' hõ eſt |
| Nullus hõ grãmatic' eſt | Nullus nõ grãmatic' hõ eſt |
| Quidam hõ grãmatic' eſt | Quidã nõ grãmatic' hõ eſt |
| Quidã hõ grãmatic' nõ ẽ | Quidã nõ grãmatic' hõ ñ ẽ |
| | |
| Omnis homo lapis eſt | Omnis nõ lapis homo eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus non lapis homo eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidaꝫ non lapis homo eſt |
| Quidam hõ lapis non eſt | Quidam non lapis hõ nõ ẽ |
| | |
| Omnis homo riſibilis eſt | Omne non riſibile homo ẽ |
| Nullus homo riſibilis eſt | Nullũ non riſibile homo eſt |
| Quidam hõ riſibilis eſt | Quoddaꝫ non riſibile hõ eſt |
| Quidam hõ riſibilis nõ ẽ | Quoddã nõ riſibile hõ nõ ẽ |

Harum igitur in affirmationibus quidem vniuerſalibus ſi ea de ſubiecto prędicentur quę ⁊ adeſſe ⁊ abeſſe contingant: ſiue illud ſubiecto maius ſit vt iuſticia homine: ſiue minus vt grammaticus homine: vel ſi ea quę omnino adeſſe non poſſunt: vt lapis homini ſimul ſemper falſas eſſe neceſſe eſt. Si quid vͦ pręter hęc fuerit prędicatum: vnam veram: falſam alterā eſſe prouenier: nunq̄ vͦ vtriq3 veritas conſonabit: in negationibus vͦ vniuerſalibus ſi quidem ea de ſubiecto prędicentur quę a ſubiecto valeant ſegregari: ſiue illa maiora ſint: vt iuſticia homine: ſiue minora: vt eodem homine grammaticus vtriſq3 aderit falſa ſententia. Quicquid vͦ reliquorum fuerit prędicatu3 vni verum alteri faciet adeſſe mendatium. Nunq̄ vͦ in his concors veritas inuenitur. In particularibus vͦ affirmationibus ſiquidem ea prędicentur quę cu3 ſeparari poſſint tum vel maiora ſunt vt iuſtus homine vel minora vt grāmaticus homine cōmunis affirmationes veritas optinebit. Alia vͦ quelibet prędicatio vnam veram alteram ſemper faciet eſſe mendacem: ſed nunq̄ cōmuniter mentientur In negationibus vͦ particularibus hic modus eſt: vt ſiue ea quę adeſſe non poſſunt vt lapis homini ſiue quę poſſunt ac poterunt ſegregari cum tamen eorum aliud maius ſit: vt iuſticia homine: aliud minus vt grammaticus homine prędicentur: veritas vtriſq3 cōſtabit. Quicquid vͦ abſq3 his prędicabitur veritate3 vni: alteri diuidet falſitatem: ſimul tamen falſas eſſe non euenit. Item deſcriptio ſupponatur quę priore parte ſimplicibus collocatis eas q̄ conuerſo ordine ſubiectum cum negatione proponunt contraria fronte conſtituat.

| Simplices | Cōuerſę. ea. ſubiecto. īfinito. |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt | Omne animal non homo eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nullum animal non hō eſt |
| Quidam homo animal eſt | Quodda3 aīal non homo eſt |
| Quidam homo aīal nō eſt | Quoddā animal nō hō nō ē |
| Omnis homo riſibilis ē | Omne riſibile non homo eſt |
| Nullus homo riſibilis eſt | Nullum riſibile nō homo ē |
| Quidam homo riſibilis eſt | Quoddam riſibile nō hō eſt |
| Quidam hō riſibilis nō ē | Quoddā riſibile nō hō nō ē |
| Omnis homo lapis eſt | Omnis lapis non homo eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus lapis non homo eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam lapis non homo ē |
| Quidam homo lapis nō ē | Quidam lapis nō hō nō eſt |
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis iuſtus non homo ē |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus iuſtus non hō eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam iuſtus non hō eſt |
| Quidam homo iuſtus nō ē | Quidā iuſtus nō hō non eſt |
| Omnis hō grāmaticus ē | Ois grāmaticus non hō eſt |
| Nullus hō grāmaticus ē | Nullus grāmatic⁹ non hō ē |
| Quidam hō grāmaticus ē | Quidā grāmaticus nō hō ē |
| Quidā hō grāmaticus nō ē | Quidā grāmatic⁹ nō hō n̄ ē |

Superius igitur deſcriptarum enunciationum affirmationes quidem vniuerſales ſi ea de ſubiecto prędicent̄ quę ab eo nunq̄ valeant āmoueri: ſiue illud maius ſit vt animal homine ſeu ęquale vt riſibile homini: ſeu tale q̄ ſubiecto nullo modo poſſit obtingere vt lapis homini vni veritatem diſpertinent alteri falſitatem. At ſi quod abſq3 his prędicabitur vtraſq3 falſitas obtinebit. Cōmuni autem ꝑpoſitionum veritati locus eſſe non poterit. At in negationibus ſiquidem vniuerſalia ⁊ maiora prędicēt̄ur: ſeu ea q̄ relinquere ſubiectum nequeant vt animal hominem: ſeu quę poſſint vt iuſticia hominem vtriſq3 falſitas inhęrebit Alia quelibet prędicamenta vnam veram faciunt altera3 falſam: ita vt cōmunis vtręq3 veritatis non poſſint eſſe participes: at in particularibus affirmationibus quidem Siquidem maiora de ſubiecto prędicentur quę vel nunq̄ ſubiecti coniunctione diſcedāt: vt animal homine: vel etiā ſegregentur vt iuſticia ab homine: reſpondebit vtraq3 veritatem. cętere vͦ prędicationes veritatem propoſitionibus falſitatemue diſtribuunt in cōmune participantibus falſitatem. Particulares vͦ negationes ſiquidem ea prędicēt. quę poſſint a ſubiecto ſeparari: ſiue illud maius ſit iuſticia homine: ſeu minus vt grāmaticus homine: veras vtraſq3 eſſe neceſſe eſt. Si quid vͦ extra prędicabitur vni oportet verum alteri adeſſe mendacium: vt ſimul falſę nequeant inueniri. Atq3 hęc quidem de his propoſitionibus quę cu3 determinatione proferuntur dicta ſunt. quę vͦ indefinitę ſunt: quoniam particularium proprietatibus adęquantur eadem omnia comparatę vniuerſalibus optinebūt: quę in ſuperiore deſcriptione particularium propoſitionum ordo ſeruauit. Reſtarent ſubiectorum ſingularium propoſitiones: de quibus quoniā ⁊ longū eſt dicere ⁊ nihil ad operis propoſiti affert vtilitatem ⁊ ſibiipſę exemplo earum quas ſuperius propoſuimus eaſdem lector inueniet pręter eundum videtur.

Explicit.



## Eiuſdem de differentijs Topicis liber primus.

Omnis ratio diſſerendi quā logicen peripatetici veteres appellauere in duas diſtribuitur partes: vnam inueniendi: altera3 iudicandi. Et ea quidem pars que iudiciū purgat: atq3 inſtruit ab illis analytice vocata eſt: a nobis poteſt reſolutoria nuncupari. Ea vͦ quę inueniendi facultatem ſubminiſtrat a grecis topice: a nobis localis dicitur Ac de illa quidem parte quę iudicandi magiſtra eſt alias diſputabitur. Nunc vͦ conſilium eſt aperire qui ſint loci: ⁊ quę eorum differentię ⁊ qui etiam quibus apti ſint ſyllogiſmis. Nec id ſimpliciter atq3 vniformiter videtur eſſe faciendum: verum duplex eſt tradenda partitio: vna qde3 a grecis voluminibus eruta. Altera vͦ ex. M. Tullij topicis ſumpta. Atq3 in his illud ad perfectionem ſpeculationis eſt aſtruendū: vt quibus vtraq3 modis diuiſio differat: quibuſq3 conueniat explicetur quoq3 modo altera alteram viciſſim poſſit includere. ⁊ nunc qdem non in ſingulis immorabimur: ſed de tota diuiſione cōmuniter differem⁹ Locorum tn̄ ex quibus argumenta naſcuntur diffinitiones: exempla differentiaſq3 colligentes. Singula vͦ pro qualitate operis diligentius in his. viij. voluminibus expedita ſunt: quibus Ariſtotelis topica in latinam vertim⁹ orationem: vel his. vij. quibus. M. Tullij Topicis lucē plenę expoſitionis inſudimus. Illic igitur cuncta ſunt proprijs atq3 enodatis partibus expedita. Hic vͦ quę alias per membra patefacta ſunt: cōmuni ſpeculatione tractant̄ Nec dialecticos ſolū locos: ſed etia3 rhetoricos quę hi inter ſe atq3 a dialecticis differant: cura eſt exequendi: vt omnibus vndiq3 locis plena conſideratiōe propoſitis eorūq3 differentijs inter ſe ⁊ cōitatibus pernotatis ⁊ argumentorum copia comparetur ⁊ locorum clara poſſit eſſe diſtinctio Ut igitur cuncta perſpicuis rationibus conſtent: paulo altius ordiendum eſt. ❡ Propoſitio eſt oratio verum falſumue ſignificans: vt ſi quis dicat celum eſſe volubile. hęc ⁊ enunciatio ⁊ proloquium nuncupatur. ❡ Queſtio vͦ ē in dubitationem ambiguitatemq3 adducta propoſitio: vt ſi quis quęrat: an celum ſit volubile. ❡ Concluſio eſt argumentis approbata ꝑpoſitio: vt ſi quis celum ab alijs rebus probet eſſe volubile. ❡ Enunciatio qppe ſiue ſui tm̄ cauſa dicitur: ſiue ad aliud afferatur approbandum ꝑpoſitio eſt: ſi de ipſa quęratur queſtio eſt: ſi ipſa ē approbata cōcluſio eſt. Idem igitur eſt propoſitio queſtio ⁊ concluſio: ſed differunt modo ſupradicto.

Argumentum eſt ratio rei dubię faciens fidē. Nō vͦ idem eſt argumentum ⁊ argumentatio. Nam vis ſententię ratioq3 eius quę clauditur oratione cū aliquid probatur ambiguum argumentum vocatur. Ipſa vͦ argumenti elocutio argumentatio dicitur. Quo fit vt argumentum quidem virtus ⁊ mens argumentatiōis ſit atq3 ſententia. Argumentatio vͦ argumenti per orationē explicatio. ❡ Locus autem ſedes argumenti vel id: vnde ad propoſitam queſtionem conueniens trahitur argumentum. Quę cum ita ſint: ſingulorum natura diligentius tractanda eſt: eorūq3 per ſpecies ac mēbra figuraſq3 diuiſio facienda eſt. Ac prius de propoſitione dicendum eſt. Hanc eſſe diximus orationem verum vel mendatium continentem. Huius duę ſunt ſpecies affirmatio vna: altera vͦ negatia. Affirmatio vt ſi quis ſic efferat celum eſſe volubile. Negatio ſi quis ita pronunciet celū volubile non eſſe. Harum vͦ alię ſunt vniuerſales: alię particulares: alię indefinitę: alię ſingulares. vniuerſales vt ſi quis ita proponat. omnis homo iuſtus eſt: nullus homo iuſtus eſt. Particulares vͦ vt ſi quis hoc modo dicat. Quidam homo iuſtus eſt. Quidam homo iuſtus non eſt. Indefinitę hoc modo. homo iuſtus eſt. homo iuſtus non eſt. Singulares vͦ quę indiuiduū: aut quid ſingulare ꝑponunt: vt Cato iuſtus eſt. Cato iuſtus nō eſt. Et enim Cato indiuiduus eſt ac ſingularis. Harum vͦ alias prędicatiuas: alias conditionales. ❡ Prędicatiuę ſunt quę ſimpliciter proponuntur. i. quibus nulla vis conditionis adiungitur: vt ſi quis celum eſſe volubile ſimpliciter dicat. At ſi conditio huic copuletur: fit ex duabus propoſitionibus vna conditionalis hoc modo. Celum ſi rotundū eſt volubile eſt. Id enim conditio hęc efficit: vt ita demum celum volubile eē intelligatur ſi ſit rotundum. Cū igitur alię propoſitiōes prędicatiuę ſunt: alię conditionales: prędicatiuaꝝ partes terminos appellamus. hi ſunt prędicatus terminus ⁊ ſubiectus. Terminos autem verba voco ⁊ nomina quibus propoſitio cōnectitur: vt in ea propoſitione qua dicimus. homo iuſtus ē. hęc duo nomina. ſ. iuſtus ⁊ homo propōis partes vocamus: eaſdem etiam terminos dicimus. Quorum quidem alter ſubiectus eſt: alter prędicatus. ſubiectus eſt terminus qui minor eſt: prędicatus vͦ qui maior ē: vt in ea propoſitione qua dicitur homo iuſtus eſt. homo qde3 minus eſt q̄ iuſtum. Non enim in ſolo homine eſſe poteſt iuſticia: verum etiam in incorporeis ſubſtantijs diuiniſq3 Atq3 ideo maior eſt terminus iuſtus. homo vero minor. quo fit vt homo quidem ſubiectus terminus ſit: iuſt⁹ vͦ prędicatus. Cū vͦ huiuſmodi propoſitiones ſimplices alteꝝ habent prędicatum terminum: alterum vͦ ſubiectū a maioris priuilegio partis prędicatiua propoſitio vocata eſt. Sępe autem euenit: vt hi termini ſibi inuicem inueniantur ęquales hoc modo. homo riſibile ē. homo nāq3 ⁊ riſibile vterq3 ſibi ęquus eſt terminus. Nam neq3 riſibile vltra hominem porrigitur: neq3 homo vltra riſibile. Sed in his neceſſe eſt hoc euenire: vt ſiquidem inęquales termini ſint: maior ſemper de ſubiecto prędicetur. Si vͦ ęquales vterq3 conuerſa prędicatiōe de ſe dicatur. vt vͦ minor de maiori prędicetur: in nulla propoſitione cōtingit. ❡ Fieri autem pōt vt ꝑpoſitionu3 partes quas terminos dicim⁹ non ſolum in nominibus: veꝝ in orationibus inueniāt. Nam ſepe oratio de oratiōe prędicatur hoc mō. Socrates cum Platone ⁊ diſcipulis de phię ratione pertractat. hęc quippe oratio quę eſt cum Platone ⁊ diſcipulis ſubiecta eſt. Illa vͦ quę eſt de phię ratione pertractat prędicatur. Ruſus aliquādo nomen ſubiectum eſt: oratio prędicatu3 hoc modo. Socrates de phię ratione pertractat. hic enim Socrates ſubiectus ſolus eſt: oratio vero quę dicimus de phię ratione pertractat prędicatur. Euenit etiam vt ſupponatur oratio: ⁊ ſimplex vocabulum prędicet̄ hoc modo. Similitudo cum ſuperis diuiniſq3 ſubſtātijs iuſticia eſt. hęc enim oratio per quā profertur ſimilitudo cum ſuperis diuiniſq3 ſubſtantijs ſubijcitur: iuſticia vͦ prędicatur. Sed de huiuſmodi ꝑpoſitionibus in his cōmentarijs: quos in περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis libro cōſcripſimus: diligentius diſſeruimus. ❡ Conditionalium vͦ propoſitionum quas greci hypotheticas vocāt: partes ſunt ſimplices propoſitiones. Sꝫ propoſitionis hypotheticę pars qdem ea quę prius dicitur antecedens: quę poſterius conſequens appellatur: vt in hac propoſitione quę dicit. Si celum rotundum eſt volubile eſt. Rotundum eſſe antecedit volubile eſſe conſequitur. Harum quoq3 alię ſimplices cōditionales: alię vͦ coniuncte. Simplices ſunt quę prędicatiuas habent propoſitiones in partibus: vt ea eſt quā ſuperius diximus. Si celum rotundum eſt volubile eſt. Rotundum eſt enim ⁊ volubile eſt: vtręq3 diuiſę ac ſigillatim intellectę prędicatiuę ſunt. Coniunctaꝝ vͦ multiplex differentia eſt: de quibus in his voluminibus diligentiſſime perſpeximus: quę de hypotheticis compoſuimus ſyllogiſmis. Simplicium vͦ hypotheticaꝝ propoſitionum quattuor ſunt differentię. aut enim ex duabus affirmatiuis categoricis conſtant: vt ſi rotundum eſt: volubile eſt. vtraq3 enim affirmatiua eſt: aut ex duabus negatiuis: vt ſi celum rotundum non eſt: volubile non eſt. Nam rotundum non eſſe ⁊ volubile non eſſe: vtręq3 negatiōes ſunt: aut ex affirmatiua ⁊ negatiua: vt ſi quadratum eſt volubile non eſt.

Quadratū enim eē affirmatio eſt: volubile nō eſſe negatio eſt. Aut ex negatiua ⁊ affirmatiua: vt ſi rotundum nō eſt: ſtabile eſt. Rotundum non eē negatio eſt: ſtabile vo eſſe affirmatio. ¶ Pꝛopoſitionum quoqꝫ alię ſunt per ſe notę: ⁊ quarum pꝛobatio nequeat inueniri: alię quas tametſi animus audientis pꝛobet eiſqꝫ conſentiat: tamen poſſunt alijs ſuperioꝛibus appꝛobari. Et illę quidem quarum pꝛobatio nulla eſt: maximę ac pꝛincipales vocantur: ꝙ his illas neceſſe eſt appꝛobari: quę vt demonſtrari valeant: non recuſant. Eſt autem maxima pꝛopoſitio vt hęc: ſi de ęqualibus ęqualia demas: ęqualia quę relinquūtur ſunt. Ita eni hoc per ſe notum eſt: vt aliud notius quo pꝛobari valeat: non poſſit eſſe. Quę pꝛopoſitiones cū fidem ſui natura gerant: non ſolum alieno ad fidem non egent adiumento: verum cęteris quoqꝫ pꝛobationis ſolent eſſe pꝛincipium. Igitur per ſe notę pꝛopoſitiones: quibus nihil eſt notius: indemonſtrabiles: ac maximę ⁊ pꝛincipales vocantur. Quę vo quāuis auditoꝛis iudicio compꝛobentur: habent tamen aliquid notius naturaliter: ex quo ſi de eis fiat quęſtio: velut ex alieno fidem capiant: hę demonſtrabiles ac minoꝛes poſterioꝛeſqꝫ dicuntur. Et de pꝛopoſitionibus quidē iſta ſufficiant. ¶ Quęſtio vo dubitabilis eſt pꝛopoſitio in qua neceſſe eſt eadem fere omnia conſiderari: quę dudum in pꝛopoſitione dicta ſunt. Alię nāqꝫ ſunt ſimplices: alię compoſitę. Simplices vt hę quę ex ſimplici pꝛopoſitione deſcendūt hoc modo: vt ſi quęratur: an ſit celum volubile. Hęc enim ab ea venit pꝛopoſitione quę dicit eſſe celum volubile. At ſi ex conditionali compoſita pꝛopoſitione pꝛincipiū ſumat: ipſa erit conditionalis atqꝫ compoſita hoc modo. an ſi celū rotundum eſt volubile eſt. hęc nāqꝫ a conditionali pꝛopoſitione ſumpſit initium quę eſt. Si celum rotundum eſt: volubile eſt. Et quęſtio ergo alia quidem pꝛędicatiua eſt: alia conditionalis. Quo fit vt ędem ſint partes quoqꝫ quęſtionis: quę dudum eſſe dictę ſunt pꝛopoſitionis. ¶ Pꝛędicatiuę igitur quęſtiones habent terminum pꝛędicatum atqꝫ ſubiectum: vt in ea qua dubitatur: an celum ſit volubile. Nam volubile pꝛędicatur: celū vo ſubiectū eſt. Maioꝛ enim eſt terminus volubile ꝙ̄ celum. Neqꝫ enim ſolū celum volubile dici poteſt. Quę vo coniuncta eſt quęſtio: habebit partes quod antecedit: ⁊ quod ſequitur: vt in ea quę dicit: an ſi celum rotundum eſt volubile eſt. Antecedit quidem rotundum eſſe. ſequitur vo volubile eſſe. Quę cum ita ſint: in pꝛędicatiua ſola quęſtione dubitatur: an ſubiecto termino pꝛędicatus inhereat. In hypotheticis vo quęſtionibus id tm̄ queritur: an illam rem quę pꝛęcedit: comitetur id quod ſequens eſſe pꝛoponitur. Omnia vo quę de pꝛędicatiuis pꝛopoſitionibus dicta ſunt. i. ꝙ alię vniuerſales: alię particulares: alię indefinitę: alię ſingulares: eadē dici etiam in pꝛędicatiua quęſtione conuenit. Hoc enī tm̄ quęſtio a pꝛopoſitione diuerſa eſt: ꝙ pꝛopoſitio vel enunciatiua ſimpliciter: vel aliud pꝛobans oꝛatio eſt verū: falſūue ſignificans. Quęſtio vo cum ſit ipſa quidem oꝛatio: tamē eſt dubitabilis pꝛopoſitio. Addita igitur dubitatione quę in pꝛopoſitione conſiderantur: eadem etiam conuenit i quęſtione tractari. ¶ Quęſtionis autē duę ſunt ſpecies: vna quę dicitur a dialecticis theſis: hęc huiuſmodi eſt: quę de re cęteris circūſtantijs nuda quęrat ac diſſerat. Quales a dialecticis maximę ad diſputationem ſumuntur: vt voluptas ne ſummum bonum ſit: Ducenda ne vxoꝛ: hęc a nobis pꝛopoſitio vel pꝛopoſitum dicitur. Altera vo eſt quę vocatur a gręcis hypotheſis: a nobis dicitur cauſa: hęc quęſtio eſt perſonis tempoꝛibus factis cęteriſqꝫ circūſtantijs implicata ea eſt huiuſmodi. Iure ne Cicero in exilium dubio. R. P. tempoꝛe detrudat qui a in iuſſu Ro. populi ciues Romanos necauerit. Huius autem duplicis quęſtionis ſubdiuiſiones alias eſſe neceſſe eſt. ⁊ theſis quidem phis: hypotheſis vo oꝛatoꝛibus attributa eſt. Sed eius quidem quęſtionis (quę eſt hypotheſis) poſterius diuiſiones dabo. ¶ Nunc vo de theſeos diuiſione pertractabo quę in quattuoꝛ diuiditur ſpecies. In omni enim dialectica quęſtione pꝛędicatiua dubitatur: an ei quod ſubiectum eſt: id quod pꝛędicatur inhereat. Cum vo aliquid alicui ineſſe pꝛoponit: id aut maius erit eo de quo pꝛędicatur eiqꝫ ſubſtantialiter ineſſe contenditur. Aut maius quidem eo erit: ſed non de eius ſubſtantia pꝛędicabitur: aut ei erit ęquale: ⁊ in ſubſtantia pꝛędicabitur: aut ei erit ęquale: ⁊ minime eius ſubſtantiam continebit. Nam vt id quod minus eſt de eo quod maius eſt: pꝛędicemus fieri non poteſt. Sed ſi tale eſt quod in quęſtiōe pꝛoponitur vt ſubiecto ſit maius: ⁊ de ſubiecti ſubſtantia pꝛędicetur erit genus. omne enim genus ē maius eo de quo pꝛędicatur: ⁊ de ſubſtantia eius dicitur: vt animal hominis. At ſi maius quidem fuerit: ſed minime de ſubſtantia eius pꝛędicetur: erit accidens: ut album hominis. ꝙ ſi ęquale quidem ſit: ſed ſubſtantiale: ſubiecti erit diffinitio: vt animal rationale moꝛtale homini. hęc nāqꝫ conuertitur: ⁊ ſubiecti. i. hominis ſubſtantiam monſtrat. ꝙ ſi ęquale quidem ſit: ſed a ratione ſubſtantię ſeiunctum erit pꝛopꝛium: vt riſibile homini. Itaqꝫ dialecticę ſimplices quęſtiones: aut de genere: aut de accidenti: aut de diffinitione: aut de pꝛopꝛio ſunt. Poſſunt vero fieri etiam de differentia: cum quęritur celeſtia coꝛpoꝛa an rationalia ſint nec ne: vel cum dubitatur ea ne ſit tyranni ac pꝛincipis differētia ꝙ hic legibus ſumpſit imperiū. Ille violenta dominatiōe populum pꝛęmit. Sed tm̄ idem eſt de differentia quęrere: quātum ſi de genere dubitetur. Aut enim conſtitutiua erit differentia: aut diuiſibilis. Sed ſi cōſtitutiua fuerit: quaſi generis optinet locum vt rationabilitas homini: vel ſi ratione degunt celeſtia coꝛpoꝛa: celeſtibus quoqꝫ coꝛpoꝛibus. At ſi diuiſibilis velut ſpecies conſideratur. omnis eni ſpecies cum diuiſibili differentia eſt. ꝙ ſi differentia ſiue quidem generis: nunc vero ſpeciei loco eſt: ambigi non poteſt: cum de ea quęrit de genere dubitari. ¶ Accidere vero poteſt vt aliquid in certamen comparatione ducatur: velut cum ambigitur: an melioꝛ ſit foꝛtitudo iuſticia. Sꝫ hęc quęſtio in accidentis neceſſe eſt dubitatione ponatur. Nāqꝫ ad cōparationem nihil niſi accidens venit. hoc enim ſolum recipit magis ⁊ minus. ¶ Rurſus poteſt fieri de eo quod eſt idem certamen: vt an idem ſit vtile quod honeſtum. Sed hęc quęſtio diffinitioni eſt agreganda. Quarum enim rerū eadem eſt diffinitio: ipſę quoqꝫ ſunt ędem. Quarum vo diuerſa ſubſtantię ratio eſt: ipſę etiam ſunt diuerſę. Igitur ſimplicis dialecticę quęſtionis recte quattuoꝛ ſpecies eſſe dicuntur: de quibus ſufficienter dictum eſt. ¶ Nūc igitur de conditionalibus quęſtionibus tractandum eſt; quarum quidem alię conſtant ex affirmatiuis duabus: alię ex duabus negatiuis: alię ex affirmatione ⁊ negatione: alię ex negatione ⁊ affirmatione. Si igitur ex duabus affirmationibus conditionalis conſtat pꝛopoſitio: id quęritur an affirmatio affirmationem ſequatur. ꝙ ſi ex duabus negationibus pꝛopoſitio iuncta ſit: id in deceptatione eſt: an negatio negationem comitetur. ꝙ ſi ex affirmatiōe ⁊ negatione: vel negatione ⁊ affirmatione copuletur id ambigitur: an affirmationem negatio: an affirmatio negationem comitetur. Ac pꝛius quidem eius quęſtionis diuiſio facienda eſt: in qua diſceptatur: an affirmationem affirmatio conſequatur quę pꝛędicatiuarum quęſtionum non effugit diuiſionem. Nā vt pꝛęcedat aliquid ⁊ aliud conſequatur: in his fere rebus euenire ſolet quas paulo ſuperius cōmemoꝛaui. Speciē quippe ſequitur genus vel differentia vel diffinitio vel pꝛopꝛium vel inſeparabile accidens. Item pꝛopꝛium aut diffinitionem ſequitur ſpecies. pꝛopꝛium vo ſequitur differentia ⁊ diffinitio: ⁊ diffinitionem ſequitur pꝛopꝛiū vel differentia hoc modo. Nam ſi homo eſt animal eſt. ⁊ ſi hō eſt rationale eſt. ⁊ ſi homo eſt: animal rationale ⁊ moꝛtale ē. ⁊ ſi homo eſt riſibile eſt. Si ęthiops eſt niger eſt. Si riſibile eſt homo eſt: ſi animal rationale moꝛtale eſt: homo eſt. Si riſibile rationale eſt. Si riſibile eſt animal rationale moꝛtale eſt. Si animal rationale moꝛtale eſt: riſibile vel bipes eſt. Pꝛęter hęc autem alias quidem effectus cauſam: alias quidem effectū cauſa ſequitur effectus cauſā ita. Si ſol pꝛęſto



eſt lucet effectum cauſa hoc modo. Si quid exuſtū ē ignis aſſatur: vel ſic. Si ſol videtur lucet. Item totum ſequuntur partes: vt ſi integra domus eſt: ⁊ tectum ⁊ parietes ⁊ fundamentum conſiſtunt. Modus etiam ſequitur nomē pꝛincipale: vt ſi iuſticia bona eſt: ⁊ quod iuſte bonum eſt. Nomen etiam pꝛincipale ſequitur modum: vt ſi quod iuſte ē bonum eſt: ⁊ iuſticia bona eſt. Accidentia quoqꝫ comitatē id quod ſubiectum eſt: vt ſi album eſt coꝛpus eſt. Quę cū ita ſint: conditionalis quoqꝫ ſimplicis ex duabus affirmationibus copulatę illa fere diuiſio eſt quęſtionis ꝙ in ea vel de genere vel de pꝛopꝛio vel de diffinitione vel de accidenti: vel de cauſa atqꝫ effectu vel toto ac partibus vel de modo ac pꝛincipali nomen dubitetur. Atqꝫ hęc de ea quęſtione intelligenda ſunt: quę cum ſit hypothetica ſimplex: ex duabus tamen iungitur affirmatiuis. In hiſdem etiam differentijs illas quoqꝫ conſiſtere neceſſe eſt quęſtiones: quę ab his veniunt pꝛopoſitionibus quę ex vtraqꝫ negatione conſiſtunt. Nam ſi genus non eſt ſpecies non eſt. Item ſi differentia vel diffinitio vel pꝛopꝛium non ſit: ſpecies non erit. Et de cęteris quidem quę ſuperius dicta ſunt: eodem modo conſiderandum eſt. Quicquid enim antecedit vt aliud conſequatur: ſi id quod ſequitur non fuerit: nec illud ē quod antecedit. Earum vo quęſtionum quę ex affirmatiōe ⁊ negatione conſiſtunt: illa fere diuiſio eſt: ꝙ vel in diuerſis generibus vel in diuerſis ſpeciebus vel in contrarijs: vel in pꝛiuatione atqꝫ habitu continentur. vt enim affirmationem negatio conſequatur: aut diuerſum ponitur genus: vt ꝙ ab eo diuerſum eſt abnuatur hoc modo. Si homo eſt albedo non eſt: vel ſi ſubſtantia eſt qualitas non eſt. vel ſi ſub eodem genere diuerſę ſpecies pꝛoponantur hoc modo. Si homo eſt equus non eſt. vel ſi contraria: ſi album eſt nigrū non eſt. vel ſi pꝛiuationes: ſi cęcus eſt non videt. ⁊ poſtremo in omnibus: quęcūqꝫ eadem non ſunt euenit. Si vnū eſt alterum non eſt. Ita vt pꝛopoſitam affirmationem negatio comitetur: aut diuerſa erunt genera: aut diuerſę ſpecies: aut contraria: aut pꝛiuantia: vel quolibet alio modo ſibi inuicem inconuenientia. Ut autem negationem affirmatio conſequatur (quę erat quarta conditionalis pꝛopoſitionis differentia) fieri nō poteſt niſi in his contrarijs quę medio carent: ⁊ quoꝛum alterum ſemper ineſſe neceſſe eſt. hoc modo. Si dies non eſt nox eſt. Si tenebrę non ſunt lux ē. ¶ Facta igitur pꝛędicatiuarum quęſtionum ac conditionalium diuiſione illud inſuper videtur eſſe addendum: ꝙ omnis quęſtio vel ex ratione diſſerendi vel ex naturali vel ex moꝛali trahitur ſpeculatione. Ex diſſerendi ratione hoc modo an affirmatio ⁊ negatio ſpecies ſint enunciationis. Ex naturali ita an celum rotundum ſit. Ex moꝛali ſic. an virtus ad beatitudinē ſola ſufficiat. Pꝛęterea quęſtio omnis vel ſimplex vel compoſita eſt. Simplex affirmatione ⁊ negatione diuiditur ita vt totum alterius affirmare alteri negare neceſſe ſit hoc modo. an celum rotundum ſit nec ne. hic enim vna pars quęſtionis affirmationem tenet alia negationem. Nam cum alter eſſe defendit affirmat: alter vo negat cum non eſſe contendit. Compoſita vo quęſtio eſt quę in plures diſtrahitur affirmationes hoc modo. vtrum celū rotundum ſit an quadratum an longum an cuiuſlibet alterius foꝛmę. hinc enim plures affirmationes pꝛobare neceſſe eſt: qui diuerſa defendunt. Et de quęſtione quidē quātum ad pꝛęſens negocium pertinebat ſufficienter dictum ē. ¶ Concluſio vero eſt argumentis appꝛobata pꝛopoſitio: de qua eadem fere dici poſſunt quę de pꝛopoſitione. Quę quoniam diligenter ſuperius explicata ſunt: de argumento deinceps tractandum videtur. ¶ Argumentum eſt ratio rei dubię faciens fidem. Hanc ſemper notioꝛem quęſtione eſſe neceſſe eſt. Nam ſi ignota notis pꝛobantur: argumentum vo rem dubiam pꝛobat: neceſſe eſt vt ꝙ ad fidem quęſtionis affertur: ſit ipſa notius quęſtione. ¶ Argumentoꝛum vero omnium alia ſunt pꝛobabilia ⁊ neceſſaria: alia vo pꝛobabilia ⁊ non neceſſaria: alia ſunt neceſſaria ſed non pꝛobabilia: alia nec pꝛobabilia nec neceſſaria. Pꝛobabile vo eſt quod videtur vel omnibus vel pluribus vel ſapientibus: ⁊ his vel omnibus vel pluribus vel maximę notis atqꝫ pꝛęcipuis: vel quod vnicuiqꝫ artifici ſm̄ pꝛopꝛiam facultatem: vt de medicina medico: gubernatoꝛi de nauibus gubernandis: ⁊ pꝛęterea quod videtur ei cum quo ſermo conſeritur: vel ipſi qui iudicat. In quo nihil attinet an verum falſumue ſit argumentum: ſi tamen veri ſimilitudinem tenet. Neceſſarium vo eſt quod vt dicitur ita eſt atqꝫ aliter eſſe non poteſt. Et pꝛobabile ac neceſſarium eſt: vt hoc eſt ſi quid cuilibet rei ſit additū totum maius efficitur. Neqꝫ enim quiſqꝫ ab hac pꝛopoſitione diſſentiet: ⁊ ita ſeſe habere neceſſe eſt. Pꝛobabilia vo ac non neceſſaria ſunt: quibus facile animus acquieſcat: ſed veritatis non tenent firmitatem: vt hoc. Si mater eſt diligit filium. Neceſſaria vo ſunt ac non pꝛobabilia: quę ita ſeſe (vt dicuntur) habere neceſſe ē ſed his facile non conſentit auditoꝛ: vt eſt hoc obiectu lunaris coꝛpoꝛis ſolis euenire defectum. Neqꝫ neceſſaria vero neqꝫ pꝛobabilia ſunt quę neqꝫ in opinione hominum neqꝫ in veritate conſiſtunt: vt hoc habere (quę non perdiderit) coꝛnua Diogenem. Quoniam habet id quiſqꝫ quod non perdiderit. Quę quidem nec argumenta dici poſſunt. Argumenta enim rei dubię faciunt fidem. Ex his autem nulla fides eſt quę neqꝫ in opinione hominum neqꝫ in veritate ſunt conſtituta. Dici autem poteſt nec illa quidem eſſe argumenta quę cum ſint neceſſaria: minime tamen audientibus appꝛobantur. Nam ſi rei dubię ſit fides: cogendus eſt animus auditoꝛis per ea quibus ipſe acquieſcit: vt concluſioni quoqꝫ (quā nōdum pꝛobat) poſſit accedere. Quod ſi quę tm̄ neceſſaria ſunt ac non pꝛobabilia: non pꝛobat ille qui iudicat: neceſſe eſt: vt ne illud quidem pꝛobet: quod ex huiuſmodi ratione conficitur. Itaqꝫ euenit ex huiuſmodi ratione quę tm̄ neceſſaria ſunt ac non pꝛobabilia: non eſſe argumenta. Sed non eſt ita atqꝫ hęc interpꝛetatio non recte pꝛobabilitatis intelligentiam tenet. Ea ſunt enim pꝛobabilia: quibus ſponte atqꝫ vltro conſenſus adiungitur ſcilicet vt mox audita ſunt appꝛobentur. Quę vero neceſſaria ſunt ac nō pꝛobabilia: alijs pꝛobabilibus ac neceſſarijs argumentis antea demōſtrantur. Cognitaqꝫ ⁊ credita ad vlterius rei (de qua dubitatur) fidē trahuntur: vt ſunt ſpeculationes omnes. i. theoꝛemata quę in geometria conſiderantur. Nam quę illic pꝛoponuntur nō ſunt talia: vt his ſponte animus diſcentis accedat. Sed quoniam demonſtrantur alijs argumētis: illa quoqꝫ ſcita ⁊ cognita ad aliarum ſpeculationum fidē ducuntur. Itaqꝫ quę pꝛobabilia non ſunt ſed neceſſaria. his quidem auditoꝛibus: quibus nondum demonſtrata ſunt: ad aliud aliquid appꝛobandū argumenta eſſe non poſſunt. His autem qui pꝛioꝛib' rationibus eoꝛum: quibus non acquieſcebant fidem ceperunt poſſunt ea ſi quid ambiguunt ad argumentum vocare. ¶ Sed quia quattuoꝛ facultatibus diſſerendi omne artificium continetur: dicendum eſt: quę quibus vti nouerit argumentis vt cui potiſſimum diſciplinę locoꝛum atqꝫ argumentoꝛum paretur vbertas euidenter appareat. Quattuoꝛ igitur facultatibus earumqꝫ velut opificibus diſſerendi omnis ratio ſubiecta. i. dialectico: oꝛatoꝛi: philoſopho: ſophiſtę. Quoꝛum quidem dialecticus atqꝫ oꝛatoꝛ in communi argumentoꝛum materia verſantur. Uterqꝫ enim ſiue ſint neceſſaria ſiue minime: pꝛobabilia tamen argumenta ſequitur. His igitur illę duę ſpecies argumenti famulantur quę ſunt pꝛobabile ac neceſſarium: pꝛobabile ac nō neceſſarium. Philoſophus vero ac demonſtratoꝛ de ſola veritate pertractat. atqꝫ ideo ſiue ſint pꝛobabilia ſiue non: nihil refert dum modo ſint neceſſaria. His quoqꝫ duabus ſpeciebus vtitur argumenti quę ſunt pꝛobabile ac neceſſarium: neceſſarium ac non pꝛobabile. Patet igitur in quo philoſophus ab oꝛatoꝛe ac dialectico in pꝛopꝛia conſideratiōe

diſſideat in eo ſcilicet quod illis probabilitatem huic veritatem conſtat eſſe propoſitam. Quarta vero ſpecies argumenti: (quam neque argumentum quidem recte dici poteſt: vt monſtrauimus ſupra) ſophiſticis ſolis attributa eſt. Topicorum vero intentio eſt veriſimilium argumentorum copiam demonſtrare. Deſignatis enim locis ex quibus probabilia argumenta ducuntur) habundans et copioſa neceſſe eſt fiat materia diſſerendi. Sed quoniam (vt ſupra dictum eſt) probabilium argumentorum alia ſunt neceſſaria alia non neceſſaria. cum loca probabilium argumentorum dicuntur: euenit vt neceſſariorum quoque dicantur. Quo fit vt oratoribus quidem ac dialecticis hec principaliter facultas paretur. Secundo vero loco philoſophis. Nam in quo probabilia quidem omnia conquiruntur: dialectici atque oratores iuuantur. In quibus vero probabilia ac neceſſaria docentur philoſophie demonſtrationi miniſtratur vbertas. Non modo igitur dialecticus atque orator: verum etiam demonſtrator: ac vere argumentationis effector habet quod expoſitis locis poſſit aſſumere. cum inter argumentorum probabilium locos neceſſariorum quoque principia traditio mixta contineat. Illa vero argumenta (que neceſſaria quidem ſunt: ſed non probabilia: atque illud vltimum genus ſcilicet nec probabile nec neceſſarium) a propoſiti operis conſideratione ſeiunctum eſt: niſi quod interdum quidam ſophiſtici loci exercendi gratia lectoribus adhibebuntur. Quocirca topicorum pariter vtilitas intentioque patefacta eſt. His enim et dicendi facultas et inueſtigatio veritatis augetur. Nam quod dialecticos atque oratores locorum iuuat agnitio: orationi per inuentionem copiam preſtat. quod vero neceſſariorum doctrinam locorum philoſophis tradit: viam quodammodo veritatis illuſtrat. Quo magis peruestiganda eſt rimandaque interius diſciplina: eaque cum cognitione percepta ſit: vſu atque exercitatione firmanda. Magnum enim aliquid locorum conſideratio pollicetur ſcilicet inueniendi vias. Quod quidem hi qui ſunt huius rationis expertes: ſoli prorſus deputant ingenio: neque intelligunt quantum hac conſideratione queratur: que in artem redigit vim et poteſtatem nature. Sed de his hactenus. Nunc de reliquis expliceamus.

## De differentiis Topicis Liber ſecundus.

Omnia que ſuperioris ſerie voluminis expedita ſunt minus forſitan eruditis ſuperuacanea quodammodo et quaſi dependentia videbuntur. Nam cum de differentiis topicis librorum titulum legerint omiſſis doctrine gradibus ſtatim ad finem operis tendunt. Mihi autem vel neceſſarium videtur quod (niſi ſit precognitum) ad vlteriora diſcentis animus peruenire non poſſit. hi quoque (qui nunc omnem primi voluminis diſputationem ſuperfluam putant: ſi cuncta perlegant contextionemque operis mente ac ratione colluſtrent) deſinent profecto iudicare ſuperfluum: quod neceſſario viderint in parte operis collocatum. Atque hec hactenus. ſed quoniam de his (que antea poſuimus. i. de propoſitione/queſtione/concluſione/argumento ſufficienter dictum eſt) nunc de argumentatione tractemus. Argumentatio eſt per orationem argumenti explicatio. Huius autem ſpecies due ſunt: vna quidem que ſyllogiſmus: altera que vocatur inductio. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis et conceſſis: aliud quiddam per ipſa que conceſſa ſunt: euenire neceſſe eſt quam ſint ipſa que conceſſa ſunt. Huius diffinitionis rationem ſecundus quidem liber eorum: quibus inſtitutionem in categoricos ſcripſimus ſyllogiſmos plene continet. Sed propter intellectus facilitatem idem breuiter aperiemus exemplo. Sit enim ſyllogiſmus hic. omnis homo animal eſt: omne animal ſubſtantia eſt. omnis igitur homo ſubſtantia eſt. Totum igitur hoc oratio eſt: in qua poſitis quibuſdam et conceſſis. i. duabus propoſitionibus que ſunt. omnis homo animal eſt. omne animal ſubſtantia eſt: per ea ipſa que conceſſa ſunt: efficitur aliquid id. ſ. quod eſt concluſio. omnis homo ſubſtantia eſt. per propoſitiones enim que conceſſe ſunt: conſequentia neceſſario concluſionis infertur. Sunt autem propoſitiones. omnis homo animal eſt. et omne animal ſubſtantia eſt: atque ex his efficitur aliud quiddam: quam ſunt ipſa que conceſſa ſunt. Concluditur enim omnis homo ſubſtantia eſt. Quod longe diuerſum eſt: et ab ea propoſitione que dicit. omnis homo animal eſt. et ab ea que proponit. omne animal eſſe ſubſtantiam. Syllogiſmorum vero alii predicatiui ſunt: qui categorici vocantur: alii conditionales: quos hypotheticos dicimus. Et predicatiui quidem ſunt: qui ex omnibus predicatiuis propoſitionibus connectuntur: vt hi quos exempli gratia ſuperius annotaui. omnibus enim predicatiuis propoſitionibus texitur. Hypothetici vero ſunt: quorum propoſitiones conditione nectuntur. vt hic. Si dies eſt lux eſt. eſt autem dies: lux igitur eſt. propoſitio enim prima conditionem tenet hanc quoniam lux eſt ſi dies eſt. Atque ideo ſyllogiſmus hic hypotheticus. i. conditionalis vocatur. Inductio vero eſt oratio per quam fit a particularibus ad vniuerſalia progreſſio hoc modo. Si in regendis nauibus non ſorte ſed arte eligitur gubernator: ſi in regendis equis auriga non ſortis euentu ſed artis commendatione aſſumitur. Si in adminiſtranda republica non ſors principem facit: ſed peritia moderandi. ſimiliaque in pluribus conquiruntur: quibus infertur et in omni quoque re quam quiſque regi atque adminiſtrari grauiter volet: non ſorte accomodat ſed arte rectorem. vides igitur quo modo per ſingulas res currat oratio: vt ad vniuerſale perueniat. Nam cum non ſorte regi nauim ſed arte currum rempublicam collegiſſet quaſi in ceteris omnibus ita ſe habeat quod vniuerſale erat concludit hoc modo. In omnibus quoque rebus non ſorte ductum ſed arte principem debere preponi. Sepe autem multorum collecta particularitas aliud quiddam particulare demonſtrat: vt ſi quis dicat. Si neque nauibus neque curribus neque agris ſorte preponuntur rectores: neque rebus quidem publicis rectores ſorte ducendi ſunt. Quod argumentationis genus maxime ſolet eſſe probabile: et ſi non equam ſyllogiſmo habeat firmitatem. Syllogiſmus namque ab vniuerſalibus in particularia decurrit: eſtque in eo ſi veris propoſitionibus contexatur: firma atque incommutabilis veritas. Atque inductio habet maximam probabilitatem: ſed interdum veritate deficit vt in hac. Qui ſcit canere cantor eſt: et qui luctari luctator eſt: quique edificare edificator eſt. Quibus multis ſimili ratione collectis inferri poteſt. qui ſcit igitur malum: malus eſt. quod non procedit. Mali quippe noticia deeſſe non poteſt bono. virtus enim ſeſe diligit et aſpernatur contraria: nec vitare vitium niſi cognitum queat. His igitur duobus velut principiis et generibus argumentandi. duo quidem alii deprehenduntur argumentationis modi. vnus quidem ſyllogiſmo: alter vero inductioni ſuppoſitus. In quibus quidem promptum ſit conſiderare: quod ille quidem a ſyllogiſmo: ille vero ab inductione ducat exordium: non tamen aut hic ſyllogiſmum: aut ille impleat inductionem. Hi autem ſunt entimema: atque exemplum. Entimema quippe eſt imperfectus ſyllogiſmus. i. oratio in qua non omnibus antea propoſitionibus conſtitutis infertur feſtinata concluſio: vt ſi quis ita dicat. homo animal eſt. ſubſtantia igitur eſt. pretermiſit enim alteram propoſitionem qua proponitur: omne animal eſt ſubſtantia. Ergo quoniam entimema ab vniuerſalibus ad particularia probanda contendit: quaſi ſimile ſyllogiſmo eſt. quod vero omnibus que conueniunt ſyllogiſmo non vtitur propoſitionibus a ſyllogiſmi ratione diſcedit atque ideo imperfectus vocatus eſt ſyllogiſmus. Exemplum quoque inductioni ſimili ratione copulatur et ab ea diſſidet.



Eſt enim exemplum quod per particulare propoſitum. particulare quoddam contendit oſtendere hoc modo. Oportet a Tullio conſule necari Catilinam: cum a Scipione gracus fuerit interemptus. Approbatum eſt enim Catilinam a Cicerone debere perimi quod a Scipione gracus interemptus eſt. Que vtraque particularia eſſe ac non vniuerſalia ſingularium deſignat interpoſitio perſonarum. Quoniam igitur pars parte approbatur quaſi inductionis ſimilitudinem tenet id quod exemplum vocamus. quod vero non plures quibus id efficiat: colligit partes ab inductione diſcedit. Ita igitur due ſunt argumentandi ſpecies principales: vna que dicitur ſyllogiſmus: altera que vocatur inductio. Sub his autem et velut ex his manantia entimema atque exemplum. Que quidem omnia ex ſyllogiſmo ducuntur: et ex ſyllogiſmo vires accipiunt. ſiue enim entimema: ſiue inductio: ſiue exemplum ex ſyllogiſmo quam maxime fidem capit. Quod in prioribus reſolutoriis que ab Ariſtotele tranſtulimus: demonſtratum eſt. Quocirca ſatis eſt de ſyllogiſmo diſſerere quaſi principali et ceteras argumentationis ſpecies continente. Reſtat nunc quid ſit locus aperire. Locus namque (vt M. Tullio placet) ſedes argumenti eſt. Cuius diffinitionis que ſit vis: paucis abſoluam. Argumenti enim ſedes partim maxima propoſitio intelligi poteſt: partim maxime propoſitionis differentia. Nam cum ſint alie propoſitiones que cum per ſe note ſint: tamen nihil vlterius habeant quo demonſtrentur: atque maxime et principales vocentur: ſintque alie quarum fidem prime ac maxime ſuppleant propoſitiones neceſſe eſt: vt omnium que dubitantur: ille antiquiſſimam teneant probationem: que ita aliis facere fidem poſſunt: vt ipſis nihil notius queat inueniri. Nam ſi argumentum eſt quod rei dubie facit fidem: idque notius eſt: et probabilius eſſe oportet quam illud eſt quod probatur neceſſe eſt vt argumentis omnibus illa maximam fidem tribuant: que ita per ſe nota ſunt: vt aliena probatione non egeant. Sed huiuſmodi propoſitio quidem aliquotiens intra ambitum argumenti continetur. aliquotiens vero extra poſita argumenti vires ſupplet ac perficit. Exemplum quidem eſt eius argumenti quod maximam propoſitionem tenet huiuſmodi. Sit enim queſtio an ſit regnum melius conſulatu. Ita igitur dicemus. Regnum diuturnius eſt quam conſulatus: cum vtrumque ſit bonum. At vero quod diuturnius eſt bonum eo quod parui temporis eſt: melius eſt. Regnum igitur melius eſt quam conſulatus. Huic igitur argumentationi maxima propoſitio. i. locus inſertus eſt. illa ſcilicet quod que ſunt diuturniora bona: melioris ſunt meriti quam ea que parui temporis ſunt. hoc enim ita notum eſt: vt extrinſecus probatione non egeat: et ipſum aliis poſſit eſſe probatio. Atque ideo propoſitio hec totam continet probationem. et cum inde naſcitur argumentum: recte locus. i. argumenti ſedes vocatur. At vero extra poſita propoſitio maxima vires afferat argumento: tale ſit exemplum. Sit propoſitum demonſtrare: quoniam inuidus ſapiens non eſt. Qui enim inuidus eſt: alienis affligitur bonis. Sapiens autem bonis non affligitur alienis. Inuidus igitur ſapiens non eſt. In hac igitur argumentatione propoſitio quidem maxima non videtur incluſa: ſed argumentationi vires ipſa maxima propoſitio ſubminiſtrat. Eſt enim huic ſyllogiſmo fides ex ea propoſitione per quam cognoſcimus. Quorum diuerſa eſt diffinitio: ipſa quoque eſſe diuerſa. Eſt autem in diffinitione inuidi alienis bonis tabeſcere. Quod quoniam non venit in ſapientem: idcirco inuidus a ſapiente ſeiungitur. Eſt igitur vno quidem modo locus (vt dictum eſt) maxima et vniuerſalis et principalis et indemonſtrabilis: atque per ſe nota propoſitio: que in argumentationibus vel inter ipſas propoſitiones vel extrinſecus poſita: vim tamen argumentis et concluſionibus ſubminiſtrat. Ideo autem vniuerſales et maxime propoſitiones loci ſunt dicte: quoniam ipſe ſunt que continent ceteras propoſitiones: et per eas fit conſequens et rata concluſio. Ac ſicut locus in ſe corporis continet quantitatem: ita he propoſitiones que ſunt maxime: intra ſe omnem vim poſteriorum atque ipſius concluſionis conſequentiam tenent. et vno quidem modo locus. i. argumenti ſedes dicitur maxima principaliſque propoſitio fidem ceteris ſubminiſtrans. Alio vero modo loci vocantur maximarum differentie propoſitionum: que ſcilicet ab his ducuntur terminis qui in queſtione ſunt conſtituti. De quibus deinceps diſſerendum eſt. Cum enim ſint plurime propoſitiones que maxime vocantur: heque inter ſe diſſimiles: quibuſcunque differentiis inter ſe diſcrepent: eas dicere locos vocamus. Nam ſi ipſe propoſitiones maxime argumentorum loci ſunt: et differentias earum argumentorum locus eſſe neceſſe eſt. Nam vniuſcuiuſque ſubſtantia propriis differentiis conſtat: vt hominis ex rationalitate que eius eſt differentia. Et hi loci qui ſunt differentia propoſitionum ipſis propoſitionibus vniuerſaliores exiſtunt: velut vniuerſalior eſt rationalitas homine. Atque ideo pauciores hi loci eſſe deprehenduntur qui in differentiis poſiti ſunt quam propoſitiones ipſe quarum ſunt differentie. Omnia enim que vniuerſaliora ſunt pauciora eſſe contingit. Et ideo facile ſub ſcientiam cadere poſſunt: quorum tam multus numerus non eſt: vt cito a memoria diſcentis elabantur. Que vero ſunt he differentie melius diuiſione producitur. In predicatiuis autem queſtionibus vnus quidem ſubiectus terminus dicitur alius predicatus. Nilque in predicatiuis queſtionibus aliud queritur niſi an ſubiecto predicatus inhereat. Quod ſi ineſſe conſtiterit: queritur ita ne inſit vt genus aut vt accidens: aut vt proprium: aut vt diffinitio. Nam ſi oſtenditur non ineſſe: nil de queſtione relinquitur. Nam quod oratio non ineſt: nec vt accidens: nec vt diffinitio: nec vt genus nec vt proprium ineſſe poteſt. quod ſi ineſſe conſtiterit reſtat queſtio quiſnam modus ſit de quattuor inherendi. Solum vero ineſſe ad accidens maxime pertinet. Nunc neque vt genus neque vt diffinitio: neque vt proprium ineſt: ſed tamen ineſt vt accidens ineſſe neceſſe eſt. Que cum ita ſint eorum locorum quos in maximarum propoſitionum differentia conſtituimus facienda diuiſio eſt. Per ſingula vero queque currentibus manifeſtius apparebit exemplis: quibus maxime propoſitiones a ſuis differentiis diſtent. Et enim queſtiones argumenta et propoſitiones maximas ac principales: earumque locos. i. differentias per vnumquodque dabimus exemplum. Omnes igitur loci. i. maximarum differentie propoſitionum aut ab his ducantur neceſſe eſt terminis: qui in queſtione ſunt poſiti: predicato ſcilicet atque ſubiecto: aut extrinſecus aſſumantur: aut horum medii: qui inter vtroſque verſantur. Eorum vero locorum qui ab his ducuntur terminis: de quibus in queſtione dubitatur: duplex modus eſt. vnus quidem ab eorum ſubſtantia. Alter vero ab his que eorum ſubſtantiam conſequuntur. Hi vero qui a ſubſtantia ſunt: in ſola diffinitione conſiſtunt. Diffinitio enim ſubſtantiam monſtrat: et ſubſtantie integra demonſtratio diffinitio eſt. Sed id quod dicimus patefaciamus exemplis vt omnis queſtionum vel argumentationum vel locorum ratio colliqueſcat. Age enim queratur: an arbores animalia ſint: ſiatque huiuſmodi ſyllogiſmus. animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. arbor vero ſubſtantia animata ſenſibilis non eſt. arbor igitur animal non eſt. Hec queſtio eſt de genere: vtrum enim arbores ſub animalium genere ſint ponende queritur. Locus qui in vniuerſali propoſitione conſiſtit. hic eſt cui diffinitio generis non conuenit: id eius cuius ea diffinitio eſt: ſpecies non eſt. Loci ſuperior differentia qui locus nihilominus nuncupatur a diffinitione. Vides igitur vt tota dubitatio queſtionis ſyllogiſmi argumentatione tracta ſit per conuenientes et congruas propoſitiones que vim ſuam ex prima propoſitione cuſtodiunt ex ea ſcilicet que negat eſſe ſpeciem: cui non conuenit generis diffinitio: atque ipſa vniuerſalis propoſitio a ſubſtantia tracta eſt

vnius eorum termini qui in queſtione locati ſunt: vt animalis ideſt ab eius diffinitione: que eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Ita igitur in ceteris queſtionibus ſtrictim ac breuiter horum differentijs commemoratis oportet vniuſcuiuſqꝫ proprietatẽ vigilantis animi alacritate percipere. Primus autem loci qui a ſubſtantia ducitur. duplex eſt modus: partim namqꝫ a diffinitione: partim a deſcriptione argumenta ducuntur. ¶ Differt autem diffinitio a deſcriptione: ꝙ diffinitio genus ⁊ differentias ſumit. Deſcriptio ſubiecti intelligentiam claudit quibuſdam vel accidentibus efficientibus vnam proprietatem vel ſubſtantialibꝰ differentijs preter genus conueniens aggregatis. Sed he diffinitiones que ab accidentibus fiunt: tametſi videntur nullo modo ſubſtantiam demonſtrare: tamen quoniã ſepe vere diffinitionis vice ponũt que ſubſtantiam demonſtrat: ille etiam propoſitiones que a deſcriptione ſumunt: a ſubſtantie loco videntur aſſumi. huius vͦ tale ſit exemplum. queratur enim an albedo ſubſtãtia ſit. hic queritur an albedo ſubſtantie velut generi ſupponatur. Dicimus igitur ſubſtantia eſt: que omnibus accidentibus poſſit eſſe ſubiectum. Albedo autem nullis accidentibus ſubiacet. Albedo igitur ſubſtantia non eſt. Locus ideſt maxima ꝓpoſitio eadem que ſuperius. Cuius enim diffinitio vel deſcriptio ei quod dicitur ſpecies eſſe non conuenit: id eiꝰ quod eſſe ſpecies perhibetur genus non eſt. Deſcriptio vͦ ſubſtantie albedini non conuenit. albedo igitur ſubſtantia nõ eſt. Loci differentia ſuperior a deſcriptione quam dudum locauimus in ratione ſubſtantie. Sunt etiam diffinitiões que non a rei ſubſtantia: ſed a nominis ſignificatione ducãtur: atqꝫ ita rei de qua queritur applicantur: vt ſi queratur vtrum philoſophie ſtudendum ſit: erit argumentatio talis philoſophia amor ſapientie eſt: huic ſtudendum nemo dubitat. ſtudendum igitur eſt philoſophie. hic enim non diffinitio rei: ſed nominis interpretatio argumentum dedit quo ⁊ Tullius in Hortenſio in eiuſdem philoſophie vſus eſt oſtenſione. ⁊ vocatur grece quidẽ ὀνοματικοσ ὁροσ Latine autem nominis diffinitio. Ac de his quidem argumentis que ex ſubſtantia terminorum in queſtione poſitorum aſſumuntur claris (vt arbitror) pateſcimus exẽplis. ¶ Nunc de his dicendum eſt qui terminorum ſubſtantiã conſequuntur. Horũ multifaria eſt diuiſio. plura ſunt enĩ que ſingularibus ſubſtantijs adhereſcunt. Ab his igitur que cuiuſlibet ſubſtantiam comitantur argumẽta duci ſolent: aut ex toto: aut ex partibus: aut ex cauſis vel efficientibus vel materia vel forma vel fine. ⁊ eſt efficiens quidem cauſa que mouet atqꝫ operatur: vt aliquid expliceatur. Materia vͦ ex qua fit aliquid: vel in qua fit. Finis propter quod fit. Sunt etiam inter eos locos qui ex his ſumuntur que ſubſtantiam conſequuntur: aut ab effectibus: aut a corruptionibus: aut ab vſibus: aut preter hos omnes a communiter accidentibus. Que cum ita ſint cum prius locum qui a toto ſit inſpiciamus. Totum duobus modis dici ſolet: aut vt genus: aut vt id quod integrum ex pluribus partibus conſtat. Et illud quidem quod vt genus totũ eſt: hoc mõ ſepe queſtionibus argumenta ſuppeditat: vt ſi ſit queſtio: an iuſticia vtilis ſit: fit ſyllogiſmus. omnis virtus vtilis eſt. iuſticia autem virtus eſt. Iuſticia igitur vtilis eſt. hec queſtio de accidenti. i. an accidat iuſticie vtilitas. locus his qui in maxima propoſitione conſiſtit eſt. que generi adſunt ⁊ ſpeciei adſunt. huius ſuperior locus eſt a toto ideſt a genere virtute ſcilicet que iuſticie genus eſt. Rurſus ſit queſtio: an humane res prouidentia regantur. Dicimus ſic mundus prouidentia regitur. hominis autem partes mũdi ſunt. humane igitur res prouidentia regũtur. Queſtio de accidenti. locus quod toti conuenit id congruit et partis. Supremus locus a toto. i. ab integro quod partibus conſtat. Id vͦ eſt mundus qui hominibus totũ eſt. ¶ A partibus etiam duobus modis argumẽta naſcuntur. aut enĩ a generis partibus que ſunt ſpecies: aut ab integri ideſt totius que partes niſi proprio vocabulo nuncupantur. ⁊ de his quidem partibus que ſpecies ſunt hoc modo fit queſtio. an virtus mẽtis bene conſtitute ſit habitus. Queſtio de diffinitiõe. i. an habitus mentis bene conſtitute ſit virtutis diffinitio. Faciemus itaqꝫ a ſpeciebus argumentationem ſic. Si iuſticia fortitudo: moderatio: atqꝫ prudẽtia habitus mentis bene conſtitute ſunt. hec autem quattuor vni virtuti velut generi ſubijciuntur. virtus ergo mentis bñ conſtitute eſt habitus. maxima propoſitio. Quod enim ſingulis partibus ineſt: id toti ineſſe neceſſe eſt. Argumentũ vͦ a partibus. i. a generis partibus que ſpecies nuncupantur. Iuſticia enim fortitudo: modeſtia: ⁊ prudentia virtutẽ ſpecies ſunt. Item ab his partibus que integri partes eſſe dicuntur ſit queſtio: an ſit vtilis medicina. hec in accidentẽ dubitatione conſtituta eſt. Dicimus igitur ſi depelli morbos ſalutemqꝫ ſeruari mederiqꝫ vulneribus vtile ẽ: vtilis medicina eſt. At depelli morbos: ſalutemqꝫ ſeruari: medericꝫ vulneribus vtile eſt: vtilis igitur medicina eſt. Sepe autem ⁊ vna quelibet pars valet: vt argumentationis firmitas conſtet hoc mõ. vt ſi de aliquo dubitetur: an ſit liber factus. Si cum vel cenſu vel teſtamẽto vel vindicta manumiſſum eſſe monſtremus: liber factus oſtenſus ẽ. atqꝫ he partes erãt dande libertatis. Vel rurſus ſi dubitetur an ſit domus: quod eminus proſpicitur. Dicemus quoniã nõ eſt. Nam vel tectum vel parietes vel fundamenta ei deſũt ab vna rurſus parte factum eſt argumentum. ¶ Licet aũt in ſubſtantijs non ſolum. verum etiam in modo temporibus quantitatibus in loco totum parteſqꝫ reſpicere. Id enĩ quod dicimus ſemper in tempore totum eſt. Id quod dicimus aliquando: in tempore pars eſt. Rurſus ſi ſimpliciẽ aliquid proponamus: in modo totum eſt. Si cũ adiectiõe aliqua pars ſit in modo. Item ſi omnia dicimus in quantitate totum dicimus. Si vͦ aliquid quantitatis excerpſimus quantitatis ponimus partem. Eodem modo ⁊ in loco quod vbiqꝫ eſt: totum eſt: quod alicubi pars. Horũ autẽ omnium hec conſequenter dentur exempla. a toto ad ptẽs ſm tempus. Si deus ſemper eſt ⁊ nunc eſt. a parte ad totũ ſm modum. Si anima aliquo modo mouetur: ⁊ ſimpliciẽ mouetur. Mouetur autem cũ iraſcitur: vniuerſaliter igiẽ ⁊ ſimpliciter mouetur. Rurſum autem a toto ad partes in quantitate. Si verus eſt appollo in omnibus vates: verum erit Pirrhum romanos ſuperare. Rurſus in loco: ſi deus vbiqꝫ eſt ⁊ hic eſt. ¶ Sequitur igitur locus qui nũcupatur a cauſis: ſunt vͦ plures cauſe ideſt cuꝫ principiũ motus preſtant atqꝫ efficiunt: vel ſpecierum formas ſubiecte ſuſcipiunt: vel propter eis aliquid fit: vel que cuiuſlibet forma eſt. Argumentum igitur ab efficiente cauſa: vt ſi quis iuſticiam naturalem eſſe velit oſtendere dicat. Congregatio hominum naturalis. iuſticiam vͦ fecit congregatio hominum. iuſticia igitur naturalis eſt. queſtio de accidenti. maxima propoſitio quorum efficientes cauſe ſunt naturales: ipſa quoqꝫ ſunt naturalia: locus ab efficientibus cauſis. Quod enim cauſa vniuſcuiuſqꝫ id efficit eam tem: cuius cauſa eſt. Rurſus ſi quis mauros non habere arma contendat: dicet idcirco armis minime eos vti ꝙ ferrũ deeſt illis maxima propoſitio vbi materia deeſt: ⁊ quod ex materia efficitur deſit locus a materia. Vtrũqꝫ vͦ ab efficientibꝰ ⁊ a materia vno nomine a cauſa nuncupatur. eque enim id quod efficit: atqꝫ id quod operantis actũ ſuſcipit: eius rei que efficitur cauſe ſunt. Rurſus a fine ſit propoſitũ ſic: an iuſticia bona ſit: fiet argumentatio talis. ſi beatum eſſe bonum eſt: ⁊ iuſticia bona eſt. hic enim eſt iuſticie finis: vt ſi quis ſm iuſticiam viuat: ad beatitudinẽ perducatur. maxima propoſitio cuius finis bonus eſt: ipſum quoqꝫ bonũ eſt. locus a fine. Ab eo vͦ quod cuiuſlibet forma eſt ita: nõ potuiſſe volare dedalum: quoniam nullas naturali forma pennas habuiſſꝫ. maxima propoſitio tñ quemqꝫ poſſe quãtum forma naturali ſua permiſit locus a forma. ¶ Ab effectibus vͦ ⁊ corruptionibus ⁊ vſibus hoc modo. Nam ſi



domus eſt: ⁊ conſtructio domus bonum eſt: ⁊ ſi bonum eſt conſtructio domus: bonum eſt domus. Rurſus ſi deſtructio domus malum eſt: bonum eſt domus: ⁊ ſi bona eſt domus: malum eſt deſtructio domus. Et ſi bonum equitare eſt: bonus equus eſt. ⁊ ſi bonus eſt equus: bonum eſt equitare. Eſt autem primum quidem exemplum a generationibus: quod idem ab effectibus vocari poteſt. Secundum a corruptionibus. Tertium ab vſibus. omnium autem maxime propoſitiones: cuius effectio bona eſt: ipſũ quoqꝫ bonum eſt: ⁊ econuerſo. Cuius corruptio mala eſt: ipſum qꝫ bonum eſt ⁊ econuerſo. Et cuius vſus bonus eſt: ipſũ qꝫ bonum eſt: ⁊ econuerſo. ¶ A cõmuniter accidentibus argumenta fiunt quotiens ea ſumũtur accidentia: que relinquere ſubiectum vel non poſſunt vel non ſolent: vt ſi quis hoc modo dicat. Sapientem nõ penitebit. penitentia enĩ malum factum ſequitur. Quod quia in ſapiente non conuenit: nec penitentia quidem. Queſtio de accidenti. Maxima propoſitio cui non ineſt aliquid ei nec illud quod eiꝰ eſt conſequens ineſſe poteſt. Locus a cõmuniter accidentibus. ¶ Expeditis igitur locis his qui ab ipſis terminis ĩ queſtione poſitis aſſumuntur: nunc de his dicendum eſt: qui ſꝫ extrinſecus poſiti: argumenta tamen queſtionibus ſubminiſtrant. Hi vͦ ſunt vel ex rei iudicio: vel ex ſimilibus: vel ex maiore: vel a minore: vel a proportione: vel ex oppoſitis: vel ex tranſumptione. Et ille quidem locus qui rei iudicium tenet: eſt huiuſmodi: vt ſi dicamꝰ id eſſe quod vel omnes iudicant vel plures: ⁊ hi vel ſapientes: vel ſm vnãquãqꝫ artium penitus eruditi. Huius exemplum eſt celum eſſe volubile: ꝙ ita ſapientes atqꝫ aſtrologi doctiſſimi iudicauerunt. Queſtio de accidenti. Maxima propoſitio quod omnibus vel pluribus vel ſapientibus hominibus videtur: ei contradici non oportere. Locus a rei iudicio. ¶ A ſimilibus vͦ hoc modo. Si dubitetur an hominis ſit propriũ bipedem eſſe dicimꝰ. Similiter ineſt equo quadrupes: vt homini bipes. Non eſt autẽ equo quadrupes proprium. Non eſt igitur homini bipes proprium. Queſtio de proprio. Maxima ꝓpoſitio. ſi quod ſimiliter ineſt non eſt proprium: nec id de quo queritur eſſe propriũ poteſt. Locus a ſimilibus. hic vͦ in gemina diuidiẽ. hec enim ſimilitudo aut in qualitate aut in quantitate conſiſtit ſed in quantitate paritas nuncupatur. In qualitate ſimilitudo. ¶ Rurſus ab eo quod ẽ magis. Si queratur an ſit animalis diffinitio: quod ex ſe moueri poſſit: dicimus ſic. Magis oportet animalis diffinitionem eſſe ꝙ naturaliẽ viuat qꝫ ꝙ ex ſe moueri poſſit. Non eſt autẽ diffinitio animalis ꝙ naturaliter viuat. Nec quidem igitur que minꝰ videtur diffinitio eſſe ꝙ ex ſe moueri poſſit: animalis diffinitio putanda eſt. Queſtio de diffinitione. Maxima propoſitio. ſi id quod magis videtur ineſſe non ineſt: nec id quod minus videbitur ineſſe inerit. Locus ab eo ꝙ magis eſt. ¶ A minoribus vͦ conuerſo modo. Nã ſi hominis diffinitio eſt animal greſſibile bipes: cũqꝫ videatur minus eẽ diffinitio hominis qꝫ animal rationale mortale: erit diffinitio hominis animal rationale mortale. Queſtio de diffinitione. Maxima propoſitio. ſi id quod minus videtur ineſſe: ineſt: id quod magis videbitur ineſſe: inerit. Multe autem diuerſitates locorum ſunt ab eo quod ẽ magis ⁊ minus argumenta miniſtrantium: quod in expoſitione topicorum ariſtotelis diligentius perſecuti ſumus. ¶ Item ex proportione vt ſi queratur: an ſint ſorte eligendi in ciuitatibus magiſtratus: dicimus minime: quia nec in nauibus quidem ſorte gubernator preficitur. eſt enim proportio. Nam vt ſeſe gubernator habet ad nauim: ita magiſtratus ad ciuitatem. Hic autem locus diſtat ab eo qui a ſimilibus ducitur. Ibi enim vna res vnicuilibet alij comparatur. In proportione vͦ non eſt ſimilitudo rerum: ſed quedam habitudinis comparatio. Queſtio de accidenti. Maxima propoſitio. quod in vnaquaqꝫ re euenit id in eius proportionali euenire neceſſe eſt. Locus a proportione. ¶ Ex oppoſitis vͦ multiplex eſt locus. Quattuor enim ſibimet opponuntur modis. aut enim vt contraria aduerſo ſeſe loco conſtituta repugnant: aut vt priuatio ⁊ habitus: aut vt relatio: aut vt affirmatio ⁊ negatio. Quorum diſcretiones in eo libro qui de decem predicamentis ſcriptus eſt: cõmemorate ſunt. ab his hoc modo argumenta naſcuntur. ¶ A contrarijs ſi queratur an ſit virtutis proprium laudari. dicam non quia nec vitij quidem vituperari. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio. contraria contrarijs conueniũt Locus ab oppoſitis ideſt ex contrario. ¶ Rurſus in queſtione ſit poſitum: an proprium ſit oculos habentium videre. Dicam non. eos nãqꝫ qui vident: alias cecos eſſe cõtingit. Nam in quibus eſt habitus: in eiſdem poterit eſſe priuatio. ⁊ quod eſt proprium non poteſt a ſubiecto diſcedere Et quoniam veniente cecitate viſus abſcedit: non eſſe proprium habentium oculos videre conuincitur. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio vbi priuatio abeſſe poteſt: habitus proprium non eſt. Locus ab oppoſitis ſm habitũ ⁊ priuationem. ¶ Rurſus ſit in queſtione propoſitũ: an patris ſit proprium procreatorem eſſe. Dicam recte videri quia filij eſt proprium procreatum eſſe: vt enim ſeſe habet pater ad filium: ita procreator ad procreatũ. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio. oppoſitorum ad ſe relatiuorũ propria ⁊ ipſa ad ſe referuntur. Locus a relatiuis oppoſitẽ ¶ Item ſit in queſtione propoſitum: an ſit animalis proprium moueri. Negetur quia nec inanimati quidem ẽ proprium non moueri. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio. oppoſitorum propria oppoſita eſſe oportet. Locus ab oppoſitis ſm affirmationem ⁊ negationem. Moueri enĩ ⁊ non moueri ſm affirmationem ⁊ negationem ſibimet opponuntur. ¶ Ex tranſumptione vͦ argumentum hoc mõ fit: cum ex his terminis in quibus queſtio conſtituta eſt: ad aliud quiddam notius dubitatio transfertur: ⁊ ex eius probatione ea que in queſtione ſunt poſita confirmantur: vt Socrates cum quid poſſet in vnoquoqꝫ iuſticia quereret: omnem tractatum ad reipublice tranſtulit magnitudinem: atqꝫ ex eo quod illic efficeret: in ſingulis etiam valere confirmauit. Qui locus a toto forſitan eſſe videtur. Sed quoniam nõ inheret his de quibus proponitur terminis ſed extra poſita res hoc tñ: quia notior videtur aſſumitur. Idcirco ex tranſumptione locus hic conuenienti vocabulo nuncupatus eſt. Fit vͦ hec tranſumptio ⁊ in nomine: quotiens ab obſcuro vocabulo ad notius argumentatio transfertur hoc modo: vt ſi queratur an philoſophus inuideat: ſitqꝫ incognitum: quid philoſophi ſignificet nomen. Dicimus ad vocabulum transferentes notius non inuidere: quia ſapiens ſit. Notius vero eſt ſapientis vocabulum qꝫ philoſophi. Ac de his quidem locis qui extrinſecus aſſumuntur: id dictum eſt. Nunc de medijs diſputabitur. ¶ Medij autem loci ſumuntur vel ex caſu: vel ex coniugatis: vel ex diuiſione naſcentes. ¶ Caſus eſt alicuius nominis principalis inflexio in aduerbium: vt a iuſticia inflectitur iuſte. Caſus eſt igitur a iuſticia id quod dicimus iuſte. ¶ Coniugata vero dicuntur que ab eodem diuerſo modo deducta fluxerunt: vt a iuſticia iuſtum iuſtus. hec igitur inter ſe ⁊ cum ipſa iuſticia coniugata dicuntur: ex quibus omnibus prompta ſunt argumenta. Nam ſi id quod iuſte eſt bonũ eſt: ⁊ quod iuſtum eſt bonum eſt: ⁊ ſi qui iuſtus eſt bonus eſt: ⁊ iuſticia bonum eſt. Hec igitur ſm proprij nominis ſimilitudinem conſequuntur. ¶ Medij vͦ loci appellantur: quoniam ſi de iuſticia queritur: ⁊ a caſu: vel a coniugatis argumenta ducuntur: neqꝫ ab ipſa ſubſtantia proprie atqꝫ cõiuncte: neqꝫ ab his que ſunt extrinſecus poſita videtur tradi: ſed ex ipſorum caſibus ideſt quadam ex ipſis leui mutatione deductis. Iunc igitur hi loci

medijs inter illos qui ab ipſis & eos qui ſunt extrinſecus collocantur. ¶ Reſtat locus a diuiſiõe qui tractatur hoc modo. Omnis diuiſio vel negatione fit vel partitione. Negatione fit vt ſi quis ita pronunciet. Omne animal aut habet pedes aut non habet. Partitione vero velut ſi quis diuidat. omnis homo aut eſt ſanus aut ęger. Fit autem vniuerſa diuiſio vel generis in ſpecies: vel totius in partes: vel vocis in ſignificationes proprias: vel accidentis in ſubſtantia: vel ſubiecti in accidentia: vel accidentis in accidentia. Quorum omnium rationem in eo libro diligentius expliaui quem de diuiſione compoſui. Atq; idcirco inde ad horum cognitionem congrua petantur exempla. Fiunt autem argumentationes per diuiſionem: tum ea ſegregatione quę per negationem fit: tum ea quę per partitionem. Sed qui his diuiſionibus vtuntur: aut directa ratiocinatione contendunt: aut in aliquod impoſſibile atq; inconueniens ducunt: atq; ita id quod reliquerant: rurſus aſſumunt. Quę facilius quiſq; cognoſcet: ſi prioribus analeticis operam dederit. Horum tamen in preſens talia preſtabunt exempla noticiam. ſit in quęſtione propoſitum: an vlla origo temporis fuerit. Quid qui negare volet: id nimirum ratiocinatione firmabit nullo modo eſſe ortum: idq; directa ratiocinatione hoc modo monſtrabit. tempus aut originem habet aut non. Sed quoniam mundus ęternus eſt (id enim paulliſper argumenti gratia concedatur) mundus vero ſine tempore eſſe non potuit: tempus quoq; ęternum eſt. ſed quod ęternum eſt caret origine. tempus igitur originem non habet. At ſi per impoſſibilitatem idem oſtenderetur oſtendi: diceretur hoc modo. tempus aut originem habet aut non. ſed ſi tempus habet originem non fuit ſemper. Tempus autem habet originem: fuit igitur quando non fuit tempus: ſed fuiſſe tempus eſt ſignificatio temporis. fuit igitur tempus quando non fuit tempus quod fieri non poteſt. Non eſt igitur vllum principium temporis. poſito namq; vt ab vllo principium ceperit: inconueniens quoddam atq; impoſſibile contingit fuiſſe tempus quando non fuerit tempus. Reditur itaq; ad alteram partem quod origine careat. Quę vero ex negatione diuiſio eſt: cum per eam quęlibet argumenta ſumuntur: fieri nequit vt vtrunq; ſit quod affirmatione & negatione diuiditur. Itaq; ſublato vno alterum manet: poſito altero reliquum tollitur. vocaturq; hic a diuiſione locus medius inter eos qui ab ipſo duci ſolent: atq; eos qui extrinſecus aſſumuntur. Cum enim quęritur: an aliqua temporis ſit origo: ſumitur quidem eſſe originem: & ex ipſo per propriam conſequentiam de re ipſa quę quęritur fit impoſſibilitatis ſyllogiſmus. Quo concluſo reditur ad prius quod verum eſſe neceſſe eſt. Siquidem id quod ei oppoſitum eſt: ad impoſſibile aliquod inconuenienſq; producitur. Itaq; quoniam ex ipſa re: de qua quęritur fieri ſyllogiſmus ſolet quaſi ab ipſis locus eſt deductus: quoniam vero non in eo permanet: ſed ad oppoſitum redit: quaſi extrinſecus ſumitur. Idcirco hic a diuiſione locus inter vtrunq; medius collocatur. ¶ At vero qui ex partitiõe ſumuntur duplici fiunt modo. Aliquotiens enim quę diuiduntur: ſimul eſſe poſſunt: vt ſi vocem in ſignificationes diuidamus omnes ſimul eſſe poſſunt: veluti cum dicimus amplector: aut actionem ſignificat: aut paſſionem: ſimul vtrunq; ſignificare poteſt. Aliquotiens veluti negationis modo quę diuiduntur ſimul eſſe non poſſunt: vt aut ſanus eſt aut ęger. Fit autem ratiocinatio in priore quidem modo diuiſionis: tum quia omnibus adeſt quod quęritur vel non adeſt: tum vero alicui adeſſe vel non adeſſe quod alijs adſit aut minime. Nec in his explicandis diutius laboramus: ſi priores reſolutorij vel topica Ariſtotelis diligentis animum lectoris inſtruxerint. Nam ſi quęratur: vtrum canis ſubſtantia ſit atq; hanc diuiſionem faciat collocutor: canis vel latrabilis animalis vel marinę beluę: vel celeſtis ſyderis nomen eſt: demonſtretq; per ſingula & canem latrabilem ſubſtantiam eſſe: marinam quoq; beluam & ſydus ſubſtantię poſſe ſupponi: monſtrauit canem ſubſtantiam eſſe. Atq; hic quidem ex ipſis in quęſtione propoſitis videbitur argumenta traxiſſe. At in talibus ſyllogiſmis aut ſanus eſt: aut ęger: ſed ſanus eſt: non igitur eſt ęger: ſed ſanus non eſt: ęger igitur eſt: vel ita: ſed ęger eſt: ſanus igitur non eſt: vel ita: ſed ęger non eſt: ſanus igitur eſt. Ab his quę ſunt extrinſecus ſumptus eſt ſyllogiſmus ideſt ab oppoſitis. Idcirco ergo totus hic a diuiſione locus inter vtroſq; medius eſſe perhibetur qui in negatione fit conſtitutus: aliquo modo quidem ex ipſis ſumitur: aliquo modo vero ab exterioribus venit. Si vero a partitione ducantur argumenta: nunc quidem ab ipſis: nunc vero ab exterioribus copiam preſtant. ¶ Et greci quidem Themiſtij diligentiſſimi ſcriptoris ac lucidi: & omnia ad facilitatem intelligentię reuocantis talis locorum videtur eſſe partitio. Quę cum ita ſint: breuiter mihi locorum diuiſio commemoranda eſt: vt nihil preter eam monſtretur eſſe relictum: quod non intra eam prohibetur incluſum. De quo enim in qualibet quęſtione dubitatur: id ita firmabitur argumentis: vt ea vel ex ipſis ſumantur quę in quęſtione ſunt conſtituta: vel extrinſecus ducantur: vel quaſi in confinio horum poſita veſtigentur. At preter hanc diffinitionem nihil extra inueniri poteſt. Sed ſi ab ipſis ſumitur argumentum: aut ab ipſorum neceſſe eſt ſubſtantia ſumatur: aut ab his quę eam conſequuntur: aut ab his quę inſeparabiliter accidunt: vel his adhęrent: & ab eorum ſubſtantia ſeparari ſeiungiq; non poſſunt: vel non ſolent. Quęcunq; vero ab eorum ſubſtantia ducuntur: ea aut in deſcriptione: aut in diffinitione ſunt: et preter hęc a nominis interpretatione. Quę vero ea velut ſubſtantiam continentia conſequuntur: talia ſunt vt vel generis vel differentię: vel integri vel ſpecierum: vel partium loco circa ea quę inquiruntur aſſiſtant. Item vel cauſę vel efficientis: vel materię: vel formę: vel finis: vel effectus vel corruptionis: vel vſus: vel quantitatis: vel temporis vel modi. Quod vero proprium inſeparabile vel adherens accidens nuncupatur: id in communiter accidentibus numerabitur. Et preter hęc quidem aliud quod cuiq; ineſſe poſſit non poteſt inueniri. Quibus ita poſitis inſpiciamus eos locos nunc quos dudum extrinſecus pronunciabam aſſumi. Ea enim quę extrinſecus aſſumuntur: non ſunt ita ſeparata atq; diſiuncta: vt non aliquo modo quaſi ex regione quadam ea quę quęruntur aſpiciant. Nam & ſimilitudines & oppoſita ad ea ſine dubio referuntur: quibus ſimilia vel oppoſita ſunt: licet iure atq; ordine videantur extrinſecus collocata. Sunt autem hęc ſimilitudo: oppoſitio maius minus rei iudicium. In ſimilitudine enim: tum rei ſimilitudo tum proportionis ratio continetur. Omnia enim ſimilitudinem tenent. Oppoſita vero in contrarijs: in priuationibus: in relationibus: in negationibus conſtant. Comparatio vero maioris ad minus: quędam quaſi ſimilium rerum diſſimilitudo eſt. Rerum enim per ſe ſimilium in quantitate diſcretio maius ac minus facit. Quod enim ex ſui qualitate: omniq; ratione diuiſum eſt: id nullo modo poterit comparari. Ex rei vero iudicio quę ſunt argumenta quaſi teſtimonium prebent & ſunt inartificiales loci: atq; omnino diſiuncti: nec rem potius quam opinionem iudiciumq; ſectantes. Tranſumptionis vero locus nunc quidem in equalitate: nunc vero in maioris minoriſue comparatione conſiſtit. Aut enim ad id quod eſt ſimile: aut ad id quod maius ac minus fit argumentorum rationumq; tranſumptio. Id vero loci quos mixtos eſſe prediximus: aut ex caſibus: aut ex coniugatis: aut ex diuiſione naſcuntur. In quibus omnibus conſequentia & repugnantia cuſtoditur. Sed ea quidem quę ex diffinitione: vel genere: vel differentia: vel cauſis argumenta ducuntur demonſtratiuis maxime ſyllogiſmis vires atq; ordinem ſubminiſtrant: reliqua vero veriſimilibus ac dialecticis. Atq; hi loci qui maxime in eorum



ſubſtantia ſunt: de quibus in quęſtione dubitatur ad predicatiuos ac ſimplices: reliqui vero ad hypotheticos & conditionales reſpiciunt ſyllogiſmos. ¶ Expeditis igitur locis & diligenter eorum diffinitione quam exemplorum luce patefactis dicendum videtur quomodo hi loci maximarum ſint differentię propoſitionum idq; breuiter neq; enim longa diſputatione res eget. Omnes enim maximę propoſitiones vel diffinitionem continent vel deſcriptionem: vel nominis interpretationem: vel totum: vel genus: vel partes: vel ſpecies: vel cetera: quibus differunt inter ſe maximę propoſitiones. Nam in eo quod ſunt maximę non differunt: ſed in eo quod hęc a diffinitione quidem. Illa vero a genere: alię vero veniunt ab alijs locis. et his iure differre: hięq; earum differentię eſſe dicuntur. ſed quoniam diuiſio Themiſtij patefacta eſt: nunc ad Marci Tullij diuiſionem tranſeamus.

## ¶ De differentijs Topicis. Liber tertius.

q

Quod locorum differentias multipliciter variceq; tractamus: nihil mirum diligentioribus ingenijs videri debet: cum manifeſtum ſit: vnamquamq; rem multis ſepe differentijs atq; in varias diuiſionis figuras poſſe partiri. Nam quia ſingulas res non vna: ſed plures ſepe differentię comprehendunt neceſſe eſt: ut ſecundum differentiarum varietatem fiat etiam diuerſitas diuiſionum: ut et numeri nunc eas colligimus differentias: quod alij pares: alij vero impares: nunc vero quod alij primi: atq; incompoſiti: alij ſecundi: atq; compoſiti. Triangulorum etiam multis modis fieri partitionem geometricę diſciplinę tenor oſtendit. iam tamen in omnibus prouidendum eſt: ut nihil extra in qualibet diuiſionis forma relinquatur. nihil vltra ſuperfluum ac preter quod neceſſe eſt: aggregetur. qua in re quid minus videri debet: ſi cum antea ſecundum Themiſtium locorum differentias dederimus: nunc diuerſis ſecundum Marcum Tullium depromamus. Cuius propoſita breuiter partitione: atq; exemplis conuenientibus expedita: tum demum quo differat: vel quo congruat ſuperius digeſtę diuiſioni. quomodo et altera concludat alteram: commemorabo. Nam cum Marcus tullius omnem logicam facultatem: quam rationem diligentem diſſerendi dixit: duas habere partes propoſuerit vnam inueniendi: alteram iudicandi: et cum locos eſſe diffinierit argumenti ſedes a quibus. ſcilicet argumenta promuntur. argumentum etiam rationem: quę rei dubię faciat fidem diuiſionem locorum omnium hoc modo fecit. Ex his inquit locis: in quibus argumenta incluſa ſunt. alij in ipſo herent: de quo agitur: alij aſſumuntur extrinſecus. Duas igitur locorum ſpecies fecit. alios enim in ipſas quęſtionum terminis herere propoſuit: alios extrinſecus aſſumi. atq; eos quidem: qui in ipſis herent de quibus quęritur: tali diuiſione partitur. in ipſo inquit: tum ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum ex his rebus: quę quodammodo effectę ſunt ad id: de quo quęritur. Extrinſecus autem ea dicuntur: quę abſunt longeq; diſiuncta ſunt. poſt hęc eum locum: qui ab effectis ducitur: in conuenientia membra partitus eſt. hoc modo. Alia enim inquit ſunt coniugata alia ex genere: alia ex forma: alia ex ſimilitudine: alia ex differentia: alia ex contrario: alia ex coniunctis: alia ex antecedentibus: alia ex conſequentibus. alia ex repugnantibus: alia ex cauſis alia ex effectis: alia ex comparatione maiorum aut minorum aut parium. Quorum quidem omnium et natura breuiter attingenda eſt extra ponenda. Eorum igitur locorum qui in ipſo de quo agitur herent: primum eſſe dixit a toto. Totum vniuſcuiuſq; rei in diffinitione conſtat. Omnis enim diffinitio rei: quam diffinit adequatur. quod ſi vnaquęq; res tota eſt (nihil enim integrum eſſe niſi totum poteſt.) diffinitionem quoq; totum eſſe neceſſe eſt: id eſt quę totam rei: quam diffinit ſubſtantiam dandit. Diffinitio vero eſt oratio. quę vniuſcuiuſq; rei quidem eſſe deſignat. Ad hac ita ducitur argumentum ut ſi ſit quęſtio: an arbores ſint animalia. dicam aliaſ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. at arbor non eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. tum claudam. Non ſunt igitur arbores animalia. Quęſtio de genere. maxima propoſitio. vnde diffinitio abeſt: inde illud quoq; abeſſe: quod diffinitur locus a diffinitione. ¶ Partes non ſunt: quarum conuentu efficitur totum. Partes etiam vocantur quę diuidunt totum. hęc autem ſpecies: vel formę nuncupari ſolent. A quibus hoc modo ſumitur argumentum. Ab his quidem partibus: quarum coniunctione componitur totum hoc modo: ut ſi ſit dubitatio: an anima ſit corporea: partiemur anima: velut his tribus partibus. quod vel vegetabilem vim vel ſenſibilem. vel intelligibilem preſtet at neq; ipſum vegetare: neq; ſentire: neq; intelligere corporale eſt. cum q; nulla pars ſit corporalis animę omnino anima corporalis non eſſe monſtrata eſt. Quęſtio de genere id eſt an anima corpori ſubijciatur aut generi. Maxima propoſitio. a quibus partes abſunt: totum quoq; abeſſe. locus a partibus totum coniungentibus. Item ab his partibus: quę totum diuidunt hoc modo. ſit in quęſtione an anima: ſecundum locum moueatur. Dicam motus ſecundum locum tres ſpecies ſunt: crementum: diminutio: permutatio. anima vero neq; augetur: neq; minuitur: neq; ab alio loco tranſit ad alium: non igitur mouetur. Quęſtio de accidenti. Maxima propoſitio eadem quę ſuperius. locus a partibus totum diuidentibus. ¶ A nota vero argumentum eſt: quotiens ab interpretatione nominis: rei dubię fides quęritur. hoc modo: ut ſi dubitetur: an philoſophia ſit bonum. Dicemus. philoſophia eſt amor ſapientię. at id bonum eſt philoſophia igitur bonum eſt. Hic igitur rem non diffinimus: ſed nomen diffinitione prodimus. Quęſtio de genere. Maxima propoſitio. nominis interpretationem rem declarare. locus a notatione. ¶ Coniugata ſunt: quę ab eodem nomine flectuntur ut a iuſticia iuſtus iuſtę. Ab his ita capitur argumentum. ut ſi quęratur: an ridere gaudere ſit. Dicemus. ſi riſus gaudium eſt: et ridere gaudere eſt. Quęſtio de accidenti. maxima propoſitio: coniugatorum eandem eſſe naturam locus a coniugatis.

¶ Genus eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quid ſit predicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum ut ſi quęratur: vtrum anima numerus ſit ſeipſum mouens ut xenocrati placuit. Dicemus anima ſubſtantia eſt. Numerus vero ſubſtantia non eſt. igitur anima numerus non eſt. Quęſtio de diffinitione. locus a genere. maxima propoſitio. Quorum diuerſa ſunt genera: ipſa quoq; ſunt diuerſa. ¶ Forma eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit predicatur. Ab hac fit argumentum hoc modo. ut ſi quęratur: an color in ſubiecto ſit. id approbabimus eo: quoniam album vel nigrum in ſubiecto ſunt a ſpecie ſcilicet ad genus deducentes. quęſtio de genere. Nam in ſubiecto eſſe vel non eſſe: accidens vel ſubſtantiam ſignificat: quę ſunt prima rerum genera. Maxima propoſitio. In formis ſpectari generum proprietatem locus a forma. ¶ Similitudo eſt rerum differentium eadem qualitas. Ab hac ita fieri argumentum videtur: ut ſi quęratur: ſorte an electione rectores ciuitatibus dandi ſunt. negetur quoniam nec in naui quidem ſorte: ſed electione peritus rector eligitur. Similis eſt naui quidem ciuitati. gubernator autem magiſtratui. Quęſtio de accidenti. locus a ſimili. Maxima propoſitio. de ſimilibus idem eſt iudicium. ¶ Item a differentia: ut ſi quęratur: an idem ſit rex quod tyrannus. Dicemus minime. namq; in rege eſt pietas: iuſticia: manſuetudo: in tyranno cuncta diuerſa ſunt. quęſtio de diffinitione. locus a differentia. Maxima propoſitio. differentium rerum non idem eſſe iudicium.

¶ Contraria vero quę Cicero appellat quatuor diui-

diuntur modis. aut enim aduerſa ſunt: ut album nigrum. aut priuantia ut iuſticia iniuſticia: aut relatiua: ut dominus: ſeruus: aut negatiua: ut videre et non videre. Ab his omnibus ita argumenta ducuntur. ab aduerſis ſi bona eſt ſanitas: mala eſt egritudo. a priuantibus. ſi iniuſticiam fugimus ſequamur iuſticiam. a relatiuis quidem quiſquis pater vult eſſe habeat filium. a negantibus. Non me accuſas feciſſe: quod me non feciſſe oſtendis. Queſtiones de accidentibus. Maxima propoſitio: in aduerſis: priuantibus: et negantibus contraria ſibi conuenire non poſſe. In relatiuis abſqꝫ ſe relatiua eſſe non poſſunt. Locus a cōtrarijs: quę melius oppoſita vocarentur.

¶ Adiuncta ſunt: quę finitimum tenent locum: ita ut tēporibus quidem: tum antecedant: ut amorem congreſſio: tum rei: cui adiuncta ſunt: hereant ut ambulationi pedum ſtrepitus: tum conſequantur: ut atrox facinus mentis trepidatio. Neqꝫ hęc neceſſaria ſunt: ſed frequenter eueniunt Nam neqꝫ qui congreſſus eſt: modis omnibus amauit: et qui congreſſus non eſt: vno ſemel aſpectu in amorem incidit. et ambulante quo poteſt non eſſe ſtrepitus pedum: et non ambulante pedes ſtrepere: ſi conſiſtens vno eodemqꝫ loco pedes moueat. et trepidareqꝫ: cum nihil atrox fecerit: et non trepidare: qui fecerit. ab his ducitur argumentum: vel cum amare aliquem ſuſpicamur: quia fuerit ante congreſſus. vel ambulaſſe aliquem in locum: cum pedūꝫ ſtrepitus ſuit auditus: vel atrox facinus commiſiſſe: quem trepidare videamus. atqꝫ in his queſtiones de accidentibus Locus ab adiunctis maxima propoſitio: ex adiunctis adiuncta perpendi. ¶ Antecedentia vero ſunt: quibus poſitis ſtatim neceſſe eſt aliud conſequatur. velut cum dicim⁹. ſi homo eſt: alias eſt. Neqꝫ in his temporum ratio: nec rerum neceſſitas varia eſt: ſed ſtatim ut dictum fuerit id: qđ antecedit: comitatur id quod eſt conſequens. Hic vero locus totus in conditione eſt conſtitutus. poſita enim conditione ſi ſit antecedens: eſſe neceſſe eſt: quod conſequitur. hoc modo. Si peperit cum viro concubuit. antecedens eſt peperiſſe: cum viro concubuiſſe conſequens. nam neqꝫ illud queritur quid prius tempore ſit quid poſterius et ſepe ita variantur. ut id quod poſterius eſt tempore: antecedēs eſſe videatur in propoſitione: ut preteriſſe poſterius eſt: quam concubuiſſe. Tamen ſi peperit modis omnibus cum viro concubuit. et hoc precedente: et prius poſito: neceſſe eſt illđ intelligatur. aliquotiens vero ſimul ſunt: ut ſi ſol ortus ē: dies eſt. aliquotiens quod precedit: prius eſt: poſterius vero quod conſequitur. ut ſi arrogans eſt: odioſus eſt. ex arrogantia enim quiſqꝫ fit odioſus: ex antecedenti igitur argumentum ſumimus. ſi peperit: cum viro concubuit: ſumo quod antecedit. at peperit concludo quod ſequitur. cum viro igitur concubuit. a conſequentibus ita ſumo. quod conſequitur. at non concubuit cum viro. concludo quod antecedit. non igitur peperit. Queſtio eſt de accidēti. locus ab antecedentibus: et conſequētibus. maxime propoſitionesqꝫ poſito antecedenti comitari id quod conſequitur. perempto conſequenti perimi quod antecedit. ¶ Repugnantia vero ſunt contrariorum conſequentia: ut vigilare dormire cōtraria ſunt. ſtertere dormientibus adiunctum eſt. Stertere igitur ac vigilare repugnantia ſunt. ab his ita fit argumētum. Tu ne eum vigilare dicis: qui ſtertat. queſtio de accidenti. argumentum a repugnantibus: maxima propoſitio. repugnantia ſibi conuenire non poſſe. ¶ Cauſa eſt efficiens: quę quamlibꝫ rem efficit precedens non ſemper tēpore: ſed proprietate naturę: ut ſol diem. ab hac ita ſumimus argumentum. Cur eſſe dubites diem: cum ſolem in celo eſſe aſpicias. Queſtio de accidenti. nam diem eſſe accidit aeri. id eſt eſſe per ſolem lucidum. argumentum ab efficientibus cauſis maxima propoſitio: vbi cauſa eſt: effectuꝫ hinc abeſſe non poſſe. ¶ Effectum eſt: quod efficit cauſa. ab hoc ita ſumitur argumentum: an tu dubitas amaſſe: quam rapuit. Queſtio de accidenti. argumentum ab effectis. maxima propoſitio vbi effectum eſt: cauſam abeſſe nō poſſe. veluti non abfuit amor: qui fuit cauſa: cur rapuerit: quod eſt effectum. ¶ Comparatio vero maioris eſt: quotiens: id quod minus eſt: maiori comparatur. ab hoc loco ſumitur ita argumentum. ſi is: qui patriam bello perſecutus eſt: tandem veniam meruit a ciuibus: cur non is quoque mereatur: qui ob ſeditionem motam actus eſt in exilium. Queſtio de accidenti: argumentum a comparatione maioris. maxima propoſitio. quod in re maiore valet: valeat in minore. ¶ Minoris eſt comparatio: quotiens maior res confertur minori. atqꝫ ex ea capitur argumentum hoc modo. Si. C. Graccū. mediocriter labefactantem ſtatum rei pub. ſcipio priuatus interfecit: cur non catilinam orbeꝫ terrę cede: atqꝫ incendio vaſtare cupientem conſules perſequuntur? Queſtio de accidenti. argumentum a comparatione minoris. maxima propoſitio. quod in re minore valet: valeat in maiore. ¶ Paria ſunt: quę eiuſdem quantitatis ſunt: et ſemper paritas ſimilitudo eſt quantitatis. Ab hoc ita fit argumentum. Si demoſthenem quis laudare deſideret: cur vituperet tullium? Queſtio de accidenti argumentum a comparatione parium. maxima propoſitio Parium idem eſſe iudicium. ¶ Reſtat is locus queꝫ extrinſecus dixit aſſumi hic iudicio nititur: et autoritate: et totus probabilis eſt nihil continens neceſſarium. Probabile autem eſt: quod videtur vel omnibus: vel pluribus: vel doctis: vel ſapientibus: et inter hos famoſis atqꝫ preſtantibus: vel his: qui ſecūdum vnamquamqꝫ artem peritiam conſecuti ſunt: ut medico in medicina et geometrę in geometria. ab hoc loco tale eſt argumentum veluti ſi dicam Difficile eſt cum carthaginenſibus bellum gerere: quoniam id. P. ſcipio cornelius affricanus dixit: qui ſepe fuerat expertus. Hic vero locus extrinſecus dicitur conſtitutus: quoniam non de his: qui predicati vel ſubiecti ſunt termini ſumitur: ſed ab extrinſecus poſito iudicio venit. hic etiam inartificialis: et artis expers vocatur: quoniam non ſibi hinc ipſe conficit argumentum orator: ſed preparatis poſitiſqꝫ vtitur teſtimonijs. ¶ Expeditis igitur Marci tullij differentijs quibus ipſe a ſe maximas propoſitiones: quas locos eſſe diximus: ſeparauit pertractanda breuiter mihi videtur ſuperius digeſta partitio: ut ea quę ſimilia videntur: a ſemetipſis ratione congrua ſegregentur. Similis enim videtur locus a toto ei: qui eſt a nota. vterqꝫ enim in diffinitione eſt conſtitutus. Nam interpretatio nominis quędam ipſius nominis diffinitio eſt. Sed illa coruꝫ maxima eſt differentia: quia locus a toto rem diffinit a nota vero rem non diffinit: ſed nomen interpretatur. Diuerſa vero ſunt res: ac nomen. Hoc enim ſignificat. illud vero ſignificatur. ¶ Item locus a partium enumeratione conſimilis videtur eſſe ei: qui eſt a forma. Nam et forma pars eſt: et qui genus diuidit: enumerat partes. neqꝫ enim aliter fieri ex forma argumentum poteſt niſi diuidatur a genere ſumi enim omnino forma non poteſt: niſi per diuiſioneꝫ Sed hic quoqꝫ multa eſt differētia. nam partium enumeratio neceſſe eſt: ut diuidat totas partes. eaſqꝫ vniuerſas ad fidem argumentationis aſſumat: ſiue illę partes: ſiue ſpecies ſint. ut genus quidem ſpeciebus. Totum vero partib⁹ approbetur. In forma vero ſufficit ad demonſtrandum qđ de genere dicitur vna quęlibet. ¶ Item locus a contrario et repugnantibus videtur eſſe conſimilis. ſed habet differentiam: quia contraria primis ſibimet frontibus opponuntur. Repugnantia vero pro coniunctionem contrariorum ſibi probantur aduerſa: ut dormire ac vigilare ſtatim ſibi contraria ſunt. Stertere vero repugnat vigilationi idcirco quia ſomno coniungitur.

¶ Adiuncta vero et antecedētia et ꝯſītia quaſi finitima ſunt



Sed diſtant: quoniam in adiunctis nulla eſt neceſſitas in antecedentibus vero: et conſequentibus maxima. in adiūctis vero tempora nimium valent. Nam quod adiunctuꝫ eſt: id precedere rem ſolet: vel cum ea vno eodemqꝫ tempore eſſe: vel ſubſequi poſterius. At in antecedentibus nihil horum eſt: ſed non habita temporis ratione mox ut fuerit antecedens: conſequens eſſe neceſſe eſt: et ſi conſequens non fuerit: antecedens neceſſe eſt interire. ¶ Ac de Marci Tullij locis ſufficienter dictum eſt. nunc ad themiſtij diuiſionem redeamus. et quomodo ſuperius partitiones digeſte ſibi conſentire poſſint breuiter explicemus. ac primū quidem totius partitionis differentias colligamus cōmuniter. Superior autem diuiſio themiſtij docuit alios eſſe locos: qui in ipſis terminis: de quibus queritur: inſunt alios qui extrinſecus aſſumūtur: alios qui inter vtroſqꝫ verſantur. ut hic trina itelligatur diuiſio. At Marci tullij diuiſio locos bifariam oſtendit. Alios enī in eo ipſo. de quo agitur herere proponit: alios extrinſecus aſſumi. Hic igitur omnes eos locos: quos medios themiſtius propoſuit. his applicauit: atqꝫ coniunxit: qui ſunt in ipſis de quibus agitur: terminis conſtituti: et communiter quidem talis diuiſionum differentia eſt: quę clarius apparebit ſi ſingula ꝑſequamur. ¶ Eos igitur locos: qui poſiti ſunt in terminis: de quibus in queſtione dubitatur. priore partitione Themiſtius: tum in ſubſtantia poſuit: tum in ſubſtantię conſequentia. In ſubſtantia ſunt diffinitio: deſcriptio: nominis interpretatio. Subſtantię vero conſequentia ſunt: genus: totum: pars: ſpecies: cauſa: efficiens: materia: forma: effectum: corruptio: finis: vſus: communiter accidētia. Eos vero qui extrinſecus aſſumuntur: tum in iudicio: tū in ſimilitudinę: tum in quantitatis comparatione. tum in oppoſitione: tum in proportione. tum in tranſumptione ſeparauit. Quos vero inter vtroſqꝫ poſuit: hos in caſibus et coniugatis: et diuiſione conſtituit. Sed Marcus tullius eos: qui in ipſo ſunt: de quo queritur: tum ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum ex his rebus: quę quodammodo affectę ſunt ad id: de quo queritur poſuit. Ipſa vero quę affecta ſunt: multifaria diuiſione partitus eſt. ſolum vero iudiciuꝫ extrinſecus ſegregauit. pluresqꝫ partes eorum: quę in diuiſione themiſtij poſita ſunt ſubſtantię cōſequentia. Itemqꝫ locos medios inter affecta numerauit. In tam vero varia diuiſione neceſſe eſt. ut vtreqꝫ ſibi nō eadem parte conueniant. Id vero in cunctis multipliciter diuiſis fieri poteſt: velut ſi quis diuidat triangulorum formas ſic. Triangulorum alię ſunt equilaterę formę alię duo tantum latera habentes equalia: alię vero totis inęqualibus lateribus iunctę. Rurſus ſit iſta diuiſio ut alias dicat aliquis rectum habentes angulum: quę ortogonię nuncupantur. alias dicat tribus acutis angulis contineri: quę ſunt oxigonię: alias in obtuſum angulum tendi: quę ſunt abligonię. Neceſſe eſt igitur: ut vtręqꝫ ſibi diuerſa partiuꝫ ratione conueniant. Nam quod eſt ortogonium: id ſemper vel duobus lateribus equalibus continetur: vel trib⁹ inequalibus. Sed quod non eſt abligonium: id vel duobus lateribus continetur: ęqualibus: vel tribus inequalibus. Sed quod eſt exigonium: id vel tribus lateribus ęqualibus: vel duabus continetur. Rurſus id quod eſt equilaterum ſemper eſt exigonium. id vero quod duobus lateribus equalibus continetur: vel ortogonium: vel abligonium vel exigonium eſſe poteſt. Quod vero tribus inęqualibus continetur lateribus: vel ortogonium: vel abligonium eſſe neceſſe eſt. Secundum igitur hoc modū cunctam Marci tullij atqꝫ themiſtij diuiſiōes a principio pariter ordientes: inuicem ſibimet clauſam eſſe monſtremus. in quibus omnibus et exemplorum: et intelligentię ſuperius expeditę preſens debet eſſe memoria. Diſponamus igitur omnem themiſtij diuiſionem. et poſt hanc ſubijciatur Tulliana partitio: ut ea quę dicenda ſunt: apertius oculis ſubiecta clareſcant.

Themiſtij diuiſio.




M. Tullij diuiſio.




¶ Quibus ita deſcriptis nunc quemadmodum Marci tullij diuiſio themiſtij partitioni conueniat explicemus. cū igitur locum quem cicero dixit a toto: a ſubſtantia Themiſtius eſſe propoſuit. Vterqꝫ enim in diffinitione conſiſtit: ſiue illa ſubſtantialis ſit: ſiue deſcriptio. A partium enumeratione locus ex Ciceronis topicis poſitus ideꝫ eſt: qui in themiſtij diuiſione inter medios a diuiſione nominat⁹ eſt. Quotiens enim aliquid eſſe: vel non eſſe monſtrare cōtendimus: ſi fidē a partiū enumeratiōe capiam⁹ id ex diuiſione neceſſario faciendū eſt. Diuiſio vero aut formarum ꝓceſſit: aut partium. Locus quoqꝫ qui ex diuiſione a themiſtio inter medios collocatus eſt: a cicerone in generis tractatione ponitur. ait enim tullius cum de genere loqueretur. hoc modo. Commodę etiam tractatur hęc argumentatio. q̄ ex genere ſumitur: cum ex toto partes pſequare. hoc modo. ſi dolus malus eſt: cuꝫ aliud agitur: et aliud ſimulatur. enumerare licet quibus modis id fiat: deinde in eorum aliquē id quod arguas dolo malo eſſe factum includere. Quod genus argumenti imprimis firmum videri ſolet. A notatione tullij locus is: qui themiſtij eſt a nominis interpretatione. A coniugatis cōmunis eſt locus: cum themiſtius inter medios collocauit. A genere. M. Tul. poſuit a toto themiſti⁹. A forma cice. a pte. i. ſpē themi. a ſimilitudine cōis quidem eſt: niſi ꝙ Marcus tullius ſub ea proportionem comprehendit. A differentia tullij. vel a genere: vel a toto

in themiſtij diuiſione: vel a parte intelligi poteſt. A genere vel a toto qui idem: ſi ſit conſtitutiua differentia de qua ſumitur argumentum a parte vero ſi ſit diuiſibilis. A contrario idem locus eſt: qui a themiſtio ab oppoſitis dictus ē et extrinſecus conſtituit9. ab adiūctis ille eſt: q in themiſtij partitione a cōiter accidētib9 dicit inter cōſequētia ſubiec noiat9 Ab antecedentibus: et conſequentibus locus multifariam ſpargitur. Nam et diffinitio et deſcriptio et antecedere idem et conſequi poſſunt. Itemq3 nominis interpretatio. Item ſpecies antecedit: genus ſequitur. Cauſa etiam efficiēs antecedit: et ſequitur effectus. Materiam vero ſequitur effectus. Communiter accidentia quoq3 ſi inſeparabilia ſint: neceſſe eſt: ut conſequantur. Coniugata autem ſeſe vel antecedunt: vel conſequuntur. itaq3 hic locus pluribus mixtus eſt: non tam in rebus ab alijs omnibus. quā tractatione diuerſus. ipſa enim conditio conſequentie locum aliud facit: cum ipſa conditio conſequentie vel in diffinitione: vel in deſcriptione: vel in forma: vel in cauſa: vel in ceteris poſita ſit. Repugnantia vero oppoſitis aggregantur efficientia cauſis efficientibus vel materia. effecta illi ſunt conſimilia loco: quem Themiſtius poſuit a fine. Nam cauſarum effectus finis eſt. A comparatione maioris vel minoris idem locus eſt: qui apud Themiſtium inter extrinſecus locos ponitur a maiore vel minore. vel a comparatione parium inter eos: qui a ſimili ducuntur eſſe putandus eſt. Dictum eſt enim in quantitate ſimilitudinem eſſe paritatem. Reſtat locus vtriſq3 communis: qui extrinſecus collocatus eſt: quem Cicero: ſicut Themiſtius a rei iudicio eſſe propoſuit. Et Mar. Tullij quidem diuiſio ſuperiori Themiſtij partitioni tali modo poterit includi: quod licet in ſubiecta deſcriptione proſpicere.

| Tulliana diuiſio. | Themiſtij diuiſio. |
|---|---|
| A toto | A ſubſtantia. |
| A partiū enumeratione | A diuiſione. |
| A notatione | A nois itrptatōe |
| A coniugatis | A coniugatis. |
| A genere | A genere vl' a toto |
| A forma | A pte vel ſpecie. |
| A ſimilitudine | A ſimili. |
| A differentia | A toto vel a parte. |
| A contrario | Ab oppoſitis. |
| Ab adiunctis | A cōiter accidētib9 |
| Ab antecedentib9 vel A conſequentibus | A diffinitione vel deſcriptiōe: vel interpretatione: vel ſpecie: vel cauſa vl' materia: vel communiter accidentib9 vel cōiugatis. |
| A repugnantibus | Ab oppoſitis. |
| Ab efficientibus | A cauſis. |
| Ab effectis | A fine. |
| A comparatione. | |
| Vel maiorum | A maiore. |
| Vel minorum | A minore. |
| Vel parium | A ſimilibus. |

¶ Omnis quidem. M. Tullij partitio locorum in Themiſtij diuiſione ſuperioris deſcriptionis formula videtur concluſa. Nunc Themiſtij diuiſio ad marci Tullij diuiſionem reducenda eſt. Cuius quidem multa pars Ciceroni conuenit: ſicut prior etiam deſcriptio docet. Quod vero ex Themiſtij ſupereſt diuiſione: id ſi ad Tullij partitionis ordinem referatur: facili compendio quemadmodū ad ſuperiorem partitiones reducantur oſtenditur. Nā continue marci Tullij diuiſioni et themiſtij locis hi ſuperiore deſcriptione conuenerant. Ciceronis quidem a toto themiſtij a ſubſtantia. A partium enūeratione Ciceronis a diuiſione themiſtij. A notatione Ciceronis ab interpretatione themiſtij A coniugatis vtrorumq3 communis. A genere Cicero. a toto themiſt. A forma Cicero. a parte idest ſpecie Themiſt. A ſimilitudine communis A differentia Cicero. a toto vl' a parte Themiſt. A contrario Cicero. idem apud themiſt. ab oppoſitis. et ab iunctis Cicero. eundem a communiter accidentibus Themiſt. dixit. Ab antecedentibus et conſequentibus mixti cum pluribus. A repugnantibus Cice. idem a Themiſtio. Ab oppoſitis dicitur. Ab efficientibus Cicero. a cauſis themiſt. Ab effectis Cicero. a fine themiſt. A comparatione maioris: ac minoris. M. Tul. idē ſunt a maiore ac minore themiſt. A comparatione parium Cicero. a ſimilibus Themiſt. ¶ Cum igitur Marci Tullij plena diuiſio aliquibus membris themiſtiane diuiſionis aptetur: fieri non poteſt: ut non membra Themiſtiane diuiſionis ſtatim ad tulliane conuenientia reducantur. Quocirca ſi quid reliquum eſt in themiſtij diuiſione: quod ſuperiori formale non videatur aſſcriptum plene marci Tullij diuiſioni ſic poterimus aptare. Inuicem igitur diuiſiones alterna reciprocatione coniuncte ſunt. Reſtant autem ex Themiſtij locis hi: ab vſibus ab effectibus et corruptionibus: et proportione et tranſſumptione. Quorum quidē ab vſibus: ſi vſus alicuius rei ſemper effector eſt: ei loco ciceronis adhibendus eſt: qui ab efficientibus nuncupatur Quod ſi ipſe vſus efficitur. ei loco ciceronis aptandus eſt qui ab effectis vocatur. Ab effectib9 vero: ſi quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus cauſis eſt: ſi vero ipſe effectus plenum aliquid conſectumq3 demonſtrat. Is locus ē quem ab effectis Tullius dixit. A corruptiōibus vero ab efficientibus dici poteſt. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid id eſt ſubſtantiam forme corruptio rurſus ipſa quoq3 efficit quiddam id eſt ſubſtantiali forma ſpoliat ac priuat: velut mors facit corporis diſſolutionē. A proportione vero idem eſt: quem Tullius a ſimilibus dixit: nā multorum in multis ſimilitudo eſt proportio. Tranſſumptio vero ſi quidem ad maiora ſit: locus a maiorum comparatione eſt. Sin vero ad minora: locus eſt a minorum comparatione: q ſi ad paria: locus eſt a pariū comparatione. atq3 in his oībus reducendis tale ſatis eſt deſcriptiōis exēplū.

| | | |
|---|---|---|
| Ab vſibus | Si ipſe vſus aliqd efficit | A cauſis |
| | Si ipſe vſus efficit | Ab effectis. |
| Ab effectibus | Si effectus aliqd efficit. | A cauſis. |
| | Si effectus efficit | Ab effectis. |
| A corruptionibus | | A cauſis. |
| A proportione | | A ſimilibus. |
| | Si ſit ad maius | A cpatōe maiore. |
| A trāſſumptiōe | Si ſit ad minus | Minorum. |
| | Si ſit ad par | Parium. |

¶ Ac de dialecticis quidem locis: quantū propoſiti operis ratio poſtulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicendū eſt quid ſint: vel quid a dialecticis diſcrepare videant. Ad cuius plenam diſputationem.

Sequitur liber quartus.



## ¶ De differentijs Topicis. Liber quartus.

Si quis operis titulum diligens examinator inſpiciat: cum de topicis differentijs conſcribamus: non id a nobis tantum expectare debebit: ut locorum inter ſe dialecticorum: vel etiam rethoricorum differentias demus: verum id multo magis ut dialecticos locos a rethoricis ſegregemus: quod nos efficatius aggredi poſſe arbitramur: ſi ab ipſa facultatum natura diſputandi ſumamus exordium. Oſtenſa enim dialectice: ac rethorice ſimilitudine ac diſſimilitudine ab ipſarum facultatum neceſſe eſt formis etiā locorū qui eiſdē facultatib9 deſeruiūt cōditates diſcrepātiaſq3 dicam9. Dialectica igit' theſin tm̄ cōſiderat. Theſis vō eſt ſine circūſtantijs queſtio. rethorica vero de hypoteſib9. i. de queſtionibus circumſtantiarum multitudine incluſis tractat: et diſſerit. Circumſtantie vero ſunt quis. quid. vbi. quando. quomodo. quibus adminiculis. Rurſus dialectica quidem ſi quando circumſtantias: veluti perſonam. factum ve aliquod ad diſputationem ſumit: non principaliter: ſed omnem eius vim ad theſin: de qua diſſerit transfert. Rhetorica vero ſi theſim aſſumpſerit ad hypotheſim trahit: et vtraq3 ſuam materiam quidem tractat: ſed alterius quidem ſumit: ut proniore in ſua materia facultate nitatur. Rurſus dialectica interrogatione: ac reſponſione cōſtricta eſt. Rethorica rem propoſitā perpetua oratione decurrit. Item dialectica perfectis vtitur ſyllogiſmis Rethorica enthimematum breuitate contenta eſt. illud etiam differentiam facit: q Rethor habet alium preter aduerſariū iudicem: qui inter vtroſq3 diſceptat. Dialectico vero ille fert ſententiam: qui aduerſarius ſedet. Ab aduerſario enim reſponſio veluti quedam ſententia ſubtilitate interrogationis elicitur. Que cum ita ſint: omnis earum differentia vl' in materia: vel in vſu: vel in fine eſt conſtituta. In materia quia theſis atq3 hypotheſis materia quidem vtriſq3 ſubiecta eſt. in vſibus q hec interrogatione illa perpetua oratione diſceptat: vel q hec integris ſillogiſmis. illa vero enthimematibus gaudet. In fine vero q hec perſuadere iudici: illa quod vult ab aduerſario extorquere conatur. Quib9 ita precognitis paulo poſterius et queſtiones Rhetoricas que in conſtitutionibus poſite ſunt: et propria generis enumerabimus locos. Nunc paulisper mihi videtur de tota ad modum breuiter facultate tractandum magnum opus atq3 difficile. Quanta enim ſibimet ars Rethorica cognatione iungatur: non facile conſiderari poteſt: vixq3 eſt etiam ut auditu animaduerti queat: nedum ſit facile repertū. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis preceptoribus accepimus. De vnoquoq3 enim precipiunt nihil de communi laborantes. Quam partem doctrine vacuam: ut poſſumus aggrediamur. Dicemus igitur de genere artis: et ſpeciebus et materia et partibus: et inſtrumento inſtrumentiq3 partibus: opere etiam officioq3 actoris et fine: poſt hec de queſtionibus ac de locis. Quocirca quod in communi ſpeculandum eſt hinc diſſerendi ſumamus exordium. Rethorice igitur genus eſt facultas. Species vero tres iudiciale demonſtratiuū: deliberatiuum. et genus quidem id eſt: quod diximus pater. Species autem idcirco ſunt: quas enumerauimus ſuperius: quoniam in his eſt tota facultas. Rhetorice in iudiciali genere cauſarum integra eſt. Item in demonſtratiuo: vel deliberatiuo. Sed hec genera ſunt cauſarū. Omnes enim cauſe vel ſpeciales vel indiuidue ſub horum trium generū vno cadunt: ut ſub iudiciali quidem ſpeciales ut maieſtatis: vel repetundarum. Sub deliberatiuo vero cadunt quecumq3 cauſe conſultationem habent: ut ſi ſpecialiter accipias de bello vl' pace. Eodem modo etiam in demonſtratiuis quecumq3 veniunt in laudem: aut vituperationem: ſpecialiter quidem: ut laus viri fortis. Indiuidue vero ut laus ſcipionis ſub demonſtratiuo ponuntur. Materia vero huius facultatis ē omnis res quidem propoſita ad dictionem. Fere autem eſt ciuilis queſtio. In hanc ſpeciem a Rethorica venientes quedam forme capiunt ſibi materiam et triplici informatam tenent figura quod poſterius liquebit. ut ciuilis queſtio: que adhuc informis ſcdm ſpecies erat: ſiat accepto fine vniuſcuiuſq3 ſpecierum Rethorice ſubiecta: ut informis adhuc ciuilis queſtio cum acceperit ex iudiciali finem iuſti: fiat ipſa ciuilis queſtio in iudiciali genere conſtituta. Cum vero ex deliberatiuo ſumpſerit vtile vel honeſtum: tunc fiat ipſa ciuilis queſtio in deliberatiuo cauſarum genere cōſtituta. Si vero ex demonſtratione ſumpſerit bonum tūc fit demonſtratiua ciuilis queſtio. veniunt autem in materiam ſpecies ex Rethorica idcirco: q aliter in materia ſua quelibet facultas non poteſt operari. quā ſi ſuas adhibeat partes. Abſentibus enim cunctis partibus ſuis Rethorica quoq3 ipſa eſt abſens. ſed quoniam de ſpeciebus dictū eſt Rhetorice. quoniam ſunt genera cauſarum: ita ſunt: ut omniū negociorum que in ciuili queſtione conſtituta ſunt accepto fine iuſti: iudiciale ſit genus. omnium vero que cōſtituta ſunt in ciuili queſtione: honeſtum vel vtilem finem ceperunt. Deliberatiuum ſit genus: omnium quoq3 que in ciuili queſtione poſita finem honeſti tantū boni ve ſumpſerunt. ſit demonſtratiuum genus. ſed de his hactenus. Nunc de partibus Rethorice prouidendum eſt. Partes autem Rethorice ſunt quinq3. inuentio. diſpoſitio. elocutio. memoratio. pronunciatio. Partes autem vocantur idcirco: q ſi aliquid harum defuerit oratori imperfecta facultas eſt. atq3 ideo que vniuerſam formant oratoriam facultatem ea partes facultatis eius dicere ius eſt. Sed he partes quoniam Rethorice facultatis ſunt: totamq3 Rethoricam facultatem componunt. neceſſe igitur eſt: ut vbi fuerit Rethorica integra: ipſe quoq3 partes conſequantur in proprijs ſpeciebus omnes igitur Rethorice partes inerūt rethorice ſpeciebus. Quocirca ciuilibus negocijs tractandis adhibentur: que a predictis ſpeciebus Rethorice informantur. eque igitur in iudiciali negocio: et in deliberatiuo: et in demonſtratiuo: inuentio: diſpoſitio: elocutio: memoria: pronunciatioq3 conueniunt. Quoniam vero omnis fere facultas inſtrumento vtitur ad faciendum quod poteſt erit etiam Rethorice facultatis aliquod inſtrumentum. hoc vero eſt oratio: que partim in ciuili genere verſatur: partim minime. De ea autem oratione nunc loquimur: que aliquam habet queſtionem: vel que ad finem expediende queſtionis accommodatur. ea vero oratio: que in ciuili genere verſatur: continue decurrit. Ea vero que non eſt in ciuilibus cauſis: interrogatione et reſponſione explicatur. ſed prior rethorica ſecunda Dialectica nuncupatur. que hoc ſuperiore differt. primumq3 illa ciuilis hypotheſin: illa theſin conſiderat dehinc q hec interciſa oratione: illa continua peragitur: et q Rethorica oratio habet preter aduerſariū iudicem. Dialectica vero eodem iudice: quo aduerſario vtitur. Hec igitur Rethorica oratio habet partes ſex: proemium: quod exordium eſt: narrationem: partitionem: confirmationem: reprehenſionem: perorationem: que ſunt partes inſtrumenti Rethorice facultatis: et quoniam Rethorica in omnibus ſuis ſpeciebus ineſt: eiſdem inerunt. Nec potius inerunt: quā eiſdem ea que peragunt: adminiſtrabunt. Itaq3 etiam in iudiciali genere cauſarum neceſſarius eſt ordo prohemij et narrationis. atq3 ceterorum: et in demonſtratiuo deliberatiuoq3 neceſſaria ſunt. ¶ Opus autem rethorice facultatis eſt docere mouereq3: quod nihilominus eiſdem partibus fere ſex inſtrumenti. id eſt orationis partibus adminiſtratur. Partes autem Rethorice: quoniam partes ſunt facultatis: ipſe quoq3 ſunt facultates. Quocirca ipſe quoque orationis partibus: quaſi inſtrumentis vtentur in partem atque: ut his operentur eiſdem inerit. Nam in exordijs niſi quinque ſint predicte partes Rethorice: ut inueniat: diſponat: eloquatur

meminerit pronunciet. nihil agat orator. eodem quoqꝫ modo et reliquę fere partes inſtrumenti niſi habeant omnes Rhetoricę partes: fruſtra ſunt.

¶ Huius autem facultatis effector eſt orator: cuius eſt officium dicere appoſitę ad perſuaſionem. Finis autem tum in ipſo tum in altero. In ipſo quidem bene dixiſſe. id eſt dixiſſe appoſite ad perſuaſionem. In altero vero perſuaſiſſe. neqꝫ enim ſi qua impediunt oratorem quo minus perſuadeat: officio facto finis non eſt conſecutus: ſed is quidem: qui officio fuit contiguus: et cognatus: conſequitur: facto officio. is vero qui extra eſt: ſępe non conſequitur neqꝫ tamen Rhetoricam ſuo fine contentam honore vacuauit. hęc quidem ita ſunt mixta: ut Rhetorica inſit ſpeciebus: ſpecies vero inſunt cauſis. Cauſarum vero partes ſtatus eſſe dicuntur: quos etiam alijs nominibus: tum conſtitutiones: tum quęſtiones nominare licet. qui quidem diuiduntur ita: ut rerum quoqꝫ natura diuiſa eſt. Sed a principio quęſtionum differentias ordiamur: quoniam rhetoricę quęſtiones circumſtantijs inuolute ſunt. omnes aut in ſcripti alicuius controuerſia verſantur: aut preter ſcriptum ex re ipſa ſumunt contentionis exordium. et illę quidem quęſtiones: quę in ſcripto ſunt: quinqꝫ modis fieri poſſunt: vno quidem cũ hic ſcriptoris verba defendat: illę ſententiã Atqꝫ hoc appellat ſcriptum et voluntas. Alia vero mõ: ſi inter ſe leges q̃dã contrarietate diſſentiant: q̃s cũ ex diuerſa parte defendũt faciunt controuerſiã. Atqꝫ hic vocat ſtatꝰ legis contrarię. Tertio cum ſcriptum: de quo contenditur. ſententiam claudit ambiguã. hęc ſuo nomine ambiguitas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo: quod eſt ſcriptum aliud nõ ſcriptum intelligitur: quod quia per ratiocinationẽ: et quandam ſyllogiſmi conſequentiã inueſtigat ratiocinatio: vel ſyllogiſmus dicitur. Quinto vero ꝙ cum ſermo eſt ſcriptus: cuius non facile vis: et natura clareſcat: niſi diffinitione detecta ſit. hic vero dicatur finis vel inſcriptio. Quos omnes a ſe differentię non eſt noſtri operis: verum rethorici demonſtrare. hęc enim ſpeculanda doctis non iudibus oſtenda proponimus: quãuis de eorum differentia in topicorum comentis pertranſitum diſſeruimus. Earum autẽ conſtitutionum: quę preter ſcriptum in ipſarum rerum contẽtione ſunt poſitę: ita differentia ſegregantur: ut rerum quoqꝫ ipſarum diuerſa eſt natura. In omni enim rethorica quęſtione dubitatur: an ſit: quid ſit: quale ſit: et preter hęc an iure an more poſſit exercere iudicium. Sed ſi factum: vel res: q̃ intenditur ab aduerſario negetur: queſtio eſt. vtrum ſit ea. quę coniecturalis conſtitutio nominatur. Quod ſi factum eſſe conſtiterit quid vero ſit id: quod factum eſt ignoretur. quoniam vis eius diffinitione monſtranda eſt: diffinitiua dicitur conſtitutio. At ſi et eſſe conſtiterit: et de re diffinitione conueniat: ſed quale ſit inquiratur. tunc quia cui generi ſubici debeat: ambigitur generalis qualitas nuncupatur. In hac vero quęſtione et qualitatis et quantitatis: comparationis ratio verſatur. Sed quoniã de genere quęſtio eſt: ſm generis formam in plura neceſſe eſt hanc conſtitutionem membra diſtribui. omnis igitur quęſtio generalis id eſt cum de genere et qualitate et quantitate queritur facti: in duas diſtribuitur partes. Nam aut in preteritu𝓏 quia de qualitate propoſiti. aut in preſens: aut in futuru𝓏: ſi in preteritum iuridicialis cõſtitutio nuncupatur. Si preſentis vel futuri temporis teneat quęſtionem: negocialis dicitur. Iuridicialis vero: cuius inquiſitio preteritũ reſpicit: duabus partibus ſegregatur. aut eni𝓏 in ipſo facto vis defenſionis ineſt: et abſoluta qualitas nuncupatur: aut extrinſecus aſſumitur: et aſſumptiua dicitur conſtitutio. Sꝫ hęc in quattuor partes deriuatur. Aut enim conceditur crimen: aut remouetur: aut refertur: aut quod eſt vltimum comparatur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defenſio: ſed venia poſtulatur. Id fieri duobus modis poteſt: ſi deprecceris: aut purges. Deprecaris cum nihil ex cuſationis attuleris: purgas cum facti culpa his aſcribatur: quibus obſiſti: obuiariqꝫ non poſſit: neqꝫ tamen perſonę ſint. id enim in aliam conſtitutionem cadet. Sunt vero hęc imprudentia: caſus: atqꝫ neceſſitas. Remouetur vero crimen: cum ab eo: qui inceſſitur: transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus modis fieri poteſt. ſi aut cã referatur: aut factum. Cauſa refertur: cum aliena poteſtate aliquid factum eſſe contenditur. Factum vero: cum alius aut potuiſſe: aut debuiſſe facere demonſtratur. atqꝫ hęc in his maximę valent: ſi eius nominis in nos intendatur actio: ꝙ non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iuſtę in aliquem facinus commiſſum eſſe contenditur: quoniam his in quem commiſſum ſit: iniurius ſępe fuerit: atqꝫ id quod intenditur meruit pati. Cõparatio eſt: cum propter meliorem vtiliorem ve factum quod aduerſarius arguit commiſſum eſſe defenditur. Horũ vero omnium ſunt proprię differentię: atqꝫ adeo minutiſſimę diuiſiones quas Rhetorum in his docendis explicandiſqꝫ cõſcripti libri diligentius continent. Nos hęc a M. Tullio ſumpſiſſe ſufficiat. Ad aliud enim tota operis feſtinat intentio. De quibus omnibus hoc modo inſpiciendum eſt. M. enim Tullius cauſarum partes conſtitutiones eſſe demonſtrat eo loco quo contra Hermagora𝓏 nititur dicẽs ꝙ ſi generis cauſę non poſſunt rectę partes putari multo minus rectę partis cauſę partes putabuntur. Pars aute𝓏 cauſę conſtitutio omnis eſt. partes cauſę conſtitutiones eẽ deſignans. Qua de re multa queſtio eſt. quomodo eni𝓏 partes eſſe putabantur cauſę. Si enim ita partes: ut ſpecies quomodo fieri poteſt: ut in vna cauſa plures conſtitutiones ſint. Nam ſpecies ſibi inuicem impermixtę ſunt. At veniunt in cauſam plurimę conſtitutiones: non ſunt igitur partes cauſarum: velut ſpecies ſtatus. Illud quoqꝫ: ꝙ nulla ſpecies aliam ſibi ſpeciem oppoſitam ad ſubſtantia𝓏 iuuat. Conſtitutio vero conſtitutionem confirmat ad fide𝓏 Nec vero fieri poteſt: ut ita ſint cauſarum: quaſi totius partes. nullum enim compoſitum ex vna parte totum. atqꝫ integrum eſſe poteſt. At in cauſa conſtitutio vna idonea eſt conſtituere cauſa𝓏. Quid igitur eſt dicendum: patet via rationi. Neqꝫ enim cauſę eius pars dicitur eſſe conſtitutio: quę in controuerſiam venit. et quam ſtatus conſtituit: cu𝓏 preſertim qui additur ad cauſam ſtatus: vna iam conſtitutione firmata: non ſit principalis: ſed accidentalis atqꝫ in vno negocio tot veniant controuerſię quot ſunt conſtitutiones. ſed quot controuerſię: tot cauſę et licet eas vnum cõtineat negocium: cauſę tamen impermixtę ſibi variantur: ut qui iuuenem de lupanari exeuntem vidit: paulo poſt de eodem loco vxorem ſuam vidit egreſſam: accuſat iuuenem adulterii. hic vnum negocium hoc quod vertitur eſt. cauſę autem duę: vna cõiecturalis ſi neget ſe feciſſe. Altera diffinitiua: ſi in lupanari concubitum dicat non poſſe adulterium putari. Sed neqꝫ neganti pars eiuſdem controuerſię coniecturalis ſtatus: neqꝫ diffinienti diffinitio. totam eni𝓏 continet cauſam. cauſam autem voco non generaliter: ſed controuerſiam conſtitutione aliqua formatã. ſunt aute𝓏 cõſtitutiones partes cauſę: generalis hoc modo. Si eni omnis cauſa coniecturalis eſſet: nec alius ſtatus inueniretur. non eſſet ſtatus coniecturalis cauſę pars. ſed ipſa cauſa eſſet ſine dubio coniectura. ſed quoniam partim coniectura: partim fine: partim qualitate: partim tranſlatiõe cauſę omnes tenentur: pars eſt conſtitutio cauſę non eius: quam tenendo informat: ſed eius quam diuidit generalis: cuiꝰ ſcilicet quaſi membrũ aliquod abſcidens ſuum facit vnamqꝫ conſtitutio. Sunt igitur partes ut ſpecies conſtitutiones cauſę generalis non eius: quam vnaquęqꝫ tenens informauerit. Quare genus eſt Rhetoricę facultas. Rhetoricę vero ſpecies tres iudiciale: demõſtratiuũ: deliberatiuum. Materia autẽ ciuilis q̃ſtio: quęq̃ cã. partes hꝰ materię cõſtitutiões. rethoricę partes inuẽtio: diſpoſitio: elocutio: mẽoria



pronunciatio: inſtrumentu𝓏 oratio. inſtrumenti partes exordium: narratio: partitio: confirmatio: reprehenſio: peroratio. opus eſt docere et mouere. actor eſt orator. officium bene dicere. finis tum bñ dixiſſe: tum perſuadere. eſt vero tota Rethorica in ſpeciebus. Species vero ita totam materiam informant: ut tamen viciſſim totam ſibi vendicent. quod et hoc intelligi poteſt: quoniam omnes materia partes ſingulę ſpecies tenent. Nam in iudiciali quattuor conſtitutiones inuenies: et in deliberatiuo: demonſtratiuoqꝫ eaſd̃ in quattuor inuenire queas. Unde oſtenditur: ſi omnes partes cauſę generalis: quę eſt ciuilis queſtio: ſingulę ſpecies habent. omnes vero partes cauſa ipſa eſt. cauſam id eſt ciuilem quęſtionẽ a ſpeciebus viciſſim vendicari totam eodem modo: quo vox vno tempore ad plurimorum aures peruenit cum ſuis integra partibus id eſt elementis nam eodem tempore tota cauſa ad diuerſas ſpecies cum ſuis partibus tranſit. Sed cum ſpecies in materiã venerint id eſt in ciuilem queſtionem: et eam cum ſuis obtinuerint partibus inferunt ſecum etiam ipſam Rhetoricam facultatem. Quare etiam Rhetoricę partes in ſingulis conſtitutionibus inerunt. Sed illata materia Rhetorica infert ſecum inſtrumentũ ſuum. infert igitur ſecum orationem: et hęc etiam proprias partes: erũtqꝫ in conſtitutionibus tractandis exordium: et cętera. Sed cum inſtrumẽtũ venerit in ciuilem queſtionẽ: operã quoqꝫ ſuam ſimul infert. Hęc docebit igiꝭ: ac perſuadebit in omni conſtitutione. ſed hęc per ſe venire nõ poterunt: niſi ſit: qui hęc moueat velut artifex atqꝫ architectus. Hic autẽ eſt orator: qui cum ad cauſam acceſſerit: faciat officiũ ſuum. bene igiꝭ dicet et in omgenere cauſarum: et in omni conſtitutiõe orator: faciat etia𝓏 finem: tum ut benedixerit in omni cõſtitutione: tum ut perſuaſerit. De ſingulis igiꝭ nunc quidẽ in cõmune tractauimus. De vnoquoqꝫ vero ſeparatim poſt ſi erit ocium: commodum differemus. Atqꝫ hęc hactenus nũc de inuentiõe tractandũ eſt. et eni prius quidẽ dialecticos dedimus: nũc rhetoricos promimus locos. quos ex attributis perſonę ac negocio venire neceſſe eſt. perſona eſt: quę in iudiciũ vocaꝭ: cuius dictũ: factũ ve reprehendiꝭ. Negociũ factũ dictum ve perſonę propter quod in iudiciũ vocaꝭ. Itaqꝫ in his duobus omnis locorũ ratio conſtituta eſt. quę eñ habent reprehenſionis occaſionẽ: eadem niſi omnino ad inexcuſabilem partem vergunt: defenſionis copiã ſubminiſtrant: ex eiſdem enim locis omnis accuſatio defenſio qꝫ conſiſtit. Si igitur perſona in iudiciũ vocatur: neqꝫ factũ dictũ ve vllũ reprehenditur: cauſa eſſe non poterit. Nec vero factũ: dictu𝓏 ve aliquid in iudiciũ proferri poteſt: ſi perſona non eſſet. itaqꝫ in his duobꝰ omnis iudiciorũ ratio verſaꝭ in perſona atqꝫ negocio. Sed (ut dictũ eſt) perſona eſt quę in iudiciũ vocatur. negociũ factũ dictum ve perſonę: propter quod reus ſtatuitur. perſona igiꝭ et negociũ ſuggerere argumẽta non poſſunt. De ipſis enim quęſtio eſt. De quibꝰ autem dubitaꝭ ea dubitationi facere fidem nequeũt. Argumentũ vero erat ratio rei dubię faciens fidem. faciunt autẽ negocio fidem ea quę ſunt perſonis: ac negocijs attributa. At ſi quãdo perſona negocio faciat fidem: veluti ſi queraꝭ contra remp. ſenſiſſe catilinã: quoniã perſona eſt viciorũ turpitudine denotata: tunc nõ in eo ꝙ perſona eſt: et in iudiciũ vocaꝭ: fidem negocio facit: ſed in eo ꝙ ex attributis perſonę quęda𝓏 ſuſcipit qualitatẽ. Sed ut rerũ ordo clarius colliquiſcat: de circumſtantijs arbitror eſſe dicendum. Circũſtantię ſunt: quę cõuenientes ſubſtantiã quęſtiõis efficiũt. Niſi enim ſit. qui fecerit: et quod fecerit: eamqꝫ cur fecerit: locus: tempuſqꝫ: quo fecerit: modus etiam facultateſqꝫ ſi deſunt eã non ſtabit. Has igitur circumſtantias in gemina cicero partitur: ut eam quę eſt quis circũſtantia𝓏 in attributis perſonę ponat. Reliquas vero circũſtantias in attributis negocio cõſtituit: et primã quidẽ circũſtantiã eam: quę eſt quis: quoniã perſonę attribuit: ſecat in. xi. partes: nomen ut verres: naturã ut barbarus. victum: ut amicus nobiliũ ſtudium: ut geometer. fortunã: ut diues caſum: ut exul. affectionem ut amans habitũ: ut ſapiens: conſilio: ut imo age carę pater ceruici imponere noſtrę. facta. et orationes. ea quę extra illũ factũ: dictũqꝫ ſunt: quod nũc in iudicium deuocatur. Reliquas vero circũſtantias: quę ſunt quid: cur: quomõ: quibꝰ auxilijs: vbi quando: in attributis negocio ponit. Quid et cur dicens continentia cũ ipſo negocio. Cur in cauſa cõſtituens. ea enim cauſa eſt vniuſcuiuſqꝫ facti. propter qua𝓏 factum eſt. Quid vero ſecat in quattuor: partes in ſummã facti: ut parentis occiſio. ex hac maximę locus ſumitur amplificationis. Ante factum: ut concitus gladium rapuit. dum ſit vehementer percuſſit. poſt factum in abdito ſepeliuit. ¶ Quę cum omnia ſint facta: tamẽ quoniã ad geſtu𝓏 negocium. de quo queritur pertinent: non ſunt facta: quę in attributis perſonę numerata ſunt. illa enim extra negocium: de quo agitur poſita perſonã informantia fidem ei negocio preſtant: de quo verſatur intentio. Hęc vero facta. q̃ continentia ſunt cum ipſo negocio: ad ipſum negocium: de quo queritur pertinens. Poſtremas vero quattuor circũſtãtias Cicero ponit in geſtiõe negocij: q̃ eſt ſecũda pars attributorum negocijs: et eam quidem circumſtantiã: quę eſt quando: diuidit in tempus: ut noctę fecit. et in occaſionem. ut cunctis dormientibus. eam vero circumſtantiam: quę eſt vbi. locum dicit: ut in cubiculo fecit. quomodo vero ex circumſtantijs modum: ut clam fecit. Quibus auxilijs circumſtantiam facultatem appellat: ut cum multo exercitu. Quorum quidem locorum: et ſi ex circumſtantiarum natura diſcretio data eſt: nos tamen beniuolentius facimus ſi vberius eorum a ſe differentias oſtendamus. Nam cu𝓏 ex circumſtantijs alia Tullius poſuerit eſſe continentia cũ ipſo negocio. alia vero in geſtione negocij. Atqꝫ in continentibus cum ipſo negocio minime enumerauit locum: que𝓏 appellauit dum ſit: ex ipſa prolationis ſignificatione idem videtur eſſe locus hic: dum ſit ei qui eſt in geſtione negocij. Sed non ita eſt. quia dum ſit illud eſt: quod eo tempore admiſſu𝓏 eſt. dum facinus perpetratur: vt percuſſit. In geſtione vero negocij ea ſunt: quę ante factum: et dum ſit: et poſt factum quod geſtum eſt: cõtinent. In omnibus eñ tempus: locus: occaſio modus: facultas inquiritur. Rurſus dum ſit factum eſt. quo adminiſtratũ eſt negociũ. quę igitur ſunt in geſtione negocij. non ſunt facta: ſed facto adherentia. nullus enim tempus: occaſionem: locum: modu𝓏 facultatem facta eſſe conſenſerit: ſed (ut dictum eſt) quę cuilibet facto adherentia ſunt: atqꝫ id nullo modo relinquunt quadam ratione ſubiecta ſunt ipſi quod geſtum eſt: negocio. Item ea quę ſunt in geſtione negocij: ſine his: quę ſunt continentia cum ipſo negocio eſſe poſſunt. Poteſt enim et locus: et tempus: et occaſio: et modus: et facultas facti cuiuſlibet intelligi: etiam ſi nemo faciat: ꝙ illo in loco: vel tempore: vel occaſiõe: vel modo: vel facultate fieri poſſet. itaqꝫ ea: quę ſunt in geſtione negocij ſine his: quę continentia cũ ipſo negocio eſſe poſſunt. illa vero ſine his eſſe nõ poſſunt factum enim preter locum: tempus: occaſionem: modu𝓏: facultatemqꝫ eſſe non poterit. atqꝫ hęc ſunt quę in attributis perſonę: ac negocio conſtant: veluti in dialecticis locis ea: quę in ipſis herent: de quibus queritur. Reliqua vero q̃ vel ſunt adiuncta negocio: vel geſtum negocium cõſequũtur talia ſunt: qualia in dialecticis locis ea: quę ſm Themiſtium partim rei ſubſtantiam conſequũtur. partim ſunt extrinſecus: partim verſantur in medijs ſm Ciceronem vero inter affecta numerata ſunt: vel extrinſecus poſita. Sunt enim adiuncta negocio ipſa etiam quę fidem faciunt quęſtioni affecta quodammodo ad id: de quo queritur: et reſpicientia negocium: de quo agitur hoc modo. Nam circumſtãtię ſeptẽ in attributis perſonę: vel negocio nũerat ſunt hęc cõceperint cõparari. et q̃ſi in relatiõ𝓏 venire: ſi q̃d ad ſe ptinẽs referatur: vel ad id qđ ptinet. ſit aut ſpẽs: aut genꝰ. at ſi ad id

referat͂.qđ ab eo lõgiſſime diſtet 3riũ eſt.at ſi ad finẽ ſuum atqȝ exitũ referatur:effectus ẽ.eodẽ quoqȝ mõ ad maio2a:ad minora.⁊ paria compantur. Atqȝ oĩno tales loci in his:q̃ ſunt ad aliquid:cõſiderantur.nã maius: aut minus:aut ſimile:aut ęque magnũ: aut diſpatum accidũt circumſtantijs:quę in attributis negocio.atqȝ pſonę numeratę ſunt. ut dum ipſę circũſtantię alijs compantur.fiat ex his argumentũ dicti.facti ve.quod in iudiciũ trahitur. Diſtant autem a ſupio2ibus:q ſupio2es loci vel facta cõtinebant: vl factis ita adherebant:ut ſepari non poſſint:ut locus:tps:⁊ cętera quę geſtum negociũ non relinquũt. hęc vero: q̃ ſunt adiuncta negocio:nõ adherent ipſi negocio: ſed accidũt circumſtãtijs:et tunc demũ argumentũ p2ęſtant:cum ad comparationẽ venerint. Sumũtur vero argumẽta nõ ex contrarietate:ſed ex cõtrario:et non ex ſimilitudine: ſed ex ſiliː ut appareat nõ ex relatione ſumi argumenta: ſed et adiunctis negocio:et ea eſſe adiuncta negocio: quę ſunt ad ipſum de quo agitur negociũ affecta. ¶ Conſecutio vero: quę ps quarta eo2ũ quę negocijs attributa ſunt:neqȝ in ipſis ineſt rebus:neqȝ rerum ſubſtantiã non relinquit: neqȝ ex comparatione reperit͂:ſed rem geſtã vel antecedit: vel etiam cõſequitur. Atqȝ hic totus locus extrinſecus eſt. p2imũ enim in eo quęrit͂ id quod factũ eſt: quo nomĩe appellari cõueniat.in quo non de re:ſed de vocabulo labo2atur. qui deinde acto2es eius facti.et inuẽtionis comp2obato2es: atqȝ emuli fuerũt. Id totum ex iudicio:et quodã teſtimonio extrinſecus poſito ad ſubſidiũ confluit argumẽti. deinde et quę eius rei ſic lex:conſuetudo:actio:iudicium: ſententia: artificium. Deinde quęrit͂:ſi natura eius euenire vulgo ſoleat. an inſolenter et raro vtrũ homĩnẽ id ſua auto2itate comp2obare:an offendere in his cõſueuerint:et cętera: quę factum aliquod ſimiliter confeſtim:aut interuallo ſolent conſequi quę neceſſe eſt extrinſecus poſita ad opinionẽ magis tendere: q̃ȝ ad ipſam rerum naturam. Itaqȝ in his quattuo2 licet negocijs attributa diuidere: ut ſint ptim continentia cum ipſo negocio:quę facta eſſe ſuperius dictum eſt:ptim in geſtione negocij:quę non eſſe facta.ſed factis adherentia dudum mõſtrauimus:ptim adiuncta negocio.hęc (ut dictũ eſt) in relatione ponũtur.ptim geſtum negocium conſequũtur.ho2ũ fides extrinſecus ſumit͂. Ac de rheto2icis quidem locis ſatis dictum eſt.nũc illud eſt explicandũ quę ſit his ſimilitudo cum dialecticis. quę vero diuerſitas. quod cum idoneę cõuenienterqȝ mõſtrauero:p2opoſiti operis explicabitur intentio.p2imo adeo ut in dialecticis locis (ſicut themiſtio placet) alij ſunt qui in ipſis herent. de quib⁹ quęritur:alij aſſumũtur extrinſecus:alij vero medij inter vtroſqȝ locati ſunt.ſic in rheto2icis quoqȝ locis alij in p2ima:atqȝ negocio conſiſtũt:de quibus ex diuerſa parte certatur:alij vero extrinſecus:ut hi:qui geſtũ negociũ conſequũtur.alij vero medij. Quo2ũ quidẽ p2oximi negocio ſunt hi qui ex circũſtantijs ſicut reliqui in geſtione negocij conſiderantur. Illi vero:qui in adiunctis negocio collocãtur. ipſi quoqȝ inter medios locos poſiti ſunt: quoniã negociũ: de quo agitur:quadã affectione reſpiciũt. vel ſi quis ea quidẽ quę perſonis attributa ſunt: vel quę continẽtia ſunt cũ ipſo negocio: vel quę in geſtione negocij cõſiderantur:his ſimilia locis dicat:qui ab ipſis in dialectica trahũtur. de quib⁹ in quęſtione dubitatur. Conſequẽtia vero negociũ ponat extrinſecus:adiuncta vero inter vtrũqȝ conſtituat. Ciceronis vero diuiſioni hoc modo fiet ſimilis. Nam ea quę cõtinentia ſunt cum ipſo negocio: vel ea quę in geſtione negocij cõſiderantur:in ipſis herent de quibus quęrit͂.ea vero: quę iuncta ſunt:inter affecta ponũtur. ſed ea quę geſtum negociũ conſequũtur:extrinſecus locata ſunt: vel ſi quis ea quidẽ q̃ ↄtinẽtia ſunt cũ ipſo negocio:in ipſis herere arbitret͂.affecta vero eſſe ea.quę ſunt in geſtione negocij vel adiuncta negocio:extrinſecus vero ea:quę geſtum negocium conſequũtur.iam vero ſunt illę p2ofpicię cõmunitates.q quidã ipſi pene in vtriſqȝ facultatibus verſantur loci:ut genus:ut pars:ut ſimilitudo:ut cõtrariũ:ut maius: ac min⁹ De cõmunitatibus ſatis dictũ eſt.

¶ Differentię vero illę ſunt:q dialectici theſib⁹ apti ſunt Rheto2ici tantũ ad hypotheſes.i.ad quęſtiones info2matas circũſtantijs aſſumũtur. nam ſicut ipſę facultates a ſemetipſis vniuerſalitate et particularitate diſtinctę ſunt:ita etiam eo2ũ loci ambitu et cõtractione diſcreti ſunt. Nã dialectico2ũ loco2ũ maio2 eſt ambitus:et quoniã p2eter circumſtantias ſunt:quę ſingulares faciunt cauſas:non modo ad theſes vtiles ſunt: verũetiã ad argumenta:quę in hypotheſibus poſita ſunt:eo2ũqȝ locos:qui ex circũſtantijs cõſtant claudunt:atqȝ ambiunt.itaqȝ fit:ut ſemp egeat Rheto2 dialecticis locis. Dialecticus vero ſuis poſſit eſſe contentus Rheto2 enĩ:quoniã cauſas ex circũſtantijs tractat: ex eiſdẽ circũſtantijs argumẽta p2ęſumet:quę neceſſe eſt ab vniuerſalibus ⁊ ſimplicib⁹ confirmari:qui ſunt dialectici. Dialecticus vero:qui p2io2 eſt:poſterio2e non eget: niſi aliquãdo inciderit queſtio pſonę:ut cũ ſit incidens Dialectico ad p2obandam ſuã theſin cauſa circũſtantijs incluſa: tum demũ rheto2icis vtatur locis. Itaqȝ in dialecticis locis:ſi ita ↄtingat a genere argumẽta ſumũtur.i.ab ipſa generis natura. Sed in rheto2icis ab eo genere:quod illic genus ẽ:de quo agitur. nec natura generis: ſed de re.ſ.ipſa: quę genus eſt. Sed ut p2ogrediat͂:ratio ex eo pendet: q natura generis ante p2ęcognita eſt.ut ſi dubitet͂:an fuerit aliquis eb2ius. Dicetur ſi refellere velimus:nõ fuiſſe: quoniã nulla in eo luxuries anteceſſerit:idcirco nimi2ũ.quia cuȝ luxuries eb2ietatis ſit quaſi quoddã genus:cũ luxuries nulla fuerit:nec eb2ietas qdem fuit. Sed hoc pendet ex altero. Cum enim luxuries nõ fuit:eb2ietas eſſe non potuit. Ex natura generis demonſtrat͂:quo ꝯ dialectica ratio ſubminiſt2at. Unde eniȝ genus abeſt. Inde etiam ſpecies abeſſe neceſſe eſt:quoniam genus ſpecies non relinquit.⁊ de ſimilibus quidẽ. et de contrarijs eodem modo: in quibus maxima diſſimilitudo in rheto2icos ac dialecticos locos Dialectica eniȝ ex ipſis qualitatibus. Rheto2ica ex qualitate ſuſcipientibus rebus argumenta veſtigat. vt dialecticus ex genere. id eſt ex ipſa generis natura Rheto2 ex ea re:quę gen⁹ eſt. Dialecticus ex ſimilitudine. Rheto2 ex ſimili.i.ex ea re: q̃ ſimilitudinẽ cepit. Eodem modo ille ex cõtrarietate hic ex contrario. Omnib⁹ igitur:quę ſuperius p2opoſuim⁹ expeditis.illud arbitro2 apponendũ:q. M. Tullius Topica quę ad. C. Trebatiũ peritũ iuris edidit:nõ eo modo: quo de ipſis diſputari poſſit diſſeruit:ſed quemadmodũ Rheto2icę facultatis argumenta ducerentur. quod in his commentarijs diligentius expediuimus:qui a nobis in euſdem Ciceronis Topica conſcripti ſunt. Qui autem mõ de his dialecticis rationibus diſputet͂:in his commentarijs: quos in ariſtotelis topica a nobis tranſlata cõſcripſimus. expeditum eſt. Finis.



¶ Anitii Mãlii Seuerini Boetii uiri clariſſimi ⁊ illuſtris ⁊ cõſulũ o2dine ad patriũ in topica Cicerõis Cõmẽtario2ũ Liber primus.

Xho2tatiõe tua patrici: Rhetorũ peritiſſime (Quę ⁊ p2ęſentis honeſtate p2opoſiti ⁊ futurę etatis utilitate cõiũcta eſt) nihil antiquius exiſtimaui. Cui munẽri libẽtius acqeui. Nõ q ad inſtruẽdũ te cõmẽtarios in. M. Tulli Topica laborare me credidi. Ridiculus quippe forem ſi Mineruam docere uellẽ (ut aiunt) litteras. Sed ut ex diſciplinarũ liberaliũ ſumptũ penu noſtrę apud te ſemper pignus amicicię pmaneret. Quod enim munus ex animo diligentibus iocundius inueniri poteſt: q̃ȝ quod ipſius animi partes fo2mat ⁊ inſtruit: Nam cętera ferẽ caduca: imbecilla: labantia (⁊ ſi ad fortunę uicem ſpectes) pene ſemp aliena ſunt. At uero opulẽtiam litterarum: nec p2ęſens imminuit ętas carũqȝ auctoritatem ipſa etiam cuncta cõficiens auget potius ⁊ cõfirmat uetuſtas. Accipe igitur opus: non efficientię ſecuritate: ſed amicicię p2ęſũptiõe ſuſceptũ: apud q̃ȝ neſcio quonã inter ſuos pacto: garrire nõ dedecet: ſimul q2 p2elato munere: cũ tuo2ũ aliqd operũ poſtulauero: iniquius fueris ſi negabis. Sed cũ in. M. Tulli Topica Uictorinus rhetor plurima noticię cõmẽta cõſcripſerit: nõ me opo2tuiſſet melioribus fo2ſitã attemptata cõtingere: ni eſſet aliqd: quo ſe noſter quoqȝ labor exercere atqȝ parere potuiſſet. Quattuo2 enim uolumĩnib⁹ Uictorinus in Topica cõſcriptis: eorũ p2imo in declarandis tñi libri principijs occupatur. Addit etiã ſiqua in eodẽ volumine prędicenda fuiſſe perpendit. vt ab exordio volumine Topicorum quod eſt. Maio2es nos res ſcribere ingreſſos Trebati: uſqȝ ad eum locum: qui eſt. Sed iam tempus eſt ad id: quod inſtituimus accedere. p̃mi uoluminis Uictorini expoſitio terminet͂. Secũdo uolumine de iudicãdi atqȝ inuẽniendi logicę partibus: ⁊ de loco2ũ atqȝ argumẽti diffinitione pertractat: ut ab eo loco Topicorũ: qui eſt. Cũ oĩs ratio diligens diſſerẽdi duas habeat partes. Unam inueniendi: alterã iudicãdi uſqȝ ad eũ locũ: qui eſt. Itaqȝ licet diffinire locũ eſſe argumẽti ſedem. Argumentum autem rationem: quę rei dubię faciat fidem ſecundi libri cõmẽtorũ explanatio ſubſiſtat. Tertius uero atqȝ quartus diſcretionẽ loco2ũ inter ſe: eorũqȝ exempla multifo2miter perſequunt͂. Ita ut tertius qdẽ Tulliana ſibi de iure prepoñat exẽpla. Quart⁹ uero eoſdẽ locos p alias rurſus ſimilitudines monſtret ex Uirgilio uel Terentio poetis. Oratoribus Cicerone: ⁊ Catone: ut quod preceptis oſtenditur: exẽplis multipliciter colluceſcat: neqȝ ab eo loco: qui ẽ in topicis: ſed ex hiis locis in quibus argumenta incluſa ſũt expoſitõ pgreſſa: cũ tranſcẽdit locũ: qui eſt. ualeat equitas: quę paribus in cauſis paria iura deſiderat. Quãta uero pars reliqua Topicorũ ſit ipſius uoluminis magnitudo demonſtrat: quã Uictorinus neqȝ attigit: neqȝ attingere potuiſſet: ita eſt rebus minimis immoratus: niſi opus multa lib2orũ pluralitate diſtenderet. Nos uero ⁊ hanc ipſam particulã (quã Uictorinus attigit) diligẽter (ut poſſumus) aggrediamur: ⁊ longius expoſitione p2ogreſſi: cũ Topicorũ habemus fine conſiſtere. Quare de tota operis p2opoſitione conueniens ſumamus exo2diũ. Sed ante q̃ȝ de Topicę facultatis ratione pertractẽ: p2oemiũ: quo ad Trebatiũ. M. T. utitur: paucis abſoluã. Ait.

Maiores nos res ſcribere ingreſſos. C. Trebati: ⁊ iis libris (quos breui tẽpore ſatis multos edidimus: digniores: ecurſu ipſo reuocauit uoluntas tua. Cũ enim mecum in tuſculano eſſes: ⁊ in bibliotheca ſeperatim uterqȝ noſtrũ ad ſuũ ſtudiũ libellos (quos uellet) euolueret: incidiſti i Ariſtotelis topica quędam: quę ſunt ab illo pluribus explicata lib2is. Qua inſcriptione cõmotus: cõtinuo a me librorũ eorum ſententiam requiſiſti. Quã cũ tibi expoſuiſſem diſciplinam inueniẽdorũ argumentorum ut ſine ullo errore ad eã rõnẽ uia peruenirẽmus ab Ariſtotele inuẽta: illis libris cõtineri: uerecũde tu quidẽ ut omnia. Sed tñ facile ut cernerẽ te ardere ſtudio: mecũ ut tibi illa traderẽ egiſti. Cũ autẽ ego te nõ tã uitãdi laboris cauſa: q̃ȝ q2 tua id intereſſe arbitrarer: uel ut eos per te ipſe legeres: uel ut totã rationẽ a doctiſſimo quodã rhetore acciperes: ho2tatus eſſem: vtrũqȝ (ut ex te audiebã) es expertus: ſȝ a libris te obſcuritas reiecit. Rhetor autẽ ille magnus hęc (ut opinor) Ariſtotelica ſe ignorare reſpõdit. Quod quidẽ minime ſũ admiratus: eum philoſophũ Rhetori nõ eſſe cognitum: qui ab ipſis philoſophis preter admodum paucos ignoret͂. Quibus eo minus ignoſcẽdum eſt: q nõ modo rebus his: quę ab illo dictę ⁊ inuẽtę ſunt: allici debuerunt: ſȝ dicẽdi quoqȝ incredibili quadam cum copia: tum ſuauitate. Non potui igit͂ tibi ſepius hęc rogãti: ⁊ tamẽ uerẽti ne mihi grauis eſſes (Facile enim id cernebã) debere diutiu ne ipſi iuris interpreti fieri videretur iniuria. Etenĩ cum tu mihi meiſqȝ multa ſepe cauiſſes. veritus ſum: ne ſi ego grauarer: aut ingratum id aut ſuperbũ videretur. Sed dũ fuimus una tu optimus es teſtis q̃ fuerim occupatus: Ut autem a te diſceſſi in grętiã pficiens: cum opa mea nec reſpublica: nec amici: vterẽtur: nec honeſte inter arma uerſari poſſem: Ne ſi tuto qdẽ id mihi liceret: Ut ueni ueliã: tuiqȝ ⁊ tuos vidi admonitus huius eris alieni nolui deeſſe ne tacitę quidem flagitatõni tuę. Itaqȝ cum mecum libros nõ haberẽ memoria repetita in ipſa nauigatione cõſcripſi: tibiqȝ ex itinere miſi ut mea diligẽtia mandato2ũ tuorum: te quoqȝ: ⁊ ſi admonitore non eges: ad memoriam noſtra2ũ re2ũ excitarem. Sed iam tempus ẽ ad id (quod inſtituimus) accedere.

¶ Omne p2oemiũ (quod ad componendum intendit auditorẽ: ut in rhetoricis diſcit) aũt beniuolẽtiã captat: aũt attentionẽ preparat: aut efficit docilitatẽ: his trib⁹ partib⁹ ſibi Cicero Trebatiũ format. Nã q ſe a maiora2 rerũ incoatione reuocatũ: ad amici contulit uoluntatẽ: ſumo2ẽ uelut Trebatij iudicis beniuolẽtię partib⁹ meret͂. Maiores autem res ſunt: a qua2ũ inſcriptione: ad amici ſtudiũ uerſus eſt mo2alis philoſophię tractatus. Maio2 eſt enim mo2ũ ratio: q̃ȝ peritia diſſerendi. Id autem tempus fuiſſe conijcim⁹: quo ppter turbulenta reipu. tempora in ociũ ſe contulit: atqȝ philoſophię diſciplinas. Sed quia nobis audiẽtiũ mentes ueritatis quoqȝ opinio p2ęſumpta cõciliat: in eo etiam p2ęparande beniuolẽtię: partibus utit͂. Quod in cõmemorãdis ueraciter iis: quę Trebatius nouerat: facit illis fidẽ: quę poſterius euenire ⁊ Trebatio ignota eſſe poterant. Hęc autẽ ſunt: q in Tuſculano ad ſuũ ſtudiũ uterqȝ libros euoluerit. Quodqȝ Trebatius eũ in Ariſtotelis topica inciderit. Quod titulũ operis admiratus: a. M. Tullio inſcriptionis ſententiam perquiſierit. Illud etiam: quod ei Cicero ſe expoſuiſſe commemorat: inueniẽdo2ũ argumẽto2ũ illis lib2is ſcientiam contineri: ut ſine ullo errore ad argumentorũ inuentionem uia quadã ⁊ recto filo atqȝ artificio ueniret. quę res b2euiter enunciata: uelut intentionem operis mõ

u

ſpondebit: cū ſit argumētū ab enumeratiōe ptiū: totū diuiditur non ꝯiungit: diuidendo .n. argumentatio procedit. Nā quiſquis ptem cuiuſlibꝫ ſuſtulerit: eo ipſo: qꝛ ptēꝫ ſuſtulerit rē videt eē ptitus. Qui vo reꝫ diuidit: diſſipat: ponitꝰ ꝙ ꝯficit totū ſꝫ re ſtare adhuc ābiguitas pōt ñ diffinitio queqꝫ ī volutā nōis ſignificationem explicat p quādā ſubſtantialiū ptium enumerationem. Enumeratio vero ptiū quedā ipſarū a ſe ptiū diſſipatio eſt. Sꝫ aliud eſt rei ptes enumerare: aliud diffinitionis. Nā rei ptes ea re cuius ptes ſunt ſp minores ſūt ut caput: uel torax: vel cetera mēbra toto homine: ptes vo diffinitionis tota re q̄ diffinit: ſi ſubſtātiales ſūt pbant eſſe maiores vt animal homine maiꝰ eſt. Itemqꝫ rōnale mortale eūdem hominem: velut maiora ꝯtinent: ꝛ ſunt ſingule ptes diffinitiōis eiꝰ: que eſt animal rōale mortale. Partitio igitur ſumit ptes rei: ꝙ ptitur ſp minores. Que vo ſumit definitio: vſia ſunt p ſe totaqꝫ ꝛ ꝯtinentia diffiniti: Quis poſita in diffinitione ptes fiant: ut in hisꝗ̄ ſupiꝰ exempla propoſui: facile intelligi poteſt. vñ manifeſtū eſt locū a toto: q diffinitionis eſt: ꝛ locū a partiū enumeratione eſſe diuerſos.

**Tum notatio: cum ex verbi vi argumentum aliquod elicitur hoc modo cum lex Eliaſātia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubeat. Locupletēꝫ iubet locupleti. Locuples ē aſſiduus vt ait elius appellatus ab ere dando.**

¶ Tertiꝰ eoꝝ q in ipſo ſunt locus a notatione eſt ꝯſtitutus. Notatio vo eſt quedā nominis interpretatio. nomē vo ſp in ipſo eſt. Ut .n. diffō id ꝙ in nomine inuolute d̄clarat expedit atqꝫ diffundit: ita etiā nomē id ꝙ a diffinitione euolute dr̄: inuolute ꝯfuſeqꝫ deſignat ꝙ ſi definitio in ipſo eſt: nomē quoqꝫ in ipſo eē de quo agitur: non poteſt dubitari. ex notatione aūt locꝰ vocatꝰ eſt: qꝛ nomē oēꝫ reꝫ notat atqꝫ ſignificat. Uindex igitur eſt qui alteriꝰ cām ſuſcipit vindicandā ueluti quos nūc pcuratores vocamꝰ. Lex igit̄ eliaſātia aſſiduo uindicēꝫ aſſiduū eſſe iubet. querit̄ vtꝝ cū lex eliaſantia uindicēꝫ uelit eſſe aſſiduo aſſiduū. locupletēꝫ velit locupleti. Hic igitur ſubiectꝰ q dem terminꝰ eſt: lex eliaſantia uīdicēꝫ uolens aſſiduo aſſiduū: predicatꝰ vo locupletem locupleti ipſos igit̄ terminos ñ poſſo ad fideꝫ qōnis adducere. d̄ ipſis .n. d̄ qbꝰ ābigit̄ nulli effici fides pōt. Quero igit̄ qd in ipſoꝝ alio ſit: ac video vnū eoꝝ terminū eſſe legeꝫ eliaſantiam: q̄ aſſiduū aſſiduo vindicem eſſe d̄cernat. i. ſubꝫ huiꝰ orationis interpretor ptēꝫ: q̄ eſt aſſiduꝰ qd .n. eſt aſſiduꝰ aliud niſi aſſeꝫ dans aſſem vo dare niſi locuples ñ poteſt aſſiduus igit̄ locuples eſt. Cū igit̄ lex eliaſantia aſſiduo vindicem aſſiduuꝫ eſſe ꝯſtituat: locupletem iubet locupleti aſſiduꝰ qppe eſt locuples a dādo ere nominatꝰ. Argumētū igit̄ hoc tractū eſt ex eo loco: q eſt in ipſo. i. a nominis interpretatione. Nomen .n. in ipſo illo eſt: cuiꝰ nomē eſt: cuiꝰ interpretatio notatio nūcupat̄. Sꝫ ab huiꝰ interpretatione ſcm̄ eſt argumentū. Igit̄ hoc argumentū ex eo loco eſt q eſt in ipſo. i. a. noīe: ꝛ eoꝝ q in ipſo ſūt: a notatione. i. a nois interpretatione. Maxima ꝓpoſitio ē. interpretationē nois idē valere ꝙ nomē. Sꝫ paulo ꝯfuſiꝰ a Ciceroe dcā argumētatio maximū preſtat errorē. ita .n. dici oportuit: aſſiduꝰ ē: q aſſeꝫ dat: q vo aſſeꝫ dat: locuples ē aſſiduꝰ igit̄ locuples ē. lex āt eliaſantia aſſiduū aſſiduo eē vindicē iubet locupletē igit̄ locupleti uindicē eē p̄ſcripſit. ꝙ ſi ita dcm̄ eſſet: aptior argumētatio fuiſſet. Tūc vo ita dixit. cū lex eliaſātia aſſiduo vindicē aſſiduū eē iubeat: locupleteꝫ iubet locupleti ꝛc. ſubiunxit: vt oñderet locuples eſſe aſſiduꝰ h̄ āi eādē valet: ꝙ ait legeꝫ eliaſantiā aſſiduo aſſiduū vindicē cū iubet eſſe: locupletē locupleti eſſe precepiſſe: tāꝙ ſi diceret q aſſiduus ē locuples eſt. Niſi .n. is q aſſiduꝰ eſt locuples ſit: ñ ꝯſeqt̄: vt cū lex eliaſantia aſſiduū aſſiduo vindicem eſſe iuſſit locupleti ꝛ argumēti ꝯclōneꝫ poreꝫ poſuit ſbiecti vo ꝓbatōeꝫ. ꝯcluſio nāqꝫ eſt: cū lex eliaſantia aſſiduū aſſiduo vindicē velit eſſe: locupletem iubet locupleti atqꝫ hāc pm̄i ſit probō vo eſt aſſiduū eſſe locupleteꝫ ab ere dādo noiatū

hāc intulit ꝯclōni. Reſtat is locꝰ eoꝝ q in ipſo ſūt q ducit̄ ab affectꝭ. Cuiꝰ expōnem: qm̄ varia eſt multiplexqꝫ eiꝰ diuiſio differamus: ac p̄mi voluminis t̄minū huiuſqꝫ ſiſtamꝰ

¶ Eiuſdem Boetij in Topica ciceronis commentarioꝝ liber ſecundus.

Iſta difficillimi opis curſu ñ ſum neſciꝰ mi patrici: quin labor hic noſter quem te adhortante ſuſcepimus: dū iudicio multitudinis impite aut eleuat̄: aut premit̄: facile varijs reprehenſionibus mordeat̄. Nā ꝛ illi quibꝰ hoc totū diſſerendi diſcipliꝰ genꝰ velut ſupuacaneum ſtudium familiari ꝑuis inētibꝰ cauillatione d̄ſpiciunt. ꝛ qui maximū huius ſciē fructum putant: ſua ceteros ſegnitie metientes: tāto nos operi pares eē ñ exiſtimant. Quoꝝ qdē p̄ores ſi ñ inuidia laboris alieni extimationē p̄munt: ſꝫ rep̄henſioni iudicio quoqꝫ cōſentiunt: nullo mō ferendos eē puto. Multoqꝫ in me liberius d̄torſerim ꝑue opinionis inuidiā: ac noſtris eos diffidere viribꝰ facillime patiar: potius ꝙ tāte diſcipline calcare rōnem. Sꝫ prob diuinā atqꝫ humanā fidē: q̄ eſt hec holuꝫ prauitas: q̄ tante ē iprudentie cecitas: ut pene ſua ſeſe ipſi ꝯfeſſione ꝯdēnent. Nullus eſt enīꝫ q ſe videri nolit peritiſſimuꝫ diſſerendi: quin ꝫ obiectare ipſi aliquid ꝛ reſoluere obiecta conant̄: ꝛ ſi facile id factu eſſet: cūcti ad ſcdam logice diſcipline velut ad cōia quedam ſapientie lucra ꝯcurrerent. Jam vo quid abſurdius fingi pōt: ꝙ ꝙ ꝓbabilibus ut ipſi exiſtimant argumentis inutile ſtudiuꝫ dialectice nituntur aſtruere? Quid .n. ꝯuenit diſſerēdi artem diſſerendo ꝑuertere: ut cuius affectes opinioneꝫ: eiuſdem deſpicias vitatem? Sꝫ ut cauſator ille diſcipulum ſibi ac muſis canere iubebat: ita ꝛ ego quoqꝫ mihi ac tibi: ñ muſe: ſed tamqꝫ muſarum preſidi cecinerīꝫ atqꝫ id quod multo labore ſtudioqꝫ collegi non rhetorica tantuꝫ facultate: verum dialectica etiam ſubtilitate deprōmā. Que vero ſequuntur huiuſmodi ſunt.

**¶ Ducuntur etiam argumenta ex his rebus: que quodāmodo affecte ſunt ad id de quo q̄ritur. Sꝫ de hoc genus in plures ptes diſtributū eſt. Nam alia cōiugata appellamus alia ex genere alia ex forma alia ex ſimilitudīe alia ex differentia alia ex contrario alia ex coniunctis alia ex antecedentibus: alia ex conſequentibus alia ex repugnantibus alia ex cauſis alia ex effectis alia ex comparatione maiorum aut parium aut minorum.**

¶ Poſtquam locos eos ex qbus argumēta ducunt̄ gemina partitōe diſtribuit: alios in ipō d̄ quo agit̄ herere dicēdo alios extrinſecus aſſumi cūqꝫ locū q ī ipō de quo agit̄ heret: ī q̄ttuor ſpēs ſecuit. i. a toto: a ptibus: a nota: ab affectꝭ. Supioribꝰ qdē tribus exēpla ſubiecit. Que nos primo volumine q̄tuꝫ diligent fieri potuit explicauimus. Reſtat is locꝰ quē poſuit q̄rtuꝫ. i. ab effectꝭ: huius cuꝫ multe ſint ſpēs integri atqꝫ idiuiſi proponi ñ potuit exēpluꝫ Nā quoꝝ facienda partitio ē: melius p ſingula mēbra diſpoſitꝭ apiunt̄ exēplis. Hunc igit̄ locum diuidit hoc mō Locus q ex affectꝭ eſt prim ex ꝯiugatꝭ partiꝫ ex genere ptiꝫ ex forma d̄ſcendit ex ſilitudine ꝫ vel ex differentia: vel ex ꝯtrario: nec nō ex ꝯiunctꝭ: ex añcedentibus: ꝛ ꝯſeq̄ntibus ꝛ repugnantibus ex cauſis etiā atqꝫ ex affectis cārum: et ex comparatione maiorum aut parium: vel minoꝝ: que omnia. Tullius paulo poſt conuenientibus rerum ſimilitudinibꝰ illuſtrat. Nunc illud nobis dicenduꝫ eſt: que ſit affectorum natura ꝛ quid habeāt proprietatꝭ. Sunt .n. affecta que quodāmodo ad aliquid referri poſſunt: ad id ad qd̄ referuntur: omnia vero que ſe aliqua relatione reſpiciunt: aut amica inter ſe: aut diſſidentia conferuntur. Si amica uel ſubſtantialiter. vt genus forma: antecedentia: ꝯñia: cā: effectus. Uel in qualitate: vt ꝯiugatuꝫ: ſilē cōiūctū: uel in quātitate ut paria. Que vero ſibi diſſidētia cōferūtur: prim a ſe differentia ſunt tm̄ prim aduerſa: ſed aduerſa partim in qualitate: ut contraria uel repugnātia: ptiꝫ in quantitate: vt maiꝰ aut minꝰ. Que cū ita ſint: manifeſtū eſt: ꝛ amica ſibi cognationis relatione cōiūgi: ꝛ diſſidentia hoc ipō ꝙ ſibi aduerſa ſint: ad ſeinuicē cōpari. Nā q̄ amica ſt: amicie amica ſt ꝛ diſſidētia a diſſidētibꝰ diſſidēt. Ita igit̄ ꝛ genꝰ forme genꝰ eſt: ꝛ forma generis forma ꝛ antecedētia cōſequētiū: ꝛ ꝯñia antecedētiū: ꝛ cā effectuū cā ꝛ effectꝰ cāruꝫ effectꝰ ꝛ cōiugata coniugatis cōiugata ſunt ꝛ ſilē ſimili ſilē ꝛ cōiunctū cōiuncto cōiunctū ꝛ pia paribꝰ paria ꝛ differētia differētibus dr̄a: ꝛ maiora maioribꝰ maiora ꝛ minora minoribꝰ minora ſunt ꝛ cōtraria cōtrarijs cōtraria ꝛ repugnātia repugnātibꝰ repugnātia ſt. Affecta igit̄ ſt q̄ cū a ſeinuicē diuerſa ad ſeiuicē tm̄ referūt̄. Sꝫ q̄ ordie Tulliꝰ ſupiꝰ d̄ſcripſit locos: nos diffinitiones oībꝰ apponemꝰ. Eorū igit̄ q̄ ad ſe inuicē affecta dicunt̄ in Marci. T. diſputatiōe p̄ma ſunt coniugata ſed cōiugata voco: quecūqꝫ ab vno nomine varia platione flectunt̄ vt a iuſticia iuſtus iuſtū iuſte. Hec inter ſe cūqꝫ ipſa iuſticia vñ eoꝝ vocabulū fluxit: cōiugata dicūt̄. Genꝰ vo ꝙ de multis ſpē differentibꝰ in eo ꝙ qd ē p̄dicat̄ vel ut aial dicit̄ de hoīe atqꝫ equo q̄ ſpecie differūt: ꝛ in eo ꝙ quid ſit p̄dicat̄. Interrogātibꝰ enīꝫ nobis qd ſit hō vel equꝰ. Reſpondet̄ aial. Qd̄ genus licet neceſſe ſit ab eo eſſe diuerſū cuiꝰ genꝰ eſt: cognatū eſt ei tm̄ qꝛ ad id ſubſtātie relatiōe cōiungit̄. Spēs etiā ē: de q̄ genꝰ ſupiꝰ p̄dicat̄: quaꝫ Cicero formā vocauit velut hō aialis. Similitudo eſt vnitas q̄litatis. Nā duo q̄ ſibi ſūt ſimilia: eādē neceſſe eſt habere q̄litatē. ꝛ qm̄ ipſū ſibi ſimile eſſe nihil pōt aliud neceſſe eſt ſimile cōſideret̄. Sed aliud eſſe nō poterit niſi fuerit in aliq̄ pte diuerſū. Ergo ſimilia a ſe in alia qdē re diuerſa ſunt: in alia vero congruūt. In ea vero re q̄ ſcdm̄ q̄litatē congruūt: in ea eſſe ſimilia intelligūtur: q̄ ad ſe ſimilitudinis ipſiꝰ copulatione referūtur. Differētia eſt q̄ vnūquodqꝫ differt ab alio: vt hō ab equo rōnabilitatis differētia diſcrepat. Hec igit̄ p̄dicatiōe qdē ꝓprie nature ad ea refert̄: quoꝝ eſt differentia vt rōnabilitas ad hoīem. Diſſimilitudinis vero rōne ad ea a qbus diſcrepat id cuius eſt differētia ut rōnabilitas ad bouē. Cōtraria vo ſūt: q̄ in eodē poſita genere longiſſime a ſe diſcrepāt ut albū atqꝫ nigrū. Que licet in vno q̄litatis genere ponāt̄: a ſe tm̄ ꝙ longiſſime recedūt ea quoqꝫ ad ſe referri nullꝰ ignorat. Aliud eſt enim ꝙ ſunt: aliud ꝙ cōtraria ſunt. Qd̄ enim nigrū eſt q̄le eſt. Quod vo cōtrariū eſt: ab albo plurimū diſcrepans eſt. Cōiūcta vo ſūt: q̄ vnicuiqꝫ rei finitimā naturā tenent velut timori pallor adiūctꝰ eſt. Hec talia ſūt vt ſepiꝰ qdē adiunctis ſibi coherēſcāt: neqꝫ tm̄ ex neceſſitate his qbꝰ vicina ſunt: adeſſe cogant̄. Nā ſepe timori pallor aſſiſtit: nō tm̄ ſemp veluti cū diſſimulatione p̄mit̄ metus atqꝫ ideo veriſimilia ex adiunctis argumēta naſcuntur. Nā q̄cūqꝫ cōiuncta ſunt ea his qbꝰ adherēt indicio eē ſolent. Sed de his in poſteriore diſputatiōe diligentiꝰ diſſeram. Antecedētia vo ſunt qbus poſitis aliud neceſſe eſt conſeq̄ vt qꝛ bellū ē: eē inimicicias. Hec ordinis neceſſitatē tenēt. Cōſequētia enīꝫ ab añcedētibꝰ ſeparari nō q̄unt ꝯñs vo ē qcqd: id ꝙ añcedit īſequit̄ vt: inimicicie bellū ꝯſequūtur. Nā ſi bellū eſt: inimicicias eſſe neceſſe eſt habetqꝫ locus hic illud notabile ꝛ ſpectandū: ꝙ ſepe q̄ naturaliter priora ſunt: tm̄ ipſa ſunt ꝯña. Sepe ꝛ naturaliter antecedūt: ꝛ in ꝓpoſitione priora ſunt. Nāqꝫ inimicicie priꝰ exiſtere quā bella ſolent. Sed nō poſſumꝰ proponere inimicicias ut bellū ſequat̄. Nō enim poſſumꝰ vere dicere: ſi inimicicie ſunt bellū eſt ſed p̄ponimꝰ bellū: ꝛ inimicicie q̄ natura priores ſunt ſubſequūtur ita ſi bellū: ē inimicicie ſunt. Nunc igit̄ inimicicie q̄ naturalit̄ bellū p̄cedūt: eedē bella in ꝓpoſitiōe comitant̄ at ſi dicā ſi ſupbꝰ eſt: odioſus eſt. Supbia ꝛ naturaliter ꝛ in ꝓpoſitione odiū p̄cedit. Prius enim ſuperbia cōſueuit exiſtere: poſt vero atqꝫ ex eadē ſupbia veniens odiū ſeqꝭ. Hec intereſt vtrū naturalit̄ q̄libet res antecedat aliquā an vo cōſeq̄tur dū id in ꝓpoſitione annotemꝰ eā eſſe rē antecedenteꝫ: que ſiue naturaliter p̄or ſit ſiue poſterior: alterā tm̄ rē ſecū neceſſario trahat. Repugnātia vo intelligūtur q̄ties id ꝙ alicui ꝯtrioꝝ nālit̄ iunctū eſt reliquo ꝯtrio cōpatur vt qm̄ āicicie atqꝫ inimicicie ꝯtria ſt. Inimicicias vo cōſequtur nocēdi volūtas: amicicia ꝛ nocēdi volūtas repugnātia ſunt. Hec quoqꝫ ad ſe ꝯtrietatis ſimilitudine referūt̄. Cā ē: q̄ p̄cedēte aliud efficitur: ut cā dici eſt ſolis ortꝰ. Effectū eſt ꝙ p̄cedens cā p̄ficit ut dies quē ſolis ortꝰ emittit. Maioꝝ vero cōparatio eſt: q̄tiens ei qd̄ minꝰ ē: id qd̄ maiꝰ eſt cōpatur ut ſi nemo innocens pelli in exiliū dꝫ: multo magis ne Tullius qdē: q nō innocēs ſolū: verū etiā ꝛ patrie fuit liberator plus eſt enim patrie eſſe liberatorē ꝙ innocētē. Pariū vero q̄tiens inter ſe pia cōpantur: ut ſi hic ciuis innocēs pelli in exiliū nō dꝫ: qꝛ innocēs eſt: nec ille qdeꝫ q eſt innocens carere patria iuſte pōt. Minoꝝ vero q̄tiens minora maioribꝰ ꝯferūtur ut ſi Ciceroneꝫ liberatoreꝫ patrie p̄mio nemo dignū putauit nemo eū putet p̄mio dignū: q eū tm̄ innocens fuerit: nulla in tempu. cōtulit merita. Hec itaqꝫ oia cognata ſibi eſſe: ꝛ ad ſe referri inuicem: ꝛ ſe velut e regiōe reſpicere nullꝰ ignorat. Nā ut de cognatis primū loq̄mur: ꝛ iuſticia ad id qd̄ iuſtū vel id qd̄ iuſte fieri pōt ſpectat: ꝛ eū q iuſtꝰ eſt p̄ficit. Cetera quoqꝫ hñt ad ſe nō mō vocabuli cognatiōnē: veꝝ etiā cuiuſdā nature cōgruentiā: ita tm̄ vt a ſe diuerſa ſint. Neqꝫ idē eſt iuſticia qd̄ iuſtꝰ. Oē enīꝫ qcqd ab aliq̄ inflectit̄ eſt diuerſū: eidēqꝫ cognatū: a quo etiā ꝓbat̄ inflexū. Genꝰ etiā cognatū eſſe ei cuiꝰ genus eſt: id eſt ſpēi quā Cicero formā vocauit: dubiū nō eſt. Genꝰ enim ſpeciei genꝰ eſt: ꝛ ſpecies generis ſpēs itaqꝫ ad ſeinuicem referūtur: licet idē genꝰ ac ſpēs nō ſint. Illud ſane videnduꝫ eſt: qm̄ q̄s nos ſpecies nuncupamꝰ: eas Cicero formas vocat. Cui qdē dū ꝙ dicit intelligā: cōcedā libēter quibꝰ uoluerit vti nominibꝰ: mihi vero nō idē cōcedi pōt. Nā q explanatiōis luce ꝓſſiꝰ eſt: in his verbis dꝫ q̄ ſunt in uſu poſita vſari. Id aūt ꝙ ſupponit̄ generi vt ſpēs quā forma potiꝰ nūcupet̄: uſus obtinuit. Jā uero ſimili niſi ſimili ſimile eſſe nō pōt: ꝛ qd̄ differt niſi a diſſimili differre nō pōt. Cōtraria etiā ꝯtrijs intelligūtur eſſe ꝯtria. Cōiuncta etiam cōiunctis adherēſcūt ꝛ q̄ ſunt antecedētia: aliqd qd̄ pōt conſequi antecedūt. Id etiam qd̄ eſt ꝯſequēs illud quod anteceſſit inſequit̄. Oē etiā repugnans repugnāti ſibimet intelligit̄ inimicū. Cā etiā effectꝰ ſui cā eſt. Qd̄ enim q̄uis cā efficit: eiꝰ rei quā efficit cā eſt effectꝰ quoqꝫ cauſe alicuius effectus. Cōparatio vero maiora reſpicit minoꝝ vero maiora pariū paria atqꝫ ī oībꝰ ea nā eē dep̄hēdit̄: ut cū p ſe res q̄dā ſint diuerſe ab his: ad q̄ referūtur: affecta tm̄ eſſe dū cōparantur appareāt diuerſa uero eſſe ab his ad q̄ referātur: illa res approbat: qm̄ nihil ad ſe ipſū referri pōt. Que cū ita ſint: iure affecta ſunt nūcupata q̄ oia eiꝰ loci q ex affectis dicitur ſpēs: vel forme ſunt ipſo etiaꝫ teſtāte Cicerone q ait. Sed hoc genus in plures ptes diſtributū eſt. Cū enim genus dixit q̄s ſcindit a genere ſpēs eē ſignauit. Preterea oia hec ꝛ nomē generis ſuſcipiūt ꝛ diffinitionē. Affecta enim ſunt ad aliqd: q̄ ad id ad qd̄ affecta ſunt: referrī q̄unt cōiugata uero ꝛ genꝰ ꝛ forma ꝛ cetera ad ea ſemp ad q̄ ſunt affecta referūtur. Sed vt in ſuperioribꝰ locis dictū eſt: q in ipſo de q̄ agit̄ herebāt: id ē ex toto: ex ptibꝰ: ex nota ut ex toto eo intelligeret̄ termino: q fuiſſet in q̄ſtiōe ꝓpoſitus. Itemqꝫ ex eiꝰ ptibꝰ atqꝫ ex eius nota. Eodē modo etiā in his q̄ affecta ſūt dicemꝰ ad eū terminū affecta cōſiderari: q ſubiecti vel predicati loco poſitꝰ cōtinet q̄ſtionē. Sup ſi nūc illud dicere: cur q̄ affecta ſunt in ipſo de quo agit̄ eſſe dicātur: etenim in ipſo de quo agitur termino q̄ttuor locos eſſe ſignauit Cicero id eſt ex toto: ex ptibꝰ: ex nota: ex affectis. Quoꝝ tria qdē ſuperiora manifeſtū eſt i eo herere: de quo agit̄ termino. Diffinitio enim cuiuſlibet rei qd̄ totū eſt: in illo ipō eſt: qd̄ diffinit. Partes etiā in ipſo illo ſūt: ꝙ collectiōe cōficiūt. Nota etiā in illo ē: ꝙ appellatiōe ſignat affecta vo extriſecꝰ poſita videt̄ qppe q̄ referūt̄ ad id ad ꝙ affecta ſūt: q̄ nō referēt̄ niſi extriſecꝰ poſita itelligerētur. Cur igit̄ ea etiā q̄ affecta ſūt ad id de q̄ agitur: inter eos numerauit locos: qui ipſi de quo queritur termino coherēt: dicendū eſt. Quoniā id quod adhe-

rere dicitur: non idẽ eſt ei: cui adherere predicat̃. Que cum diuerſa ſint: cognatione tamen q̃dã intelligunt̃ eſſe cõiun cta: veluti nõ idẽ eſt diffinitio: qd̃ ipſa res que diffinitiõe deſcribit̃. Si enim diffinitio clari⁹ efficit id quod diffinit nihil vero ipſum ſeſe clarius q̃ ẽ efficere põt. Manifeſtũ eſt id q̃ diffinitur: a diffinitione eſſe diuerſũ. Sʒ idcirco he rere diffinitionẽ in eo qd̃ diffinit̃ dicimus: q̃ eſt ei cognata atq; cõiuncta. Quippe que dũ eius ꝓprietatẽ ſignificet: ab eius ſubſtantia nõ recedit. Partes etiã ac note diuerſa ſũt ab eo: qd̃ vel copulãt: vel deſignãt. Sed q: ille propoſitũ terminũ iungũt: ille ſignãt: habẽtes aliquã cũ ꝓpoſito ter- mino cognationẽ: in ipſo de quo agit̃ herere perhibentur. Jta etiã in affectis licet extriſecus ſint neq; idẽ ſint q̃ ea ſũt ad q̃ intelligũtur affecta. Neceſſario tñ q: aliq̃ cognationẽ cũ his habere conſiderant̃: in ipſis herere dicũtur: ad q̃ affe cta ſũt. Qui vero eoꝝ naturalis ordo ſit: uel q̃ differẽtia: uel q̃ ſit alia locoꝝ partitio: licet in topicis differẽtijs opor- tunius expediendũ ſit: tamen cum exempla Ciceronis que in his explicandis attulit: expoſuero ſubiungam.

Coniugata dicunt̃: q̃ ſunt ex verbis gene- ris eiuſdem. Eiuſdem autẽ generis verba ſunt que orta ab vno varie cõmutãtur vt ſapiẽs ſa- piẽter ſapientia hec uerboꝝ cõiugatio dicitur ex q̃ huiuſmodi ẽ argumẽtum. Si cõpaſcuus ager eſt. Jus eſt compaſcere.

¶ Diffinitio coniugatorũ a Cicerõe prolata talis eſt. Cõ iugata dicuntur: que ſunt ex verbis generis eiuſdem: id eſt q̃ ab vno verbo varijs inflectunt̃ modis. Ex eodẽ quippe genere verba ſunt. Juſticia iuſtus: iuſte: iuſtũ: ⁊ q̃cũq; alia in diuerſas poſſũt vocabuloꝝ ſpẽs inflecti. Quecũq; enĩ ab vno quolibet orta varie cõmutãtur: hec a grecis quidẽ σύζυγια dicunt̃: apud latinos vero cõiugata. Nã qd̃ gre ci σύζυγιαν dicũt: nos cõiugatiõeʒ appellam⁹. Hec aũt ſunt ut ſapiens ſapiẽter ſapientia: ⁊ quecũq; in varias p- tes orationis: variaſq; inflexiões: ab vno quodã ducta cer nunt̃. Ex cõiugatis igit̃ argumenti naſcẽtis hoc exemplũ eſt. Sit enim dubitabile: an in aliquo agro mihi atq; vici no ſimul paſcere liceat pecus. Jd aũt eſt: an ius ſit cõpaſcere ſubiectum igitur eſt ager. compaſcere vero predicatum. Fa ciemus igitur argumentum hoc modo. Hic ẽ quo quãri- tur ager cõpaſcu⁹ ẽ. in cõpaſcuo aũt licet cõpaſcere: hoc igit̃ agro licet cõpaſcere. Hic igit̃ cõpaſcẽdi iuris argumentũ ex cõpaſcuo ſumptũ eſt ex cõiugato videlicet. Cõpaſcere enim ⁊ cõpaſcuũ cõiugata ſũt. Sumptũ vero eſt argumentuʒ ius eſſe cõpaſcere: quũ ſit ager cõpaſcu⁹: ſed cõiugatũ eſt cõm- paſcuũ ei q̃d eſt cõpaſcere. A cõiugatis igit̃ ſũptũ eſt argu- mẽtũ: q̃ cõiugatũ in ipſo ẽ de quo agit̃: id eſt in cõpaſcẽdo. oĩa enim ex eodẽ fluũt: ⁊ ſui ſunt cõtinẽtia: atq; ſe reſpiciẽ tia. Factũ eſt igit̃ argumentũ ex eo q̃d eſt in ipſo ab affectis id eſt a cõiugatis. Maxima uero propoſitio cõiugatorũ in eo q̃ coniugata ſunt: vnã atq; eandẽ eſſe naturã: vel ſic cui conuenit aliquid: huic etiã cõiugatũ ei⁹ poſſe ſociari.

A genere ſic ducitur argumẽtum. Quoniã argentum oẽ mulieri legatuʒ eſt: nõ põt ea pe cunia: que numerata domi relicta eſt: nõ eſſe legata. Forma enim a gñe quo ad ſuũ nomẽ retinet: nunq̃ ſeiungitur: numerata autẽ pecu nia nomẽ argenti retinet. Legata igit̃ videt̃.

¶ Genus ẽ quod de qualibet ſpecie in eo q̃ qd eſt p̃dicat̃. Jn eo aũt q̃ quid eſt predicari dicitur: q̃ de qualibet ſpecie interrogãtib⁹ qd ſit id reſponderi cõuenit: ⁊ eius de q̃ reſpõ det̃ ſpeciei ſubſtantiã mõſtrat. Sẽper võ gen⁹ ꝓpria ſpe- cie maius eſt eãq; intra ambitũ ſue predicatiõis includit. Quo ſit: vt genus in alia quoq; diſpartiri gen⁹ poſſit ſpẽm tñ ſuã nullo mõ derelinq̃t. velut aial p̃dicat̃ qd̃ ẽ de homi ne: ⁊ hoĩs ſubſtãtiã mõſtrat. interrogãtib⁹ enĩ nobis qd eſt hõ aial reſpõdet̃. Jdẽ tñ deduci in alia põt: velut in equũ atq; bouẽ: q̃ aialia nuncupant̃. Sʒ ita deducit̃ in diuerſa: vt vnãquãq; eaꝝ ſpẽm (q̃s cõtinet) nõ relinquat. Ubicũq; enĩ fuerit hõ: neceſſe eſt vt ſit aial. hõ enim aial eſt. Jdẽq; de boue: ac de ceteris. Ergo liq̃do demõſtratũ eſt nomẽ gene- ris a ſpẽ nullo mõ ſepari. q̃ ſi aliqñ generis uocabuluʒ vlr enũciet̃: neceſſe ẽ oĩs ſpẽs deſignari: vt ſi qs dicat oẽ aial ⁊ hoĩeʒ deſignabis ⁊ bouẽ: ⁊ ceteras oẽs ſpẽs ſub aialis no- mie collocatas. Que cũ ita ſint. Quidã teſtamẽto mulieri argẽtũ oẽ legauerat. Querit̃ an ei etiã numerata pecũia ſit legata. Numerata igit̃ pecunia in hac q̃ſtiõe ſubiectũ eſt: le gata võ p̃dicatũ. Cõſidero igit̃ in alterutro eoꝝ qd nã inſit: vt ex eo qd̃ ĩ ipſo ẽ aliqd̃ argumẽtũ requirã video ſubiectũ terminũ: q ẽ numerata pecunia: hr̃e argẽtũ gen⁹ q̃. ſ. affectũ ẽ ad ſpẽm ſuã ad q̃s refert̃. Que enĩ ad ſeinuicẽ referũt̃: affe cta ſũt: ergo qñ argentũ omne legatũ ẽ: ⁊ gen⁹ ſpẽm ꝓpriã nõ relinq̃t: neceſſe ẽ vt numerata quoq; pecunia ſit legata. Nã cũ oẽ nomẽ generiſ legatũ ſit: nihil de ſpecieb⁹ vr̃ excep tũ velut ſi qs dicat oẽ aial viuere: nõ ut arbitror: hominem tm̃: vel bouẽ vel equuʒ: vel ſingillatim cetera: vel vnum: vel plura viuere dicit: vt tñ aliq̃ cũ ſint aialia: vite mune re carere cõtendat: ſed oẽ prorſus quicquid fuerit aialia: vi uere ꝓponit. Cũ igit̃ oẽ genuſ id eſt oẽ argẽtũ legatum ſit: nulla ſpẽs excipit̃. At numerata pecũia argentũ eſt ſit igit̃ vt numerata quoq; pecunia legati uocabulo poſſit includi. Eſt igit̃ q̃ſtio qdẽ vt dictũ eſt. An numerata pecunia lega ta ſit argumẽtũ ab eo q̃ in ipſo eſt id eſt a genere: q̃ ineſt ꝓ prie ſpeciei: qd̃ ita ineſt: vt ad id referat̃: hoc aũt eſt argen tũ: ab affectis vero a genere p̃dicat̃ enĩ vt gen⁹ argentũ de numerata pecunia. Jnterrogãtib⁹ enĩ nos qd ſit numerata pecunia: iure reſpõdem⁹ argẽtũ. Maxima ꝓpoſitio eſt: cui cõuenit oẽ genus: eidẽ vnãquãq; ſpeciẽ cõuenire. Quam Marc⁹ quoq; Tulli⁹ diuerſis qdẽ verbis ſed eadem ſigni ficatione ꝓpoſuit dicens. Forma enim a genere quoad ſuũ nomen retinet: nũquã ſeiungitur.

A forma generis: quã interduʒ quo plani us accipiat̃: ptẽ licet noĩare: hoc modo. Si ita Fabie pecunia legata ẽ a viro: ſi ei viro mater familias eſſet. Si ea in manuʒ nõ cõuenerat: nihil debetur. Genus enĩ ẽ vxor: eius due for me: vna matrum familias: he ſunt que in ma- nũ cõuenere. Altera eaꝝ q̃ tm̃ nõ vxores ha bẽt̃ q̃ ĩ pte cũ fuerit Fabia. Legatũ ei nõ videt̃.

¶ Species eſt: q̃ proprijs differentijs informata ſub pre dicatiõe generis collocat̃. Differentie võ ꝓprie a ceteris eã ſpẽbus ſepant atq; ſeiungũt velut hõ cuʒ ſit aialis ſpẽs differẽtijs informat̃ rõnabilitatis atq; mortalitatis ⁊ ſe iungit̃ ab his aialib⁹: q̃ eterna ſunt velut ſol a Platõicis credit̃ ⁊ ab his aia'ibus q̃ ſunt ratiõis expertia. Cũ igit̃ oẽs ſpẽs inter ſe proprijs differẽtijs diſtent: neceſſe eſt q̃ de al tera ſpẽaliter dicatur: id in aialia non poſſe traſferri velut qd̃ de homine dicit̃ ſpecialiter: idẽ de equo: atq; boue non poſ ſit intelligi. Dicit̃ aũt de ſpecie: quotiẽs gen⁹ ipſũ veluti in quãdã cõtrahit̃ portionẽ. Uelut ſi qs dicat. Jllud aial ſibi adduci debere: qd̃ ſit rõnale ⁊ mortale. Nõ vtiq; de eq̃: vel boue: aut de ceteris: niſi tñ d̃ hoĩe dictũ eẽ intelligit̃ vt igit̃ generaliter dictũ gen⁹ oĩs ſpẽs claudit. Cũ qs dicit oẽ aial: ſic q̃libet aial deſignatũ ſpẽm facit que cũ ita ſint: a for ma generis id eſt a ſpẽ generis tale ſit argumentũ q̃ formã generis Cicero ptẽ ſepe nominat q̃ id q̃ ſit plani⁹ fiat. Mo tius enĩ nomẽ ptis ẽ q̃ forme. Quo aũt diſtet forma a pti b⁹ ⁊ nos ſtrictiʒ ſupi⁹ dixim⁹: ⁊ paulopoſt a Cicerõe ipſo la ti⁹ explicabit̃. Nũc de ꝓpoſito videam⁹ exẽplo. Uroris ſpẽs ſũt due vna matrũfamilias: alia uſu ſʒ coĩ generis noĩe vxo res uocãtur ſit vero id ſepe ut ſpecies eiſdeʒ noĩb⁹ nũcupẽ tur: qbus ⁊ genera materfamilias vero eſſe nõ poterat niſi q̃ ↄueniſſet in manũ: hec aũt certa erat ſpecies nuptiaꝝ. Tri bus enĩ modis vxor habebat̃: uſu farre: coemptiõe: ſed con farreatio ſolis põtificib⁹ cõueniebat. Que aũt in manũ p co emptionẽ cõuenerãt: he matresfamilias uocabãtur. Que võ uſu vel farre: minime. Coemptio vero certis ſolẽnita- tib⁹ peragebat̃ ⁊ ſeſe in coemẽdo inuicẽ interrogabant vir ita: an ſibi mulier materfamilias eſſe uellet illa reſpõdebat uelle. Jtẽ mulier interrogabat an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet. Jlle reſpondebat velle. Jtaq; mulier viri conuenie bat in manũ ⁊ vocabãtur he nuptie per coemptionẽ: ⁊ erat mulier materfamilias viro loco filie. Quã ſolennitatem in ſuis inſtitutis. Ulpianus exponit. Quidã igitur extremo iudicio oẽ Fabie vxori legauit argentũ: ſi quidẽ. Fabia ei nõ vxor tm̃ verũ etiã certa ſpecies vxoris id eſt materfamilias eſſet q̃ritur an vxori Fabie legatũ ſit argentũ. Uxor Fabia ſubiectũ eſt legatũ argentũ p̃edicatũ. Quero igit̃ quod nã ex his argumẽtũ ſumere poſſim: que in queſtione ſunt poſi ta. ac video vxori duas ineſſe formas: quarũ vna tm̃ vxor ẽ altera materfamilias: que in manuũ cõuentione perficitur q̃ ſi Fabia in manũ nõ conuenit: nec materfamilias fuit: id eſt nõ fuit ea ſpecies vxoris: cui argentũ omne legatum. Quo circa qm̃ id quod de alia ſpecie dicitur in aliã dici non cõuenit cũq;. Fabia preter eam ſpeciẽ ſit: que in manũ cõ- uenerit: id eſt que materfamilias ſit ⁊ vir matrifamilias le- gauerit argentũ nõ videt̃ Fabie eſſe legatũ. Queſtio igitur vt dictũ eſt an vxori Fabie omne argentum legatum ſit ſub iectũ vxor Fabia predicatũ vero legatũ argentũ argumentũ ab eo quod eſt in ipſo de quo queritur: id eſt ab eo quod ẽ in vxore de qua querit̃. Eſt autem in vxore: de qua queritur ſpecies vxoris: ea ſcilicet que in manũ non cõuenit: que ad eam affecta eſt. Omnis enim ſpecies ad ſuũ genus refertur id eſt omnis forma factum eſt igitur argumentum ab eo: q̃ eſt in ipſo ab affectis a forma generis. Maxima propoſitio eſt: quod de vna ſpecie dicitur: idẽ in alteram non cõuenire

A ſimilitudĩe hoc modo. Si edes eiẽ ſe cor ruerunt: uitiumue faciunt quarum uſuſfructus legatus eſt: heres reſtituere nõ debet nec refi- cere: nõ magis q̃ ſeruum reſtituere ſi is: cuius uſuſfructus legatus eſſet: deperiſſet.

¶ Similia dicũtur: que eiuſdem ſunt qualitatis: ex quib⁹ hoc modo ſumitur argumentum. Quidam teſtamẽto edium vſumfructum legauit. i. cõceſſit edes: vt iis alius dum vi- ueret: uteretur he ceperunt uel vitium facere. i. ruinam mi- nari vel etiam corruerunt. Petit igit̃ ab herede is cui ediũ vſuſfructus legatus eſt: vt earum ſibi edium que a teſtato- re legata ſunt: damna compenſet: ⁊ edes que viciũ fecerũt vel corruerũt reſtituat. Queritur an earum edium quaruʒ vſuſfructus legatus ſit vicium vel ruinam heres reſtituere cogatur. Hic igitur ſubiecta quidem oratio eſt: veluti qui- dam terminus edium quarũ vſuſfructus legatus ſit: ruina vel vicium. Predicata vero oratio loco termini conſtituta: ab herede reſtitutio. Sumo igitur a ſimili argumentũ hoc modo. Quoniã ſi quis ſerui uſumfructum legauerit: iſq; ſeruus aliquo modo deperierit non cogitur reſtituer̃ heres ſeruum. Ne nunc quidem cogetur heres reſtituere edes: q̃ in vſumfructum legate ruinã: viciumue fecerũt. Similis eſt enim ſerui vſuſfructus legatio edium vſuſfructus lega- tiõi. Simile etiam ſeruum in vſumfructum legatum ſi de perierit: ab herede nõ reſtitui ⁊ edium in vſumfructum le- gatarum vicium ruinamue ab herede non refici. Et igitur queſtio quidem: an edium in vſumfructum legatarum vi cium vel ruinã heres reſtituere cogatur. Termini vero ſub- iectus quidem edium in vſumfructum legatarum vicium vel ruinam: predicatus autem ab herede reſtitutio. Argu mentum vero ab eo quod in ipſo eſt: id eſt ab eo quod ineſt vel ruine vel vicio ediũ in vſũfructũ legatarũ. Jd aũt eſt af fectũ. i. ſimilitudo. Ois enim ſimilitudo ei ineſſe perpendi tur: quod eſt ſimile. Similitudo vero eſt ſerui uſuſfructus legati pereuntis: quem reſtituere heres non cogitur. Ma xima vero propoſitio ſimilibus rebus eadem conuenire.

A differẽtia: nõ ſi uxori uir legauit argẽtum omne quod ſuuʒ eſſet. Jdcirco que in nomini bus fuerint legata ſunt. Multum enim differt in archa ne poſitũ ſit argẽtũ an ĩ tabuliſ debeat̃.

¶ Jn rebus plurimum differẽtib⁹ quod de altera earum dicitur: nõ videt̃ in alteram cõuenire. Jd cum ita ſit quidã argentum ſuum omne legauit vxori. Jlla pecuniam quoq; que in nominibus debebatur: ſuam eſſe dicebat: quod om nis pecunia nomine vocaret̃ argẽti. Queritur an id quoq; argentũ q̃ in nominib⁹ debebatur: legatũ ſit hic igitur ſub iect⁹ eſt terminus argentũ: quod in noĩbus debetur legatũ vero predicatus. A differentia igitur faciemus argumenta tionem hoc modo. Jdem de plurimum differentibus rebus intelligi nõ põt. Plurimũ vero differt argẽtum in arca ne ſit poſitũ: an in nominibus debeatur. Nã que poſita in arca pecunia eſt: iuris eſt noſtri. Jn nominibus vero debi ta nõ eſt noſtra. Nam quod mutuum datur ex me: ſit acci- pientis: atq; ideo non cogitur eandem ipſam pecuniam de bitor reſtituere creditori ſed aliam tantam. Jn arca vero poſi ta pecunia: ⁊ in nominibus debita: nõ ſunt argenti vel pe cunie ſpecies: ſed differentie. Nam argenti ſpecies ſignatũ ac nõ ſignatũ eẽ dicte ſũt. Qualitas võ pecunie in poſſeſſio ne poſite uel nõ poſite ſʒ nõ mõis oib⁹ aliene in his differẽ tijs conſtat: vt alia ſit in arca poſita: reliqua in nominibus debeatur: atq; hoc idcirco dictum eſt: ne quis non a differẽ tiis: ſed a ſpecie argumentationem ductam putaret. Quali tas enim ſubſtantialis non ſpeciebus: ſed differentijs an- numerat̃. Cum igitur ſuũ omne quod fuerit argẽtum: uir vxori legauerit cũq; manifeſtũ ſit: id ad eam ptinet̃: q̃ fuerit ſuũ legantis. i. qd̃ in arca fuerit cõditũ nõ põt intelligi de eo quod in nominibus debebatur. Quoniam ſicut dictum eſt id quod in nominibus debetur: ab eo quod in arca poſi tum ẽ: plurimũ differt. Facta ẽ igitur argumentatio ab eo: quod in ipſo inerat: de quo querebatur. Querebatur vero de argẽto in nominib⁹ debito. Jn hoc vero inerat propria differentia: qua ab alio differebat argento: eo ſcilicet quod in arca poſitum fuerit. Jd vero eſt affectũ id eſt differentia. Maxima vero propoſitio: de rebus plurimum differen- tibus idẽ intelligi non poſſe.

A cõtrario autem ſic. Nõ debet ea mulier: cui uir bonorum ſuorum uſumfructum legauit cel lis uinarijs ⁊ olearijs plenis relictis: putare id ad ſe ptinere. Uſus enĩ nõ abuſus legatus eſt: ea ſunt inter ſe contraria.

¶ Quod de aliqua re dicitur: id in eius cõtrarium nõ põt cõuenire. Jdem enim de duobus cõtrarijs intelligi nullo mõ põt. Quidã igit̃ ſupreme volũtatis arbitrio vxori bo noꝝ ſuoꝝ vſuſfructũ legauit: mulier igitur cellas vinari- as oleariaſq; plenas ad vſuſfructũ proprium deuocabat. Querit̃ an penus quoq; vſuſfructus legatus ſit penus igitur ſubiectus eſt legatio predicatum a contrario: igitur ſumitur argumentum hoc modo vtimur his que nobis vtentibus permanent his vero abutimur que nobis vtentibus peũt ergo cũ pmanere: ac perire cõtraria ſint: vſus quoq; atq; abuſus ↄtraria neceſſe eſt iudicentur: q̃ ſi cetera qdẽ vtendo permanẽt: celle aũt vinarie atq; olea- rie vtẽdo cõſumũtur aliarũ qdẽ reꝝ vſuſfructus eſſe põt: penus vero nõ põt vſus eſſe: ſed potius abuſus: ergo cũ vir vxori vſuſfructũ bonoꝝ legauerit: nõ potuit legare cõ trariũ: q̃ eſt abuſus eſt vero abuſus vini atq; olei vinũ igitur atq; oleũ ad vſuſfructũ mulieris nõ põt ptinere. Ar gumentũ ab eo q̃ in ipſo ẽ: de quo agit̃ id ẽ ab vſuſfructus legatione atq; ab affecto id eſt cõtrario: contraria vero in cõtrarijs nõ ita ſũt tãq̃ diffinitio in eo q̃ diffinit̃: ſed tãq̃ relatio. Oĩs enĩ relatio ĩ relatiuis: oĩaq; cõtraria nõ id q̃ ſũt. i. q̃litates: ſed hoc ipſũ q̃ cõtraria ſunt: in cõtrarijs eẽ dicũtur: q: nõ ſm̃ q̃litatẽ ꝓpriã: ſed ſm̃ plurimã diſtantiã ſibi inuicẽ conferuntur. Maxima propoſitio eſt. Quod alicui conuenit: id eius contrario non conuenire.

8 **Ab adiũctis. ſi ea mulier teſtamentum fecit que ſe capite nunq̃ diminuit: nõ uidet̃ ex edicto p̃toris ſcdm eas tabulas poſſeſſio dari. Adiũgit̃ enim: vt ſcdm ſeruoꝝ: ſecundũ exulũ: ſecundum pueruloꝝ tabulas poſſeſſio uideatur ex edicto dari.**

¶ Adiũcta ſunt: que proximũ ac finitimũ locũ tenẽt ut ſi unũ eoꝝ quolibet extiterit modo: alteꝝ quoq; uel extitiſſe uel extare: uel extiturũ eſſe uideat̃. hec enim ſibi quaſi uicina ſunt. Que uero in exiſtẽdo ſibi ſunt proxima: hec uel antecedere rẽ volunt: vt amor ſepe cõcubitũ: vel ſimul eſſe: vt pallor ⁊ timor. vel euenire poſterius: vt poſt iracũdiam cedes. Eaq; eſt adiũctoꝝ natura ut ſeperari quidẽ poſſint: tamen ſe ſe inuicẽ monſtrẽt. Nã neq; qui amauit: neceſſario potitus eſt: ⁊ ſepe qui potit⁹ eſt: non amauit. Nec qui palet neceſſario timet: ⁊ ſepe non timens palet nec ex neceſſitate iratus occidit ⁊ occidit ſepe aliquis non iratus ſed tñ ſi de ſingulis inquiratur cum concubuiſſe qui amauit ⁊ pallere qui timet: ⁊ occidiſſe qui fuerit iratus: veriſimile eſt non ꝙ ita neceſſe ſit: ſed quia ex uicinis uicina colligim⁹. Nã qḋ ad exemplũ attinet huius argumenti: hec ſimilitudo ẽ. Capitis diminutio eſt prioris ſtatus pmutatio. Id multis fieri modis ſolet vel maxima: vel media: vel minima. Maxima ẽ: cũ ⁊ libertas ⁊ ciuitas amittit̃ vt dportatõ. Media vero in qua ciuitas amittit̃: ⁊ retinet̃ libertas vt in latinas colonias trãſmigratio. Minima cũ nec ciuitas: nec libertas amittitur: ſed ſtat⁹ prioris qualitatis immutatur velut adoptatio aut quibuſlibet aliis modis prior ſtatus retẽta ciuitate potuerit immutari. Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua cõtinebat. recedebãt vero a tutoris poteſtate que i manũ uiri cõueniſſent itaq; fiebat eis prioris ſtatus pmutatio: ⁊ erat capite diminuta: q̃ uiri ɔueniſſet in manũ Quedam igitur que ſi nũq; capite diminuiſſet. i. que i manũ uiri minime cõueniſſet ſine tutoris auctoritate teſtamentũ facit. Queritur an ſecũdũ eius tabulas ex edicto pretoris debeat dari poſſeſſio. Hic ſubiectus quidẽ termin⁹ mulieris nunq; capite diminute tabule predicatus uero poſſeſſionis conceſſio. Sumit̃ ergo ab adiũctis argumentũ hoc modo. Nã ſi ſecũdũ mulieris tabulas nũq; capite dminute poſſeſſio det̃ nihil cauſe ẽ cur nõ ſm pueruloꝝ q̃q; ⁊ ſeruorũ tabulas ex edicto pretoris poſſeſſio pmittat̃. Quid enim officere poteſt: ne ſecũdũ mulieris nunq; capite diminute tabulas poſſeſſio deferat̃. Id ſcilicet ꝙ ea que teſtamẽtum cõſcerat: ſui non fuerit iuris. quod idem ⁊ de pueris ⁊ de ſeruis dici poteſt. Illoꝝ enĩ etas: illoꝝ cõditio in alterius ſita eſt poteſtate. Adiũgit̃ ergo ſi ſecũdũ mulieris que in ſuo iure non eſſet: tabulas poſſeſſio det̃ ſecũdũ puerulorum quoq; ⁊ ſeruorum tabulas poſſeſſionẽ dari: qui ſui iuris minime ſint: Quoniã quidẽ illi ſub tutoris: illi ſunt ſub domini poteſtate. Proximũ nãq; eſt rei de qua queritur: qḋ ei⁹ eſt cõ ſequẽs: ⁊ poſtea exiſtẽs: ut ſecũdũ ſeruoꝝ puerorũq; tabulas bonoꝝ poſſeſſio detur: ſi illud quod eſt in queſtiõe concedãt. Querit̃ enim an ſecũdũ mulieris tabulas nũq; capite diminute poſſeſſio det̃. Quã rem cõſequit̃: ut ſi id fiat. ſecũdũ ſeruoꝝ quoq; puerorũq; tabulas deferatur. Qḋ quia fieri non oportet: ne rei quidem p̃cedentis exiſtere debebit exemplum. Nec tamen neceſſaria eſt cõſequutio: ſ; vicina. Nã fieri poteſt: vt id recipiat̃ ſolũ ſecũdũ mulieris tabulas poſſeſſionẽ dari: nõ vero id vt ſecundũ tabulas ſeruoꝝ: vel pueroꝝ poſſeſſio cõcedat̃. Sed proximũ eſt: vt qui nũc hoc recepit: poſteri⁹ illud admittat. Eſt igitur argumẽtũ ab adiũctis. i. ab eo qḋ in ipſo heret de quo querit̃: ẽ aũt q̃ſtio de mulieris nũq; capite diminute tabulis: ab affectis ſ. ab adiũctis. Maxia ꝓpoſitio: ex adiũctis adiũcta ꝓpẽdi.

9 **Ab antecedentibus autem ⁊ conſequentibus ⁊ repugnantibus hoc modo. Ab antecedentibus. Si uiri culpa factũ ſit diuortiũ: ⁊ ſi mulier nunciũ remiſit tñ pro liberis manere nihil oꝫ**

¶ Antecedentia ſunt quibus poſitis aliud neceſſario conſequat̃: licet illud quod antecedit minus ſit atq; poſterius Minus quidẽ: ut ſi homo eſt: animal eſt hoc enim minus eſt animali: ⁊ tamen poſito homine conſequitur: ut animal ſit. Poſterius uero: ut ſi peperit cum uiro concubuit poſteri⁹ eſt enim peperiſſe q̃; cõcubuiſſe cũ uiro aliquotiẽs uero ⁊ ꝙ equale: ⁊ qḋ ſimul ⁊ qḋ prius eſt ponit̃: ut antecedẽs. Equale quidem: ut ſi homo eſt: riſibilis eſt. Simul uero: ut ſi terre obiecta ẽ luna: deficit: ⁊ hec ſibi cõuertunt̃: ut ɔ̃ña fiãt antecedentia. ut ſi riſibilis eſt homo ẽ: ⁊ ſi luna defecerit terre adſit obiectio. Añs uero prius eſt: ut ſi arrogãs ẽ: odioſus eſt. Prius eſt enĩ arrogãs: poſteri⁹ odioſus: Illud tñ in omnibus manet poſitis antecedentibus neceſſario conſequentia trahi. Exempli uero talis eſt explanatio ciuitatis Romane iure liberi retinentur i patrũ arbitrio: uſq; dum tertia mancipatione ſoluantur: ergo ſi quando diuortiũ interceſſiſſet culpa mulieris: parte quadã dotis pro liberorũ numero mulctabat̃. De qua re Paulus inſtitutorũ libro ſecũdo titulo de dotibus ita diſſeruit. Si diuortiũ ẽ matrimonii: ⁊ hoc ſine culpa mulieris factũ eſt dos integra repetetur ꝙ ſi culpa mulieris factũ eſt diuortiũ: in ſingulos liberos ſexta pars dotis a marito retinet̃: uſq; ad dimidiam ptem dũtaxat dotis. Quare quõm quod ex dote conquiritur liberorũ eſt: qui liberi in patris poteſtate ſunt: id apud uirũ neceſſe eſt permanere. Facto igitur diuortio cõtenditur. An dotis pars pro liberis id eſt uel liberorũ cauſa: uel quia pro numero liberoꝝ retinebat̃: apud uirũ debeat permanere. Hic ſubiectũ qdẽ eſt factũ diuortiũ a mulier̃ nũciatũ predicatũ vo apud uirũ ſexte partis dotis p⁹ diuortiũ permãſio. Queſtio an poſt diuortiũ: factũ muliere nũciũ remittẽte ſextam dotis partẽ apud uirũ manere oporteãt. Quero igit̃ ſi ab antecedẽtib⁹ argumẽtũ faciẽdũ eſt qd antecedat: quid conſequat̃. At ſi uiri culpa factũ eſt diuortiũ: uideo mulierẽ dotis parte nõ mulctari: etiam ſi prima repudii nunciũ miſit. Quod enĩ anteceſſit ut uiri culpa fieret diuortiũ: id non permittit: ut dotis pars mulieri pereat: q̃uis prima repudii nunciũ mittat. Non enim ꝙ prior repudiũ nunciauit: dotis parte mulctanda eſt: ſed abſoluenda potius damno: ꝙ nõ ſua factũ eſt: ſ; uiri culpa diuortiũ. Igitur antecedẽs eſt uiri culpa factũ diuortiũ: conſequens uero dotis partem non retineri. Nã ſi hoc eſt illud eſt: argumentationẽ uero faciam hoc modo. Si uiri culpa factũ eſt diuortiũ: etiã ſi mulier repudii nunciũ miſit nullo modo tamẽ dotis pte mulctanda eſt ſed uiri culpa diuortiũ factũ eſt. Nõ igitur iure mulier dotis parte mulctabitur ꝙ ſi nõ mulctabitur dotis parte. nihil in uiri domo liberoꝝ cauſa dotis nomine relinquetur. Sed nõ mulctabit̃ dotis parte: ⁊ nihil igit̃ apud uirũ dotis pro liberis relinquetur utriuſq; uero cõcluſio ſillogiſmi eſt hec. Si igitur uiri culpa factũ eſt diuortiũ: ꝓ liberis manere nihil oportꝫ. Argumentũ ab eo quod in ipſo eſt de quo agitur. Verſatur quippe intentio de dotis pte: eiuſq; apud uirum poſt diuortiũ: quod uxor prima nũciauerat: retentione: hoc uero anteceſſit uiri culpa quod q: precedens eſt: affectũ eſt. Omne enim quod precedit ad id: quod ſequitur: neceſſe eſt ut referatur. Maxima propoſitio eſt: ubi eſt antecedens: ibi erit cõſequens: at in hac queſtione eſt antecedens id eſt viri culpa factũ diuortiũ. Ibi igit̃ cõſequẽs erit ſextans nõ retineri. Cur aũt ita ſuperius argumentũ concluſionibus interuerim: cũ de his Marco Tullio latius exequẽte tractauero: euidentius apparebit.

10 **A conſequẽtibus ſi mulier cum fuiſſet nupta cum eo: cum quo cõnubium non eſſet nunciũ remiſit: quoniã qui nati ſunt: patrem nõ ſequuntur: pro liberis manere nihil oportet.** 10

¶ Conſequentia ſunt: que cũ fuerint antecedentia poſita cõſequũtur: ueluti ſi dicamus. Si homo eſt animal eſt animal eſt conſequens: ſed in propoſito exemplo non ſatis apparet a ɔſequentibus argumentũ: ſed ab antecedentibus potius: qḋ paulopoſt liquebit. filii non iure ſuſceptĩ patrum non erant ptãte: ſed matres potius ſequebant̃. Non aũt omnibus erat cõnubiũ cũ Romanis: nec erant nuptie iure ɔtracte: que non aut inter ciuẽ Romanã: ciuemq; Romanã inibant: aut cum p̃incepe: populuſue ciuitate vel connubiũ pmiſiſſet: Eo. ſ. modo: vt in ptãtem parentũ liberi redigerent̃. Illud q̃; uidendũ ꝙ ex impari matrimonio ſuſcepti: non patrem: ſed matrẽ ſequunt̃. ergo quedã romana vel cum latino: vel cum peregrino: vel cum ſeruo: cum quo cõnubii ius non erat: nuptias fecit: dotem contulit: ſecũq; inter eos diuortio ɔtendit̃: an nupte mulieris cũ eo: cum q̃ cõnubii ius non erat: apud viꝝ dotis pars poſt diuortiũ debeat pmanere. Hic ſubiectũ quidẽ eſt. nupta mulier: cũ quo cõnubiũ non erat. predicatũ vo dotis ptis apud virũ poſt diuortiũ retentionis iure pmanſio. Sumit̃ ergo a cõſequentib⁹ argumentũ hoc mõ. Nam q: nuptias fecit cum eo: cum quo cõnubii ius nullum eſt: id cõſequit̃: vt liberi patrẽ non ſequant̃. Si aũt liberi patrem nõ ſequũt̃: ne in patris quidẽ ſunt ptãte. at ſi in patris ptãte non ſunt: matriq; applicant̃: apud viꝝ dotis pars non poterit pmanere. Hic igit̃ antecedens eſt: cũ eo cum quo cõnubii ius non erat: nuptie. Conſequẽs nihil pro liberis dotis noĩe manere oportere. Cõcludat̃ argumentatio: qm̃ non pmiſſo cõnubio liberi qui procreantur: p̃rem non ſequunt̃: Ne dot̃ quidẽ pars apud patrem pro liberis manere oꝫ: qñ quidem non patrem filii: ſed matrẽ ſequunt̃. Probatũ eſt igit̃ ꝓ liberis manere nihil oportere ex h̃ ꝙ cũ eo mulier nuptias fecit: cũ quo cõnubii ius non erat. hoc vo erat antecedens. Non ergo a ɔ̃ñti: ſed ab antecedenti potius ſcĩ̃ ɔprehendit̃ argumentũ. ꝙ ſi per id ꝙ nihil dotis noĩe manere oporteret: pbaret̃ eum nuptias cum eo feciſſe: qui cũ cõnubii ius non eſſet: recte a ɔſequentibus argumentũ ſcĩ̃ eſſe diceret̃ fieret vo a ɔſequẽtibus argumentũ: Si ita poneret̃. Si quid ex dote pro liberis manere oporteret: q: patrẽ liberi ſequũt̃ cum eo nupta eſſet mulier: cũ quo cõnubii ius erat aſſumo qḋ eſt ɔſequens: Sed mulier cum eo nupta nõ eſt cum quo cõnubii ius erat: ɔcludo antecedens. Nihil igit̃ dotis pro liberis manere oportebit: q: patrem liberi nõ ſequunt̃. Argumentũ ab eo qḋ in ipſo eſt: de quo queritur. Queritur enim de his nuptiis: quaꝝ nullũ fuerit iure cõnubiũ. Ex affectis. Oĩe enim ɔ̃ñs ad id qḋ precedit refertur. Maxima propoſitio eſt. vbi conſequẽs non eſt: ibi ne antecedens quidẽ eſſe poteſt. Sac de his erit alius vberi⁹ diſſerendi locus.

11 **A repugnãtibus ſi paterfamilias vxori ancillarum vſumfructum legauit a filio: neq; a ſecũdo herede mortuo filio mulier vſumfructũ non ãmittet. quod enim ſemel teſtamento alicui datum eſt: id ab eo inuito cui datum eſt. auferri non poteſt. pugnat enim recte accipere: ⁊ inuitum reddere.**

¶ Secundus heres dicit̃ qui heredi inſtituto ſubſtituitur veluti ſi quis filium inſtituat heredem: ſcribatq;: ſi hic filius intra pubertatẽ deceſſerit: nepotem: vel quẽlibet aliũ heredem eſſe oportere. Nepos igit̃ vel quilibet alius ſecũdus heres dicit̃. repugnantia ſunt: que (vt dictũ eſt) ɔ̃ria conſequũt̃: ſi ipſis ɔ̃rariis cõparent̃. Quidam igit̃ heredẽ teſtamento ſcripſit filium: eiq; ſecundũ ſubſtituit heredem vxoriq; ſue ancillaꝝ vſumfructũ legauit a filio: dixitq; vt vxori filius eius vſumfructũ ancillaꝝ pmitteret: neq; illḋ adiecit: vt etiam ſecundus heres eundem vſumfructũ mulieri cõcederet. Succeſſit filius: ⁊ mulieri ancillaꝝ contulit vſumfructũ. Illo mortuo intra pubertatem: agit ſecundus heres: ⁊ vſumfructũ ancillaꝝ mulieri extorquere conatur dicens vſumfructũ ei a filio legatũ: a ſe vo minime. Querit̃ vtrum ea mulier legatũ: qḋ teſtamento accepit: i vita poſſit amittere. Hic igitur ſubiectũ eſt legatũ qḋ teſtamẽti iure recte accepit. Predicatuꝫ vo in vitam poſſe amittere. Sumo igitur argumentũ a repugnantibus. Repugnãs vo eſt ſi id qḋ ɔ̃rario ɔſequens eſt: alteri ɔ̃rario cõparetur. velut in hoc ipſo: qḋ tractamus: exemplo recte accipe ⁊ nõ recte accipere contraria ſunt: ſed non recte accipere comitat̃ inuitum reddere. Iure enim inuitus reddit qui nõ recte accepit. Repugnat igitur inuitũ reddere ei qḋ eſt recte accipe. Facimus igitur argumentuꝫ ſic. Qui teſtamento accepit recte accepit. Quod aũt recte accipit̃: inuito ei q ſemel recte acceperit auferri non põt. At mulier teſtõ vſumfructũ ancillaꝝ accepit. Idem igitur inuite non poterit auferri. Argumentũ ab eo qḋ in ipſo eſt: de quo agitur. i. de eo qḋ recte acceptum eſt. In ipſo vo eſt velut affectuꝫ cõtrarietatis mõ vt ſuperius dictũ eſt. Eſt aũt argumẽtũ a repugnãti. Maxima propoſitio eſt repugnantia conuenire nõ poſſe.

12 **Ab efficientibus cauſis hoc modo. Omnibus eſt ius parietem directuꝫ ad parietem cõmunem adiungere: vel ſolidum vel fornicatũ At ſi quis in pariete cõmuni demoliendo dãni infecti promiſerit: non debebit preſtare: ꝙ fornix vitii fecerit. Non enim eius vitio: qui demolitus eſt: dãnum factũ eſt: ſed eius opis vitio quod ita edificatum eſt: vt ſuſpendi non poſſet.**

¶ Cãꝝ quideꝫ multa ſunt genera que Cicero pauloposterius diuidit. Sed nunc de efficientiũ cãꝝ diſſerit argumẽto. Efficiens vo cauſa eſt qua precedente aliquid effectum eſt: non tempore: ſed ꝓprietate nature. velut in hoc qḋ nũc declaramus exemplo. Dãni infecti ꝓmiſſio eſt quotiẽs qs promittit. Si qḋ dãnũ eius opera contigerit: ſua reſtitutione eſſe penſandũ. Ius aũt eſt parieti cõi parietem alium vel fornicatũ id eſt arcũ hñtem: vel directũ ɔtinuũq; ɔiungere. Quidam igitur ad parietem cõem alium extrinſecus parietẽ iunxit: dederatq; ſatis dãni infecti. Cõis aũt paries fornicatus fuit. i. arcũ hñs vel ſigni eam fabricã ſuſtinẽs. adiungente igitur eo q ſatiſdederat: ⁊ vt adiungeret: demoliente ptem parietis: quo iunctura coheresceret: vitium cõis paries fecit. querit̃ an dãni infecti ꝓmiſſio cogat euꝫ qui ꝓmiſerit vitium reſtituere. Subiectus terminus: dãni infecti ꝓmiſſio predicatus vitii reſtitutio. Sumimus igitur argumentũ a cãis hoc mõ. Si enim is q dãni ꝓmiſit infecti: eius vitii cã fuit: reſtituere dꝫ vitiũ qḋ eius accidit culpa. ꝙ ſi ea natura parietis fuit: vt ſuſpendi: ſuſtinerię; non poſſet. fornicati. n. parietis non ea natura eſt: vt ſuſpendi queat: parietis potius forma: quã demolientis culpa vitium feciſſe videbit̃. atq; ita nõ cogitur reſtaurare vitiũ qui ſe dãni infecti ꝓmiſſione cõſtrinxerit. fiet igitur argumentatio hoc mõ. ſi penes parietis formã cõſtitit: vt eo adiungente parietem: qui dãni infecti ꝓmiſerat vitiuꝫ fieret: id vitium qui ꝓmiſit ſoluere nõ cogit̃. fuit autẽ cã paries vt vitiũ fieret: qui ea fuit natura: vt ſuſpendi ſuſtinerię; non poſſet. Non igit̃ qḋ fornix vitium fecerit: reſtaurare dꝫ qui dãni promiſit infecti. Argumẽtũ ab eo qḋ in ipſo eſt de quo agitur id eſt in vitii reſtitutione. ex affecto id eſt cã. Cauſa enim vitii forma eſt parietis: non cul'pa cõiungentis parietem. Itaq; ſcĩ̃ eſt vt fornix vitiũ faceret: que cauſa vitii cũ abſit ab eo qui parietem iunxit: abeſt etiã eiuſdem vitii reſtauratio. Maxima propoſitio. vnãquãq; rem ex cauſis ſpectari oportere.

13 **Ab effectis rebus hoc modo. Cuꝫ mulier viro in manum cõuenit: omnia que mulieris fuerint: viri fiunt dotis nomine.**

¶ Effecta ſunt que aliquibus efficiunt̃ cauſis: non tpe p̃cedentibus: ſed natura velut ſi queraf̃. Uxor defuncta q̃

In manū viri cōuenit: an eius bona ad virū ptineant. In qua qōne bona vxoris defuncte: q̄ in manū viri ꝯuenit: ſubiectū eſt. ad viꝝ aūt ptinere pdicatū eſt. Querto igitur argumentū ab effecto: diſpicioqꝫ quid pfecerit ipa i manū viri conuentio: atqꝫ ex eo argumentū trabo. id aūt eſt. ea viri dotis noīe fieri: queqꝫ mulieris fuere. Ipſa igit in manus cōuentio: oīa que mulieris fuere: viri fecit dotꝭ noīe Non precedēs tempore: ſed ſtatim pp̄a vi nature. Nam vt in manum queqꝫ ꝯuenerit: mor eius bona dotis noīe viꝝ ſequunt. Facio igitur argumentū ſic. Si mulier q̄ defuncta eſt: in manū ꝯuenit: in manū ꝯuenientis mulieris bona viri fiunt dotis noīe. Hec ꝗꝫ bona de qbus agit viri ſunt. Argumentū ex eo qḋ in ipſo eſt: de quo agit: ꝯtinetur Agitur enim de eius bonis que in manū ꝯuenerit. ſ. ab effectis ideſt a cauſe effectis. Effectum nāqꝫ eſt in manū conuentionis: oīa que mulieris ſunt: viri fieri dotis nomine. Quāqꝫ hic ꝗꝫ non ab effectis: ſed a cā factū argumentum monſtret eſſe. Oſtenſum eſt enim fieri viri dotis nomine: quicqd mulieris fuerit: ex eo qḋ mulier in manū ꝯuenerit ſed hec cauſa eſt: vt que mulieris ſunt: viri fiunt dotꝭ noīe. Sed dicat quis ex eo qḋ ea que mulieris erant viri fiūt dotis noīe id approbari qꝫ defuncte bona ad viꝝ debeant ptinere: ſed que mulieris ſunt: ea viri fieri dotis noīe: ꝛ bona ad viꝝ ptinere: vel idem eſt: vel neutrū alteri cauſa eſt: vel ſi quis dicat eam eſſe cām: vt bona mulieris viro debeant cedere qꝫ per in manus ꝯuentionē: viri facta ſunt dotꝭ noīe a cauſa rurſus: ac non ab effectis factū eſſe argumentū putabit: ideſt a dote. ab effectis vō non oportet aliud niſi cauſaꝫ probari. Eſſet vō ex effectis argumentū: vt ex eo cā pbaretur hoc mō. Si queſtio eſſet an mulier in manum viri cōueniſſet: ꝛ indubitatum haberet oīa que fuiſſent mulieris: viri facta dotis noīe dicerent ita. Si omnia que fuere mulieris: viri facta ſunt dotis noīe. Sed oīa que fuere mulieris: viri facta ſunt dotis nomine. mulier igitur in manū viri ꝯuenit. Maxima propoſitio. cauſas ab effectis ſuis non ſeparari.

14 A comparatione aūt omnia valent: que ſūt huiuſmodi. Quod in re maiore valet: valeat ī minore. Ut ſi in vrbe fines non reguntur: nec aqua in vrbe arceatur. item cōtra. Quod ī minore valet: valeat in maiore. Licet idem exemplum cōuertere. Item quod in re pari valet: valeat in hac q̄ par eſt. Ut qm̄ auctoritas vſus fundi bienniū eſt: ſit etiam edium. At in lege edes non appellantur: ꝛ ſunt ceteroꝝ omnium quoꝝ annuus ē vſus: valeat equitas que paribus in cauſis paria iura deſiderat.

Comparationis locus qui dicitur: Tripartito ſcinditur. Aut enim a cōparatione maioꝝ. aut a cōparatione minoꝝ aut a cōparatione parium naſcitur. A cōparatione igit maiorum eſt: quotiens maiora minoribus cōparant: hoc mō vt quod in re maiore valet: valeat in minore. fit enim qō an in vrbe aquā liceat arceri. In hac igitur ſubiectus ē terminus. In vrbe aqua. Predicat9 vō eſt ius arcendi. Regi fines dicunt: quotiens vniuſqſqꝫ agri pprijs finib9 terminatur. Arcet vō aquam qui eam per ſua ſpatia meare nō patitur. Facimus igit argumentū ſic. Qm̄ plus eſt regi fines: minus vō arceri aquam. ſi in ciuitate fines nō regunt quod maius eſt: ne id qdem qḋ minus eſt: fiet: vt aqua in ciuitate arceatur. Hic igitur ſumptum eſt argumentum ab eo qḋ in ipſo heret: de quo queritur. Querit vō de arcende aque iure ab effecto. ſ. ideſt a maiore qḋ refert ad id qḋ minus eſt. Notandū vō qꝫ Tullius maximā ppōnem argumentationi incluſit hoc mō. Qḋ in re maiore valet: valeat in minore: ꝛ deinceps ea niſus argumentationē expediuit: vt manifeſtius appareat id: qḋ primo volumine cōmemoratum eſt: has maximas ppoſitiones aliquotiens quidem argumentationibus includi: vt in preſenti monſtrat exemplo. alias vō vires argumentationibus dare: vt in ſuperioribus exemplis locoꝝ. qꝫ ſi idem ꝯuertamus exemplū dicemus qḋ in re minore valet: valeat etiam in maiore. At in vrbe aqua arcetur: regentur igitur fines. Hic tn̄ qḋ pmutatur hoc modo. Queritur enim an in vrbe fines oporteat regi. Sed a minore ſumit argumentū ideſt ab a ceda aqua vt ſit hic ꝗꝫ argumentū ab eo qḋ in ipſo eſt: ideſt ab eo qḋ ē in regendis finibus: Ab effecto. ſ. id eſt a minore. Id enim qḋ minus eſt: Affectū eſt. Illud nāqꝫ reſpicit ad quod comparatur. Hic ꝗꝫ maxima ppoſitio a Tullio poſita eſt: eaqꝫ eſt. Qḋ enim in re minore valet: valeat etiā in maiore. A paribus vō fit ſimiliter cōparatio. neceſſe eſt eni vt valeat equitas que paribus in rebus paria iura deſiderat. Plurimaꝝ igit reꝝ vſucapio ānua eſt: vt ſi qs eis āno ꝯtinuo fuerit vſus: ꝛ firma iuris auctoritate poſſideat. velut rem mobilem: fundi vō vſucapio biennij tpis ſpatio continet. de edibus in lege nihil aſcriptum eſt. Querit ergo vſus ediū vno ne anno an biennio capiatur. Facimus a paribus argumentationē: ꝛ qm̄ imobiliū equa poſſeſſio eſt: edes vō imobiles ſunt: vt biennio fundus vſucapit: ita etiam oportet edes vſucapere biennio poſſidentē. Equitas enim paribus in rebus paria iura deſiderat. Que etiā maxima propoſitio a Tullio clariſſime poſita eſt: ſed exemplū reſtrictius dictū eſt nec promptiſſime ad intelligendū. Ita nāqꝫ ait: vt qm̄ vſus auctoritas fundi bienniū eſt: ſit etiam edium. h igitur edium vſus auctoritate biēnio fieri ſentit. ſꝫ adijcit at in lege edes non appellant: ꝛ ſic ſunt ceteroꝝ omniū quoꝝ annuus eſt vſus. hic rurſus edes in his videt ponere: que annuo vſu capiunt: ꝛ concludit nihil diffiniens: niſi valeat equitas que paribus in cauſis paria iura deſiderat. ſꝫ videtur ita dictū: qm̄ imobiles ſunt edes: vt fundus: biēnio vō fundus vſucapit: edes ꝗꝫ biennio vſucapient: ꝛ ſibi ipſe rurſus opponit. ſed in lege. xij. tabulaꝝ de edibus nihil aſcriptum eſt: ꝛ inter eas relicte ſunt res taciturnitate legis quaꝝ eſt vſus annuus. Nam cum de fundo preſcriberet lex biennij vſucapionē tacuit edes. ꝛ his potius hac taciturnitate eas iunxit: quaꝝ annuus ē vſus. Sed ſoluit obiectionem: ita. ſ. equitas paribus in rebus paria iura deſiderat. Itaqꝫ qm̄ eque fundus atqꝫ edes imobiles ſunt: eq̄ biennio vſucapient. Factū eſt igit hic quoqꝫ argumentum ab eo qḋ in ipſo eſt: de quo agit. i. ab affecto pari. Nam cū agat de ediū poſſeſſione: argumentū ſumptū eſt ab vſucapione fundoꝝ. Expeditis igitur his locis qui in ipſo de q̄ agitur inherebant. Nunc iam loci eius quē dixit eſſe extrinſecus: ponit exemplū. Hic vō eſt qui ſumitur ab auctoritate iudicij locus valde pbabilis: etiam ſi non maxime neceſſarius. Que enim neceſſaria ſunt: hec ex pp̄a ꝯſiderant nā. Que vō pbabilia ſunt: plurimoꝝ iudiciū expectāt. ea nāqꝫ ſunt pbabilia: que vident vel oibus: vel pluribus: vel maxime famoſis: atqꝫ pcipuis: vel ſꝫ vnāquāqꝫ artē ſciamqꝫ eruditis: vt qḋ medico in medicina geometre ī geometria: ceteriſqꝫ in pp̄a ſtudioꝝ facultate viſ ſatis. de quo extrinſecus loco ſic loquitur.

19 Que autem aſſumuntur extrinſecus: ea maxime ex auctoritate ducuntur. Itaqꝫ greci tales argumentatōes ἀτέχνους vocant. i. artis expertes: vt ſi ita reſpondeas.

Alia quippe argumēta ſunt: que ipſe elicit orator: atqꝫ ipſe quodāmodo ex deſignat locis ſibi cōparat: ꝛ pp̄a facultate cōgrit. Aliaq̄ extrinſecus poſita nō ipſe inuenit: ſed preſentibus vtitur ꝛ paratis: veluti teſtimonia: tabule: fama ceteraqꝫ de quibus. M. T. latius tractaturus eſt. Nō. n. ſibi ipſe teſtimonia parat orator: ſed paratis vtitur. nec ipſe iudiciū facit: ſed iam poſitoꝝ ac ſpontaneo rumore venientis ad cām. atqꝫ idcirco hos locos greci ἀτέχνους vocant. i. inartificiales. atqꝫ vt Tullius dixit artis expertes. q enim nō pprio oratoris artificio cōparant: ſed ſe extrinſecus venientia ſubminiſtrant: Nec iure artis expertia appellata ſunt. huius exemplum eſt: vt ſi ita reſpondeas.



16 Quoniam. P. Sceuola id ſolum eſſe ambitus edium dixerit quātum parietis cōis tegendi cauſa tectum proiceret: ex quo tecto in eius edes qui protexiſſet aqua deflueret: id tibi ius videri.

Solum ambitus edium eſt: quātum ſoli ediū ābitus claudit. Sceuola igitur dixit id eſſe ambitus edium ſoluꝫ qḋ tecti diffuſiōe tegeret. Manifeſtū eſt enim tecta latius fundi: nec parietibus adequari. vt ſtillicidiū longius cadat que cum ita ſint: qdam parietem cōem tegere nitebat. ērit an ſit aliqḋ ius tegendi. reſpōdeas (inqt Cicero) Trebati id ius eſſe tegendi parietis cōis: vt in eius (qui tegat) aliud quodlibet tectū ſtillicidij aqua fundat: alias non eē iuris: vt tegat quis parietem ſtillicidio in vicini tecta defluente. Nec enim ſtillicidij ſeruitus noua (niſi cōſentiente vicino) nihil iuris habet. Sed ſi huic reſponſo opponat. ne ſic qdē vt tegat eſſe iuris: qm̄ qdē ediū ſolū tātū eſt quātū cuiuſqꝫ parietes claudunt. Qui vō regit tectū longius mittit. Tu inquit reſponſuꝫ tuū Sceuole auctoritate firmabis dicēs Sceuolam ſenſiſſe. hoc eſſe ſoluꝫ ambitus ediū quātū tectū proijceret: non quātū parietes ambirent. Ius eſt igit pijcere tectum: qui intra ambitū adhuc ſuaꝝ ediū tegit: ſed ita vt in ſuum tectū aqua defluat: nec vicino noua noceat ſeruitute. In qua qōne neqꝫ a ſubiecto: neqꝫ a predicato termino ductū eſt argumentū qḋ in his locis cōſiderari moris ē: q ī ipſis herent de quibus agit terminis: vt ī oibus exēplis eſt diligentiſſime declaratū. Sed qꝫ ſumit argumentū extrinſecus: dubitationi iudiciū cuiuſlibet opponit: vt nunc Sceuole cuius auctoritate reſponſum eſt. atqꝫ ideo ex loco qui vocatur extrinſecus ſumptū dicitur argumentum.

17 His igitur locis (qui ſunt expoſiti) ad omne argumentum (tāq̄ elemētis quibuſdam) ſignificatio ꝛ demonſtratio ad reperiendum dat. Utrum igitur ſatis eſt: tibi quidē tam acuto ꝛ tam occupato puto. Sed qm̄ auiduꝫ hominē ad has diſcendi epulas recepi: ſic accipiam: vt reliquiaruꝫ ſit potius aliquid: q̄ te hinc patiar non ſatiatum diſcedere.

Omne elementū principiū eſt eius rei: cuius elementū eſſe ppendit. Nam eius (qḋ ex elementis fit) ipſa elementa neceſſe eſt loco eſſe pncipij. ergo qm̄ loci ſuperius deſignati argumentoꝝ q̄ſi que ia pncipia ſunt: ipſi enim ſunt q ꝯtinēt argumenta. oīne aūtqḋ ꝯtinet: eius qḋ ꝯtinet pncipium. Idcirco ait Cicero veluti quedā elementa argumentoꝝ videri locos hos quos ſupius poſuit. cautiſſimeqꝫ adiecit q̄ſi quedam elemēta. Nō enim integre elementa: ſed q̄ſi ī ſimilitudine elemētoꝝ ſunt hi loci: q in argumentis efficiēdis ſumūtur. Idcirco qm̄ argumentoꝝ quedaꝫ vident eſſe pncipia. alioqn elemētū oīne minima pars eſt eius: cuius elemētū eſt: ꝛ id (qḋ ex elementis efficit) partis vice ꝯiungit: vt littere orōnē. at vō locus non ps argumenti: ſed totū ē. Eſt enim ſignificatio quedā: ꝛ demōſtratio ad repiendū argumentum data: vt ſi locū reſpexeris: noueris vbi condit: vñ duci debeat argumētū. Sed reliqua ad Trebatiū expeditiſſime dicta ſunt. blanditqꝫ ei etiā breuia poſſe ſufficere acuminis prerogatiua: preſertim cū ſit iuris occupatiōe deſtrictus: ꝛ tps legendi plura nō hēat. Sed qm̄ (vt inqt) auidiſſimū ſtudij ad has doctrinaꝝ epulas recepit: nō vult deguſtatū: ſed ſatiatū relinquere: vt ne deſit aliqd: ſed de pleno etiam relinquat. factaqꝫ eſt a cōuiuando trāſlatio iucūdiſſima. Declaratis oibus igit locis eoꝝqꝫ exemplis diligenter expoſitis pauca quedam de locoꝝ viſ atqꝫ ordine diſputabo: qb9 pleniſſima diſputatione expeditis: ad ea que reſtant explanāda tranſgrediar: ſed id tertio iam volumine faciendum eſt: qm̄ ſecundus liber habet pprium modum.

Eiuſdē Boetij i Topica Ciceronis cōmētarioꝝ li. iij.
Ntequā latioꝝ. M. T. diuiſionē de numeratis ſupius locis aggrediar: pauca (vt ſum pollicitus) de viſ atqꝫ ordine locoꝝ mihi vident eſſe tractanda: vt coꝝ natura diligētius cognita facilior ſe argumentoꝝ copia ſubminiſtret.

Primū igitur qm̄ loci omnes diuiſi ſunt in eos: q in ipſo hererent: de quo quereret: ꝛ in eos (qui extrinſecus aſſumerentur) videndū eſt quinā ſunt hi loci: qui in ipſo herent: de quo querit: vel quid ab ipſis differant: in quibus herere dicuntur. atqꝫ illud qdem planiſſime expeditum eſt: ipſos dici terminos illos: qui in qōne verſant: hoꝝ eſſe alterum predicatū: alteꝝ vō ſubiectū. ſupior expeditio patefecit. Ab eo igit termino de quo agit qd differt locus a toto: quando quidē idē eſt ipm̄ eſſe qḋ totū. neqꝫ enim eſt aliud eſſe quēlibet terminū in qōne ppoſitū: q̄ totū eſſe terminū eundē qui in qōne eſt ꝯſtitutus. de ptibus ꝗꝫ idem dicem9. nam ſi oēs ptes efficiunt id: cuius ptes ſunt: terminūqꝫ in qōne propoſitū ſue ptes efficiūt: non eſt dubiū qn ptes ꝗꝫ ei ſimul cōuenientes id eſſe qḋ ipm̄ eſt in qōne ppoſitū rectiſſime intelligunt. Notatio vō eodē mō illud ipm̄ eſt qḋ in qōne ponit. rem enim vnāquāqꝫ oīne vocabulū deſignat ac denotat. fit igitur vt totū: ptes: ac nota idem qḋ eſt ipm̄ de q̄ querit eſſe videant. In tanta igit ſimilitudine reꝝ danda eſt differentia. neqꝫ enim vt dictū eſt: ſi locus heret in eo ipſo: de quo querit: atqꝫ ab ipſo de quo querit capi non pōt argumentū: fieri pōt vt locus idem eſſe poſſit: qḋ ipſum eſt Sed hec differentia eſt: ipm̄ eſt: qḋ confuſe ac ſingulariter intelligit: vt hō in eo ineſt totuꝫ ſuū: quod eſt diffinitio. Ipſius igit totū ab eo quod ipm̄ eſt intelligentia ſeparatur quod illud qdē ſingulariter intelligit. h vō ſub generis ac diaꝝ enumeratiōe mōſtrat. Diuidit enim diffinitio atqꝫ diſpit. totūqꝫ patefacit: qꝫ in re ipa ſingulariter intelligebat De ptibus ꝗꝫ eadem rō eſt. Si enim ad mēbroꝝ multitudinē: vel ſpēꝝ diuꝫ enumerationē: ſinglarē termini referas intellectū: ſtatim ipſius ac ptium differentias cōphendas. Nota etiā ab eo cuius nota eſt: facile diſtat: qꝫ illud vox ꝛ ſignificatio eſt: illud res ſignificationi ſuppoſita. coꝝ vō q̄ affecta ſunt: nō ſunt dubie diuerſe ab his: dꝫ affecta eſſe monſtrant. Quis enim idem dicat eſſe ꝯiugatū: quod eſt id cui cōiugatū eſt? Quis idem eſſe iuſte quod iuſticia? Quis genus idem quod formas? qs ꝯtraria? qs ſimilia? qm̄ qdem neqꝫ ꝯtrariū ſibi ipſi ꝯtrariū eſſe pōt. nec ſimile ſibi ipſi ſile. nec gen9 ſibi metipſi genus: ꝛ de ceteris eadē rō eſt. Nūc illud dicēdum eſt: ppter quod iſta pmiſimus. quotiēqꝫ enim ab illis tribus locis qui primi ppoſiti ſunt: argumenta ſumunt: ideſt a toto: a ptibus: a nota: fit vt ipſe qdē terminus ad cu9 fidē querit argumētū intra quālibet eaꝝ reꝝ ꝯtineat: que cum ad argumētū ducte fuerint: loci eſſe monſtrant. velut cum fit argumētū a toto: ipſe qdē terminus cui fides affert intra totū cōphēdit: totū vō ipm̄ quod eſt diffinitio: res eſt: Si qdeꝫ orōneꝫ rem vocari placet: at ſi ex ea ſumit argumentū: fit locus. iam ipm̄ qdē de quo agit: intra totū clauditur: a quo toto cū fit argumētū: fit ipſum totū loc9 quod totum: qm̄ claudit terminū qui in qōne verſat: eidem termino videt inherere. quo fit: vt locus ꝗꝫ qui a toto ē: eideꝫ inhereat termino: de quo in qōne dubitat. ptium ꝗꝫ enumeratio eūdem terminū claudit: quē ptiū collectiōe cōiūgit Ipſaqꝫ ptiū enumeratio res quedam eſt: ſi ōīo rebus ānumeranda eſt. ſed ſi ab ea ducitur argumentū: fit locus. Sꝫ qm̄ ptium multitudo in eodem termino eſt: qui ꝯuentus ptiū iungit: neceſſe eſt cum ꝗꝫ locū q eſt a ꝯiunctiōe ptiū: ipſi illi termino de quo querit inherere. Nota etiā rē deſignat: ꝛ ſignatione aliquo mō cōprehendit. a qua ſi ducit argumētum: fit locus. ꝛ qm̄ nomē oīne ei videt adeſſe: cuius intelligentiā ſignat: locus ꝗꝫ q eſt a notatione: in ipſo heret: de quo verſat intentio. At in affectis que in tredecim partes diuiſa ſunt: nō idem eſt. Nā qm̄ reſpicientia quodāmodo terminum ſunt: ꝛ quaſi extrinſecus ꝯſtituta: nō videt eodē modo ꝯiuncta eſſe cū termino: quo ꝯiuncti ſunt hi loci: qui

a toto: a ꝑtium enumeratione: a nota eſſe p̄dicti ſunt: ſ; tñ id qđ affectū eſt: ad aliqđ dicit̃. Id vo aliqđ iunctū eſt illi ſꝑ qđ ad eius ducit̃ relationẽ: ac ſine eo ẽẽ nūꝙ̄ põt: quare cū ipſo naſcitur: ⁊ quodāmodo altero dicto intelligit̃ alterum. Nam ſi id de quo querit̃: eiuſqꝫ affecta ꝑpendas: ea que ꝑ hibent̃ affecta: extra id de quo ambigit̃: poſita eſſe ꝯſideres. nihil enim eoꝝ que ſunt ad aliquid: ex ſeip̄ſo eſſe põt: ſ; eſt ſemꝑ ex altero. vt enim in p̄dicamentis oñdit̃: oīa que ad aliqđ dicunt̃ oppoſita ſunt: nõ tñ ita diſiuncta ſunt: vt eo ſint diſtributa: ſed qm̄ relatiua p̄dicatiõe iūgunt̃: neceſſe eſt aliquo mõ in ipſo ſint: ad qđ vident̃ affecta. oīe q̄ppe affectū ex eo ꝙ affectū eſt: ſuſcipit formā: ⁊ ſine eo eſſe nõ põt ⁊ dicto altero alterius ſe ſtatim ſubijcit intellect⁹: vt cū dixero dimidiū: duplū intelligit̃ ⁊ cū patrē noīauero: filius ad intelligentiā venit. ⁊ oīa quecunqꝫ ad aliquid ſunt: ex ſeſe pendent: nec a ſeinuicem deſerunt̃. igit̃ oīe affectū ⁊ ad ipſum reſpicit: ad qđ refert̃: ⁊ in ipſo eſt. ad ip̄m qdem reſpicit qm̄ ad affectū ſuū velut ad aliquid relatiue more p̄dicationis refert̃. In ipſo vo eſt: ꝙ ea eſt affectoꝝ natura: vt alterū exiſtat ab altero: ſeqꝫ ipſa poſſideant: qñqdem ⁊ id quod affectū vocat̃: eius eſt termini ad quẽ ꝯſiderat̃ affectū: ⁊ terminus in qõne ꝓpoſitus affecto ſuo intelligit̃ eſſe cõnex⁹.

Que cū ita ſint: cū argumentū ſumit̃ a cõiugatis: qm̄ id qđ cõiugatū eſt: affectū eſt ad id qđ ei ex altera parte ẽ ꝯiugatū. Id quidem de quo querit̃ in altrinſecus poſito ꝯiugato herret. Is vo locus vñ argumentū trahit̃: ab altero ducit̃ coniugato. veluti ſi cõpaſcuus ager eſt: ius eſt cõpaſcere. Igit̃ compaſcere atqꝫ cõpaſcuū ꝯiugata ſunt. ſ; querebat̃ an ius eſſet cõpaſcere. Tractum vo eſt argumentum a compaſcuo. Itaqꝫ terminus quidẽ de quo fuit queſtio: in altero coniugato poſitus deprehendit̃. i. in cõpaſcendo. Locus vo vñ argumentū tractū eſt: in altero eſt ideſt in cõpaſcuo. Item quotiens a genere ducit̃ argumentū: id de quo queritur: in forma herere neceſſe eſt: vt cū oñditur legata eſſe numerata pecunia: qm̄ fuerit argumẽtum oīe legatū. Querit̃ enim de numerata pecunia: que eſt ſpẽs argenti. ⁊ argumentum tractum eſt ab argento. i. a genere. Itaqꝫ ip̄m de quo querebatur in forma fuit: ideſt in ſpecie. Argumentū vo tractuꝫ eſt ab affecto. i. a genere ꝙ ſi a forma generis argumentum fiat: ꝯuerſo mõ eſt. Id quidẽ qđ querit̃ in genere eſſe monſtratur. Ip̄m vo vñ ſumptum eſt argumentū: in forma eẽ perpendit̃. Nam cū querat̃ an legatū ſit vxori: oñdit̃ non eſſe legatū: q2 non fuerit vxori tñ legatū: ſed matrifamilias vxori. Vxor vero genus eſt: materfamilias ſpẽs vxoris. Querit̃ igitur de vxore ideſt de genere: argumentum factū eſt a matrefamilias ideſt a forma. Quotiens vo a ſilitudine trahit̃ argumentū: qm̄ id qđ ſile eſt: non ſibi ſ; alteri ſile eſſe ꝑpendit̃: Res quidẽ de qua querit̃: in vno eorum que ſunt ſilia poſita eſt. at vo locus in altero: velut cū queritur an heres reſtituere vitium ruinamue cogatur edium in vſumfructū relictaꝝ. In hoc igit̃ qđ eſt: locus vo in ſilitudine: q2 non oportet heredẽ edes reſtituere: ſicut nec mancipium: ſi id aliqua rõne deperieat. Cum igit̃ ſilis ſit ediuꝫ vſuſfructus atqꝫ mancipij: qđ querit̃ in edium vſufructu poſitū eſt. Locus vo in vſufructu mancipij. In ꝯrīa quoqꝫ idem eſt. eoꝝ nāqꝫ que differunt in altero poſitū eſt id qđ q̄ritur. In altero vo illud a quo id quod eſt ambiguū cõprobatur: vt cū querit̃ an id q̄ꝫ argentū qđ in noībus debeat̃: legatum ſit. Hic igit̃ illud eſt: qđ dubitat̃. In eo vo ꝙ ab hoc differt locus: a quo oñdit̃ minime legatū eſſe argentuꝫ qđ in noībus debeatur: q2 multū differt in archa ne ſit poſitum: an in noībus ſcriptū. A ꝯtrario q̄ꝫ idẽ eſt: vt in eo qđ queritur: an vſuſfructus penus legatus ſit. In vſufructu igitur qđ eſt. ſed ꝓbat̃ minime eſſe legatus: q2 non põt eẽ vſus eaꝝ rerꝫ: que vtendo pereunt ſed potius abuſus. In abuſu igitur locus eſt. ſ. in altero cõtrarioꝝ: cū fuerit in vſu qđ. Ab adiūctis etiā locus eodẽ mõ ab eo qđ querit̃ ſegregatus eſt: vt in vno adiuncto ſit qđ: in altero vo ſit locus. Nam cum querat̃ an ſm̄ mulieris tabulas nūꝙ̄ capite diminute poſſeſſio detur: In hoc qđ eſt: at in huius adiuncto locus. oñditur enim minime dari debere poſſeſſionem: qa ſit proximū: vt ſm̄ pueroꝝ atqꝫ ſeruoꝝ tabulas bonorum poſſeſſio ꝯcedat̃. Ab antecedentibus vo ita eſt locus: vt qđ ſit in ꝯñtibus. Nam qđ querit̃ an aliquid dotis noīe pro liberis manere oporteat. Sumitur argumentū nullo mõ manere oportere ex antecedentibus: ꝙ viri culpa factū ẽ diuortiū. locus itaqꝫ in antecedenti: qđ vo in ꝯñti. Cõſequutum eſt enim viri culpa factū diuortiū: nihil apud patrem ꝓ liberis ꝑmanere: cum viri culpa preceſſerit. A ꝯñtibus vo ſi ſit argumentū: res que dubia eſt in ꝯñtibus eſſe deprehẽditur. velut cum querit̃ an diuortio facto cum eo cum quo connubiū non erat: dotis noīe aliquid pro liberis manere oporteat. ſit argumẽtū ſic. Si quid ex dote pro liberis manere oporteret: q2 patrem liberi ſequerent̃: cuꝫ eo nupta eẽt mulier: qui cum cõnubij ius eſſet: hic antecedẽs eſt: ſi qd ex dote pro liberis manere oporteret. ⁊ in eo queſtio an aliqđ manere oporteat. ꝯñs cum eo mulier nuptat: qui cū connubij ius eſſet: a quo ſumitur argumentū ideſt a ꝯñti. Nam cum manifeſtū ſit: non cum eo eſſe nuptam: cū quo cõnubij ius erat: oñditur ꝙ minime patrem liberi ſequātur: atqꝫ idcirco nihil pro liberis manere oportere. Hic igit̃ res qdem que dubitat̃: in antecedẽti eſt in eo. ſ. an ex dote pro liberis aliquid manere oporteat. argumentū vo in eo loco: qui eſt ī ꝯñtibus ideſt in muliere que nupta eſt cū eo: cū q̄ nulla erãt iura cõnubij. A repugnantibus etiam quotiens argumenta ſumunt̃: res quidem dubia in altero repugnanti: In aduerſo vo locus eſt argumenti: vt cū querit̃ an poſſit inuita mulier reddere legatū: qđ recte teſtamento ſemel accepit. Locus a repugnanti minime poſſe inuitam reddere: quod recte accepit. Queſtio igit̃ eſt in eo: ꝙ intelligit̃ inuitā reddere. argumentū vo in altero repugnanti. ideſt in eo qđ intelligit̃ recte accipere. Pugnat enim inuitā reddere: ⁊ recte accipere. ſed queſtio in vno eoꝝ eſt. locus in altero. Quotiens vo a cauſis efficientibus ducitur argumentū: qõnem in effectis eſſe neceſſe eſt: vt in exemplo quo querit̃: an qui ſatis dederit dāni infecti: vitium parietis preſtare cogatur. In hoc igit̃ ideſt vitio parietis queſtio eſt. ſed de cauſa trahitur argumentuꝫ. Dicit̃ enim non oportere preſtare: qm̄ natura parietis cauſa fuerit vitij: non his qui de preſtādo vitio ſatiſdediſſet. Effectū igitur cauſe vitiū parietis fuit. Itaqꝫ qđ quidem in effecto. locus vo eſſe ꝯſiderat̃ ex cauſa. At ſi ab effectis aliquid approbetur: locus in effecto. qđ in cauſa eſt ꝯſtituta veluti cū querit̃ an mulier quedam cuius bona viri facta ſint dotis noīe: in viri manum conuenerit. Qm̄ ergo in manū conuentione ꝑficitur: vt bona mulieris poſt eius mortem vir adipiſcat̃: argumentuꝫ ducimus ab effectis. Efficitur enim per in manū ꝯuẽtionẽ: vt quecūqꝫ ſunt mulieris: viri fiant dotis noīe. ergo cū ea que mulieris fuere: vir noīe dotis adipiſcit̃: mulierem in manū viri neceſſe eſt ꝯuenire. Queſtio itaqꝫ de muliere eſt: an in manū conuenerit. argumentū vo ab effecto cauſe. i. in manū cõuẽtionis. hoc vo eſt: ꝙ ea que fuere mulieris: vir noīe dotis acquirit. quo fit vt qđ queritur in cauſa. locus vo ſit in effectis. A comparatione vo maioꝝ ſi fuerit argumentū: qđ erit in minoribus: vt ſi queratur an in vrbe aqua debeat arceri: defendatur qꝫ minime debere. neqꝫ enim fines regũtur. ita in aqua arcenda quod minus eſt queſtio eſt. loc⁹ vo in finibus regendis: quod maius eſt. Contrarie vo ſi a minore argumentū ducatur: erit id quod dubitatur in re maiore: vt ſi dubitet̃ an fines in ciuitate regantur. Reſpõdeamus minime: quoniam ne aqua quidem arcet̃. Ita id qđ dubitatur: in re maiore ꝯſiſtit. illud vo vnde argumentuꝫ ſumitur in minore. ⁊ in comparatiõe parium ſimilis ratio eſt. In vno enim eoꝝ que ſunt paria queſtio conſiſtit: in altero locus intelligitur argumenti veluti cum queritur an edium vſus biennio capiatur: id approbamus quoniam fundorum quoqꝫ. Cum igitur paria ſint fundus atqꝫ edes queſtio quidem de edibus eſt. argumentū vo ducitur a fundo.



Ac de vi quidem locorum: quoqꝫ a ſe modo queſtiões ⁊ loci argumentorum ſeparentur: hec dicta ſint. Nunc eoꝝ ordinē breuiſſime cõmemorabo. Ex hoc itaqꝫ oritur oīe iudicium qui locus prior: qui ſit poſterior exiſtimandus: ſi eos terminos conſideremus: qui in propoſita queſtiõe verſantur. Quecunqꝫ enim his terminis propinquiora ſunt: hec rectiſſime priora numerantur. Poſteriora vo quātum a propoſitis longiſſime queqꝫ receſſerint. id autem tali ratione clareſcet. Primum nāqꝫ locorū eſt diuiſa pluralitas in eos qui in ipſo ſunt: de quo agitur: ⁊ in eos qui aſſumūtur extrinſecus: in quo prepoſitos eſſe intelligimus eos locos: qui in ipſo ſunt: his locis qui trahuntur extrinſecus. Hic vo locus qui in ipſo eſt: in ꝑmas quattuor diſtribuitur partes: quarum ꝑma eſt diffinitio qui locus a toto eſt nuncupatus: idcirco aūt ꝑmus a toto ponitur: quoniam nihil eſt alicui tam proximum q̄ꝫ propria diffinitio. conſequitur enumeratio partium: quia poſt diffinitionem proximū locum partes tenere debent: que totū id cuius partes dicunt̃ eſſe: conſūgunt. Hic apponitur nota: que quaſi conuerſo modo diffinitio eſt. Nam ſicut diffinitio explicat: qđ implicite nota deſignat. ita nota inuoluit ⁊ confuſe indicat: quod patefacit atqꝫ expedit diffinitio. Nota vo tertia ideo eſt: q2 diffinitio ſubſtantiam tenet. partitio ea dinumerat: que totum compoſitum iungunt. nota vo nihil efficit ſed tātuꝫ deſignat. Poſt hec que in ipſis terminis principaliter herent: illa que ſunt affecta numerantur: que iam non ipſis inſunt terminis: ſed eoſdem velut exterius poſita conſequūt̃ atqꝫ idcirco ſolum in ipſis eſſe dicuntur: quoniam ſine his eſſe non poſſunt: quorum ꝑma ſunt coniugata. Nihil enīꝫ inter affecta ſic proximum eſt: q̄ꝫ quod ⁊ re ⁊ nomine participat: niſi ꝙ parua nominis inflexione ſeiūgitur. Nam id quod iuſtum eſt: ⁊ iuſticia participat ⁊ inflexo iuſticie noīe nuncupatur. ⁊ in ceteris quidem coniugatꝭ idem eſt. Poſt hec adnumeratum eſt genus. Genus vo ꝙ cuiuſlibet vniuerſaliter ſubſtantiam monſtrat: ⁊ ꝙ multoꝝ ſpecie diuerſorum ſubſtantialis eſt ſimilitudo: qđ a propoſitis terminis paulo longius q̄ꝫ coniugata ſeiungitur: q2 tametſi ſubſtantiam monſtrat: tamen ne inflexo quidem vocabulo eiꝫ termini nomine copulatur: ſed longe lateqꝫ diuerſo. Huic adiuncta eſt ſpecies: quā formā Tullius appellauit q2 nihil eſt tam proximum generi q̄ꝫ ſpecies. ſpecies vo eſt ſubſtantialis indiuiduoꝝ ſimilitudo: ⁊ qđ ſub genere ponit̃. Poſt hāc ſimilitudo eſt conſtituta. etenim poſt illud idem quod ī ſubſtantijs intelligitur: illud idem recte ponit̃: qđ in qualitate eſſe perpenditur. Paulatim vo res incipit a ſimilitudine recedere: nec ſtatim ad contrarium venit: ſed prius differentia locum ſtatuit. Nam remota ſimilitudine nihil aliud occurrit prius: niſi differentia. poſt hanc a contrario locū ducit id eſt a maxima differentia. rurſus ad amica ſibi affecta conuertitur: ſed non eo modo amica: quo ſunt ſimilia: adiuncta enim proponit que non ſunt integre ſimilitudinis: ſed inter ſe indicij ⁊ veluti cuiuſdam rerum ſibi coherentiū propinquitatis. poſt adiūcta vo antecedentia Tullius poſuit. Poſt id enim quod aliquo modo iunctum eſt: aliquid neceſſe eſt aut antecedens: aut cõſequens intelligat̃. prius itaqꝫ antecedens: poſt conſequens collocatuꝫ eſt. Poſt hec repugnantia dixit: vt quodāmodo duplex ordo cõtrarietatum ac ſimilitudinum naſceretur. Prius enim poſuit a ſimili: a differentia: a contrario: atqꝫ hic vniuerſus ordo eſt: ſimilium ⁊ contrarioꝝ. Rurſus ab adiunctis: ab antecedẽtibus: a conſequentibus: a repugnantibus. hic rurſus ſecundus ordo ſimilium: ⁊ ꝯtrarioꝝ eſſe deprehenditur. Sꝫ primus valde euidentior: q̄ꝫ ſecūdus. plus eſt enim ſimile eſſe q̄ꝫ adiunctum. Plus eſt differre q̄ꝫ antecedere vel conſequi: plus eſſe contrarium: q̄ꝫ repugnans: ⁊ in ſuo queqꝫ plenam retinent formam. velut q2 ſimilitudo ꝓpinquitatem quādam tenere debet: propinquius eſt id: quod eſt ſile ei: cui ſimile eſſe conſiderat̃: q̄ꝫ id quod adiunctum eſt ei: cui naturali vicinitate coniungit̃. Rurſus quoniam differentia diſſimilitudinis auctor eſt: diſſimilius eſt id: quod ab alio differt: q̄ꝫ id quod conſequitur: vel antecedit. Rurſus qm̄ contrarium longiſſime ab eo cui ꝯtrarium eſt: oportet abſcedere: longius abſcedit ꝯtrarium q̄ꝫ repugnans. Poſt hec quid aliud reſtare poterat: q̄ꝫ effectorum cauſas querere? Aut poſt effectoꝝ cāſ aliud q̄ꝫ ipſaꝝ cāꝝ perquirere effect⁹. Preterea a comparatione loci poſtremū ordinem tenẽt: q2 ſiue ſimilitudinē ſiue diſſimilitudinē in ſola obtinẽt quātitate. ⁊ de locoꝝ ordine ſatis dictum eſt. Illud preterea cõſiderandum puto: Nū hi quoqꝫ argumentoꝝ loci qui ī ipſo herent: de quo queritur affecta iure nominentur. qm̄ quideꝫ que affecta ſunt: idcirco eſſe dicuntur affecta: q2 ſunt ad aliquid: ⁊ propoſiti termini relatione nectuntur. Nam ⁊ diffinitio alicuius eſt diffinitio. ⁊ totum partium totum eſt. ⁊ nota ſignificati nota eſt. ſed inſpicienda natura eſt ſinguloꝝ ⁊ videndū nū ſimiliter hec ad aliquid referantur vt cetera. Nam diffinitio rẽ quā diffinit: quodāmodo explicat: atqꝫ conformat. Item partes rem cuius partes ſunt: ꝓpria coniūctione ꝑficiunt. Nota vero eius intellectū cõiter tenet. ⁊ cū hec cetera que vocantur affecta non faciant: iure hec nõ inter affecta ponunt̃. Sed in eo ipſo ꝙ veluti efficiunt atqꝫ conformant: ineſſe dicuntur. Sed qm̄ de vi atqꝫ ordine locoꝝ ſufficienter dictū eſt. nunc ad ſequentia tranſeamus. Preter omnia enim que ſuperius dicta ſunt: illud animaduertẽdū maxime eſt: q2 non ſi quid in argumentis fuerit ſumptum illud eoꝝ argumentoꝝ locus dicendus eſt: niſi non ſolum inſit argumentis: verū etiam ab eo argumenta naſcuntur. id qđ dico planiore liquebit exemplo. Si quod enim fuerit argumentum: in quo ſumatur genus: vel ſpecies: non ſtatim illud argumentū ex genere: vel ſpecie tractū eſſe dicit̃ niſi ei argumento vires generis vel ſpeciei qualitas ſubminiſtret. age enim ſit queſtio. an idem ſit animali eſſe: quod viuere. ſiet argumentatio ſic. Non idem eſt animali eẽ: qđ viuere: q2 ne in animato qdem idem eſt eſſe: qđ mori. Plurima quippe ſunt inanimata: neqꝫ moriūt̃. Nam q̄ nūꝙ̄ vixere: ne mori quidem poſſe manifeſtū eſt. Hic igit̃ inanimatum genus eſt lapidum ac ſimiliū metalloꝝ. ⁊ ſumptum eſt in argumento: ſed non ex genere factū eſt argumentum: licet in eodem genus videatur incluſum: ſed potius a contrario. Nāqꝫ ꝯtrariū eſt vite quidem mors: animali autẽ inanimatum. ſed mori non ſequitur inanimatū. igitur ne animali quidem viuere. Non ergo ex genere locus iſte dicendus eſt: ſed potius ex contrario. q̄uis genus huiuſmõi contineat argumentum. Tunc enim locus eſſet a genere: ſi ab animalibus vel a viuendi genere argumentatio traheretur: velut ſi ita fieret argumentum: animali eſſe ſubſtantia ẽ ipſum vo viuere ſubſtantia non eſt: ſed in ſubſtantiā venit. Non eſt igitur idem viuere quod animali eſſe. a ſubſtātia igitur tractum eſt argumentū a genere videlicet animalis. hoc igitur argumentum ⁊ genus cõtinet: ⁊ ex genere ductū eſt. in priore vo ⁊ ſi genus continet: a ꝯtrario tamen ductū eſſe perpendit̃. Illud enim ſemꝑ ſpeculandum eſt: non qd in argumento ſit: ſed ex quo ducatur argumentū. ⁊ in ceteris quidem eadem ratio tenenda eſt. neqꝫ eſt enim in ſingulis immorandum. Si quos enim diligentia decurſe ſuperius expoſitionis exercuit: facile in reliquis colliget: quod vno declaratur exemplo.

q Uando igitur vnuſquiſqꝫ eorum locorum: quos expoſui: ſua quedam habet membra: ea quā ſubtiliſſime perſequamur: ⁊ primum de ipſa diffinitione dicatur. Diffinitio eſt oratio: que id quod diffinitur explicat quid ſit.

Propoſitis breuiter argumentoꝝ locis: eoſdem ſubtilius atqꝫ enodatius ſtatuit per ſuas partes ⁊ conuenientia membra partiri. Ita enim locorum omniū diligentius natura conſiderabitur: ſi non confuſe ſolum: verum etiam diſtributim: ⁊ in ſuaꝝ partium proprietate noſcantur. Dat vo hic multam inueniendoꝝ copiam argumentorum. vt

enim de diffinitione dicamus: Si cunctas aliquis diffinitionum partes agnouerit: ex omnibus ſibi poterit argumēta conquirere: eritq; in inueniendis copioſior argumentis eo qui: quot ſint diffinitionis ſpecies ignorat. Ex tot enim diffinitionum partibus argumenta producet: quantas quis diffinitionum partes eſſe cognouerit. Is vero habebit plurimam locorum talium facultatem: quē diffinitionum diuerſitas non latebit. Ob hoc igitur. M. T. quos confuſe atq; indigeſte poſuit locos: nunc eoſdem diligentiore rōne partitur: ac primum illud perſpiciendum conſideratione tractandum eſt: quod vt dictum eſt: etiam loci ipſi res quedā ſunt ſed eſſe intelliguntur loci: cum ab his trahitur argumentū ergo nunc Cicero non principaliter locos: ſed res ipſas diuidit: que ad argumentum ducte ſpeciem ſumunt locorum. Diffinitio namq; et pars et nota: res quedam ſunt: ſed cū ab his argumentum ducitur: loci fiunt. Cum igitur. M. T. res ipſas ita vt ſunt naturaliter partiatur: ſimul cū rebus diuidit locos. Si enim res vna eſt: a qua duci poterit argumentum: tum vnus eſt etiam locus. at ſi illa diuidit: quot partes eius rei fuerint: tot erunt etiam loci generis eiuſdem: de q argumenta naſcuntur. Que cum ita ſint: cumq; primus omnium locus a toto ſit: ideſt a diffinitione prius quid ſit diffinitio declarat: vt pateſacta rei natura ſpecies eius vel membra conuenienti ordine partiatur. Diffinitio inquit ē oratio que id quod diffinitur: explicat quid ſit. ſicut diffinitio eſt hominis animal rōnale mortale. demū vero cautiſſime eſt explicat. Nā quod nomē confuſe denunciat: id diffinitio per quedā ſubſtantialia membra diffundit. Quod enim confuſe noie hominis declaratur: id aperit atq; explicat diffinitio: dicens hominē eē animal rōnale et mortale. Nam niſi ita dixiſſet: potuerat eē cōis diffinitio generi q; velut hoc mō. Diffinitio eſt: que deſignat quid eſt id quod diffinit. Sed genus quoq; deſignat quid eſt id: de quo predicatur: ſed non explicat. Sola enim diffinitio explicat quid ſit: que oratione pficit. Genus vero et cetera que ſingulis pleruq; noibus pferunt minime Explicat aūt diffinitio id: quod diffinitur: non quoq modo ideſt non in eo quod quale: vel quantū eſt: non in quolibet aliorum predicamentorum: ſed quid ſit ideſt eius quod diffinit: ſubſtantiam mōſtrat. Ea vero diffinitio ſubſtantiā digerit: que ex genere differentijſq; cōſiſtet. hec namq; vniuſcuiuſq; ſubſtantiā ſignat: ſicut in his dictū eſt: vbi de genere: ac ſpecie et differentia: proprio accidentiq; dictū eſt. Ergo omnis diffinitio explicat: quid ſit id: quod diffinitur. Ariſtoteles vero eodem pene modo diffinitionem determinat dicens. Diffinitio eſt oratio quid eē eē ſignificans. Hanc. M. T. partit hō mō.

Diffinitionum aūt duo ſunt genera prima: vnum earum rerum que ſunt: alterum earum: que intelligūtur. Eſſe ea dico que cerni: tangiq; poſſūt vt fundum: edes: parietē: ſtillicidiū: mācipiū: pecudem: ſupellectilem: penus etc. Quo ex genere quedam interdum nobis diffiniēda ſunt Earum aūt rerum que nō ſunt: nō eſſe rurſus ea dico, que tangi: demonſtrariue non poſſūt. Cerni tamē animo: atq; intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem: ſi tutelam: ſi gentē diffinias. Quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus. eſt tamē quedā cōformatio inſignita et impreſſa intelligentie quā notionē voco: ea ſepe i argumētādo diffinitione explicāda ē.

Omnem diffinitionem manifeſtū eſt ad aliqd dici: alicuius eſt enim ſemper diffinitio. Que vero ad aliqd dicuntur quandam proprietatem ex his ſumant neceſſe eſt: ad que referuntur. Quo fit vt ex his rebus quas determinat diffinitio: in ipſas diffinitiones quedā proprietas transferatur: ſed quia quod ad aliqd refert: id non poteſt idem eſſe ei: ad quod dicitur: propriam quoq; ipſum quod refertur ad aliud: formam neceſſe eſt poſſidere. Eoq; fit: vt in diffinitionibus: et ſua cuiq; inſit forma: et ea quā ab his accipiunt: que diffiniūt: conſideretur. Quod. M. T. videns primum diuidit diffinitiones ſecundum ea que diffiniuntur: quarum genera duo eē prop[on]it: vnum earum rerum que ſunt: alterum earum: que intelliguntur. Has igitur diffinitionum differentias ex his videtur ſumpſiſſe: que in diffinitione monſtrant. Omnia enim que diffiniuntur: aut corporalia ſunt: aut incorporalia. Res enim omnes in hec primitus diuidunt. Ea vero que corporalia ſunt: eſſe dicit: ea que incorporalia ſunt: non eſſe: Non q omnino ea que incorporalia ſunt: nō ſint: alioquin nec diffinitionem ſuſciperent. Nam ſi diffinitio eſt: qua explicatur id: quod diffinitur quid ſit: eius rei: que omnino non eſt: nec quid ſit explicatio vlla eſſe poteſt. Sed quia humanum genus ſenſibus degit: id maxime eſſe arbitrat: quod ſenſuum comprehenſioni ſubijcit. Quis enim ſibi non magis lapidem ſcire videatur: aut hominē: q; iuſticiā vel hereditatem: vel quicqd aliud non ſenſibus: ſed intelligentia comprehendit: vnde fit: vt propter euidentiam cognitionis ea magis eſſe videantur: que ſubiecta ſunt ſenſibus: ea minime que intelligentie rōne capiuntur. ſed id ſciendum eſt. M. T. ad hominum protuliſſe opinionem: non ad veritatē. Nā vt inter optime philoſophantes conſtitit illa maxime ſunt, que longe a ſenſibus ſegregata ſint: illa minus que opiniones ſenſibus ſubminiſtrant. Unde etiam idem Cicero i timeo ait. quid eſt quod ſemper ſit: nec vllum habeat ortum: et quod gignatur: nec vnq ſit: Quorum alterum intelligentie ratione comprehendit: alterum affert opinioni ſenſus rationis expers. Hic igitur id quod ſemper ſit: rationi adiecit: id vero quod nūq ſit ſenſibus iunxit. Sed vt dictū eſt: corporea eſſe: et incorporea non eſſe: non ad veritatem ſed ad cōmunem quorūlibet hominū opinionū locutus eſt. Ponit igitur exempla earum quidem rerum que ſunt: formas quaſdam corporalium rerum: vt fundum: edes: parietes: ſtillicidium: atq; id genus: que corporalia eſſe hac ratione oſtēdit: quia cerni tangiq; poſſunt. Earum vero rerum que non ſunt: exempla poſuit vſucapionem: tutelam: gentem: ceteraq;: que ſunt incorporea: que ex hoc incorporea eſſe monſtrauit: q ait ea tangi demonſtrariue non poſſe: ſed intelligentia atq; animo comprehendi. Cur vero ea non eſſe dixerit: ſuppoſuit rationē dicens: nullum quaſi corpus earum rerum eſſe: nec molem aliquam: que feriat ſenſum: Quod enim corpus eſſe poteſt vſucapionis. Nam ipſa que capiunt: corporea ſunt: ipſa vero vſucapio corporea non eſt. Ipſa enim per tēporis conſuetudinem poſſidendi firmitudo: quod nam corpus habere poteſt: Item quod quis tutela regit: corporale ē: homo namq; eſt. Ipſa vero cura tutele atq; ipſum ius alium tuendi: nihil omnino corporis habere poteſt. homines quoq; qui in eadem gentilitate ſunt: corporei ſunt. Ipſa vero gentilitas ideſt cōmunis nominis liberorum ſocietas: vt Scipionū Ualeriorum: et brutorum: certe incorporea eſt: ſed quedam earum rerum incorporalis animi conceptio eſt: atq; intelligentia: quam notionem vocauit. Ipſa enī imaginatio vſucapionis vel tutele atq; intellectus incorporalis rei notio dicitur: quam greci ἔννοιαν vocant. Diuiſit igit diffinitionem in has duas partes: ſcilicet ſecundum ſubiecti differentias: vt alias quidem eſſe diceret diffinitiones earum rerum: que ſunt ideſt corporalium: alias vero rerum que non ſunt: ideſt incorporalium. Hic queri poteſt: quod etiam ſuperius breuiter commemoraui: Quo nam modo diffinitio non inter affecta numeretur: cum omnis diffinitio ad aliquid eſſe videatur. Idcirco enim affecta eſſe dicta ſunt: ſimilitudo: contrarium: etc. quoniam ſemper ad aliquid referūtur. Quod ſi etiam diffinitio refertur ad aliquid: nec eſt abſolute ac proprie conſiderationis: ea quoq; inter affecta ponenda eſt. ſed occurritur: quoniam ea que affecta ſūt tanquā vmbre quedam corpus: ita extra poſita non poſſunt id relinquere: ad quod probantur affecta: et aut omnino ſubſtantiam eorum ad que affecta ſunt: non ſignant: vt cōtrarium: ſimile et cetera. aut ſi quando deſignāt vna quedā pars intelligitur eſſe ſubſtātie: velut: genus: ſpecies: differentia. Non enim genus tota ſubſtantia eſt ſpeciei: quan-





doquidē non ſolum genus ſpeciem format: ſed differentia quoq;: nec differentia totam ſubſtantiam continet forme: quandoquidē non ſola differentia ſpeciē perficit: ſed etiā genus. Ipſa vero ſpecies quedā generis pars eſt. at vero diffinitio et ſi ad aliquid eſt: tamen totā ſubſtantiā monſtrat: atq; exequatur ei rei: quā diffinit: et ſubſtantiā perficit: ut neq; extrapoſita ſit: ſicut ſimilitudo et cōtraria: neq; pars eius ſubſtantie ſit: quā diffinitione determinat. ſed potius ipſa ſubſtantia ſit. At de hac quidē re ſatis dictū eſt. idem vero de partibus dici poteſt. Nam coniuncte partes totū id efficiunt: cuius partes ſunt. Nota quoq; totum ſignat id: quod deſignat: atq; omnia coequātur: et diffinitio diffinito et partes toti: et nota rei: quā ſignificatione declarat: ſi nō ſit vniuoca: vel equiuoca: vel ſi res que deſignat nō ſit multiuoca. Sane illud dubitari recte poteſt: cur cum dixiſſet duo genera eſſe diffinitionū: non ipſas diffinitiones partitus eſt ſed que diffiniuntur id eſt corporale atq; incorporale. Quod idcirco dictum videtur: quia diffinitio cum ſit ad aliquid ut dictum eſt: quandam capit ex is: quorum ſubſtantiam determinat: qualitatem.

Atq; etiā diffinitiones alie ſunt partitionum alie diuiſionū. Partitionū cum res ea q propoſita eſt quaſi in membra diſcerpitur; ut ſi quis ius ciuile dicat id eſſe quod in legibus: ſenatus cōſultis: rebus iudicatis: iuriſperitorū auctoritate: edictis magiſtratuum: more equitate cōſiſtit. Diuiſionum autē diffinitio formas omnis cōplectitur: que ſub eo genere ſunt: quod diffinitur. hoc modo. Abalienatio eſt eius rei: q mancipi eſt: aut traditio alteri nexu: aut in iure ceſſio: inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt,

Quoniā diffinitio ita ex ſubiecta re quā diffinit proprietatem capit: ut tamen formā propriam nō relinquat. idcirco poſt eas differentias diffinitionū: que ab is rebus tracte ſunt: que diffiniebant: nunc a propria forma diffinitionum differentias tradit. Propria vero forma vniuſcuiuſq; compoſiti in ſuis partibus cōſtat. itaq; ex partibus diffinitionū tales differentias docet: q alie diffinitiones per diuiſionem: alie per partitionem fiunt. Diffinitur enim res quelibet dum aut eius ſpecies omnes enumerātur aut partes. Partes vero a ſpecie quid differant: paulo poſterius dicam. nunc exponenda arbitror Ciceronis exēpla dat enim partitionis exemplū hoc. Sit enim propoſitum diffinire quid ſit ius ciuile: dicemus ita. Ius ciuile eſt quod in legibus. Senatuſconſultis: rebus iudicatis. iuriſperitorū auctoritate: edictis magiſtratuū: more: equitate conſiſtit. Lex igitur eſt: quam populus centuriatis comitijs ſciuerit. Senatuſconſulta ſunt: que fuerint ſenatus auctoritate decreta. Res iudicate ſunt que inter eos qui ſuper aliqua re ambigunt: ſententia iudicum fuerint conſtitute: quarum exemplo cetere quoq; iudicantur. iuriſperitorum auctoritas eſt eorum: qui ex duodecim tabulis: vel ex edictis magiſtratuū ius ciuile interpretati ſunt: probate ciuium iudicijs credite q; ſentētie. Edicta magiſtratuū ſunt que pretores vrbani: vel peregrini: vel ediles curules iura dixere. Mos eſt: quod in ciuitate ſolitum eſt fieri. equitas eſt. quod naturalis ratio perſuaſit. Hec igitur oīa vnam formam iuris efficiunt: tanquā partes velut hominem caput: brachia: torax: venter: crura: atq; pedes. Partitio eſt: ut ipſe ait: que vnāquamq; rem propoſitam quaſi in membra diſcerpit. Alteram vero partem diffinitionis: que per diuiſionem ſpecierum ſit: tali monſtrat exemplo. Diffinit enim quid ſit abalienatio eius rei: que mancipi eſt: dicens Abalienatio eſt eius rei que mancipi eſt: aut traditio alteri nexu: aut ceſſio in iure: inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Nam iure ciuili fieri aliquid non inter alios niſi inter ciues romanos poteſt: quorum eſt etiam ius ciuile: quod duodecim tabulis continetur. Omnes vero res que abalienari poſſunt: id eſt que a noſtro ad alterius tranſire dominiū poſſunt: mancipi dicte ſunt. Mancipi res veteres appellabant: que ita abalienabantur: ut ea abalienatio per quandam nexus fieret ſolennitatem. Nexus vero eſt quedā iuris ſolennitas: que fiebat eo modo: quo in inſtitutionibus Caius exponit. Eiuſdem autem Caii libro primo inſtitutionum de nexu faciendo hec verba ſunt. Eſt autem mancipatio: ut ſupra quoq; iudicauimus: imaginaria quedā venditio. quod ipſum ius proprium roma. eſt ciuiū. eaq; res ita agitur. adhibitis non minus quā quinq; teſtibus ciuibus roma. puberibus: et preterea alio eiuſdem conditionis: qui libram eneam teneat qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit: es tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex iure quiritium meum eſſe aio. iſq; mihi emptus eſt hoc ere: eneaq; libra. Deinde ere percutit libram: idq; es dat ei: a quo mancipium accipit: quaſi precij loco. Quecumq; igitur res lege duodecim tabularū aliter niſi per hanc ſolennitatem abalienari non poterat. ſui iuris autem cetere res nec mancipi vocabantur. eedem vero etiam in iure cedebantur. Ceſſio vero tali fiebat modo: ut ſecundo cōmentario idem Caius expoſuit: in iure autem ceſſio fit hoc modo: apud magiſtratū populi roma. vel apud pretorem: vel apud preſidē prouincie: is cui res in iure ceditur: rem tenēs ita vendicat. Hunc ego hominē ex iure quiritū meum eſſe aio. Deinde poſtquā hic vēdicauerit: pretor interrogat eū qui cedit: an contra vindicet: quo negante: aut tacente: tūc ei qui vindicauerit: eam rem addicit: idq; legis actio vocabatur. Res igitur que mancipi ſunt: aut nexu ut dictum eſt: abalienabātur: aut in iure ceſſione. Has autem ſolennitates quaſdam eſſe iuris ex ſuperioribus Caii verbis oſtenditur. At ſi ea res: que mancipi eſt: nulla ſolennitate interpoſita tradatur: abalienari non poterit: niſi ab eo cui traditur vſucapiatur. Que cum ita ſint: recte diffinita eſt ſecundū diuiſionē abalienatio rei mancipi. Scilicet q aut nexus traditione: aut in iure ceſſione perficitur. Nam pura traditione abalienatio rei mancipi non explicatur. Species vero has eſſe non partes hinc intelligitur: quia ſi quis nexu abalienet rem mancipi: id quod ſuū fuit: in alterius poteſtatem pleno iure tranſtulerit. q ſi etiā in iure cedat: plenum abalienationis ius erit: vbi autem plenum nomen eius q diuidunt partes ſuſcipiunt: illud genus et has ſpecies eſſe: paululū quoq; dialectica cognitione imbutus intelligit. Que cum ita ſint: diuiſit Cicero diffinitionem in duas partes: vnam que partiū enumeratione fieret. alteram que per partiū diuiſionē. Utraq; vero diffinitio partes enumerat. Sed hoc intereſt. quia hec quidem ſpecies illa vero membra partitur. Hic ſuborit queſtio valde difficilis. Nam ſi diffinitio eſt etiam partitio. mirum videri poteſt. quemadmodū alter ſit a diffinitione locus. alter a partium enumeratione. que res maximā confuſionem preſtat. Nam cum ſuperius in locorū enumeratione alter a diffinitione locus. alter ſit a partium enumeratione propoſitus cumq; enumerationem nunc partiū vel diuiſionem diffinitionis ſpecies eſſe confirmet, non eſt dubiū. quin cū idem ſit partiū enumeratio quod diffinitio (idem namq; eſt ſpecies quod genus) idem locus ſit a diffinitione: qui ē a partium enumeratione. Cuius queſtionis valde difficilis facilior abſolutio eſt: ſi diffinitionum ipſarum formas: ac diſtantias colligamus. Multis namq; fieri modis diffinitio poteſt: inter quos vnus eſt verus atq; integer diffinitionis modus: qui etiam ſubſtantialis dicitur. Reliqui per abuſionē diffinitiones vocantur. De quibus omnibus paulo poſterius integram faciam diuiſionem. Nunc in cōmune ſic diſſeram. Nam quia omnis diffinitio explicat: quid ſit id quod diffinitur. Explicatio autem ſit duobus modis: vno quidem cum pro re minime cognita planius aliquid affertur. Alio vero cum ſit quadam partium enumeratione. De priore quidem modo poſterius.

Nunc vero de enumeratione partiū ita dicendū eſt: ꝙ om-
nis diffinitio que per partiū enumerationē fit: quaſi que-
dam partitio recte intelligit. Dictum eſt: id quod in nomi-
ne confuſe ſignificaret: in diffinitione que fit enumeratiōe
partiū aperiri atq́ꝫ explicari. Quod fieri nō poteſt niſi per
quandam partiū nuncupationem. Nihil enī dum expli-
catur oratione: totum ſimul dici poteſt. Que cum ita ſint:
cumq́ꝫ omnis huiuſmodi diffinitio quedā ſit partium di-
ſtributio: quatuor id modis fieri poteſt. Aut enim ſubſtā-
tiales partes explicantur: aut proprietatis partes dicunt
aut quaſi totius membra enumerant: aut tanquā ſpecies
diuiduntur. Subſtantiales partes explicantur: cum ex ge-
nere ac differentiis diffinitio conſtituitur. Genus enim
quod ſingulariter predicatur: ſpeciei totum eſt. Id etiam ge
nus ſumptum in diffinitione pars quedam ſit. Non enī
ſolum ſpeciem complet: niſi adiiciantur etiam differentie.
in quibus eadem ratio que in genere eſt. Nam cum ipe ſin
gulariter dicte totam ſpecieꝫ claudant: in diffinitione ſimi-
pte partes ſpeciei fiunt: quia non ſole ſpeciem quidem eſſe
deſignant: ſed etiam genus: huius exemplū eſt. Homo eſt
animal rationale mortale. Cum ergo tota diffinitio homi-
ni coequetur: totiuſq́ꝫ diffinitionis partes ſint: tum anīal:
tum rationale: tum mortale: ipſius hominis partes eſſe vi
dentur ſingula que eiuſdem diffinitionis partes ſunt. hec
igitur proprio nomine diffinitio nuncupatur. Item eſt il-
la diffinitio: quando in vnum accidentia colliguntur: atq́ꝫ
ex his vnum aliquid efficitur: et eſt veluti quedam parti-
um enumeratio: non in ſubſtantia: ſed in quadam acciden-
tium collectione poſitarum. huius exemplū eſt. Animal ē:
quod moueri propria voluntate poſſit. Animali namq́ꝫ ⁊
motus eſt accidens: ⁊ voluntas: ⁊ poſſibilitas: ſed hec iun
cta perficiunt animal: non ſubſtantialiter conſtituentia: ſed
per quedam accidentia: deſignantia: que animalis quaſi
quedam partes ſunt: ⁊ hec deſcriptio nuncupatur. At ſi nō
accidentia rei: ſed quaſi membra quedam dicamus: ex qui-
bus componitur: atq́ꝫ coniūgitur: atq́ꝫ inde diffinitioneꝫ
facere tentemus: hoc mō dicem⁹. Domus eſt: q̄ fundamēto
parietib⁹ tectoq́ꝫ conſiſtit. hic membra quedā ſumpta ſunt
ad diffinitionem: quibus res tota coniūgitur: ⁊ hec vocat
per enumerationē partium diffinitio. At ſi quis ita diffi-
niat: ut non in diffinitiōe ponat membra: ſed ſpecies: a di-
uiſione ſpecierum diffinitio nuncupatur: velut ſi quis hoc
modo pronunciet. Animal eſt ſubſtantia: que vel ſenſu tan
tum: vel ſenſu ⁊ ratiōe nitatur. hec igitur quattuor a ſe dif
ferre manifeſtum eſt. In ea namq́ꝫ diffinitione que p̱ ſub-
ſtantiales partes efficitur: ſingule partes maiores eſſe vidē
tur: ⁊ ſubſtantialiter vniuerſaliores ab ea re: quam diffini
unt: ut animal maius ab homine: mortale etiā atq́ꝫ ratio-
nale. Singula hominis tranſgrediūtur naturam: que in
vnum cōuenientia: eidem quo ſingillatim maiora ſunt: co
equātur. Accidentia vero que in diffinitione ponūt: om-
nino a ſubſtātie ratione diſiuncta ſunt. In ea quoq́ꝫ diffi-
nitione que ex partiū enumeratione perficit talia ſunt que
enumerant: ut ſingula totius diffiniti nomen capere non
poſſint. atq́ꝫ idcirco eodem minora ſunt: ut fundamēta nō
poſſunt domus vocabulo nuncupari: ⁊ fundamēta domo
minora ſunt: itemq́ꝫ cetere partes. At vero in ea diffinitio
ne que per diuiſionem fit: ſingule quidem partes tota ea re
que diffinitur: minores ſunt. totum tamen diffinite rei no
men excipiūt: ut rationale nomē capit animalis: eodē mo-
do irrationale. Quibus ita diſcretis quotienſcumq́ꝫ ab ea
diffinitione que per ſubſtātiales partes efficit: vel ab ea q̄
per accidentium enumerationē colligitur: argumētatio fit
a diffinitiōe id eſt a toto tractum dicitur argumentū. Quo
tiens vero ab ea: que vel per membrorū enumerationem:
vel per ſpecierum diuiſionem perficitur argumentatio fit
ab enumeratione partium argumentum ductum eſſe per-
hibetur. Sed. M. T. quia iam partitionem diffinitiōis
ingreſſus eſt: etiam hanc interpoſuit: que non ad diffini-
tionis: ſed ad locum enumerationis partium pertinebat.
huius vero rei argumentum eſt: quia cum poſt de eiſdē lo-
cis latius tractans de enumeratione partium loqueretur:
¶ Dictū eſt quēadmodū genus ad ſpeciem debeat aptari. atqꝫ in eo preſcriptū eſt: ut niſi id quod eſt ſuperius adhiberi nō debeat. Nunc illud adiūgitur: quēadmodū eiꝰ loci qui a generę dicitur: argumētationibꝰ cōmodior vſus eſſe poſſit. quotienſcūqꝫ enim de re aliqua dubitat̄: ſi facta generis alicuius diuiſiōe ſub aliqua eius generis pte id de quo ambigit̄ potuerimus includere: tunc a genere tractū eſſe argumentū videtur hoc modo. Sit dolus malus: quādo aliud agitur: aliud ſimulat̄. Huius ergo ſi ſpecies diuidātur: ⁊ id quod factū arguimus alicui earum ſpecieꝝ quę a dolo malo deductę ſunt: potuerimus adiūgere: quicquid de dolo malo exiſtimabit̄. id etiam de ea re: quam arguimus: neceſſe eſt iudicari: ⁊ factum eſt argumentū a genere. Nā de quo quęrit̄ ſpecies eſt: ⁊ id a quo ſumit̄ argumentū genus eſt. ſcꝫ ſi ita contigit dolus malus: locus vero hic ab eo qui eſt a partiū enumeratione diuerſus eſt. Nec ſi enumeramꝰ partes. id eſt formas aut ſpecies. Idcirco non a genere: ſed ab enumeratione partium ducitur argumentū. Quotiens enim ipſa partiū enumeratione vtimur ad argumentatiōꝫ tunc ab eadem partitione argumentū tractū eſſe dicimus. ut hoc modo. ſi fundamenta ⁊ parietes ⁊ tectū habet: ⁊ habitationi eſt deſtinatus locus: domus eſt. ipſa igit̄ partitione vtentes: domū eſſe probauimꝰ. Quotiens vero ſub genere aliquid collocandū eſt: diuiſiſqꝫ partibus alicui eorum: quę a genere deducūtur id de quo quęrit̄ aggregamꝰ ut hoc modo. Si ciceronem animal eſſe monſtremus: dicemus ita. Omne animal aut rationale eſt: aut irrationale: ſed cicero rationalis eſt. animal igitur eſt. non partitiōe vtimur principaliter ad argumentū cōſtituendum: ſed idcirco genus diuiſimus: ut in vnā quamlibet diuiſionē: id quod nitebamur oſtendere poſſęt includi: id eſt ut id de quo dubitatur in aſſumpti continentiā generis redigeret̄: atqꝫ de eo per generis naturā fides fieret. Sic ergo a genere facta argumentatio iure dicet̄: amplius partiū enumeratio totius efficere ſubſtantiā ſolet: ſiue illud vniuerſale ſit ut genꝰ ſiue partiū coniunctione copulet̄: ut totum: at vero hęc diuiſio generis in cuius parte quęlibet illa res de qua contēditur includenda eſt: nō id efficit: ut totius ſubſtantia conſtituat̄: ſed ut illud: quod approbare quęrimus intra genꝰ locetur. Quem argumentationis moduꝫ in primis. M. T. validum eſſe cōfirmat. Illa enim regula ſatis vera ē: ac neceſſaria: quę de genere predicant̄: eadem de ſpecie modis omnibus predicari. Illud vero quęri perutile eſt: cum aliquid de particularibus rebus probat̄: ex ſuper poſita proxima ſpecie: ut ſi ſocratem rationalē eſſe probamus: quoniam ſit homo: cū ſit homo rationalis: vtrum ex generę an ex forma argumentū ductum eſſe arbitremur. Nam ſi dicamus ex genere: vltima ſpecies genus nō eſt. ſi ex ſpecie ſuperpoſitū genus ſemper ſpecies probare deſiderat. Socrates vero cui fidem preſtat homo: quoniā rationalis eſt. genus hominis non eſt. ſed dicendū eſt. quoniam veluti a genere tractum videbit̄ argumentū. Nam ex genere quaſi ex continenti atqꝫ ampliore: ⁊ de ſubſtātia predicato fides ducitur: quam ſortem ad ſua indiuidua ſpeciem nemo dubitat obtinere. Nā ⁊ continet ea: ⁊ de eoꝝ ſubſtātia predicat̄.

Similitudo ſequitur: quę late patet: ſed oratoribus ⁊ philoſophis magis quaꝫ vobis. Et



ſi enim omnis loci ſunt omniū diſputationuꝫ ad argumenta ſuppeditanda: tamen alijs diſputationibus habundātius occurrūt: alijs anguſtius. Itaqꝫ genera tibi nota ſint. vbi auteꝫ his vtare: queſtiōes ipſę te admonebunt. ſunt enim ſimilitudines: quę ex pluribus collationibus perueniūt quo volut hoc modo. Si tutor fidem preſtare debet. Si ſocius: ſi cui mandaueris: ſi qui fiduciam acceperit: debet etiam procurator: hęc ex pluribus perueniens: quo vult appellatur inductio: quam gręci paragogem nominānt: qua plurimū eſt vſus in ſermonibus Socrates. Alterum ſimilitudinis genus collatione ſumit̄. Cum vna res vni: par pari comparatur hoc modo. quemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt: quia magis agrorum vidētur eſſe: quā vrbis: finibus regendis adigere arbitrum non poſſis. Sic ſi aqua pluuia in vrbe nocet: quoniam res tota magis agrorum eſt: aquę pluuię arcendę adigere arbitrum non poſſis: ex eodem ſimilitudinis loco etiam exempla ſumūtur: ut craſſus in cauſa curiana exemplis plurimis vſus eſt aiens de eo. Qui teſtamento ſic heredem inſtituiſſe: ut ſi filius natus eſſet in decem menſibus: iſqꝫ mortuus priuſquā in ſuam tutelam veniſſet ſecundus heres hereditatē obtinuiſſet. Quę commemoratio exemploruꝫ valuit: eaqꝫ vos in reſpondendo vti multum ſoletis. Ficta enim exempla ſimilitudinis habēt vim ſed ea oratoria magis ſunt quā veſtra: quamqꝫ vti eis etiam vos ſoletis. Sed hoc modo. finge mancipio aliquem dediſſe id: quod mancipio dari non poteſt. Num idcirco id eius factum eſt: qui accipit: aut nū is: qui mācipio dedit: ob eam rem ſe vlla re obligauit. In hoc genere oratoribus ⁊ philoſophis cōceſſum eſt: ut muta etiaꝫ loquant̄: ut mortui ab inferis excitentur: ut aliquid: quod fieri nullo modo poſſit: augēdę rei gratia dicat̄: aut minuendę: quę ὑπερβολή. dicit̄ ⁊ multa alia mirabilia: ſed latior eſt campus illorū. Eiſdem tamę ex locis ut antedixi: ⁊ in maximis ⁊ in minimis quęſtionibus ducunt̄ argumenta.

¶ De ſimilitudīs loco planę atqꝫ expedite diſſeruit: omnemqꝫ aperuit intellectū: ſimilitudinū diuidens formas: preſcripſitqꝫ apertiſſimę: quibus magis ex ſimilitudine argumenta contingerent. id eſt philoſophis: atqꝫ oratoribꝰ. ⁊ enim ſimilitudo perſuaſionibus videtur aptiſſima. Nā qꝛ in vnam vel plures extra eam de qua quęritur cauſam cadere ſolet: facile credi poteſt in eam quoqꝫ de qua ambigitur conuenire. Idcirco ex ſimilitudine tractę argumentationes magnum oratoribus vſum preſtant: philoſophis quoqꝫ quoniā non in omnibꝰ quęſtionibus demonſtratione vtunt̄: ſed aliquotiens vniuerſalia colligunt: quo id facilius perſuadeant: quod nituntur oſtendere. inde ſimilitudo rerum ſępe eſt cōquirenda. atqꝫ idcirco locus a ſimilitudine oratoribus maximę philoſophiſqꝫ conducit: non tamen ſolis. Omnes enim loci cōmunes ſunt cuiuſqꝫ materię: ſed in alias vberius incidūt: in alijs anguſtius inueniunt̄. Quocirca cognitis atqꝫ ante perceptis locis quęſtiones ipſę: quę tractabunt̄: quibus vti debeat: ſolertē animū poterunt admonere. Omnis vero ſimilitudo duplex eſt. aut enim ex pluribus rebus ſimilitudo colligitur: ⁊ inductio nuncupat̄. quod gręci pagogē nominānt. aut ſingule res per ſimilitudinem comparantur. ac prior quidem huiuſmodi eſt. ſi tutor fidem preſtare debet. ſi ſocius: ſi cui mandaueris: ſi qui fiduciam acceperit: debet etiam procurator. nam cum in talibus rebus fides preſtari debeat: vnaqꝫ ſimilitudo ſit in fide preſtanda: tam in tutore quā ſocio: atqꝫ ei cui mandatum ſit: eiqꝫ qui fiduciam accepit: debet eadeꝫ ſimilitudo procuratori etiam conuenire. fiduciam vero accepit: cuicūqꝫ res aliqua mancipat̄. ut eam mancipanti remancipet: velut ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet: ut ei cum tempus qꝛ ſuſpectuꝫ eſt preterierit: reddat. hęc mancipatio fiduciaria nominat̄. idcirco qꝛ reſtituēdi fides interponit̄. hac ſimilitudinis collectione plurimū Socratem eſſe vſus dicitur: ut in Platonis aliorumqꝫ eius ſectatorum voluminibus inuenitur. Quotiens vero vna res vni rei per ſimilitudinē comparatur. hoc modo colligitur argumentū. regendorum finium arbitri eſſe dicuntur: qui finalia litigia diſcernunt. ut ſi fuerit de finibus orta contentio: eorum dirimat̄ arbitrio. ſed ſi nes in agrorum tantū limitibus eſſe dicūtur. arbitri auteꝫ finium regendorum in ciuitate eſſe non poſſunt. Item arceri aquā in agris tantū dici ſolet vbi ſi ex aliquo loco aqua pluuia colligatur: ⁊ defluens in campos vicini paſcua ſiuge ſue corrumpat: arbitri arcendę aquę a magiſtratibus ſtatuebant̄. quęrit̄ ergo an in vrbe arcende aquę arbitrū poſſimus adigere. ⁊ argumentū capitur ex ſimilitudine: ſi regendorū finium: quia ſolius agri ſunt: in vrbe arbitrū adigere non poſſis. nec aquę quidem arcendę: quia ſoloruꝫ eſſe vr̄ agrorum: in vrbe arbitꝝ poſſis adigere. hic igitur vna res vni rei ſimilitudine coniuncta eſt. ex eodem etiam ſimilitudinis loco illa ſumi proponit: quę vocantur exempla. veluti Craſſus in cauſa curiana: quę fuit huiuſmodi: quidam pregnantem vxorem relinquens ſcripſit heredeꝫ poſthumū: eiqꝫ alium ſubſtituit ſcđm qui Curius vocabatur ea conditione ut ſi poſthumus: qui intra menſes decē proximos naſceretur: ante moreretur quā in ſuam tutelā perueniſſet. id eſt ante obiret diem quā teſtamentum iurę facere poſſet: ſecundus heres ſuccederet. quod ſi ad id tempꝰ perueniſſet: quo iam firmo iudicio in ſuam tutelam receptꝰ iurę ciuili inſtituto poſſet herede defungi: ſecundus heres. id eſt Curius non ſuccederet. quę vocatur ſubſtitutio pupillaris. quęſituꝫ eſt an valeret ita inſtituta ratio. Craſſus igitur plurima protulit exempla: quibus ita inſtitutus heres obtinuiſſet hereditatem: quę exemplorum cōmemoratio iudices mouit. dicit etiam ipſos quoqꝫ iuriſconſultos vti ſępius exemplis: veluti cuꝫ fingitur propoſitio vel cauſa: ut caſus de quo agitur per ſimilitudineꝫ intelligat̄. hoc modo ſi quis enim iuriſperitus adijciat id: quod non iurę contractum eſt: nullius eſſe momenti. adhibeatqꝫ exēpluꝫ tale. velut ſi quis rem non mancipi mancipauerit: num idcirco aut rem alienauit: aut ſe eo facto potuit obligaſſe? minimę. Quod enim non iurę contractū eſt: nil retinet firmitatis. ⁊ alia huiuſmodi apud iuriſperitos inueniuntur: in quibus oratores maximę valent. quibus etiā in tantū fingere licet: ut eorum oratione etiā mortui ſępe ab inferis excitentur. quod Tullius in ea facit oratione qua Celiū defendit. ſed latior inquit eſt illorū campus id eſt oratorum: quibus ſpaciari ac diuagari licet. nec idcirco minus cęteris quoqꝫ facultatibus ſimilitudines proſunt: quoniā eadem argumenta maximis minimiſqꝫ cauſis conueniunt. quo fit ut loci quoqꝫ argumentorum diuerſarū artium quęſtionibus accōmodentur.

• Sequitur ſimilitudinē differentia: res maximę cōtraria ſuperiori: ſed eſt eiuſdeꝫ facultatis diſſimile ⁊ ſimile inuenire. eius generis hęc ſunt. non quēadmodū quod mulieri debeas:

rectę ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas: ita quod pupillo aut pupillę debeas: rectę poſſis eodē modo ſoluere.

¶ Eiuſdē facultatis eſt ſimilitudines differētiaſq; cognoſcere. qui. n. ſcit: quid ſit idem: noſſe poterit: quid ſit diuerſum. Omnis vero ſimilitudo idem aliquid eſſe conſtituit quod enim idem eſt ſecundū qualitatē: id ſimile eſſe neceſſe eſt. Omnis quippe res: aut ſubſtantia eędem ſunt aut q̄litate: aut cęteris predicamentis. quod ſi ita eſt: ⁊ animus intelligere hoc idem in pluribus predicamētis poteſt. ſed cum hoc ipſum idem in predicamētis notat: eodem modo in eiſdem predicamentis: quod diuerſum eſt intuet. ſed ſimile idem eſt. differentia vero diuerſum. Idem igitur animus eademq; intelligentia ſimilitudinē differentiamq; cognoſcit. Differentiaꝝ vero multę ſunt ſpecies. alię quippe ſunt ſubſtantiales: ut homini rationale. alię non ſubſtātiales: ſed inſeparabiles: ut nigruꝫ ethiopi: atq; coruo. alię vero mobiles neq; conſtātes: ut ſedere ſtare: ⁊ huiuſcemōi cętere quibus ⁊ ab alijs hominibus ⁊ a nobiſipſis ſępe diſtamus. Item differentię alię aliquo modo ſunt generiꝫ diuiſibiles. aliquo modo vero ſ. eiꝝ cōſtitutiuę. ſed ſi a cōſtitutiuis argumentū ducatur velut a generę ducitur. naꝫ ſicut genus continet ſpeciem: ita differentię continent ſpecies. ſane ſi differentię cōſtitutiuę ut genera intelligent: fides ab his ad ea aptabit: quę conſtituūt. hęc. n. talium differentiaꝝ veluti quędam formę ſunt. ſin vero ſint diuiſibiles ſiquidē ad ea probanda: quę diuidunt: eorum ducitur fides: a forma argumentū fieri videtur. nam tales differentię eorum quę diuidunt formę quędam ſunt: ꝙ ſi ad ea probanda referūtur: quę in contrariā partem genus diuidunt tunc proprię a differentia fieri argumentū videtur: q: contrarię veluti differentię comparātur. Quod vero ad exemplū attinet Tullij huiuſmodi eſt. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebant. pupilli item ſub tutoribus agūt ſed mulieribus ſi quid debitū fuiſſet: ſine tutoris auctoritate poterat ſolui. pupillis vero minime. ergo ſi quęratur: an id quod debeat pupillo cuilibet: renuente tutore poſſit exolui. a differentia ſumit argumentū ſic. Non ſicut mulieri ſine tutoris auctoritate debitū poſſis exoluere: eodem modo niſi auctoritas tutoris acceſſerit pupillo ſoluere: qđ debeas poſſis. illę enim ꝑpetua tutela etiam ꝓuecta iam etate continētur. illorum tutelę certus annorū numerus terminū facit. atq; idcirco ſolui pupillo ſine tutoris auctoritate non poterit. Differt enim perſona mulieꝝ a perſona pupilloꝝ: vel in eo ꝙ pupilli non perpetua reguntur tutela. mulieres vero perpetua: vel ꝙ pupillus nullū ſuę etiā miniſtrande vtilitatis iudicium habere poteſt. cum ſit aliqs mulieribus ⁊ ſi nō firmus in explicanda familiaris rei vtilitate delectus.

Deinceps locus eſt quia contrario dicitur. Contrarioꝝ autem genera ſunt plura. vnum eorum quę in eodem genere plurimū differunt: ut ſapientia ſtulticia. eodem autē genere dicūtur: quibus propoſitis occurrūt tanquā e regione quadam contraria: ut celeritati tarditas: non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia exiſtunt. Si ſtulticiaꝫ fugimus: ſapientiam ſequamur: ⁊ bonitatē: ſi maliciaꝫ. hęc quę ex eodem genere contraria ſunt: appellantur aduerſa. ſunt alia contraria: quę priuantia licet appellemus latinę: gręce appellant. στερητικά. Prepoſitio enim in priuat verbum ea vi quā haberet: ſi in ꝓpoſitū ñ fuiſſꝫ: ut dignitas indignitas. hūanitas: inhūanitas: ⁊ cętera generis eiuſdem. quorū tractatio eſt eadē: quę ſuperiorū: quę aduerſa dixi. Nā alia quoq; ſunt contrariorū genera: velut ea quę cū aliquo cōferuntur: ut duplum. ſimplū. multa. pauca. longum. breue. maius. minus. Sūt etiam alia valde contraria: quę appellant negātia (ea ἀποφατικά. gręci) contraria aientibus: ut ſi hoc eſt. illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt? tantum intelligat in argumento quęrēdo: contrarijs omnibus contraria non conuenire.

¶ Diuiſo differentię loco nunc de contrarijs tractat. atq; vt rerū ordo clarius colliqueſcat: pauca mihi ex Ariſtotele ſumenda ſunt. quę ille vir omniū longe doctiſſim⁹ de hac diuiſione tractauit. quamq̄. M. Tullius re quidē Ariſtoteli fere conſentit: ſed ab eo nominū interpretatione diuerſus eſt. Nam quę Ariſtoteles oppoſita id eſt. ἀντικείμενα. vocat: ea Tullius contraria noīat: ſed hęc paulo poſterius: nunc ariſtotelis diuiſio cōſideretur. Oppoſitorū igit ſcōm ariſtotelem alia ſunt cōtraria. alia priuatio ⁊ habitus. alia relatiua. alia cōtradictoria. Contraria quidē: ut album: atq; nigrū habitus vero ⁊ priuatio: ut viſus ⁊ cecitas. dignitas ⁊ indignitas. Relatiua vero ut pater. fili⁹ domin⁹ ſeruus. Contradictoria ut eſt dies. nō eſt dies. horum omniū tales inter ſe differentię conſiderant. Naꝫ quę contraria ſunt. ptim mediata ſunt. partim vō medio carēt. mediata ſunt. ut albū nigrum. eſt enim horū quilibet medius alius color: ut rubeus vel pallidus. Et hoꝝ contrariorū non neceſſe eſt alteruꝫ ſemper ineſſe corporibus. Neq; enim omne corpus aut albū: aut nigrū eſt. ſed aliquotiēs in horū medietate eſt conſtitutū: ut ſit rubrū vel pallidum. Immediata vero contraria ſunt: quorū nihil mediū poterit inueniri: ut grauitas ⁊ leuitas. horū enim nihil eſt mediū. Nam quę leuia ſunt: ſurſum ferūtur. quę grauia deorſum Quod autē ſit corpus: quod neq; ſurſum: neq; deorſum feraf: nihil poterit inueniri. Sed immediata contraria talia ſunt: ut alterū eoꝝ cui poteſt accidere: ſemp inhereat. ut in propoſito ſuperius exemplo. Neceſſe eſt eniꝫ omne corpus vel leue eſſe vel graue: quia leuitas ⁊ grauitas mediuꝫ non habēt. ꝙ preterea ineſſe corporibus poſſit. At ea quę in priuatione ⁊ habitu ſunt: ut cecitas ⁊ viſus: diſtant quidem ab is contrarijs: quę claudūt aliquā medietatē: ꝙ ipſa medietatē nō habēt. ab his vero cōtrarijs differūt: q̄ ſunt immediata. quoniā hoꝝ cōtrarioꝝ alteꝝ ſemp ſubiecto ineſſe neceſſe eſt: ut corpori grauitatē vel leuitatē: priuationē vero ⁊ habitū non ſemp: ut cū ſit habitus quidē viſus: priuatio autē cecitas. nō omne quod videri poteſt: aut videt aut cecū eſt. infans quippe nondū editus neq; videt: quia nondū proceſſit in lucē: neq; cecus eſt: quia nondū habuit viſum: quē potuiſſꝫ amittere. idē de catulis dici poteſt: qui ſtatim nati nequeūt intueri. nam tunc eos nec cecos dicere poſſumus nec vidētes. Et poſtremo cōtraria ſemp in ſuis qualitatibus cōſiderant. priuationes autē nō ꝙ ipſę ſint aliquid: ſꝫ ex habitus abſentia colligūtur. neq; enī cecitas eſt aliquid: ſed a viſus intelligit abſceſſu. tam vero priuatio q̄ꝫ ꝯrietas differt a relatiōis oppoſitiōe eo qđ neq; ꝯria neq; priuatoria ſimul eſſe poſſunt. idem enim vno eodēq; tempe: vno eodēq; in loco albū nigrūq;: vel videns cecūq; eſſe nō poterit. ſed relatiua a ſe nequeūt ſepari. neq; enī ꝑt eſſe filius ſine patre. nec ſeruus ſi dn̄s nō ſit. ampli⁹ ꝯtraria ad ſe ⁊ priuatoria nō referūtur. Nemo enī dicit albū nigri vel nigrū albi: vel cecitatē viſus vel viſum cecitatis. quę vero in relatiōe ſunt poſita in ipſa relatiōis predicatiōe ꝯſiſtunt. ꝑt duplū dimidij. dn̄s ſerui ⁊ cętera ad hūc modum tā vero cōtraria q̄ꝫ etiā relationes differunt a cōtradictionibus ꝙ cōtradictiōes quidē ſemp in orōe cōſiſtūt: ⁊ in altera eaꝝ parte veritas: in altera falſitas inuenit. cōtraria vero ⁊ priuatoria ⁊ relatiōes in ſimplicib⁹ partib⁹ orōis ⁊ in his neq; veritas neq; falſitas ineſt. nā cū dico albū. nigꝝ. ceci-



tas. viſus. dn̄s. ſeru⁹ ſimplices orōis ptes ſunt: neq; veꝝ neq; mendaciū continētes. in ſimplicib⁹ enī ptib⁹ orōis veritas vel falſitas nulla eſt. cū autē dico dies eſt. dies non eſt. vtręq; ꝓpoſitiones. vna in affirmatione altera in negatione poſita: orationes ſunt. ſed. M. Tullius non tā proprijs nominib⁹ quam notiorib⁹ vtit. ait enī contrarioꝝ alia eſſe quę aduerſa vocent: alia quę priuantia: alia quę in comparatione ſint. alia quę aientia ⁊ negantia nūcupant. ſed quę cōtraria nominat: oppoſita verius dicerentur: quę aduerſa dicūtur. cōtrarioꝝ melius ſuſciperent nomē. quę in collatione noiat: ea relatiua vel ad aliquid certi⁹ vocarētur. ſed vtat noib⁹ ut volet: dū res ipſę certa ꝓprietatis ſuę rōe ſignent. nos vero in cęteris quos edidim⁹ libris eo nūcupauimus modo: quo ſupius in Ariſtotelis dictū eſt diuiſione ſm. M. T. igit cōtrarioꝝ alia ſunt aduerſa: ut ſapiētia ſtulticia. alia priuātia ut dignitas ⁊ indignitas. alia vō quę cū aliquo cōferūtur. ut dupiū ſimplū. alia vero quę appellant negātia cōtrario aientib⁹ cōſtituta. ut ſi hoc ē: illđ nō ē. aduerſa igit ſunt: quę ſub vno genere poſita plurimū differūt. ut albū nigrūq; a ſe plurimū diſtant ſub vno genere poſita ſub colore. Itē celeritati tarditas aduerſa ē: poſitis vtriſq; ſub motu. neq; enī celeritati debilitas opponēda eſt: quia debilitati firma valitudo cōtraria eſt. qđ in diuiſione omiſit Cicero: ſed docuit exēplo. illa quoq; dicunt aduerſa: q̄ in diuerſis generib⁹ ſita plurimuꝫ a ſe diſcrepare intelligūtur. ut ſapia ſtulticię. Illa enī ſub genere boni eſt: hęc vero ſub mali. q̄q̄ hmōi exemplū priuatiōe poti⁹ ſpectare videat. nā ſtulticia priuatio ſapię eſt: nec quicq; ē aliud ſtulticia niſi ſapię ⁊ rōis abſentia. ſed q̄ ſint: q̄ priuātia Cicero appellet: poſteri⁹ demōſtrabo. Ex his hoc mō argumēta ſument. Si ſtulticiā fugimus: ſapiam ſequamur. ſi bonitatē appetim⁹: maliciaꝫ fugiam⁹. q̄q̄ malicia quoq; ſecūdū eundē modū qui ſupi⁹ dict⁹ eſt: priuatōib⁹ poſſit adiūgi. Priuātia vero ſm Ciceronē ſunt: q̄ grece. στερητικά. appellant: quę habent eā ptē orōis ꝓpoſitā: quę cū fuerit adiecta. ſp fere aliqđ demit. ea eſt in ꝓpoſito. hęc eniꝫ ſyllaba cui fuerit appoſita demit fere aliqđ ex ea vi: q̄ eſſꝫ res q̄libet habitura: ſi in ſyllabā ꝓpoſitā nō hrēt. ut hūanitati inhūanitas. nāq; prepoſita in id de quo dr̄ hūanitate priuauit. ut dignitas ⁊ indignitas. ⁊ tulli⁹ quidē ea tantū priuātia eē cōfirmat: in qbuſcūq; ſyllaba iſta ꝓponit. priuatorū quippe natura ſm Tulliū hui⁹ ſyllabę cōmēoratione finit. a peripateticis vero accepim⁹ priuatiōes tū cū ſimplicib⁹ noibus: tū cum priuatorijs ſyllabis efferri. ſimplicibus noibus: ut cecitas Cū priuantib⁹ vero ſyllabis. ut indignitas. inhūanitas. quocirca ſm M. T. cecitas ñ erit priuatio viſus: ſed et aduerſum atq; idcirco forſitan ſtulticiā inter aduerſa numerauit. qm̄ non habet in ſyllabā ex q̄ priuatiões arbitrat exiſtere. Ex quib⁹ eodē modo ut in ſuperi⁹ poſitis aduerſis argumēta ducūtur. In humanitateꝫ auerſemur. ſi hūanitas cōlectanda eſt. Illa vero cōtraria ut ait tullius: quę cū aliquo cōferūtur: talia ſunt ut duplum ſimpli. Id tantundē eſt tanq̄ ſi diceret. duplū dimidij. ſimplum enī dupli dimidiū eſt. ⁊ pater filij. ea quę ſunt ſp reciprocātia. aliquotiēs quidē ſeptio caſu: aliquotiēs vō gtio. nā filius patris eſt filius. ⁊ pater filij. hęc ſcōm gtm̄ ꝯuerſio eſt. ⁊ duplū ſimplo duplū eſt. hęc ſcōm ſeptimū caſum ſunt etiā quę actio: ut pauca ad multa: ⁊ magnū ad paruū. Item negātia ſunt: quę in affirmationib⁹ ⁊ negationib⁹ poſita ſunt. ut ſi hoc eſt: illud non eſt. veluti ſi dies eſt nox ñ eſt. atq; hanc oppoſitionē Cicero dicit valde eſſe contrariā Ex quib⁹ oibus ſecūdū ſupius dictū modū argumētoꝝ facultas eſt. nā ex relatiuis cōtrarijs ita ſumimus argumentum. ſi pater eſt fieri nō poteſt quin ei filius ſit. Ex negantibus autē quę. ἀποφατικά. (ut ait) greci vocant: ita ſi ſol ſupra terrā fuit: nox eſſe nō potuit: hęc eniꝫ affirmatio illam perimit negationē. cur vero hęc negantia eſſe cōſtituerit mirandū eſt. Nam quę negantia ſunt: aientib⁹ opponūtur ⁊ ſimul eſſe non poſſunt. ut diē eſſe ac diem nō eſſe. hoc vero eſt conſequēs cum ita dicat. ſi hoc eſt: illud nō eſt. ut ſi dies eſt: nox non eſt. at qui affirmationē negationēq; valde tullius dicit eſſe cōtrariā. ſed in hac conſequētia nequūt eſſe cōtraria. Nam quod eſt conſequēs contrariū non eſt.

Ab adiunctis autē poſui ęquidē exempluꝫ. Pauloāte multa adiungi: quę ſuſcipienda eſſent: ſi ſtatuiſſemus ex edicto ſecunduꝫ eas tabulas poſſeſſionē dari quas is inſtituiſſet. cui teſti factio nulla eſſet. Sed locus is magis ad coniecturales cauſas: quę verſantur in iudicijs valet. Cum quęrit quid aut ſit: aut euenerit: aut futurum ſit: aut qđ omnino fieri poſſit. Ac loci quidē ipſius forma talis eſt. Admonet autem hic locus: ut quęrat: quid ante rem: quid cum re: qđ poſt rem euenerit. nihil hoc ad ius Ad Ciceronē inquibat Gallus noſter: ſiquis ad eum quid tale retulerat: ut de facto quęreretur. tu tamen patiare nullum a me artis inſtitutę locuꝫ preteriri: ne ſi nihil niſi quod ad te ptineat ſcribendum putaris: nimium te amare videar. Eſt enim magna ex parte locus hic oratorius: non modo non iuriſconſultoꝝ: ſed ne philoſophoꝝ quidē. Ante rem enī quęrunt: quę talia ſunt apparatus: colloquia: locus: conſtitutum conuiuium. cum re autē pedum crepitus: ſtrepitus hominum: corporum vmbrę: ⁊ ſiquid eiuſmodi eſt. At poſt rem: pallor: rubor titubatio: ⁊ ſi qua alia ſigna conturbatiōis ⁊ cōſcientię. Pręterea reſtinctus ignis: gladius cruentus: cęteraq; quę ſuſpicionē facti poſſunt mouere.

¶ Quid ſit ab adiunctis locus breui ſuperius mōſtrauit exemplo: eo ſcꝫ quo dixit. ſi ſecundū mulieris nunq̄ capite diminutę tabulas poſſeſſio bonorū datur: conſequens eſſe: ut ſecundū quoq; puerorū ⁊ ſeruorū poſſeſſio permittereſ. ſed nunc formam ipſam ⁊ quaſi ſubſtantiā loci monſtrare proponit: quę eſt huiuſmodi ab adiunctis enī locus eſt. cum et eo quod proponit aliquid aliud vel eſſe vel fuiſſe: vel futurū eſſe argumentatione colligitur. ut in eo ipſo: quod dudum poſuit exemplo. approbat enī non debere ſecundū mulieris nunq̄ capite diminute tabulas bonoꝝ poſſeſſionē dari. quia ſi id fuerit poſitum: id futurū eſt: ut ſcōm pueroꝝ quoq; ac ſeruorū tabulas bonoꝝ poſſeſſio pmittat. Talia vero ſunt quę dicunt adiūcta: ut circa rē fere quę quęrunt: inueniant. neq; tñ neceſſe ſit ei ſemp adherere. ⁊ forma quidē hui⁹ loci talis eſt: ut hanc quoq; diffinitionem poſſit admittere. ab adiūctis locus eſt cū ex aliquibus: q̄ ſunt proxima eis: de quib⁹ quęrit rebus: id qđ quęrit vel fuiſſe: vel eſſe vel futurū eſſe monſtrat. qui loc⁹ ē cōiecturalib⁹ cauſis maxime neceſſari⁹. Cum enī de facto quęritur tū ſi id factuꝫ eſt quod dubitat: quid vel fuerit vel ſit vel futurū ſit: conſiderari ſolet: multa enī ſunt quę vnicuiq; adiuncta rei varioꝝ euentu tempoꝝ colligūt. Idcirco. n. quid ante rem: quid cū re: quid poſt rem euenerit. in coniecturalibus cauſis inquirit: quę ab oratoribus tractant ſolis: neq; iuriſconſultis in huiuſmōi negocijs cū rethorica facultate vlla cōmunio eſt. iuris enim pitus de facti qualitate: nō etiam de ipſius facti veritate videt. idcirco quotiens ad gallum peritū iuris facti queſtio deferebatur: nihil ad nos inquibat: ⁊ ad Ciceroneꝫ potius cōſulentes. id eſt ad rethorē remittebat. In quo tullius facete ad trebatium iocū inſeruit dicens: q̄q̄ locus hic ab adiunctis cōiecturalibus cauſis maxime eſt vtilis: nihil conſultorū iuris prudentiā iuuet. patere me tñ inquit: nullā ſuſcepti opis partē preterire. ne ſi in hoc libro nihil preter tuę artis exempla cō

ſcripſero: tuę tantū gratię videatur addictus ab adiunctis vero locus: qui non modo iuriſcōſultis: ſʒ ne philoſophis quidē preter oratores non patet: triū ſępe tēporū ratione tractādus eſt. Nam de facto ſi quęrif: quid vel ante id vel cum eo vel poſt fuerit neceſſe eſt veſtigari. ante rem quidē hoc modo apparatus. veriſimile eſt eni effeciſſe aliquē: qđ ante efficiendū pauit colloquia. fieri eni potuit: ut amarenti: qui ſępe fuerit collocutus. Locus velut cum ad aliquid faciendū oportunus locus eligitur. Conſtitutū conuiuiū velut ſi quis conſtituto ante cōuiuio in eo feciſſe aliquid arguatur: capiaturqʒ cōiectura facti ex eo ipſo quod ſit conuiuiū conſtitutum: atqʒ hec omniū ante rem de qua quęrif exempla ſunt. Cum re vero hoc modo. Pedū crepitus: velut ſi eſſe in quempiā locum aliquis accuſetur: pedūʒ crepitu deprehenſus eſſe probabif. vel ſi fuiſſe adulter in cubiculo et vmbra corporis deſignef. hęc cum ipſis de quib⁹ quęritur inſpecta eiſdem tamē intelliguntur adiuncta. Poſtremo vero ſi quas conſcientię maculas pallor: rubor: titubatioqʒ prodiderit: reſtinctus ignis. velut ſi clam factum aliquid extincto igni velimus oſtendere: ut tutius nocturnis ſub mouentib⁹ tenebris cōmitteretur. Itē gladius cruentus peractū facinus monſtrat. Hęc omnia poſt rem facto intelliguntur adiuncta. & ſemp ante rem: cum re: & poſt rē ſecūdum rationē temporū intelligendū eſt. neqʒ ita ut in antecedentibus & cōſequentib⁹. Illic enim naturę ratio conſideratur. Omnia quippe ſimul ſunt. nam quod antecedit: ſi poſitum ſit ſtatim eſt id quod conſequif. ut ſi ponas hominē ſtatim animal eſſe neceſſe eſt. nec ante ſecundū temp⁹ eſſe homo dici poteſt. poſt vero ſubſequi animal: ut ante aliqs apparatus eſt ſecundū tempus poſterior effectus. Itaqʒ illic antecedentia & conſequētia nominātur: hic ante rem: cum re: & poſt rem. Idcirco ꝙ illud quidem nō ſecundū tempus ſed ſecundū principalitatē naturę ſecum ſimul aliquid trahentis antecedens dicif vel conſequēs: id quod antecedēs comitaf. Ea vero quę ſecundū temporis priorē poſteriorē ue rationē conſiderant: ſunt adiuncta: idcirco ante rem: cum re & poſt rem cepere vocabulum.

·10· Deinceps eſt locus dialecticoꝝ proprius ex conſequentibus & antecedentibus & repugnantibus. Nam coniuncta de quibus paulo ante dictum eſt: non ſemper eueniūt. Conſequentia autem ſemper. Ea enim dico conſequentia quę rem neceſſario conſequunf. itēqʒ & antecedentia & repugnantia. Quicquid enī antecedit quamqʒ rem: id cohęret cum re neceſſario. & quicquid repugnat: id eiuſmodi eſt: ut cohęrere nunquā poſſit.

¶ Expedito adiunctoꝝ loco: nunc de antecedentibus et cōſequentibus & repugnantib⁹ diſſerit. Qui locus cum ſit vnus in tria velut mēbra diuiſus eſt. M. quidē tulli⁹ loci huius vocabulū tacuit. mihi autē totus conditionalis appelland⁹ videf. Cuius cū promptiſſime natura claruerit: nomē quoqʒ ei: quod nos poſuim⁹ recte inditū manifeſti⁹ apparebit. primū igif ſingularū partiū diffinitio pudēda eſt. itaqʒ antecedens eſt: quo poſito aliud neceſſe eſt conſequi. item conſequēs alicuius eſt. quod eſſe neceſſe eſt. ſi illud cui eſt conſequēs preceſſiſſe cōſtiterit. Repugnans eſt quod ſimul cū ea cui repugnare dicif eſſe non poſſit. antecedentiū igif atqʒ conſequentiū & repugnantiū vnū locum eſſe predixim⁹: qui quō ſit vnus paucis oſtēdā. Primū igitur dū quęreref quonā modo vnus eſſet locus a conſequentib⁹ & antecedentib⁹ & repugnantib⁹: dicebaf: quoniā eiuſdē mentis eſt: atqʒ intelligentię: tā cōſentanea ſibimet ꝙ̄ diſſidentia peruidere. idcirco hūc quoqʒ locū vnū videri. Conſentaneoꝝ namqʒ duę ſunt partes: antecedens vna altera conſequēs. Nam cū altero precedēte comitatur alterum: illa ſibi in ipſa naturę conſequētia cōſentire neceſſe ē.

Repugnantiū vero tam & ſi duę partes ſunt vnū tamen eſt vtriuſqʒ vocabulū. vtraqʒ enī repugnantia nominātur. duo vero eſſe: quę ſibimet repugnent. atqʒ a ſe diſſentiant nullus ignorat. ſed eo diſtant ꝙ antecedentiū & conſequentiū duo ſunt noīa: licet vnus vtriſqʒ cōſenſus: repugnātibus vero vnū nomen eſt: cū ſit vnus in vtriſqʒ diſſenſus. ergo eadē mens: eadēqʒ intelligētię ratio: id qđ precedit & id quod comitaf intelligit. neqʒ enim fieri poteſt ut antecedēs aliqd intelligaf: niſi in eodē quid ſit conſequēs cōſidereſ. Eodē quoqʒ modo nec conſequēs niſi appareat qđ precedat. item repugnās aliquid intelligere nemo poteſt: niſi intelligat cui repugnet. ſed quoniā eadē ratio poteſt ſimilia diſſimiliaqʒ perſpicere: antecedentiū vero & conſequentiū conſenſus quidam: & per naturę ſimilitudinem concordia eſt. Diſſenſus vero in repugnantib⁹: ac diſſimilitudo neceſſe eſt ut vna atqʒ eadem ratio & antecedentiū conſequentiūqʒ naturā & repugnantiū ſpectet. quo fit ut vnus quoqʒ locus ſit: quę vna intelligentia comprehendit. ſed hic opponebaf. Cur igitur aliū ex ſimilitudine: alium ex contrario locum Marcus tullius ſuperius enumerauit. Nam ſecundū propoſitam rationem: quoniam ſimilitudinē & contrarietatem intelligentia vna perpendit: vnus locus ſimiliū contrarioꝝqʒ eſſe debuiſſet. ſed reſpondebatur. quoniam non eodem modo ſibi antecedentia & conſequētia conſentire dicūtur: ſicut ea: quę ſimilia nūcupantur. In his namqʒ vna tantum qualitas inuenitur: & ſecundū eandē qualitatem ſimilia eſſe dicuntur. at in antecedentibus & conſequentib⁹ non qualitatis ſimilitudo: ſed quidam naturę conſenſus eſt. et quę ſimilia ſunt ſine ſe eſſe poſſunt. antecedentia vero & cōſequentia ſine ſe eſſe non poſſunt. atqʒ idcirco non videtur eſſe conſequentiū & antecedentiū cum ſimilitudine vlla cōmunio naturę: quę ratio non valde videtur idonea: nec explicat: quod demonſtrare conatur. illud certe firmiſſimum eſſe conſtat: ꝙ huius loci tractatus conditionalibus ſemp propoſitionib⁹ accōmodaref. Conditionalis vero propoſitio eſt: quę cum conditione pronunciat eſſe aliquid: ſi aliud fuerit. veluti cum dicimus. ſi dies eſt lucet. Hęc igif rerum conſequentia facile in repugnantiā vertitur. Nam ſi rebus conſequētibus negatio interponatur: ex conſequentibus repugnantia redditur hoc modo. Si dies eſt. lux ē. Repugnantia fiunt ita. Si dies eſt: lux non eſt. repugnāt enim diem eſſe & lucem non eſſe. Quę repugnantia in conditione conſiſtit. Dicimus enim ſi dies eſt: lux non eſt. nā diei contrariū eſt nox. Conſequens vero noctis: lucem non eſſe. quare eſſe diem & non eſſe lucem repugnat. Argumentum vero eſt hanc repugnantiam in conditione conſiſtere. quia ſi conditio deficeret: nulla eſt repugnantia hoc modo. dies eſt. lux non eſt. vtręqʒ enim diſiuncte propoſitiōes ſuas ſententias gerunt: nec quicꝗ̄ intelligitur hre cōe. atqʒ ideo diuerſis accepte tpib⁹ verę ſunt: nec repugnāt. nam ſicut in his propoſitionib⁹ dies eſt: lux eſt: nulla eſt cōſequētia: quā cōditio deeſt: quę ꝓpoſitionē facit cōnexā: ſed vtręqʒ a ſe diſiuncte ſuā ſententiā claudūt: ita in his quib⁹ ꝓponitur. dies eſt. lux non eſt. nulla eſt repugnātia: quā ſeruat ſuam vtraqʒ ſeparata ſententiā. at ſi his cōditio interueniat ſuperioꝝ quidē ita ſententia copulaf: ut cōſequētes fiant. poſterioꝝ vero ita ut repugnantes hoc modo: ſi dies eſt lux eſt. Hęc conſequens propoſitio ex duabus per conditionē mediam effecta eſt vna. At ſi ſit ita. Si dies eſt lux nō eſt. repugnat. Negatū enim quod ſequitur: repugnare neceſſe eſt. Amplius argumentū quod ex antecedentibus & conſequentibus fit: ex vnius propoſitionis connexe partib⁹ naſcitur. nam conditionalis propoſitionis cōnexe vna pars eſt antecedēs alia cōſequens. ꝙ ſi a repugnātib⁹ argumentū fiat. rurſus ab vnius propoſitionis mēbris tale argumentū naſci oportebit. igitur ex his propoſitionibus dies eſt. lux eſt. vna eſſe non poteſt niſi conditione copulentur: ut vnū ſit antecedēs: aliud cōſequēs: & ideo in his ex antecedēti & conſequēti argumentū eſſe nō poteſt: quoniā duę ſunt etiā ex illis quoqʒ ꝓpoſitionibus quę ſunt dies eſt lux nō



eſt: vna eſſe nō poterit: niſi conditiōis adiūctione in vni⁹ quodāmodo ꝓpoſitiōis ſententiā reducanf. cui⁹ ꝓpoſitiōis partes ſunt repugnantes. nam vt in connexa ꝓpoſitione vna pars antecedēs: alia eſt cōñs. ita in repugnanti vtraqʒ pars propoſitiōis a ſemet inuicem repugnat: ac diſſidet. Amplius repugnās ꝓpō cōnexe ꝑtem cōtrariā tenet. nā vt illa. qđ antecedit ſecū id qđ ſeqf trahit: ita in hac ꝓpōne ptes ſimul eſſe nō pñt. Cōtrarię vō duę ſub eodē genere poni ſolent. Si igif cōnexa ꝓpō in cōditione eſt cōſtituta: repugnās quoqʒ in cōditione cōſiſtit. ꝙ ſi & cōtrariam ꝓpōnimus & repugnantiā cōditio facit: non eſt dubiū quin locus hic iure cōditionalis vocef: ac ſit vnus poſitus in cōditione diuiſis ptibus. id eſt in antecedentem cōſequentēqʒ & repugnantē. Cōnexe nāqʒ propoſitionis vna ps añs eſt: alia cōñs. Repugnātis vō ꝓpoſitionis vtraqʒ repugnat ac diſſidet. Itaqʒ cōnexe ꝓpōnis partes añs & cōñs ſunt: repugnantis vō repugnātes ptes ſunt. Nec illud intelligentiā cum hec ꝙ dies eſt & lux eſt: quodāʒ ſibi rōne cōſentiūt. Item dies eſt & lux non eſt: quaſi a ſe diſſentiūt: atqʒ diſcordant. nā cōnexa eſt ꝓpō ſi cū aliud añ eſſe rit: aliud cōſequaf. Item repugnans ſi vno poſito falſo aliud inferatur: qđ eſſe non pōt: niſi id ius conditionis efficiat. Quocirca aperte demonſtratū eſſe arbitror cōditionalē hunc locū vocari: & recte vnū eſſe a Marco. T. cōſtitutū. quō vō fiat ab añtibus & cōñtibus & repugnantibus argumentū poſterius dicam. ſed quā nullius facultatis alterius ē: qd quāqʒ rem cōſeqr: vel cuiqʒ quid repugnet inſpicere niſi dialecticę tm̄: quę huius ꝗ̄ maxime rei peritiā ꝓfitef. Idcirco ait hunc eſſe locū totū dialecticoꝝ: qui etiā ab adiūctis longe diuerſus eſt. Primū ꝙ adiuncta ꝓderi ſi ſe: atqʒ diſtare inuicem pñt: non vō pficere atqʒ implere naturā: veluti ambulationē pedūʒ ſtrepitus ſignare quidem ac denūciare pōt efficere vō non pōt. Neqʒ enim ambulationē efficit pedūʒ ſtrepitus. nec vō ex neceſſitate ambulatio vt pedum ſtrepitus ſit: micto: eſt: ſed ſępe ita ambulaf: vt nullus pedū ſtrepitus exaudiatur. ſępe non mutato loco moueri pedes: ac ſtrepere preter ambulationē queūt. precedentia vō & cōñtia & repugnantia nunꝗ̄ deſunt: idcirco non ſemper inueniūf adiuncta: ꝓpoſitoqʒ termino: quē ꝓbare cōtēdimus: ſępe ex adiunctis argumenta deficiunt: quia ipſa quoqʒ aliquotiens deficere videnf adiuncta. Precedentia vō & cōñtia: & repugnātia nūꝗ̄ deſunt: omne enī quicꝗ̄ in rebus eſt: hʒ qđ ſe aut ſequaf naſr: aut precedat. Eſt etiam a quo naturę diuerſitate diſſideat: velut hoiem ſequif quidem aīal: precedit vō ſbam. dicimus enim ſi homo eſt. aīal eſt. ſbam vō precedit. cū ꝓponimus. ſi aīal eſt ſba eſt. Repugnat vō mortuo cū enūciamus. Si aīal eſt: mortuū non eſt. preterea quę ſunt adiuncta tpibus diſtributa ſunt: vt añ rem: cū re: vel poſt rem. quę vō ſunt antecedentia: cōñtia: & repugnātia: quolibet in tpib⁹ ſint nihil refert. Nam pora ſępe tpibus comitanf: & tpib⁹ poſteriora precedunt: & quę ſimul tpibus ſunt: alias precedunt alias vō cōſequunf: vt ſuperius quoqʒ ſępe diximus. Amplius quę antecedentia ſunt & cōñtia relinquere ſeſe nō pñt: nec ſibi repugnantia cohęrere: & ſunt neceſſario ſibimet cōnexa vel diſcōnexa. quę vō ſunt adiuncta nihil obtinēt neceſſitatis: quia & iungi ſibimet: & a ſe ſeparari queūt. Quę cū ita ſint: qđ difficilis vehementer oborif. videf enim minus intuentib⁹: nihil hʒ locus differre his locis: qui dicti ſunt vel a genere vel a ſpē vel a cōtrariis. Nā genus ſemp ſpēs ſeqf. ſpēs genus precedit: cōtraria ſimul eſſe nō pñt. Quę ſoluenda eſt hoc modo. Primū quia nō omne cōñs genus eſt: nec ſpēs antecedēs. Repugnātia vero nō ipſa cōtraria: ſed quę cōtrarioꝝ ſunt cōñtia. vt in locoꝝ: quia a M. T. ꝓpoſiti ſunt: expōne monſtrauim⁹ de hinc quia cū a genere fit argumentū: ipm genus aſſumitur eodem quoqʒ modo: ſpēs: cū ab ea aliquid volum⁹ approbare. cum vero ab antecedentibus & cōñtibus aliquid mōſtrare cōtēdimus eo qđ in cōditionali ꝓpōne preceſſit: vtimur in aſſumptione: etiā ſi nō fuerit genus. Item ſi a cōñti argumentum fiat: etiā ſi ſpēs non ſit: a cōñti parte cōditionalis ꝓpōnis ducitur argumētū. veluti cū ita dicimus. Si ignis eſt: leuis eſt. Ignis antecedit leuitas ſequif. ſed neutrū neutri ē genus

aut ſpēs. aſſumif itaqʒ atqʒ ignis eſt. Nunc igif id qđ antecedebat aſſumpſi. ex quo monſtraf cōcluſio. leuis igitur eſt. At ſi ita aſſumaf. ſed non eſt leuis: id qđ cōſequebaf aſſumpſi. Cōcludif ergo atqʒ mōſtraf. nō ē igif ignis. vides igif vt de his precedentibus & cōñtibus nunc loquimur: quę in cōditionali ꝓpōne poſita: vel precedere vel cōſeqʒ intelliguntur. Cum vero fit ex genere argumētū: ſpēs quidem eſt: de quā aliquid ꝓbare intendimus. genus quidem aſſumimus: nō quaſi precedens: ſed quaſi continens: vt quicqd eſſe conſideratur in genere: id etiam formę quoqʒ debeat aptari. Genus enim quo ad permanet: a ſua ſpecie non recedit. cum vero de ſpē ſumimus argumentum: genus quidem eſt: de quo aliquid quęritur: ſed id labora⁹: vt id: qđ de genere conamur oſtēdere: ex ſpecie poſſit facilius agnoſci. Vt cū vxori fabię relictū fuiſſet legatū: ſi materfamilias fuiſſet: quā non conueniret in manum. ſ. ab in manus cōuentione: quę ſpecies eſt vxoris: vxorē qđ eſt matrisfamilię genus: a legati iure ſeiungimus: & legatum ad ſpēm id eſt matremfamilias determinamus: ſed illud interius diſpiciendū videtur. Nā locus ab antecedentibus & cōſequentibus totus ſuperuacaneus eſſe videatur: cū quolibet modo fuerint ex eo argumenta cōpoſita: a cęteris locis: quos ſupius deſcripſim⁹: nō recedāt. Nā quodcūqʒ ab antecedentibus & cōſequentibus ducif argumentum: id vel a toto: vel a partibus: vel a coniugatis: vel ab aliquo reliquoꝝ tractum eſſe perpenditur. hoc modo. ſi vtilis eſt ęquitas conſtituta ad res ſuas optinendas: vtile eſt ius ciuile: at id quod precedit: quod ſequitur igitur. Hoc ē a diffinitione argumentum. ſ. ab aſſumptione precedentis. At ſi ita dicam. ſed non eſt vtile ius ciuile. non eſt igif vtilis ęquitas conſtituta ad res ſuas optinendas. hic per conſequentis aſſumptionē a diffinitionis loco ſumptum ē argumentū. Item a partium enumeratiōe: ſi neqʒ cenſu neqʒ ceteris: neqʒ eſt liber. at cenſu vel ceteris. eſt igitur liber. at non eſt liber: neqʒ cenſu igitur neqʒ ceteris manumiſſus ē. ſed notandum eſt: quę ſit vis vniuſcuiuſqʒ argumenti: & quā nam mō ꝓferatur. Sunt enim argumēta: quę predicatiuis apta ſint ſyllogiſmis. vt a diffinitione ſic. Ius ciuile ē ęquitas conſtituta & reliqua. Id vero vtile eſt. vtile eſt igif ius ciuile. Item a partib⁹: qui neqʒ cenſu neqʒ vindicta: neqʒ teſtamento eſt manumiſſus: hic ex ſeruitute liber fact⁹ non eſt. Stichus vero neqʒ teſtamento: neqʒ cenſu: neqʒ vindicta manumiſſus eſt. Stichus igitur liber non eſt. & in cęteris eodem modo. Omnia vero quęcūqʒ per categoricum ſyllogiſmum proferri poſſunt: eadem per conditionale dici queunt. Omnis nāqʒ predicatiua propoſitio in conditionalem verti poteſt. hoc modo. Omnis homo animal ē predicatiua eſt. hęc facile vertitur in conditionalem ita. ſi hō eſt: animal eſt. Non vero omnis conditionalis in predicatiuam verti poteſt. velut hęc. ſi peperit: cum viro concubuit. Nemo enim dicere poteſt ipſum peperiſſe id eſſe quod cum viro concubere: quomodo dicimus hominē id eſſe qđ animal ſit. alia enim ratio eſt in his propoſitionibus quę ita dicuntur: quę peperit: cum viro concubuit. hęc enim ſimilis eſt ei quę dicit. ſi peperit cum viro concubuit. ſed predicatiua propoſitio id eſſe ſubiectum dicit: quod fuerit predicatum. Conditionalis vero id ponit: vt ſi id quod antecedens fuerit comitetur neceſſario quod ſubſequitur. Cum vero predicatiua eſt propoſitio: ſi cōuertatur in conditionalem: alia nimirum redditur propoſitio. Nam cum dicitur omnis homo animal eſt. ipſe homo animal eſſe proponitur. cum vero ſi homo ē animal eſt. non id ſentitur: vt ille qui homo eſt animal ſit: ſed propoſito eſſe hominem conſequi vt ſit animal. ergo conditionalis ſyllogiſmus in antecedentione & conſecutione poſitus licet per diffinitionem: licet per partium enumerationem: licet per coniugationem et quolibet alio fiat modo: tamen in propria forma ſe continent: & eſt conditionalis. id eſt vtens propria conditione: vt quodammodo cętera argumenta ſuę velut naturę videantur habere ſubiecta: vt cum ſit a diffinitione argumentum ſiquidem per predicatiuam formam factus ſuę

Topi. 4[?]



rit ſyllogiſmus: a diffinitione deducitur eſſe dicatur. Sin vero per hypotheſin facta fuerit argumentatio: conditionalis fit ſyllogiſmus: quem diſcernat aſſumptio: vtrum ab antecedentis: an a conſequentis parte promatur. Quo fit vt etiā ſi per ceteros locos conditionale argumentum feratur: tamē ſuam quandam habeat formam: quia quidem in antecessione et conſecutione eſt conſtitutus. Tunc enim diffinitio partes: coniugata et cetera veluti res ipſe fiunt: ac non locus cum venerint in conditionem. at ſi conditio ceſſet: ex ipſis perfectum videbitur argumentum ꝙ ſi propoſitionem conditio copulauerit: ipſa quidem ea ſunt: que in propoſitionibus continētur: veluti quedam argumenti partes. locus vero in conditione eſt conſtitutus. atq̃ hec ita dicta ſunt: quaſi aliter conditionalis hic locus tractari non valeat: niſi eoꝝ aliquē: quos predirimus includat. nam poteſt preter eos etiam ſepe reperiri: vt cū dicimus. Si homo eſt: riſibilis ē. Si coruus eſt: niger eſt. hic enim nec diffinitionē: nec partes: nec vllū alium locum ſuperius enumeratoꝝ continet argumentum. Amplius facile eſt in ſingulis eoꝝ differentias peruidere locus quippe a toto a ſubſtantia trahitur. a partibus vero a rei compoſitione. nam in ſimplicibus terminis tale argumētum non poteſt inueniri. a nota ab interpretatione. a coniugatis: ab eo quod ex eodem vtrūq̃ diducitur. a genere: a cōtinenti: a forma: ab eo quod continetur. a differentia: ab eo quod diſcrepat: a ſimilibus: ab eadem qualitate: a contrarijs: ab eo ꝙ a ſe longe diuerſa ſint. a cauſis efficientibus: ab effectis: ab his que vim alterius efficientie ſuſceperunt. ab adiunctis a vicinitate nature. a cōparatione maioꝝ: paruum: vel minorum: a relatione: ad equalem vel inequalem quantitatē: ab antecedentibus vero longe alius modus eſt. Conſtat enim in eo quod ſi propoſitum quid fuerit: aliud quiddam modis omnibus exiſtet: quod conſequens appellatur. huius vero intelligētio conſiſtit in eo ꝙ precedente quolibet aliud ſubſecutū eſt repugnantium vero intelligentia conſiſtit: nō modo ꝙ neq̃ ſequi neq̃ antecedere poſſunt: verum etiam ꝙ ſimul eē nō poſſunt. que in conditione conſiſtere dubium non eſt. His igitur ita expeditis: quoniam M. T. proprietatem loci: vt in tranſcurſu potuit: euidenter expreſſit: nūc quibus modis eodē loco vti conueniat: adiungit: Que Topicoꝝ pars: quoniam diligentius explananda eſt: finem quarto volumini faciam Quinto cetera reddituris.

Eiuſdem Boetij in Ciceronis Topica cōmentariorum liber quintus.

E omnibus quidē hypotheticis ſyllogiſmis Patrici rhetoꝝ peritiſſime: plene habundanterq̃ digeſſimus his libris: quos de eoꝝ principaliter inſtitutione conſcripſimus: a quibus integram perfectamq̃ doctrinam: cui reuoluendi illa vacuum tempus eſt: lector accipiet. Sed quoniam nūc Ciceronis topica ſumſimus exponenda: atq̃ in his aliquoꝝ M. T. modoꝝ meminit: dicendum mihi breuiter exiſtimo de his ſeptem conditionalibus ſyllogiſmis: que eorum natura ſit: propoſitionūq̃ contextio: vt cum hec ad ſcientiam rite prelibata peruenerint: Tulliana facilius noſcantur exēpla. Omne igitur quod in queſtione dubitatur: aut veriſimilibus: aut neceſſarijs probabitur argumentis. argumētū vero omne aut in ſyllogiſmi ordinē cadet: aut ex ſyllogiſmo vires accipiet. Syllogiſmus vero omnis propoſitionibus cōſtat. Propoſitiones aūt omnes vel ſimplices ſunt: vel cōpoſite. Simplices que ſimplicibus orationis partibus coniunguntur. Copulantur aūt in compoſitam propoſitionē ſimplices orationis partes nomen et verbum: veluti cum dicimus dies eſt: vel dies vernus ē: vel dies ſerenus eſt. hic enim oēs vim propoſitionis nomen cōnectit et verbum. Omnis autē ſimplex propoſitio ex ſubiecto predicatoq̃ cōſiſtit. Subiectū eſt: de quo dicitur id quod predicatur. Predicatum eſt quod de eo dicitur quod ſubiectum eſt. verbū aūt aliquotiens predicato nomini adiungitur. aliquotiens ipſum predicatur. predicato nomini adiungitur in hac propoſitione: que dicit. dies ſerenus eſt. dies enim ſubiectus eſt. ſerenus predicatur. eſt vero verbum ſereno adiunctum eſt: quod diximus eſſe predicatū. At ſi talis ſit propoſitio: que ſolo nomine conſtet et verbo veluti cum dicimus dies eſt. tunc dies ſubijcitur. eſt verbum ſine dubio predicatur. ſine verbo autem nulla eſt propoſitio. Omnis enim propoſitio vel vera vel falſa eſt. niſi aūt verbum ſit quolibet adiunctum: quo eſſe aliquid aut nō eſſe dicatur: nulla veritas aut falſitas in propoſitionibus deprehenditur. ſepe aūt propoſitiones etiam ex totis orationibus conſtant: vt ſi dicamus. tranſire in Affricam vtile eſt romanis. hic enim ſubiectum quidem eſt tranſire in Affricam. vtile aūt romanis predicatum. eſſe vero predicato cōiungitur. Huiuſmodi igitur omnes propoſitiones predicatiue dicuntur. predicatiue vero appellantur: quia aliud de alio predicant. Omneſq̃ qui ex his propoſitionibus fiunt ſyllogiſmi: ſecundum enunciationum ſuarum formas predicatiui appellantur. Ex his aūt predicatiuis propoſitionibus exiſtunt compoſite propoſitiones: quarum alie quidem copulatiua cōiunctione nectuntur: vt et dies eſt et lux eſt. alie vero per conditionē fiunt: que etiā conditionales enunciationes vocantur. Hec vero ſunt: que cōiunctione quadā partibus interpoſita ad conſequentiam conditionemq̃ ducuntur. Age enim ſint due propoſitiones predicatiue. vna quidem que dicit aīal eſt: alia vero que proponit homo eſt. His ſi coniunctio interueniat: faciet: ſi homo eſt: aīal eſt. Uides igitur vt duas predicatiuas propoſitiones in vnam conditionem coniunctio copulauerit. Que cū ita ſint: omnes he propoſitiones hypothetice. i. conditionales vocantur: atq̃ ex his ſyllogiſmi tales exiſtunt: quibus hypotheticis vel conditionalibus nomē eſt. Omnis aūt hypothetica propoſitio vel per connexionē fit vel per diſiunctionē. Per connexionē hoc modo. Si dies eſt: lux ē Per diſiunctionē ita: vt dies eſt: aut nox eſt. Eaꝝ vero que per cōnexionē fiunt alie ex duabus affirmatiuis copulate ſunt: vt ſi dies eſt lux eſt. nāq̃ dies eſt: et lux eſt: vtrāq̃ aliquid affirmat: alie ex duabus negatiuis: vt ſi lux nō ē: dies non eſt. vtraq̃ negatio ē. alie vero ex affirmatiua negatiuaq̃ coniuncte ſunt. vt ſi dies eſt: nox nō ē. Alie vero ex negatiua Atq̃ affirmatiua copulantur. vt ſi dies nō eſt: nox ē. oēs tamen in cōnexione ſunt poſite. Aut enim affirmatio affirmationē ſequitur. aut negatio negationē: eiq̃ connexa eſt: aut affirmationem negatio: aut negationem affirmatio. ſed ex cōnexis repugnantes manifeſtū eſt naſci. nāq̃ vbi affirmatio ſequitur affirmationē: his ſi media negatio interpoſita ſit: repugnantiam facit hoc modo. ſi dies ē lux eſt. hic affirmatio ſequitur affirmationem. at cū dico ſi dies eſt: lux non ē: repugnant inter ſe partes propoſitionis cōnexe interpoſita negatione. Itē quotiens negatio ſequitur negationē: ſi poſteriori propoſitionis parti negatiuū demat aduerbiū: repugnantes fiunt: hoc modo. ſi aīal nō eſt: homo nō eſt. hec cōnexa ē ex duabus propoſita negatiuis At ſi poſteriori parti: homo non ē: negatiuū detrahatur aduerbium: fiet. ſi aīal non eſt homo ē: quod repugnat. at ſi affirmatio negationē ſequatur: ſiue poſteriori parti negatio iungatur ſiue priori auferatur: repugnantes fiūt. hoc modo ſi dies non ē nox eſt. hic igitur affirmatio ſequitur negationem. ſiue igitur poſteriori parti nox eſt: negatio copuletur. vt ſit ita ſi dies nō eſt: nox non ē. ſiue priori auferatur. vt ſit ita ſi dies eſt: nox ē repugnantē fieri propoſitionē neceſſe ē. ꝙ ſi negatio affirmationem ſequatur: et poſteriori parti negatiuū aduerbiū ſubtrahatur: propoſitionis cōnexe partes in repugnantiā cadunt. hoc modo. ſi vigilat nō ſtertit: hic affirmationē ſequitur negatio ſed ſi poſteriori parti id eſt non ſtertit: negatio demat: fiet: ſi vigilat ſtertit: et erit repugnans. ſed in cōnexis atq̃ diſiūctis propoſitionibus illud intelligendum eſt: ꝙ in earum partibus et vis queſtionis includitur et argumenti. Age enim dubitetur: an lux ſit. idq̃ approbandum ſit: eo ꝙ dies eſt. Si igitur ita fiat propoſitio. ſi dies eſt: lux eſt. ea quidem pars totius propoſitionis que ſequitur. i. lux eſt: queſtionis ē. De ea nāq̃ queritur: an lux ſit. Ea vero que prior eſt: id eſt dies eſt. vim continet argumenti. Ex eo enim ꝙ dies eſt: lux eſſe probabitur. et in ceteris quidem vel connexis: vel diſiunctis eadem ratio eſt. In omnibus vero his quoniam ſyllogiſ



Topi. 4 9[?]

mus atq̃ argumentatio ad demonſtrandam partem alteram queſtionis accōmodatur. queſtio vero omnis dubitabilis eſt. Oportet ſyllogiſmos: qui accōmodantur ambigue queſtioni: indubitabiles eſſe atq̃ perſpicuos. qui vt ſint tales ex claris atq̃ apertis et in veritate parentibus propoſitionibus neceſſe eſt conſtent. propoſitiones vero partim per ſe note ſunt: partim aliquibus probationibus indigebūt Omnis vero ſyllogiſmus enunciatione propoſita habet alicuius partis aſſumptionem: vt quod eſt in queſtione concludat. hoc modo. ſi dies eſt: lux eſt. vt igitur lucem eſſe demonſtrem: aſſumam vnam partem propoſitionis ſupius conſtitute: dicamq̃: ſed dies eſt: ac tunc demum id quod ē in queſtione cōcludam. lux eſt igitur. ergo cum ad ſyllogiſmi concluſionem: et tota enunciatione in proponendo et in aſſumendo parte enunciationis vtamur: neceſſe eſt: vt ea quibus vtimur nil habeant dubitabile: Siquidem ex his ea que ſunt ambigua capient fidem. ꝙ ſi propoſito aliquotiēs quidem per ſe nota eſt atq̃ perſpicua: aliquotiens vero probationis idigens inuenitur: aſſumptio quoq̃ aliquotiēs per ſe vera eſſe notabitur: aliquotiens approbationis indiget adiumentis. Quo fit: vt ſi et propoſitio et aſſumptio demonſtrande ſint: quinq̃ partitus (vt Cicero etiam in rhetoricis auctor eſt) ſyllogiſmus fiat conſtans ex propoſitione eiuſq̃ probatione: aſſumptione: eiuſdemq̃ probatione et concluſione: ꝙ ſi neutra ſit approbāda tripartitus ſit: Ex propoſitione. ſ. et aſſumptione et concluſione. ꝙ ſi altera earum demonſtranda ſit: ſit quadripartitus: ex propoſitione. ſ. et aſſumptione: atq̃ vnius earum approbatiōe et concluſiōe. Concluſionis vero ipſius approbatio precedēte propoſitiōe atq̃ aſſumptione perficitur. que cū ita ſint: cūq̃ omnis propoſitio hypothetica in connexionem diſiunctionemq̃ diuidatur: in connexis propoſitionibus aliud dicimus precedens: aliud conſequens. Idem autem conſequens et connexum vocamus. velut in hac propoſitione. ſi dies eſt: lux eſt: Dies eſt precedit. annectitur: lux eſt. In diſiunctis aūt non eſt eadem ratio: quia cum ea que proponūtur: ſimul eē non poſſunt: nullo modo dicuntur eſſe cōnexa. Precedēs autem et ſubſequens inde iudicatur: quia quod primū ponitur: iure antecedens vocatur quod poſterius iure ſubſequens dicitur. Ex his igitur propoſitionibus: que cōnexe ſunt: fit primus et ſecundus hypotheticoꝝ ſyllogiſmorum modus. addita vero negatione propoſitioni connexe ex duabus affirmationibus copulate: eaq̃ inſuper denegata tertius accedit. ex diſiunctis vero propoſitionibus diuerſo modo aſſūptionibus factis: quartus et quintus. Utriſq̃ vero per negationem compoſitis: ſextus et ſeptimus. atq̃ he ſeptē ſūt hypothetice concluſiones. Quaꝝ M. T. in Topicis meminit. quaꝝ omnium deinceps ordo atq̃ exempla ſubdēda ſunt. Primus igitur modus eſt cum in cōnexa propoſitione aſſumpto eo quod precedit: volumus monſtrare quod ſequitur ita eſſe oportere: vt eſt in cōnexione prolatum. In quo ſi id quod connexum eſt: ac ſequitur aſſumpſerimus: nullus omnino fit ſyllogiſmus. Huius exemplum tale ē ſi dies eſt: lucet. ſi igitur lucere monſtremus: aſſumamus neceſſe eſt diem eſſe hoc modo. atqui dies eſt. conſequitur ergo ex neceſſitate lucere. ꝙ ſi lucere aſſumamus: atq̃ ita dicamus. atqui lucet. non neceſſe eſt diem eſſe: atq̃ ideo nulla neceſſitas euenit concluſionis: vbi nulla neceſſitas eſt: nec ſyllogiſmus quidem intelligi poteſt. Eſt igitur primus modus in hanc formam. Si dies eſt: lucet. dies aūt eſt. lucet igitur. Inueniuntur tamen in quibus equo modo valet aſſumptio: ſiue precedens: ſiue ſubſequens aſſumatur. vt in homine atq̃ riſibili. Si enim homo eſt: riſibile eſt. atqui homo eſt. riſibile igitur eſt. atqui riſibile eſt. homo igitur eſt. Sed in his hec cauſa eſt. quia homo atq̃ riſibile equi ſūt termini. atq̃ idcirco vno poſito alterum comitari neceſſe eſt. ſed quia hoc in omnibus non eſt: idcirco dicimus nō eſſe vniuerſale: vt aſſumpto poſteriore: quod precedebat probetur. Secūdus vero modus eſt: quotiens aſſumpto poſteriore atq̃ conſequēti quod ante eſſerat aufertur: hoc modo. Si dies eſt lucet. hic ſi aſſumamus non lucere: cōtrario modo atq̃ in propoſitione prolatum eſt aſſumamus dicentes. atqui non lucet in eo igitur ſequitur non eſſe diem. ꝙ ſi diem negemus. i. quod antecedit in aſſumptione contrario modo atq̃ poſitum eſt in propoſitione proferamus: non tollitur quod eſt connexum: vt ſi dicamus atqui non eſt dies: non mox ſequitur non lucere. Poteſt enim non eſſe dies: et tamen lucere. Eſt igitur ſecūdi modi forma huiuſmodi. Si dies eſt lucet atqui non lucet. non eſt igitur dies. Primus igitur modus aſſumit quod preceſſit: vt approbet quod connexum eſt. non poteſt vero aſſumere quod cōnexum eſt: vt probet quod preceſſit. Secundus autem aſſumit econtrario quod ſequitur: vt quod preceſſit euertat. non poteſt autem ecōtrario aſſumere quod preceſſit: vt id quod connexum eſt auferatur. Tertius modus eſt: cum inter partes cōnexe: atq̃ ex duabus affirmationibus copulate propoſitionis negatio interponitur: eaq̃ ipſa negatione denegetur que propoſitio ὑπεραποφατικὴ greco ſermone appellatur. vt in hac ipſa quam ſuperius propoſuimus. ſi dies eſt: lux eſt. ſi inter has propoſitiones negatio interueniat: fiet hoc modo. Si dies eſt: lux non eſt. ac ſi vlterius denegemus erit ita. non ſi dies eſt: lux non eſt. cuius propoſitionis iſta ſententia eſt. quia ſi dies eſt: fieri nō poteſt vt lux non ſit. Que propoſitio ſuperabnegatiua appellatur. taleſq̃ ſunt omnes: in quibus negatio preponitur negationi vt non eſt dies. et rurſus. Nec nō Auſonij troia gens miſſa coloni. In hac igitur ſi priorem partem: id eſt diem eſſe in aſſumptione ponamus: conſequetur etiam lucem eſſe. hoc modo non ſi dies eſt: lux non eſt. atqui dies eſt. lux igitur ē. Qui modus a ſuperioribus plurimum diſtat: ꝙ in eo modo qui ſit ab antecedentibus ponitur antecedens: vt id: quod ſequitur aſtruatur. In modo vero a cōſequētibus perimitur conſequēs vt id quod preceſſerat auferatur. In hoc vero neutrum ē. nā neq̃ antecedens ponitur vt quod ſequitur confirmetur: nec interimitur ſubſequens: vt id quod preceſſerat euertatur. ſed ponitur antecedens vt id quod ſequitur interimatur. hic autem propoſitionis modus partes inter ſe ſuas continet repugnantes. aduerſum quippe eſt: ac repugnat: ſi dies eſt: non eſſe lucem. ſed idcirco rata propoſitio eſt: quia conſequētium repugnantia facta per mediam negationē alia negatione deſtituitur: et ad vim affirmationis omnino reuocatur. nam quia conſequens eſſe intelligitur: ac verum ſi dies eſt eſſe lucem: repugnat: ac falſum eſt. ſi dies eſt non eſſe lucem. que denegata rurſus vera eſt ita. Non ſi dies eſt: lux non eſt: et ſit cōſimilis affirmationi. ſi dies eſt: lux eſt. quia facit affirmationem geminata negatio. Similiter vero fiunt ex repugnantibus propoſitionis partibus argumenta: vel ſi duabus negationibus: vel ſi negatione et affirmatione: vel ſi affirmatione et negatione iungatur. Quomodo vero fiāt ex talibus cōnexis repugnantes ſuperius dictum eſt. ſit vero ex ea propoſitione: que duabus iungitur negatiuis ex repugnanti argumentum hoc modo. Sit propoſitio. Si non eſt lux: dies non eſt. fiat repugnans ita. ſi nō eſt lux: ē dies huic iungamus negationē: vt fiat vera ita. Non ſi lux nō eſt dies eſt. atq̃ lux non eſt. dies igitur nō eſt. Item ſit ex negatione atq̃ affirmatione propoſitio hec. Si dies nō ē nox eſt. huic addatur ex poſteriore parte negatio: et ſit ita. Si dies non eſt: nox non eſt. fit repugnās. hec nihilominus abnuatur vt ſit vera. non ſi dies non eſt: nox nō eſt. aſſumimuſq̃ atqui dies non eſt. Concludimus. nox igitur eſt. Item ſi ex eadem propoſitione: que ex negatiua affirmatiuaq̃ coniungitur: et dicit ſi dies non eſt: nox eſt. a priori parte negatio ſubtrahatur: fiet repugnans. hoc modo. ſi dies eſt: nox eſt. huic apponatur negatio: vt vera eſſe poſſit hoc modo. non ſi dies eſt: nox eſt. aſſumamq̃. atqui dies eſt. concluditur. nox igitur non eſt. At ſi ſit ex affirmatione et negatione propoſitio coniuncta: velut hec. ſi vigilat non ſtertit: demitur poſteriori parti negatio vt fiat ita. Si vigilat ſtertit. Sed hec repugnat. Tota rurſus propoſitio denegetur: vt vera fiat hoc modo. Non ſi vigilat ſtertit: aſſumimus atq̃ vigilat. Concludamus neceſſe eſt. non ſtertit igitur. Sed

hę quattuor: ex repugnantibus cōcluſiones in tertio modo conſiſtere intelliguntur. quarum quidem Tullius tres cōmemorauit: vnāq; precepto occuluit: eam quam propoſitō talis effecit: quę duabus iungitur affirmatiuis. Duas vero exemplo. ſ. eam: quę ex tali propoſitione naſcitur: quā duę copulant negationes: ⁊ eam: quę ex tali connexa procreatur quę ex affirmatione negationeq; conſiſtit. Reliquam vero ꝓpterea: ꝙ illarum ſimilitudine etiam in tertium concluſionis modū videbatur incidere. Quartus modus in diſiunctiōe cōſiſtit. hoc modo: Aut dies eſt: aut nox eſt: ſed dies eſt: nox igitur non eſt. huius hęc ratio eſt. quia diſiunctiua enumeratione propoſita prior pars eius aſſumitur affirmando: vt ſubſequens auferatur. ex ea enim propoſitione: quę dicit aut dies eſt: aut nox eſt: aſſumimus: atqui dies eſt. ſ. affirmantes eſſe diem. quam affirmationem aſſumptionis conſequitur non eſſe noctem. Quintus modus eſt: cum in eadem diſiunctiua propoſitione: id quod primum eſt: negando aſſumitur: vt id quod eſt poſterius inferatur. hoc modo aut dies eſt: aut nox eſt. atqui dies non eſt. per negationē ſcʒ facta eſt aſſumptio: conſequitur eſſe noctē. Sextus vero modus ac ſeptimus ex quarti ⁊ quinti modi diſiunctiua ꝓpoſitione deducuntur. vna negatione. ſ. adiecta: ⁊ diſiunctiua prepoſitione detracta: additaq; coniunctiua his propoſitionibus: quę ſuperius in diſiunctione ſunt poſitę hoc mō. Non ⁊ dies eſt: ⁊ nox eſt. Dudū igitur in diſiunctiua ita fuit: vt aut dies eſt: aut nox eſt. Ex hac igitur propoſitione ſublata aut coniunctione: quę erat diſiunctiua adiecimus ⁊ quę copulatiua eſt: prepoſuimuſq; negationem. Itaq; fecimus ex partibus diſiunctiuę propoſitionis copulatis addita negatione propoſitionem ſexti: atq; ſeptimi modi: quę eſt. Non ⁊ dies eſt: ⁊ nox eſt. In qua ſi aſſumatur eſſe diē noctem non eſſe conſequitur. atqui dies eſt. nō eſt igit̃ nox. Septimus vero modus eſt: cum prima pars propoſitionis negando aſſumitur: vt poſterior ſubſequatur. hoc modo. Non ⁊ dies eſt ⁊ nox eſt. atqui dies non eſt. Nox igitur eſt. Atq; hic modus propoſitionum in ſolis his inueniri pōt quorum alterum eſſe neceſſe eſt. vt diem vel noctem. egritudinem vel ſalutem. ⁊ quicquid medium non habet. Quo autem modo omnium ſyllogiſmorum conditionalium veritas ſeſe habeat: his diligentiſſime explicauimus libris: quos de hypotheticis conſcripſimus ſyllogiſmis. Nunc vero: non ꝙ de his perfectior conſideratio inueniri poteſt: appoſuimus: ſed id: quod ad explanandū. M. T. ſententiā poterat accōmodari. vt igitur cuncta: quę diximus breuit̃ colligantur. Primus modus eſt: quotiens in connexa ꝓpoſitione primum vt in propoſitiōe locatur: aſſumitur: vt conſequatur ſcḋm hoc modo. Si dies eſt: lux eſt. atqui dies eſt: lux igitur eſt. Scḋus modus eſt: quotiens in cōnexa ꝓpoſitione ſcḋm econtrario aſſumitur: q̄ʒ in propoſitione locatum eſt: vt id quod primum eſt auferatur. hoc modo. Si dies eſt: lux eſt. atqui non eſt lux. non eſt igitur dies. Tertius modus eſt: cum connexe propoſitionis partes ex affirmationibus iunctę negatione diuiditur: totiq; propoſitiōi negatio rurſus adiungitur: aſſumiturq; quod prius eſt: vt in propoſitione eſt enunciatum: vt econtrario concludatur ſcḋm q̄ʒ in propoſitione prolatum eſt. hoc modo. Non ſi dies eſt: lux non eſt. atqui dies eſt. lux igitur eſt. hic ergo poſito quod precedebat. ideſt eſſe diem: euerſum eſt: quod ſequebatur. ideſt non eſſe lucem: negationē quippe affirmatio dis euertit: vel cum connexe propoſitionis negationibus iūctę ſecundę parti negatio detrahitur: totaq; propoſitio denegatur: poſitaq; priore propoſitionis parte interimitur: quod ſubſequitur. hoc modo. Non ſi lux non eſt: dies eſt. atqui lux non eſt: dies igitur non eſt. vel ſi connexe propoſitiōis ex negatione atq; affirmatione compoſitę ſecundę parti negatio iungatur: eaq; inſuper denegetur: ponaturq; quod ꝓ(prius) eſt: vt id quod ſequitur auferatur: hoc modo. Nō ſi dies non eſt: nox non eſt. atqui dies non eſt: nox igitur eſt. vel ſi in eadem propoſitione: quę ex negatione atq; affirmatione copulata eſt: priori parti negatio ſubtrahatur: eaq; denegetur: ponaturq; quod primum eſt: vt id: quod ſequitur auferatur hoc modo. Non ſi dies eſt: nox ē. atqui dies. nox igitur non eſt. vel ſi connexe propoſitionis ex affirmatione et negatiōe copulate poſteriori parti negatio dematur: totaq; inſuper denegetur: poſitoq; priore: id quod ſequit̃ interimatur. hoc modo. Non ſi vigilat ſtertit: atqui vigilat. nō ſtertit igitur. Atq; hęc omnia in tertio eſſe intelliguntur mō atq; ex repugnantibus fiunt: ⁊ ſemper id: quod antecedit ponitur: vt id quod ſequitur auferatur. Nam ſicut in propoſitione conditionali: quia negata repugnantia partiū ſit vera: pma pars proponitur: ſiue affirmatiuę ſiue negatiuę: ita ea reddit aſſumptio. Sed vt pma pars fuerit aſſumpta reliqua contraria enumeratione concluditur. nam ſi aſſumptio fuerit affirmatiua erit negatiua concluſio. Si aſſumptio negatiua: erit cōcluſio affirmatiua. Quartus modus eſt: cum in diſiunctiua propoſitione primū ponitur: vt auferatur ſcḋm: hoc modo. aut dies eſt: aut nox eſt. atqui dies eſt: non eſt igitur nox. Quintus modus eſt: quotiens i diſiunctiua propoſitione aufertur quod prius eſt: vt ponatur ſcḋm: hoc modo. aut dies eſt: aut nox eſt. non eſt autē dies: nox igitur eſt. Sextus modus cum his rebus: quę in diſiūctionem venire poſſunt: ideſt contrarijs vel repugnantib⁹ medietate carentibus negatio preponitur: ⁊ copulatiuę cōiunctiones adiunguntur: poniturq; quod primum eſt: vt id quod eſt ſubſequens auferatur: hoc modo. Non ⁊ dies ⁊ nox eſt. dies autem eſt. nox igitur non eſt. Septim⁹ modus eſt: cum in eadem propoſitione aufertur id: quod precedit: vt ponatur id: quod conſequit̃ hoc modo. Non ⁊ dies eſt: ⁊ nox eſt. atqui dies non eſt: nox igitur eſt. His igitur ita predictis ad Ciceronis verba veniamus.

ꝓ Cū tripartito igitur diſtribuatur locus hic in conſecutionem antecesſionem repugnantiam: reperiendi argumenti locus eſt ſimplex: tractandi triplex. Nam quid intereſt: cum hoc ſumpſeris: Pecuniam numeratam mulieri deberi: cui ſit argentum omne legatum: Utrū hoc modo concludas argumentum. Si pecunia ſignata argentū eſt: legata eſt mulieri. Eſt autem pecunia ſignata argentum. legata igit̃. An illo modo. Si numerata pecunia non ē legata: non eſt numerata pecunia argentum. eſt autem numerata pecunia argētum: legata igit̃ eſt. An illo modo. nō ⁊ legatum argētum eſt: ⁊ nō eſt legata numerata pecūia. Legatum āt argētum eſt. legata igitur numerata pecūia eſt.

¶ Eum locum: qui ex antecedentibus ⁊ conſequentibus: ⁊ repugnātibus eſſet: vnum recte videri: eūq; in conditiōe eſſe poſitum: ſed trina partitione diſtribui: ſuperius explicatum eſt: idq; M. T. euidentius notat dicens. Intellectum quidem eius: conſiderationemq; in conditione poſitam vnam eſſe: ſed per argumentationis tractationem tripartito diuidi. Cuius rei per primum ac ſecundum ⁊ tertium hypotheticorum ſyllogiſmorum modum ſicut paulo ſuperius diximus: exempla ſubiecit. Quę quoniam implicatiora videntur: q̄ʒ vt primo ſtatim auditu comprehēdantur: viſum pauliſper eſt: apertiorib⁹ exemplis animū lectoris imbuere: vt in facilioribus primum exercitata intelligentia ſine magno negotio: quę ſunt difficiliora perpēdat. Ab antecedentibus igitur argumētatio fit: quotiens enunciata ꝯditione propoſitionis ſumitur id: qḋ anteceſſit vt id: qḋ ſeqtur inferatur. hoc modo. Sit enim dubiū: an Tullius animal ſit: concedaturq; eundem Ciceronem eſſe hominem: ⁊ ſit rata propoſitio hęc. Tullius ſi homo eſt animal eſt. homo antecedit. animal ſequitur. Si igitur ex antecedenti velim facere argumentationem: aſſumam id: qḋ precedit hoc modo. ſed homo eſt Cicero: cōſequitur animal eſſe Ciceronem. ⁊ eſt hic primus: quem ſupra dixim⁹ modus. Rurſus a conſequenti argumentatio fit: quotiens in conditione propoſita id quod conſequitur: tollit aſſumptō vt id quod preceſſerat interimatur. hoc modo. Si homo eſt Cicero animal eſt. antecedit homo ſequitur animal. ſi igitur ex conſequenti facere argumentū velim: dicam atqui non eſt animal: ſequitur eſſe ne hominem quidem: ſed id pſpicue falſum eſt. eſſe enim hominem conſtat. falſum eſt igitur animal non eſſe. Tullius igitur animal eſt. ⁊ hic dictorū ſuperius ſecūdus eſt modus. ꝙ ſi a repugnātib⁹ fiat in tertio. ſ. modo digeſtarum ſuperius cōcluſionū faciemus ita. Non ſi homo eſt Tullius: animal nō eſt. repugnat enī eſſe hominem ⁊ animal non eſſe. hic ſi aſſumamus eſſe hominem. ⁊ animal quoq; eſſe: recta ratione concludimus hō modo. atqui homo eſt: animal igitur eſt. atq; hic q̄dem modus ex ea propoſitione cōnexa cōuerſus eſt: quę ex duabus iuncta eſt affirmatiuis. his igitur tribus modis Tullius qui homo eſſet: animal quoq; eſſe monſtratus eſt. Nunc q̄dem dum id: quod antecedit: aſſumimus: ideſt eſſe hoīem. Nunc vero dum id: quod conſequit̃: in aſſumptione denegamus: ideſt non eſſe animal. Nunc aūt repugnantiam denegantes eoꝝ: quę ſibi ſunt conſequentia: poſito: qḋ ꝓcedebat id quod ſequebatur intulimus. quibus ita ꝓcognitis nūc M. T. tractemus exempla. Cum enim dixiſſet loci in conſecutione anteceſſione ⁊ repugnantia poſiti: reperiendi q̄dē argumenti ſimplicem eſſe intellectum: tractandi aūt triplicem adiecit. Nam quid intereſt cum tibi ſumpſeris ad demonſtrandū pecuniam numeratā mulieri deberi: cui ſit argentū omne legatū: vtrū id ab antecedentibus an a conſequentibus: an a repugnantibus ꝓbes. Nāq; eadem ſnīa in concluſione colligit̃. ⁊ argumentationū diuerſitas nō in re: ſed in antecedentiū ⁊ conſequētiū ⁊ repugnātiū tractatu eſt conſtituta. Primum igitur ponatur: ꝙ teſtamento aliquis omne ſuum argentum mulieri legauerit: queraturq; an numerata pecunia mulieri legata ſit. Concedaturq; numeratam etiam pecuniam argentū appellari. Argumētū igitur in primo modo ex antecedentibus tali rōne cōtexit̃. Proponimus enim ſi pecunia ſignata: numerataq; argentum eſt: eadē pecunia numerata atq; ſignata legata mulieri eſt. Hic igitur ꝓcedit numerata atq; ſignatam pecuniā argentum eſſe: ſequit̃ legatam eſſe mulieri. Id igitur qḋ preceſſit aſſumimus: dicentes: at eſt ſignata: ac numerata pecunia argentum. cōcludimus: numeratam ſignatamq; pecuniam mulieri eſſe legatam: eritq; totius argumentationis hic textus. Si pecunia ſignata: numerataq; argentum eſt: legata mulieri ē. At ē pecūia ſignata numerataq; argētū. igitur legata eſt mulieri. In quo ſi ad ſepius premiſſa: plurimiſq; exemplis ſuperius enodata lectoris animus reuertatur: Hanc argumentationem in pmo modo ab antecedētibus eſſe compoſitā non ignorabit. a conſequētibus vero hō modo. Si numerata pecunia nō eſt legata mulieri cui ſit argentum omne legatum: numerata pecunia non eſt argentū Hic igitur precedit numeratam pecuniā non eſſe legatam: cum ſit argentum omne legatum: ſequit̃ numeratā pecuniam argentum non eſſe. Si igitur id qḋ eſt poſterius auferamus: ideſt numeratā pecuniam non eſſe argentū: dicem⁹ Atqui eſt numerata pecunia argentum. affirmatio namq; tollit negationem. Sequitur igitur vt pars precedens auferatur: ea quę erat non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam: cum argentum ei fuiſſet omne legatum: Sʒ cū ſit omne: negatio affirmatione conſumitur: dicimuſq; i cōcluſione. Eſt igitur numerata pecunia mulieri legata: cum ei ſit argentum omne legatum: eritq; huiuſmodi argumentatio. Si non eſt mulieri legata pecunia numerata: cum ei ſit argentum omne legatum: non eſt argentū numerata pecunia. Atqui eſt argentum numerata pecunia. legata ē igitur mulieri numerata pecunia: cum ei fuerit argentū omne legatū. Sed qḋ Tullius breuitatis cauſa preterijt: ideſt illam partem ꝓpoſitionis: quę ait. Cum ſit mulieri omne argentum legatū: Nos apertioris cauſa intelligētię. Subiunximus: nec ꝑturbare lectorem debet: ꝙ cum in ſuperioribus exemplis in ſecundo modo per negationē facta fuerit ſemper aſſumptio: ⁊ per negationē rurſus illata concluſio: nunc per affirmationē ⁊ aſſumptio ⁊ cōcluſio facta ē. Cui⁹ rei euidentiſſima ratio eſt. nam cum in ſuperioribus exemplis pma ꝓpoſitio ex affirmationib⁹ fuerit conſtituta: atq; in ſecundo modo aſſumptio id quod ſequębatur auferret: ita vt interimeret id: quod precedebat: neceſſariū erat duplicem affirmationem gemina negatione conſumi. hoc mō Si dies eſt lux eſt. vtręq; in affirmatione ſunt conſtitute. Ut igitur poſterior pars. ideſt lux eſt: quę affirmatio ē: interimatur: deneganda eſt. Dicam igitur atqui non eſt lux. quo fit vt precedentem quoq; partem: ideſt dies eſt: quam affirmationem eſſe manifeſtum eſt: negatione tollamus cōcludentes. Dies igitur non eſt. At in hoc Ciceronis exemplo vtraq; pars primę atq; hypotheticę ꝓpoſitionis negationibus enunciata eſt: quę in aſſumptione vel concluſiōe non alijs niſi affirmationibus auferuntur hoc modo. Eſt enim tale Ciceronis exemplū. Si legata non eſt mulieri numerata pecunia: non eſt numerata pecunia argentū. vides vt ſit vtraq; negatio. Nam ⁊ non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam: ⁊ non eſſe numeratam pecuniā argentum: vtręq; in negatione ſunt poſitę. ꝙ ſi auferenda eſt per aſſumptionem ꝓpoſitionis conſequens pars: quū negatio eſt: non eſſe numeratam pecuniam argentum: dicendum eſt argentum eſt pecunia numerata. ꝙ ſi in concluſiōe auferenda eſt pars precedens ea: quę negatio eſt. ideſt: non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam: dicendum eſt: Legata igitur mulieri numerata pecunia eſt. Et ſecundus quidem modus a conſequentibus factus huiuſmodi eſt. Illud tamen eſt diligentius annotandum: quod ſuperius Tullius: cum locorum omnium breuiter exempla diſponeret: loci huius: qui a conſequentibus ducitur: incōueniens ſecundo conditionalium ſyllogiſmorum modo ſubiecit exemplum. potiuſq; primo cōuenit modo: qui non a cōſequentibus concluſionē: ſed ab antecedentibus facit. Ita quippe poſuit a conſequētibus: ſi mulier cū fuiſſet nupta cum eo: cum quo connubium conceſſum non eſſet: nuntiū remiſit: quoniam qui nati ſunt: patrem non ſequuntur: ꝓ liberis manere nihil oportet. Hic igitur cum queratur. an dotis pars apud virum debeat permanere: id quod precedit aſſumitur: vt fiat rata concluſio hoc modo. Mulier cū eo nupta eſt qui cum connubium non fuit concluditur. Quoniam igitur qui nati ſunt: patrem non ſequunt̃: pro liberis manere nihil oportet. ⁊ ita non eſt a conſequentib⁹ argumentum. quia non id quod conſequebatur aſſumptū eſt: ſed id quod precedebat. Erat quippe antecedēs: nupta mulier preter cōnubij ius: ſequebatur: cum filij patrem nō ſequebantur: pro eis nihil ex dote retineri. Sic igitur Tullius pro eo quod eſt a cōſequētibus argumētum: ab antecedentib⁹ potius dedit exemplū. Poteſt vero fieri a conſequētibus argumentum ita ſi id: de quo queritur prius ponit̃ ⁊ id: quo aſſumendum eſt: poſterius hoc modo. Si quid ex dote pro liberis manere oportebit: quia patrē liberi ſequūtur: cum eo nupta eſt mulier: qui cum connubij ius eſſet. Sumo igitur id quod conſequitur per negationem ita: ſed non eſt nupta mulier cum eo qui cū cōnubij ius erat. atq; ideo qui nati ſunt: patrem non ſequūtur. Perimitur ergo in concluſione id: quod in propoſitione preceſſerat ita. pro liberis igitur manere nihil oportet. Sed de ſecundo modo iſta ſufficiant: nihil namq; vt arbitror pretermiſſum eſt. Tertius modus a repugnantibus longe perſpicuus hoc modo. Non ſi legatum argentum eſt: nō eſt legata mulieri pecunia numerata. Hic namq; conſequens erat. Si argentū eſſet omne legatum: pecuniam quoq; numeratam fuiſſe legatam: vt igitur fieret repugnans: huic conſequentię interpoſita negatio eſt: dictumq;. Si argentum omne legatum eſſet: numeratam pecuniam non eſſet legatam. quod quia pugnat ⁊ falſum eſt: ad veritatē alia negatiōe reducit̃ ſic. Nō ſi legatū argētū ē: nō ē legata numerata pecūia: vt. ſ. ei affirmationi ꝯueniat: q̄ dic̃. ſi legatū argētū ē: legatam eſſe

pecuniam numeratam. Aſſumimus igitur huic propoſitõi argentum omne eſſe legatum: ⁊ ↄſequitur omnem numeratam pecuniam mulieri eſſe legatam: vt ſit forma argumẽtationis huiuſmodi. Non ſi legatum argentum eſt: non eſt legata numerata pecunia. Atqui legatum argentum eſt. Legata eſt igitur numerata pecunia. M. vo. T. ꝓpoſitionem ita formauit. Non ⁊ legatum argentum eſt: ⁊ non eſt legata numerata pecunia: ſcd nos idcirco cauſalem coniunctionem appoſuimus eam: que eſt ſi. vt ex quo eſſet genere talis ꝓpoſitio monſtraremus. Namqꝫ cõnexo negatione addita fit repugnans. Cõnexum vͦ nulla eque vt ſi cõiũctio poſſet oñdere: quãq̄ꝫ idem efficiat etiam copulatiua cõiunctio. Nam que cõnexa ſunt: etiam cõiuncta eſſe intelliguntur ex hoc qd̃ paulo ante diximus. Quod argumentuꝫ ex ea propoſitione ꝓfectum eſt: que duabus affirmationibꝰ copulabatur: ⁊ iuncta negatione inſup denegata eſt. In dicibus igitur illud eſt approbatum: pecuniam numeratã mulieri deberi cum ſit argentum omne legatum. Sed nunc quidem ex ſupra deſcriptis propoſitionibus id: quod antecedebat: aſſumpſimus: Nunc vͦ id: quod conſequebatur: Nunc autem id qd̃ repugnabat. Ac de explanandis Ciceronis exemplis vt arbitror ſatis. Illud aũt dubitationem mouere poteſt. Nã ſi qs minus callidus ad Ciceronis exẽpla reſpiciat: eundem locum arbitrabitur eſſe a genere: quẽ ab antecedentibus ⁊ conſequentibus ⁊ repugnãtibus eẽ diximus: Illo falſus errore: q̄ in vtriſqꝫ locis eodem vtit exemplo. Argenti videlicet ⁊ numerate pecunie: ſed diligẽtius intuenti in eiſdem rebus diuerſus argumentationuꝫ videbitur tractatus eſſe. Aliud quippe eſt dicere: cum argẽti ſpecies ſit numerata pecunia: Si genus legatũ ſit: ⁊ ſpẽꝫ eſſe legatum. quĩ nũq̄ꝫ ſpecies a genere ſeparat̃. Aliud eſt in conditione enumerationem proponere: ⁊ euiſdem partibus aſſumendis argumentationẽ varia ratiocinatione informare: vt ſuperius demonſtratũ eſt. cũ preſertim huiuſmõi ex conſequentibus: antecedentibus ⁊ repugnãtibus argumentationes etiã preter genera ac ſpecies fieri poſſint: velut nos ſuperius indicauimus in die atqꝫ luce. Nã neqꝫ dies lucis: neqꝫ lux diei ſpecies aut genus eſt. Sed id tñ in his ↄſiderari debet: quia poſito altero alterꝝ neceſſaria ratione ſubſequitur. Differunt igitur loci a genere vl a ſpecie ab eo loco: qui in conditiõe eſt conſtitutus: quoniam illi ex vniuerſalitatis ac partis ratione ducuntur. hic autem i cõſequentie ac repugnantie ordine tractatur. Poſt hec igitur Tullius hypotheticoꝝ ſyllogiſmoꝝ modos: cõcluſioneſqꝫ dinumerat hoc modo.

Appellant autẽꝫ Dialectici eam concluſionem argumenti: i qua cum primum aſſumpſeris: conſequitur id quod annexum eſt: p̄imum concluſionis modum. cum id quod annexum eſt negaris: vt id quoqꝫ: cui fuerit ãnexum: negandum ſit: Secundus appellatur concludendi modus. Cum autem aliqua coniuncta negaris: ⁊ his alia negatõ rurſus adiungitur: Et ex his vnum aut plura ſumpſeris: vt quod relinquitur: tollendum ſit: is tertius appellat̃ cõcluſionis modus: ex hoc illa rhetorum ex contrarijs concluſa: que ipſi enthymemata appellant: non q̄ omnis ſententia proprio nomine enthymema non dicatur. Sed vt Homerus propter excellentiaꝫ cõmune poetaꝝ nomen efficit apud grecos ſuum: Sic cum omnis ſita Enthymema dicatur: Quia videt̃ ea que ex contrarijs conficiatur: acutiſſima: ſola proprie nomen cõmune poſſedit. Eius generis hec ſũt hunc metuere: alterum in metu non ponere: eaꝫ quam nihil accuſas: dãnas: Bene quam meritã eſſe: exiſtimas male mereri: Id quod ſcis prodeſt: nihil id quod neſcis obeſt: Hoc differendi genus attingit oĩno veſtras quoqꝫ in reſpondendo diſputationes. Sed philoſophorum magis: quibus eũꝫ oratoribus illa ex repugnantibus ſententijs cõmunis concluſio que a dialecticis tertius modus: a Rhetoribꝰ Enthymema dicitur. Reliqui dialecticorum modi plures ſunt: qui ex diſiunctionibus conſtant: vt hoc: aut illud hoc autem. non igitur illud. Itemqꝫ aut hoc: aut illud. non autem hoc illud igitur. Que concluſiones idcirco rate ſũt: q̄ in diſiunctione plus vno verum eẽ nõ põt Atqꝫ ex his concluſionibus quas ſupra ſcripſi prior quartus: poſterior quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negãtiam: ſic. Non ⁊ hoc eſt ⁊ illud. hoc autem eſt. non igitur illud: hoc modo eſt ſextus. Septimus autem. non ⁊ hoc ⁊ illud. ñ autem hoc. illud igitur. Ex his modis concluſiones innumerabiles naſcuntur: in quibus eſt tota fere dialectica. Sed ne he quidẽ quas expoſui: ad hanc inſtitutionem neceſſarie.

¶ Et ſi multipliciter ſupius cũcta digeſſimꝰ: nec expõis indiget repetita totiens diſputatio: erit tñ opere p̃tium: ſi quã breuiſſime potero. M. T. verbis mediocris lucem cõmentationis interſeram. Septem igitur modis hypotheticos enumerans ait. Cum in cõnexis ꝓpoſitionibus id: qd̃ eſt primũ aſſumitur: vt ondatur ſcõm: Primũ a dialecticis modum vocari hoc modo. Si hoc eſt: illud eſt quod dicit ſꝫ primum eſt. qd̃ vͦ ait: illud ſcõm. aſſumitur ergo qd̃ p̄imũ eſt: atqui hoc eſt. concludit̃ igit̃ id qd̃ ſcõm eſt: illud igitur eſt: velut in his rurſus exemplis. Si homo eſt: animal eſt aſſumitur. atqui homo eſt. concluditur: animal igitur eſt. Scõm vͦ modum ait eſſe Tullius cõnexis ꝓpoſitõibus tertium: in quo cum ſcõm negatur: ſequit̃: vt id etiaꝫ quod primum eſt: abnegetur. hoc modo. ſi hoc eſt: illud eſt. Illd̃ autem non eſt. igitur ne hoc quidẽ eſt. In exemplis ita. Si homo eſt: animal eſt: animal aũt non eſt: homo igitur non eſt. Tullius ita dixit. Cum id qd̃ annexum eſt negaris: ut id quoqꝫ cui fuerit annexum negandum ſit: ſcõm eſſe modũ quaſi connexa propoſitione affirmatiuis partibus iuncta. vniuerſaliter aũt rectius diceretur: cum id qd̃ annexum eſt ideſt ſcõm perimitur: perimi illud quoqꝫ cui annexum eſt ideſt primũ. vt ſi affirmatiuũ eſt id: quod annexum eſt: negatione perimatur: ſi vͦ negatiuũ: affirmatione. ⁊ de eo q̄qꝫ cui annexum eſt: ideſt p̄mo idem eſt: vt ſi in cõnexa ꝓpõne affirmatur: in concluſione deneget̃ ſcõm nunc propoſitum Ciceronis exemplum. Si vͦ negatiua ſit ꝓpoſitõis poſterior pars: in concluſione contraria affirmatiõe tollatur. Tertiũ vͦ modum ait eſſe Cicero: cum ea que coniuncta ſunt: denegantur: ⁊ his alia negatio rurſus adiungitur: vt q: aial homini coniunctum eſt: ita dicamus. Non ⁊ homo ⁊ non animal eſt. atqꝫ ex his vnum ponit̃: vt qd̃ relinquit̃ auferatur: hoc modo. Ponimus eſſe hominẽꝫ dicentes. Atqui homo eſt. Quod ergo relinquitur. non eſt animal: aufertur atqꝫ concluditur. animal igitur eſt. Fit argumentatio ſꝫ mõ Non ⁊ homo eſt: ⁊ non animal. atqui homo eſt. animal igitur eſt. Ex his naſci dicit enthymemata ex ↄtrarijs concluſa: quibus plurimum rhetores vti ſolent: atqꝫ hec enthymemata nuncupantur non q̄ eodem nomine omnis inuẽtio nuncupari non poſſit. Enthymema nãqꝫ eſt mentis cõceptio. qd̃ poteſt omnibus inuentionibus conuenire: Sꝫ quia hec inuenta: que breuiter ex contrarijs colligunt̃ maxime acuta ſunt ꝓpter excellentiaꝫ ſpẽmqꝫ inuentionis cõe enthymematis nomen ꝓpriũ factuꝫ eſt: vt hec a rhetoribꝰ



quaſi ꝓprio nõie entimemata vocent̃. Sicut grecis quoqꝫ poeta homerꝰ poeta tantũ dicit̃. ⁊ quiſqs ex homero aliqd ꝓfert: ita dicere cõſueuit. Hunc verſum poeta locutꝰ eſt: et tãc non aliꝰ intelligit̃ preter homeꝝ: nõ quo ceteri non ſint poete: ſed q̄ excellẽtia eius cõe nomẽ vertit in propriũ. ſiunt vero hec entimemata hoc mõ ex cõtrarijs videlꝫ certa hũc metuere alteꝝ in metu nõ ponere. velut ſi de lentulo ⁊ cetego: ceteriſqꝫ diceretur. Paucos ciues interfici metuis: ne res publica intereat nihil laboras: Cõnexũ quippe eſt ut quicũqꝫ noluerit interire paucos ciues: rẽpub. multo magis nolit extingui. Quibꝰ cũ interponit̃ negatio: fit ex repugnantibꝰ argumẽtũ. ſed hoc breuiter Tulliꝰ enunciauit. nos vero argumẽtũ in ſyllogiſmũ redigamꝰ a repugnãtibꝰ ſꝫ ex quo entimemata naſci ſolent hoc mõ. Sit cõnexũ. ſi quis metuit ciues paucos interfici: is metuit interire rempub. His interponit̃ negatio ſic. Si qs metuit ciues paucos interfici: is nõ metuit interire rẽpublicã. iungitur alia negatio. Nõ ſi qs metuit paucos ciues interfici: nõ metuit interire rẽpub. Que due negatiões vni affirmatiõi pares ſunt. que dicit. Si qs metuit hoc metuit ⁊ illud. Cuiꝰ quidẽ aſſumptio eſt. at metuit hoc. cõcluſio ſequit̃. metuit igit̃ illud. que tantũdẽ valet: ſi negando interroget̃ ita. hoc metuis: illud nõ metuis: Sed quia nõ totus (ut ſupra poſuimus) in his argumẽtationibus ponit̃ ſyllogiſmus: ſꝫ ꝓpoſitio: cuiꝰ aſſumptio ⁊ cõcluſio note ſunt: idcirco entimema dicit̃: quaſi breuis animi ↄceptio. Et in ceteris exẽplis idem modꝰ eſt. Sed hec quidẽ Ciceronis ſimilitudo nõ taꝫ ex repugnãtibꝰ quã ex cõtrarijs argumentũ intelligit̃ ↄtinere. Metuere quippe ⁊ nõ metuere ↄ̃ria ſunt: niſi hec ipſa verboꝝ prolatio a ↄtrarijs argumẽtũ ad repugnãtiã retrahat Nã q̄ dicit hũc metuere: alterũ in metu nõ ponere: tale eſt ut repugnãtia videant̃. Etenĩ metuere ⁊ nõ metuere vere cõtraria ſunt. In metu autẽ nõ ponere: ⁊ metuere ꝓlatione ipſa tam cõtraria quã repugnãtia intelligunt̃: licet eadem ꝓbet̃ eſſe ſentẽtia. His adiecit alia rurſus exẽpla. eã quam nihil accuſas: damnas. Huius entimematis talis eſt integer ſyllogiſmus. non ſi nihil accuſas dãnas. ſed nihil accuſas: non dãnas igit̃. Venit ergo hoc argumẽtũ ex ea propoſitione connexa: que ex duabꝰ ↄponit̃ negatiuis ita. Si nihil accuſas: non dãnas. Poſteriori vero parti detracta negatio eſt. ⁊ inſup tota eſt ꝓpoſitio denegata hoc modo. naꝫ ſi nihil accuſas: damnas: ⁊ ex ea factũ eſt argumentũ: quod poſituꝫ in interrogatione efficit entimema hoc. quaꝫ nihil accuſas damnas: bene quã meritã eſſe autumas male mereri. huiꝰ quoqꝫ entimematis talis ẽ collectio. Nõ ⁊ bñ meritã eſſe autumas ⁊ male mereri. atqui bene meritã eſſe autumas. nõ male igit̃ mereri. qd̃ entimema ex ꝓpõne cõnexa ꝓficiſcit̃: que cõſtat ex affirmatione ⁊ negatiõe. ita. Si bene meritã eſſe autumas: nõ male mereri. Cuiꝰ ex poſteriore pte dempta negatione: totaqꝫ propoſitione denegata fiet ꝓpoſitio. Non ſi bene meritã eſſe autumas: male mereri: quod interrogatione deductũ facit entimema. bene quã meritã eſſe autumas: male mereri: Iteꝫ id qd̃ ſcis ꝓdeſt: nihil id quod neſcis obeſt: hoc quoqꝫ entimema tali nectit̃ ſyllogiſmo. Nã ſi id qd̃ ſcis ꝓdeſt: ⁊ id quod neſcis nõ obeſt: at q id qd̃ ſcis ꝓdeſt. obeſt igit̃ id qd̃ neſcis. hoc argumentũ ex ea propoſitiõe cõpoſitũ eſt: que duabꝰ affirmatiõibꝰ iuncta acceperit mediã negationẽ ⁊ inſup denegata eſt. Quod interrogatuꝫ ſit entimema hoc modo. id quod ſcis prodeſt: nihil id qd̃ neſcis obeſt: Omniũ vero ſupius exẽploꝝ iſta ſententia eſt. Nam quã quiſquã nihil accuſat: eã dãnare recte nõ poteſt. Et eã quã bene meritã eſſe autumat: male eandẽ mereri turpe eſt. ⁊ ſi id quod ſcit quiſqꝫ in eã ꝓderit oberit ſi eſt contrariũ id qd̃ neſcit. Hunc vͦ locũ cõem eſſe oratoribꝰ: ac philoſophis dicit. Sed apud illos tertiũ modũ: apud rhetores entimema nũcupari. Reliq inqt modi plures ſunt. nã cũ tres ſupius enumeraſſet modos. adiungens quattuor: plures dixit. Hi ſunt in diſiunctionibꝰ conſtituti hoc mõ. aut hoc aut illud. hoc autẽ. nõ igit̃ illd̃. qui eſt quartꝰ modꝰ a nobis quoqꝫ ſupra poſitꝰ ita. aut dies eſt aut nox eſt. Dies autẽ eſt. nõ igit̃ nox eſt. ⁊ ſp quod ait Cicero hoc ad precedẽs ſpectat. q̄ vero ait illud: ad cõſequẽs: ſiue in cõnexis ꝓpoſitionibꝰ ſiue diſiũctis. item aut hoc aut illud non autẽ hoc. illud igit̃. Hic quoqꝫ quintus modꝰ ẽ velut in his exemplis: aut dies aut nox eſt. nõ autẽ dies. nox igit̃ eſt. Quartũ concluſionũ neceſſitatẽ ex eo dicit euenire. quia que in diſiunctione ſunt poſita. mediũ nõ videntur admittere. ut eſſe aliđ preter eoꝝ alteꝝ poſſit. atqꝫ idõ vno ſublato alteꝝ eſſe: vnoqꝫ poſito alteꝝ nõ eẽ cõcludit̃. q̄ ſi ſit mediũ: quod preter alterutꝝ eſſe poſſit: nec vera eſt ꝓpoſitio: nec rata ↄcluſio: velut in his: aut albũ eſt: aut nigꝝ id falſum eſt. Eſſe enĩ preter ea rubꝛuꝫ põt. Sꝫ ſi ponamꝰ eſſe albũ: vel auferamꝰ: nõ neceſſe erit nõ eſſe vel eſſe nigꝝ. quia rubꝝ eſſe: qd̃ eſt mediũ põt. Deinde inquit Tullius addũt coniunctionũ negãtiã in diſiunctiuis ſꝫ ꝓpoſitiõibus hoc mõ. Non ⁊ hoc ⁊ illud. hoc autẽ nõ igit̃ illud. id eſt nõ ⁊ nox ⁊ dies ẽ. nox autẽ eſt. nõ igit̃ dies eſt. Hic igit̃ ſextus modꝰ eſſe predictꝰ eſt. Septimꝰ autẽ eſt ex eadẽ veniens propoſitiõe hoc mõ. Non ⁊ hoc ⁊ illud nõ autẽ hoc. illud igit̃. velut ſi ita dicamꝰ: nõ ⁊ nox ⁊ dies eſt. nõ autem nox eſt. dies igit̃ eſt. Que propoſitiões niſi in diſiunctis. medioqꝫ carẽtibꝰ rebꝰ ratã cõcluſionẽ habere nõ poterit. age enĩ ita dicamꝰ. Non ⁊ albũ ⁊ nigrũ. ponamuſqꝫ nõ eſſe album: nõ cõſequit̃ ut ſit nigꝝ. põt enĩ eſſe qd̃ mediũ ẽ. Huiuſmõi igit̃ ꝑ negationẽ cõiũctionũ (ut tullius ait) ꝓpoſitio ſi ratas factura eſt cõcluſiones in diſiunctis rebus: medioqꝫ carẽtibꝰ accõmodat̃. alias nõ erit rata cõcluſio. Diſtat vero ꝓpoſitio tertij modi a propoſitiõe ſexti ⁊ ſeptimi. q̄ tertij modi ꝓpoſitõ ex cõiunctis naſcit̃. Hec ſexti ⁊ ſeptimi ex diſiunctis terminis exiſtit: ut in ſuperioribꝰ patꝫ exẽplis Ex his igit̃ inqt modis cõcluſiões innũerabiles naſcũtur vnꝰ enĩ qlibet hoꝝ modoꝝ infinitis ↄcluſionibꝰ aptari pt: veluti primꝰ ac ſecundꝰ i oibꝰ q̄ ſibi cõnexa ſunt: quoꝝ nullꝰ ẽ numerꝰ. ſi qs ꝓſequi velet. itẽqꝫ repugnãtiũ infinita ẽ multitudo: in quibꝰ tertiꝰ modꝰ eſt vtil. itẽ plura diſiuncta ſunt in quibꝰ quartus ⁊ quintus ⁊ ſextus ⁊ ſeptimꝰ plurimum valẽt. Atqꝫ in his inqt oĩs fere eſt dialectica: ſꝫ ad topicos locos tres primi modi ſunt neceſſarij: q antecedentiã cõſecutionẽ: ⁊ repugnantiã tenẽt. Reliq vero cõplende diſputationis magis gratia quã q̄ ad hanc inſtitutionẽ neceſſarij fuerint videntur adiecti.

Proximus eſt locus reꝝ efficientiũ: q̄ cauſe appellant̃. Deiñ reꝝ effectaꝝ ab efficientibus cauſis: haꝝ exẽpla ut reliquoꝝ locoꝝ paulo añ poſui: ⁊ qdẽ ex iure ciuili. ſed hec patẽt latius. Cauſaꝝ. n. genera duo ſunt: vnum qd̃ vi ſua: id qd̃ ſub ea ſubiectum ẽ: certe efficit ut ignis accẽdit. Alteꝝ q̄ naturã efficiẽdi nõ habꝫ ſed ſine quo effici nõ poſſit ut ſi qs es cãm ſtatue velit dicere: q̄ ſine eo nõ poſſit effici. Huius generis cauſaꝝ ſine quo nõ efficit̃. Alie ſũt quieta: nihil agentia: ſtolida quodãmõ. ut locus tpꝰ: materia: ferramẽta ⁊ cetera generis eiuſdẽ. Alia aũt ꝑcurſionẽ quãdã adhibẽt ad efficiẽduꝫ ⁊ quedã afferunt ꝑ ſe adiumẽta: ⁊ ſi nõ neceſſaria: ut amori cõgreſſio cãm attulerat: amor flagicio. Ex hoc genere cãꝝ ex eternitate pẽdẽtium fatum a ſtoicis nectit̃. atqꝫ ut caꝝ cãꝝ ſine qbus effici nõ põt: genera diuiſi: ſic etiã efficiẽtium diuidi poſſunt. Sunt enĩ alie cauſe q̄ plane efficiãt nulla re adiuuante: alie que adiuuari velit: ut ſapiẽtia efficit ſapiẽtes ſola ꝑ ſe. beatos efficiat: nec ne ſola per ſe: queſtio eſt.

¶ Poſt eũ locũ qui in cõditione eſt cõſtitutꝰ: ↄſequẽs erat is: qui cõſiderabat̃ ex cauſis. poſt hũc is enũeratus locꝰ eſt

qui in effectis cauſaꝝ poſitus argumēta p̄ſtabat. Quoꝝ q dem ſupius. M. T. exēpla poſuit. nūc rōem lati⁹ tractat. Cū igiť Ariſtoteles q̄tuoꝛ poſuerit cās: qbus vnūquodqꝫ cōficiť. Pꝛimā: quę mouēdi pꝛincipiū eſt. ſecundā ex qua fit aliquid: quā materiā vocat. Tertiā rōem ac ſpēm q̄ vnū qdqꝫ foꝛmať. Quartā finē ꝓpter quē qdlibꝫ efficiť. Altero. M. tullius pꝛincipalē caꝝ diuiſionē ſcit in ea q̄ efficiant aliqd. ⁊ in ea ſine quib⁹ effici nequeāt. ut id quod efficit ad eam cām cōferať: in qua motus pꝛincipiū cōſtitutū eſt. id vero ſine quo nō fit aliqd: tū ad intellectū materię tranſferatur: vel eoꝝ quę cōiuncta materię efficientis adiuuāt facultatē: tum ad reliquas cauſas dicať: ut paulo poſterius apparebit. Eius igitur cauſę: quę vi ſua id: qđ ſub ea ſubiectū eſt: efficit: tale ponit exēplū. ut ignis accēdit. Nā accēſionis ipſius cā ignis eſt. ⁊ id efficere poteſt: atqꝫ illud: qđ accenditť: mouet atqꝫ pmutat. Eā vero cām: ſine qua id qđ faciendū eſt fieri neqt: ab vna eius pte deſignat: veluti cum dicit ęs cām eſſe ſtatuę: q ſine eo ſtatua non poſſit exiſtere. Hęc autē ut p faciēdā diuiſionē clareſcet: nō ea ipſa eſt cā ſine qua nō efficiť: ſed pars ei⁹ eſſe monſtrabiť. Eā vero cāꝫ ſine qua: id qđ faciendū eſt effici nō pōt: diuidit hoc modo Alia eniꝫ eius ſunt qeta: nihil agētia: ſtolida quodāmō: ac p ſe niſi agēdi extra mot⁹ acceſſerit imobilia. hoꝝ exēpla: ut loc⁹: tps: materia: inſtrm: Oē. n. qđ fit: locū neceſſe eſt habere ſubiectū: in quo niſi aliqd fiat: locus ipſę imobilis eſt ad aliqd explicandū. Itēqꝫ materia ⁊ inſtrumēta niſi manu moueanť artificis: ipſa naturaliter nihil egerit. tps quoqꝫ opationi ſubiectū eſt: quę ſi deſit: nihil ipm pꝛopꝛię naturę rōne pficerit. Atqꝫ hęc quidē ſunt: quę nihil p ſe agunt. tn̄ cauſę ſunt: ſi his efficiens opatio ſupuenict. Alia vero quę in motu poſita p̄curſionē quādā ad efficientiā ac p̄parationē videnť afferre ut amoꝛis cauſa eſt cōgreſſio: quę pceſſit: ⁊ amoꝛ flagitii. Ex his inquit cauſis ſtoica diſputatio fatuꝫ cōnectit. fatū. n. dicūt eſſe p̄cedētiū cauſaꝝ: ſubſequētiūqꝫ reꝝ pplexionē quandā ⁊ cathenę moꝛe ꝯtinētiā hoc modo ideo pfectus eſt pegre: qꝛ parentū iracundiā ferre nō poterat: idcirco parentū ſucceſſionē nō ferebat: quia amice amoꝛe detinebať. idcirco amabat: q ſępe fuerat ante cōgreſſus. ideo cōgreſſus eſt: quia aliqd ut cōgrederet p̄ceſſit. itaqꝫ oꝛdine p̄cedentiū cōſequētiūqꝫ reꝝ. fatūꝫ (ut dicit) a ſtoicis nectiť. Itē diuidit eā cām: q̄ vi ſua efficit aliquid in eā quę ad efficiendū ſibi ſufficeat: eamqꝫ: quę extrinſec⁹ adminiculationis indigeat. Sufficit igiť ſibi ad efficiēdū cā: ut ſapientia efficere ſapiētes p ſe nullo penit⁹ adiuta ſolꝫ. Sꝫ hęc an ſola beatos efficere poſſit: quęriť: an ei ſint extrīſecus addenda q̄ iuuēt vel foꝛtunę bona vel coꝛpis. itaqꝫ ea: quę vi ſua efficit cā aliqd: aut talis ē ut ei ſint extrīſecus adiumēta quęrēda: veluti artifici inſtrumēta quędā: quib⁹ id: qđ efficiendū eſt explicet atqꝫ cōfoꝛmet. Hoꝝ vero oīm: q̄ tullius ſtatuit in alterutra diuiſione cauſaꝝ. illa quidē: quę vi ſua explicant ea quoꝝ cauſę ſunt: oīa tam p ſe ad efficiendū valētia: q̄ꝫ quę quęſiti extrinſic⁹ iuuamīs indigentia. in ea Ariſtotelicę diuiſionis cā locabunť: quę eſt pꝛincipiū motus Quamq̄ꝫ de ſapiētia tali cauſę nō coueniat exemplū: ſꝫ potius ad rationē foꝛmāqꝫ cōtendat. Namqꝫ ſapiētia ratiōe quadā: atqꝫ foꝛma efficit ſapiētes. Eius vero cauſę quam Tulli⁹ refert: ſine qua nō fit aliquid: materia quidē temp⁹ ⁊ locus: id eſt ex quo fit vel in quo fit. q̄ ſunt efficiētis ſubiecta naturę: ut vno intellectu coꝑhēdanť: vel mātia ſunt vel materię vice ſuppoſita. inſtrā vero ei⁹ cauſę ſunt: q̄ ad finē ſpectāt: ſed nō ipſa finis. qꝛ nō finis inſtrā reſpicit: ſed hęc finē. Inſtrā nāqꝫ ꝓpter aliquē finē paraň: ſed mirꝫ videri p̄t cur ꝯgreſſionē amoꝛis cām nō inter ea numerauit. q̄ hñt efficiendi vim: ſed inter eas poſuerit cās: ſine quib⁹ effici nō poteſt: cū tn̄ agat aliqd atqꝫ moueat. nā ipſa cōgreſſio aliqd videť efficere: ſimiliſqꝫ eſt ei cāę: quę ipſa quidem habet efficiendi vim: ſed ſine adminiculo nō p̄t. veluti cuꝫ quęriť de ſapiā an ſola beatū poſſit efficere. Sꝫ Merobaudes rhetoꝛ ita diſſeuit caꝝ cāꝝ: q̄ efficiēdi vim hñt. eam eſſe facultatē: ut etiā ſi adiumētis extrīſecus indigeāt: effectus tn̄ eaꝝ ad id ſpectet: qđ efficiendū eſt. at in is quę ſunt p̄curſoꝛię. etiā ſi eis antecedētibus aliqd exiſtit. nō tn̄ id qđ exiſtere intelligiť p̄curſio pꝛicipaliter opať. Sꝫ iſta quideꝫ veluti ſub quadā occaſione p̄currit. illa vero res: quę exiſtere dř: alijs opantib⁹ naſciť: velut in cōgreſſione ſolitū fieri ē foꝛtaſſe. n. nō ꝓpter amoꝛē aliqs cōgrediť. Sed p̄cedēte cōgreſſione amoꝛ exiſtit: quē nō cōgreſſio pꝛicipaliter appetebat. Itaqꝫ qm̄ pter cōgreſſionē amoꝛ exiſtere nō potuit: rectę inter eas cauſas locata videť ſine quib⁹ nō efficiť. qm̄ vero nō efficit vi ſua qm̄quidē nec pꝛincipaliter ut efficiat: ſpectat: ſed tn̄ ea añcedēte aliqd exiſtit: rectę inter p̄curſoꝛias: ac nō inter efficiētes cauſas eſt collocata.

**Quare cum in diſputationē inciderit cauſa efficiens: aliquid neceſſario ſine dubitatiōe licebit: q efficitur ab ea cauſa concludere. Cum autem talis cauſa erit: ut in ea non ſit efficiendi neceſſitas. neceſſaria concluſio nō ſequitur. Atqꝫ illud quidem genus cauſarum. q habet vim efficiendi neceſſariam: erroꝛeꝫ afferre nō fere ſolet. Hoc autem ſine quo non efficitur: ſępe conturbat. Non enim ſi ſine parentibus filij eſſe non poſſunt: propterea cauſa fuit in parentibus gignendi neceſſaria. Hoc igitur ſine quo non fit: ab eo in quo certe fit: diligēter eſt ſeparandum. Illud enim eſt tanquā: vtinam ne in nemoꝛe pelio cecidiſſent abiegnę ad terram trabes: niſi eniꝫ cecidiſſent abiegnę ad terram trabes: argo illa facta non eſſet. nec tamē fuit in is trabibus efficiendi vis neceſſaria. At cum in Aiacis nauem criſpi ſulcans igneū fulmen iniectū eſt: inflāmatur nauis neceſſario.**

¶ Pꝛima quidē cauſaꝝ diuiſio ſm̄ Tulliū fuit in ea: q̄ efficerēt aliqd ⁊ ea ſine quib⁹ effici nō poſſet: atqꝫ illō quideꝫ quod efficeret: in gemina itē ptitus ē: ſeꝫ in id qđ efficiēdū aliquid neceſſariā vim poſſideret: neqꝫ vlli⁹ indigeret extrinſecus adiumēti: ⁊ in id: qđ niſi alijs adiuuantib⁹ opari atqꝫ efficere nō poſſet. Ac pꝛimū quidē de ea logť cā: q̄ efficiendi vim tenet. Eius. n. ea ps cui efficiēdi neceſſitas adēſtati ſecum cōcluſionē comitē trahit. dicta. n. cā: q̄ neceſſario aliquid efficit: effectus etiā neceſſe eſt cōſequať: veluti ſi ſoleꝫ affuiſſe quis dixerit: lucē quoqꝫ affuiſſe mōſtrabit. aut cū alicui adeſſe ſapiam dixerim⁹: ſapientem neceſſe ē eē fateamur. At in his cauſis efficiētib⁹ q̄ extra poſitis indigēt adiumētis: nō eadē rō eſt. neqꝫ. n. ut queqꝫ hmōi cā dř. ita neceſſe eſt effectū ſeq. Non. n. hmōi cā neceſſario efficit qđ vult: niſi extra poſitis auxilijs adiuueť. ideꝫ eſt etiā in ea cā: quę ipſa quidē efficiēdi vim nō habet: ſed ſine ea nō pꝛouenit effectus. Nam ut tullius quoqꝫ cōmemoꝛat: nullā in efficiendis rebus adhibet neceſſitatē. atqꝫ ideo dicta cā non ſtatim ſequiť effectus. Neqꝫ enim ſi cōgreſſus ē: moꝛ amauit. nec ſi fuit ęs: ſtatuam quoqꝫ fuiſſe neceſſe ē. ex quo aliarū cauſaꝝ partitio naſcitur. Alię namqꝫ cauſę ſunt neceſſarię: alię minimę. Non neceſſariarū alię ſunt efficientes: alię ſine quib⁹ non efficiť. Neceſſariarū vero cauſarum concluſio non ſolet cōturbare. ut enim hęc cauſa fuerit dicta ſtatim in concluſione ſequūtur effectus. Non neceſſariarū vero: quę ſunt partim efficientes: quod tunc tacuit ſꝫ paulo ante pꝛedixit: non habent ſubſequētem effectę rei concluſionē. Neqꝫ enim ſi liberi ſine parentib⁹ nō ſunt: idcirco in parentibus efficiendi cauſa neceſſaria fuit: cum videamus in hominū eſſe poteſtate ne gignant. Ea vero cauſa. q̄ ipſa quidē non efficit: ſed ſine ipſa effici non poteſt: huiuſmodi eſt quēadmodū Enniano verſu declarať. Niſi enim cecidiſſent abiegne trabes ad terrā: argo illa facta non eſſet. Ex



trabibus namqꝫ argo facta eſt. ſed nulla inerat trabib⁹ neceſſitas ut ex eis fieret nauis. at vero ea cauſa: quę eſt efficiens: ⁊ quę in ſe ſuam cōtinet neceſſitatē talis eſt. Quale cū in Aiacis criſpi nauim igneū fulmen ſulcans iniectum eſt ſtatim enim accendi neceſſe eſt nauim: quia ignis accendendi neceſſaria cauſa eſt: ⁊ ſenſus quidem eſt huiuſmodi. Oꝛdo autem paulo confuſioꝛ eſt: ait enim hoc modo atqꝫ illō quidem genus cauſarū: quod habet vim efficiendi neceſſariam: erroꝛem afferre non fere ſolet. hoc autē ſine quo nō efficitur ſępe conturbat. quod cum dixiſſet: cumqꝫ vel vtriuſqꝫ vel alterius exemplum ponere debuiſſet: neutro conuenientē exemplo ſimilitudinē dedit. Namqꝫ cum vel neceſſariam cauſam efficientē: vel eam ſine qua non efficitur: pꝛopoſuiſſet: eius cauſę poſuit exemplū: quę efficiat quidē aliquid: ſed non ſine extra poſitis adiumentis hoc modo. Non enim ſi ſine parentibus filij eſſe non poſſunt. pꝛopterea cauſa fuit in parentibus gignendi neceſſaria. Parētes enim ⁊ maximę maſculi ſexus efficiens cauſa eſt: ſed non ſine femina: id eſt non ſine materia quadam: ⁊ ea cauſa ſine q̄ fieri non poſſit: cum ipſa vim efficiendi non habeat. itaqꝫ nec cauſę neceſſarię ⁊ efficientis poſuit exemplum. nec eius ſine qua fieri nihil poſſit: ſed efficientis quidem. nō tamen neceſſarię. ſed videtur tacuiſſe in pꝛopoſitione id: cui⁹ poſuit exemplū. ita enim apertius dici potuiſſet: atqꝫ illud quidem genus cauſarū: quod habet vim efficiendi neceſſariaꝫ erroꝛē afferre non fere ſolet. hoc autem quod non habꝫ efficiendi vim neceſſariam: vel hoc ſine quo non efficitur. ſępe conturbat. itaqꝫ ſic intelligendū eſt. quaſi ita ſit dictū. naꝫ de neceſſaria cauſa nullū poſuit exemplū. Quod vero ſubiecit: vtriſqꝫ cauſis conuenit poſterius enumeratis: tam efficienti non neceſſarię: q̄ꝫ eius ſine qua nihil efficitur. Parentes namqꝫ tam maſculini ſexus q̄ꝫ feminini eſſe dicuntur. quoꝝ quidem maſculini ſexus ea cauſa eſt: quę efficiat: ſed non neceſſaria. Feminini vero ea: quę non efficiat: ſed ſine qua eſſe non poſſit. quę cū ita ſint diſcernendę ſunt cauſę ⁊ pꝛeuidenda neceſſitas: nec omnis cauſa pꝛemittenda ut ſubſequatur effectus: ſed ea tantum in qua eſt efficiēdi neceſſitas: etiā ſi extrinſecus adiumēta defuerint.

**Atqꝫ etiam eſt cauſarū diſſimilitudo q alię ſunt ut ſine vlla appetitione animi: ſine voluntate: ſine opinione ſuum quaſi opus efficiant: velut omne intereat quod oꝛtum eſt. Alię autem aut voluntate efficiunt: aut perturbatione animi: aut habitu: aut natura: aut arte: aut caſu. Voluntate ut tu cum hunc libellū legis. ꝑturbatione: ut ſi quis euentū hoꝛum tempoꝛū timeat. habitu ut qui facile ⁊ cito iraſcatur. natura ut viciuꝫ in dies creſcat arte. ut bene pingat Caſu ut pꝛoſpe nauiget. nihil hoꝝ ſine cā. nec quicquā oīno. ſed hmōi cauſę non neceſſarię.**

¶ Facit aliam rurſus cauſarum diuiſionē ita. Cauſarum enim alię ſunt quę ſua quadā vi ſine appetitione: ſine voluntate: ſine opinione: vnum atqꝫ eundē efficiendis rebus oꝛdinem tenent: ut eſt interire omnia: quę oꝛta ſunt. Nam quia oꝛtum eſt idcirco etiam neceſſe eſt interire. nec tamē ipſe oꝛtus ut cętera intereant: vel appetitu aliquo vel voluntate: vel opinione efficit. ſed ita eſt ab eterno rerum ſtatu: ut quicquid oꝛtum eſt. quia accepit eſſe: aliquando etiā eſſe deſiſtat. Item alię ſunt cauſę: quę aut in voluntate: aut in perturbatione animi: aut in habitu: aut in natura: aut in arte: caſu ue conſiſtunt. Voluntate: ut ſi quęrat aliquis cur Trebatius librū legat. reſpondebitur. quia legendi voluntas eſt. Perturbatione animi: ut ſi quis timoꝛe palleſcat. aut vrbem fugiat bellis ciuilibus conturbatus. Habitu: ut ſi idcirco Trebatius facile de iuris ratione reſponderit: quoniam multo vſu conſtantem ciuilis ſcientię habitum tenet: vel ſi quis idcirco iraſcatur facile: quia eius animus per iracundię habitū efferatus eſt. Natura: ut ſi quis idcirco dicatur iraſci: quia naturaliter iracūdus eſt: idqꝫ ei in dies vicium creſcat. Arte: ut ſi idcirco bene quiſqꝫ pingat: qꝛ eius artis peritus eſſe pꝛoponatur. Caſu ut quę in noſtra poteſtate nullo modo ſunt: fiunt tamen: velut incerto pꝛeſertim tempoꝛe pꝛoſperitas nauigandi. atqꝫ hoꝛum omnium nihil cauſa vacuum eſt nec quicquā eſt in rebus. qđ nō aliqua cauſa perficiat. Omnia enim quę fiunt: habent aliquam rationem: cur facta ſint. quam ſi quis reddere poſſit cauſam quoqꝫ reddiderit. Idem enim eſt cauſa pꝛopter quā vnumquodqꝫ fit. Omnes vero cauſę: quę vel ex volūtate: vel perturbatione animi intelliguntur: ad eam cauſam pertinent: quę eſt mouendi pꝛincipium: ut in Ariſtotelica diximus diuiſione. Hęc enim ut aliquid efficiatur: mouēdi pꝛincipiū ſunt: at in arte vel habitu vel natura illa cauſa eſt: quę in ratione conſiſtit. Species enim ac ratio vniuſcuiuſqꝫ efficiendę rei in arte ⁊ habitu ⁊ natura poſita ē. Caſus vero exterioꝛ cauſa: nec inter pꝛincipales annumeratur ſecundū Ariſtotelem. Secundū vero Marcuꝫ Tullium caſus eſt latēs effectę rei cauſa. q quale ſit paulo poſterius deſignabitur.

**Omniū autem cauſarū in alijs ineſt conſtātia: in alijs non ineſt: in natura ⁊ in arte conſtātia eſt. In cęteris nulla. Sed tamen earū cauſarum: quę non ſunt conſtātes alię ſunt perſpicuę: alię latent. Perſpicuę ſunt: quę appetitionem animi iudiciūqꝫ tangunt. Latent: quę ſubiectę ſunt foꝛtunę. Cum eniꝫ nihil ſine cauſa fiat: hoc ipſum ſcilicet foꝛtunę euentus obſcura cauſa latenter efficitur. Atqꝫ etiaꝫ ea: quę fiūt ptim ſūt ignoꝛata: partim voluntaria. Ignoꝛata quę neceſſitate ſunt. voluntaria quę conſilio Quę autem foꝛtuna vel ignoꝛata: vel voluntaria. Nam iacere telum voluntatis eſt. Ferire quem nolueris: foꝛtunę. Ex quo aries ſubijciť ille in veſtris actionibus: ſi teluꝫ manu fugit magis q̄ iecit. Cadunt etiam in ignoꝛationem atqꝫ impꝛudentiā perturbationes animi q̄q̄ ſunt voluntarię obiurgatione enim ⁊ admonitione deijciunť: tamē habēt tantos motus: ut ea quę voluntaria ſunt: aut neceſſaria interdum: aut certe ignoꝛata videantur.**

¶ Rurſuſqꝫ cauſarum diuiſionem aliaꝫ claram ac perſpicuam pꝛodit. Cauſarum namqꝫ alię ſunt conſtantes: alię vero inconſtantes. Conſtantes ſunt: quarum non fere variatur effectus. Inconſtantes vero: quę huc atqꝫ illuc facilioꝛibus mutationibus transferūtur. Omnia igitur: quę ex natura atqꝫ arte deſcendunt: cōſtantia ſunt. Natura quippe atqꝫ ars ſuum ſemp opus efficiunt: niſi ſubiectę materię obſtet incertū. Nam quod vnus idēqꝫ artifex ex eadem ſępe materia: non admodū ſimiles ſtatuas foꝛmat: nō eſt hęc in arte varietas. Sed tum in artificis manu: quę integritatem artis aſſequi nō poteſt: tū in ipſa materia: quę efficiētię atqꝫ foꝛmę nō ęqualiter cedit. Idē eſt in natura. ſeruat namqꝫ conſtantiā ſuā cum hoīem foꝛmat ex hoīe. Itaqꝫ ſimilia in cęteris ex ſimilib⁹ gignit. at cū monſtruoſum aliquid effert: nō naturę vicio: ſed materię potius applicatur ex qua id quod efficere cōtendebat: nō ita potuit natura explicare. ſed inter cōſtātes cauſas habitus quoqꝫ debuit adiungi. Nam quod ex habitu cuiuſqꝫ fit: id cōſtans: nec mutabile eſſe ſolet. Quādoquidē idcirco habit⁹ dř: qꝛ diuturnitate habendi in naturę ſimilitudinē vertiť. Sed foꝛtaſſe illud tullius vidit: q natura atqꝫ ars non tā in effectibus conſtātes q̄ꝫ in pꝛopꝛia ratione eſſe intelligūtur: interdum ut q ars ac natura delinquit: materię ſępius imputetur. ha

bitus vero ipſe cõſuetudine quadã collectus ē: qui non rõne aliquid ⁊ pꝛopꝛia conſtãtia. ſed vſu facit: atq; idcirco foꝛſitan habitũ: qui inter cetera pꝛeter artē vel naturã videbatur eſſe cõſtantioꝛ: a cauſis conſtantibus ſegregauit. Ea vero que nõ ſunt conſtantia: in ea diuidit que ſunt perſpicua ⁊ in ea que latent. Perſpicua ſunt: que ab animi quodlib; motu vel appetitione vel iudicij ratione pꝛofecta ſunt. Latent vero: que foꝛtune ſubiacent. Nã quia non ignoꝛat animus: in quã partem declinet: qui tam et ſi boni aliquando iudicium: nunquã tamen eius rei quam efficit: notionem relinquit: pꝛeter eos qui funditus mente capiũtur: ⁊ in quibus iam nulla voluntas eſt: neceſſe eſt nota eſſe: que ex voluntate vel animi iudicio fiunt. Foꝛtuna vero atq; caſus ſp ignotus eſt. Cuius quidē natura eque incerta eſt: atq; ea: que ipſis caſibus fiunt. Sed mar. tullius diffinit eſſe caſum: euentũ cauſis latentibus effectũ: que nõ videtur integra diffinitio. Quid enim ſi adhuc lateret quibus cauſis ſolaris defectus ⁊ lunaris cõtingeret: num idcirco caſu ac foꝛtuna fierent: que conſtantibus celi motibus adminiſtrantur. An caſus quidem putaref ab is: qui defectus rationē reperire non poſſent. per ſe autē conſideratus nullo quidē modo eſſet caſus. Sed mar. tullius nõ qui videretur eſſe caſus is: qui eius naturã minime pſpexiſſent ſed quid omnino foꝛtune euentus eſſet: diffinitionis ratione mõſtrabat. Euentũ vero latentibus cauſis Cicero caſum eſſe ita concludit. Cum omnia certis de cauſis fiant: quoꝝ ratio cognoſcitur: eoꝝum euentus caſu fieri non putatur. ſed putatur aliquid fieri caſu eoꝝum: quoꝝum cauſa nulla ratiõe cognoſcaf. Ex quo venit ut foꝛtune ſit euentus: qui latentibus cauſis efficitur. Hic igitur in rebus quidē ipſis cõſtantiam ponit: caſum vero non re: ſed opinione metitur. Quo fit ut ſi alter effecte rei nouerit cauſam: id quod accidit non ſit foꝛtune euentus. Idem tamen foꝛtune euentus ſit: ſi rationem alter ignoꝛet. Quod vero omniũ rerum cauſas eſſe dicit: non determinat quales. atq; ideo nec de foꝛtuna ipſa quoꝝum euentuum cauſa ſit: monſtrat. Nec me ſeque hominum mentes arrogantie notent: ꝙ velut affectata auctoꝛitate tullianis ſententijs impugnem: cum aduerſus eas ſi quid videbitur non noſtra: ſed ab antiquiſſimis tractata compenſem. ꝙ ſi noſtra quoq; diceremus: opoꝛteret tamē eos non perſonarum vetuſtatem: ſed eoꝝum que pꝛoponũtur conſiderare rationem. nec odiſſe potius. que aduerſus magni nominis viros dicuntur: quã cõtraria ſi poſſent argumentatione reuincere. Nam ſi eis Mar. tullius in diffinitione rerũ nimiũ plac;: que nam eſt inuidia nos quoq; Ariſtotelicã rationē pꝛobare? ꝙ ſi intemperanter moleſtiſſimi eſſe pergũt: audiant. M. tul. ſecundo tuſculanarũ diſputationũ libꝛo adhoꝛtantē potius atq; ad certamen vocantem hoc modo. Sed tamen tantũ abeſt: ut ſcribi contra nos nolimus: ut id etiam maxime optemus. Ipſa eni grecie philoſophia nunquã in honoꝛe tantum fuiſſet: niſi doctiſſimoꝝ; contẽtionibus: diſſenſionibuſq; creuiſſ;. quã obꝛem hoꝛtoꝛ omnes: qui facere id poſſunt. ut eius quoq; generis laudem iam languenti grecie eripiant: ⁊ transferãt in hanc vꝛbem: ſicut reliquas omnes: que quidem erant expetende: ſtudio atq; induſtria ſua maioꝛes noſtri tranſtulerit: ⁊ rurſus nos: qui ſequimur pꝛobabilia: nec vltra quã quod veriſimile occurrit: pꝛogredi poſſumus ⁊ refelli ſine pertinacia ⁊ refellere ſine iracundia parati ſumus. quocirca que malum ratio eſt ipſius. Mar. tul. voluntatem iudicij vniq; conuellere: cum eiuſdem ꝯtra nos ſententijs atq; auctoꝛitate nitanf. ſed ſi cui cõmẽtarios noſtros inſpicere vacuum fuerit. ſciat hec nos ex Ariſtotelis ſecundo phiſicoꝝ; volumine aduertiſſe. que tam ⁊ ſi altioꝛis philoſophie diſputationes tangũt non eſt tamē ſtudijs inuidendũ. ſi rethoꝛicis quoq; ac dialecticis diſputationibus admiſceam?. que ſunt pꝛofundioꝛa nature. neq; pigreſcere ac dilaſſari animos dignum eſt. quos intentioꝛes ac vegetos ipſa rerum ambiguitas ⁊ variarũ cognitio ſpeculationũ deberet efficere. cum pꝛeſertim ea libꝛoꝝũ natura ſit: ut ad legendũ ſtudioſos teneat: nullũ cogat ignauũ. Dicamus igif quid euentus ſit foꝛtune: vel quatũ rerum foꝛs cauſa eſſe dicaf. Omnia igitur fiunt vel immutabiliter: ac ſemper ut ꝙ ſol oꝛif vel ſepius: ut ꝙ equus quadrupes naſcitur: vel raro: ut ſi equus cũ quinq; vel tribus pedibus pꝛocreef: vel eque ut in quibus faciendaꝝ rerũ nihil intereſt: quo potius volũtatem vergamus. atq; illud quidē quod ſemp fit: nihil h; oppoſitũ: quod vllo modo aliter fiat. Id vero quod ſepe cõtingit habet aduerſum id: quod rarius euenit. neq; eni; ſepius fieret: ac nõ ſemp: niſi diuerſum raro quidem: ſed aliquãdo cõtingeret. Quod igif ex foꝛtuna fit: in ſempiternis nõ eſt. Quis enim caſu ſolē dicat oꝛiri? ne in his quidē: q frequẽtius fiunt. Nullus eni caſu equũ dixerit eē quadrupedem. Nec vero in is: que fieri equaliter ſolent. Nã que voluntaria ſunt: nõ videnf eſſe foꝛtuita. Reſtat igif ut in his foꝛtune euentus ſit: que rarius fiũt. Eoꝝum vero que ſiunt: partim finē aliquē ſpectãt: partim minime. Quis. n. finis eſſe poteſt. ſi manũ extendã ſi genua complicē. atq; aliquid iacens humi tollam: quod nullis vſibus applicem? At vero ea: que aliquē finem ſpectãt ptim voluntatis ſunt partim nature. Voluntatis: ut ſi quis idcirco domo egrediatur ut videat amicũ. Nature: ut quod in animalibus. Omnia que ab ea fiunt certã animalis reſpiciunt vtilitatē atq; ad huius ſalutē. conſeruationēq; omniũ membꝛoꝝ; momẽta ſunt conſtituta. Caſum igitur ac foꝛtuitos euentus in his eſſe ponimus: que cũ rarius fiant: in is tamē p accidens eueniãt: que pꝛopter aliđ fiũt. Veluti quis egreſſus domo ut amicũ videret pꝛeteriēs cadēte deſup lapide ictus eſt. id igif quod euenit: in rarioꝛe cauſa ponendũ eſt. acceſſit vero ei voluntati: que certũ reſpiciebat finē. Ea vo fuit domo egrediendi cauſa: ut amicũ videre;. Rurſus: qm lapis naturaliter grauis eſt: grauitas vero terrã petit. Caſus quidem lapidis pꝛopter aliquid naturaliter factus eſt. Ad id eni lapidis natura tendebat: ut in ſuũ locũ pondus veniens cõquieſceret. Sed huic naturali intentiõi accidit id: quod rarius euenit. ſ. ut pcuteret: quo fit ut ſit foꝛtuna vel caſus cauſa p accidens rarius euenientiũ in his rebus que pꝛopter aliqđ fiũt. que cum ita ſint: cũq; diffinitio Ariſtotelica a Tulliana plurimũ diſcrepet: illud tñ in vtriſq; conſtat: id quod foꝛtune ſubiectũ eſt: incertis caſib? ſemper eſſe ſuppoſitũ. Na; licet in his rebus ſepe foꝛtuna ſuos experiatur act?: que voluntarie ſunt: ⁊ ad aliquē finē referũtur: extra tamen accidit quod foꝛtune eſt: nec ab eo fine venit: quem ſibi animus ante perſtruxerat. Sed cum Cicero diuiſiſſet cauſas in eas: que perſpicue ſunt: ⁊ in eas que laterent. Cumq; eas que pſpicue ſunt: diceret eē. que appetitionē animi: iudiciũq; tangerēt: manifeſtũ eſt eũ vel artem: vel voluntatē: vel perturbationē: vel habitũ in his cauſis ponere: que pſpicue ſunt. Volũtas quippe atq; animi perturbatio in appetitione ponif. Sepe eni perturbatioꝛe aliquid appetimus: artē vero vel habitũ in iudicio arte namq; iudicamus. habitus vero ad vtrũq; pertinet. Nã ⁊ volũtates cõſuetas miniſtrat: ⁊ multo vſu pitiaq; fit q̃dam cõſtantia iudicandi. Caſum in nõ perſpicuis poſuit. De natura incertũ eſt: vtꝝ inter pſpicuas: an inter latẽtes ipſam naturã collocet. Nã ſi inter latentes: ipſam naturam caſum videref putare. Cui? opinionis nulla rõ eſt. Qđ ſi inter pſpicuas: que nã appetitio ai: vel iudiciũ in natura ē Neq; eni oppetẽdo aliquid vel iudicãdo faciat natura: niſi foꝛte qm ex ipſa ſepe habilitas quedã mẽtis ⁊ coꝛpis exiſtit. Que habilitas ad vnãquamq; rem adiuuat volũtatē id eni; maxime volumus: ad qđ habiles ſumus. Natura inter pſpicuas cauſas ponif. que iudicio quoq; coniũcta ē ut ſi naturaliter ſano quiſq; iudicio ꝯpoſitus eſt: appetitioni etiã ſi naturaliter aliquid anim? petat. his adiũgit alia; cauſaꝝ diuiſionē. Ait eni alias cauſas eē voluntarias: alias ignoꝛatas. volũtarias eas: quecũq; ex iudicio veniunt animi. Ignoꝛatas: in quibus neceſſitas domina eſt. id eſt in quibus aut oĩno nõ volumus. aut ne ſi velimus quidē aliter facere poſſum? ut in natura atq; caſu. Neceſſitate. n.



quadã nature grauia deoꝛſum ferũtur. neceſſitate itē factu; dicimus. ut aliquis ignoꝛãs iacto tranſpietē lapide pꝛetereũtem hominē peremerit. que neceſſitas talis eſt. nõ quo aliter fieri nõ potuiſſet. niſi ut lapide iacto pcuteret. ſed q: voluntas defuit: ⁊ non idcirco: que voluit fecit. Pꝛioꝛ vo neceſſitas talis eſt: in qua nulla volũtas eſt: vel ea: que eſt: ne id quod cupit efficiat: validioꝛe neceſſitate cõſtringif. Na; cum lapis deoꝛſum pꝛopꝛia grauitate deponif: nulla voluntas eſt. ſed tantũ nature neceſſitas. at ſi homo deoꝛſum cadat: eſt quidē non cadendi volũtas: ſed ferri quo nõ vult validioꝛ nature cauſa cõpellit. Volũtatē vero a foꝛtuitis euētibus vno eodēq; aptiſſimo ſecreuit exēplo: veluti ſi telu; manu iaciat: nolenſq; feriat pꝛetereuntē. Nã ieciſſe ex voluntatis pꝛincipio naſcif. Idcirco eni iecit: quia voluit. Ignoꝛauit vero ꝙ pcuteret. neq; eni iaceret: ſi ſe pcuſſurũ pꝛeuidere potuiſſet. Neq; iecit: quia voluit percutere. Si autē non ignoꝛaſſet: non pcutere potuiſſet. Unde etiã machinamentũ quoddã atq; defenſio in iuriſpitoꝛũ reſponſionib? inuenif. hoc modo. Si telũ manu fugit magis q̃; iecit. Nam ſi quis cedis accuſef. optima ſolet eſſe defenſio. Si alia ñ ſuppetit fugiſſe manu telum: ⁊ magis q̃; voluiſſet iecĩſſe: ut ñ volũtati: que ꝯdẽnaf in culpis: ſed ignoꝛãtie factũ tribuaf. De pturbationib? animoꝝ paulo cõfuſius iudiciũ ē. Dubitari enim poteſt: ex voluntate an neceſſitate an ex ignoꝛãtia venerit: quod perturbatiõe peccatur. videnf enim eſſe voluntaria peccata. qm qui perturbat? eſt appetit aliquid: aut fugit. ſed in hoc perturbatio ei? apparet ꝙ nõ fugienda vitat: ⁊ nõ appetenda nimiũ exoptat. Poꝛro autē: quoniam in pturbationib? ſunt cõfuſa iudicia. neq; eni aliter id qđ fugiēdũ eſt ſepe appetũt pturbati niſi obcecato: obſcuratoq; iudicio. qđ vo fit ai cõfuſiõe ſepe tal' ē: ut nollet admiſiſſe q fecit ⁊ euenit: ut ñ inf volũtarias: ſ; inf ignoꝛatas vl' neceſſarias cãs aioꝝ pturbatio ſit. In tñ vo q pturbat? ē: a vera diſcretione diſcedit: vt in eam poſſit ſepe recta hñ ꝯſulentiũ admonitione reduci. Quo fit vt aioꝝ pturbatio iure a cauſis voluntarijs ſegregef: ⁊ aut in ignoꝛantia: aut ĩ neceſſitate ponaf. Nã ꝙ ait tñ hñt tantos motus: vt ea q̃ voluntaria ſunt: aut neceſſaria interdũ: aut certe ignoꝛata videanf: ita intelligendũ eſt: qm oĩs animi paſſio iudicium turbat. Cõfundit vo rectam diſcretionē ſi acrioꝛ fuerit: quã vt rõnis retinaculis temperef. ⁊ fit quedam ex pturbatiõibus veluti violenta neceſſitas: vt dubiũ ſit vtrũ is q aliquid pturbatus aio facit: ignoꝛãs faciat. veluti cum caſu ignoꝛans delinquit: cum futuꝝ nõ pꝛouidet caſum: an ſciēs faciat: ſed neceſſitate ducaf. Qđ igif dixit: aut neceſſaria eē aut ignoꝛata: ⁊ diuiſit a neceſſarijs ignoꝛata: non pugnat ꝯ id qđ ſupius dixit ea que ignoꝛata ſunt eſſe neceſſaria. Nã id qđ eſt ignoꝛatũ ita quodãmodo diuidit. Ignoꝛatoꝝ alia quadã neceſſitate fiunt: dũ aut nulla voluntas eſt: aut ea q̃ eſt neceſſitati neqt obſiſtere. Alia caſu cũ in his faciendis: q̃ ignoꝛanf: nulla voluntas eſt. ꝙ igitur dixit pturbationes animi aut in neceſſarijs cauſis poni: aut in ignoꝛatis: id ſine dubio ſenſiſſe intelligif: pturbatiões animi: aut in his eſſe ignoꝛatis: in quibus ea neceſſitas eſt: vt voluntas obſtare non poſſit: aut in his in qbus nulla volũtas eſt: ſed ſit delictum cecitate iudicij: velut in his qui ĩmoderatius amoris cupiditati deſeruiũt: aut enim ꝯfuſo iudicio ab honeſtate diſcedunt: ⁊ dum quaſi honũ appetũt: in malũ decidunt ignoꝛantes. atq; ita in caſu quoda; atq; erroꝛe ponif amoꝛ ĩmodicus. aut nouit qdem qđ appetit eſſe vitandũ ſ; maioꝛis actu cupiditatis impellitur: atq; inter ea neceſſaria ponitur que: aut non habent voluntatem: aut eam ita infirmam ac debilem: vt nullo modo validioꝛibus paſſionibus obnitatur.

Eiuſdem Boetij in Ciceronis Topica Cõmentarioꝝ Liber ſextus.

Oꝛe quoſdam Patricii Rhetoꝝ peritiſſimo non dubitauerim: qui hunc in Topicis altioꝛem ex philoſophia tractatu; varia obtrectatione repꝛehendant: quia inter logicam diſputationē phyſicam interpoſuit. Hi vero ſunt: vel quibus hoc totum philoſophari diſplicεat: vel qui in argumētoꝝ locis naturales admiſceri cauſas opoꝛtuiſſe non exiſtimēt. ſed ꝯtra pꝛioꝛes quidem: ⁊ a. M. T. ⁊ ab ipſa quodãmodo humana rõe (q in motu poſita aliqđ ſemp inqrit: atq; amoꝛe ſcie neq; decipi patif: neq; vllo mõ a veritatꝭ rõne traduci) ſepenumero reſponſum eſt. His vo qui ſequeſtrãdas ab oꝛatoꝛia facultate phie diſciplinas putent) ridendũ hꝛeuif exiſtimo. rõe quidē repiri qd pōt. ſed id melius atq; facilius artifex faciet: ſi in opere ꝯſtruendi artis facultatē atq; elegantiam cõparet. In argumentis q; idem eē manifeſtũ eſt. vi nãq; naturalis ingenij argumẽta pmunf. Sed ars facultatē imitata nature viam quãdam rõnemq; repit: qua id effici facilius ac melius poſſit. In qua re illoꝝ neceſſe eſt repꝛhēdaf erroꝛ: qui rhetoꝛicã facultatē naturalē eſſe dixerunt: qm quilibet totius artis alienus ⁊ intendere in alteꝝ crimen: ⁊ ſeſe purgare ſolet: ⁊ argumento aliqđ pbare ꝯtendit. Repꝛhendendi que ſunt qui eandē facultatē in ſola arte poſitam eē dixerũt. Opoꝛtuit enim eos aiaduertere. Omnē qdē artē ſui materiã effectus ex natura ſuſcipe: ſed in ea tñ rõne pꝛia facultatem elegantiãq; experiri. Hec itaq; que artiũ ratio perficit: ab imperitis etiam fieri: vt cũq; ꝯtigerit pũt. Bñ aũt ac facile nemo efficit niſi artis rõne fuerit inſtruct?. Cũ igitur totius opis hec ſit intẽtio: vt argumẽta q̃ ꝯfuſa ⁊ veluti clauſa natura ſuppeditat: artificialiter veſtigenf: qđ ſit p qđ efficere id qđ pmittit ars valeat: ſub exempli notatõe demonſtrat. vt eni facilius argumẽta repianf: illa res efficiet: ſi demonſtrenf loci in qbus argumẽta ſunt collocata. Et enim vt ſi quis aliqd querat facilius id inueſtigare poſſit atq; inuenire ſi locus ei mõſtref vbi ſit poſitũ id qđ inqrit. ita etiam cum quis argumentum inuenire conatur: ſi ei locus (vbi argumentum ſit poſitum) declaretur: facili? argumentum quod querit valeat inuenire. ita enim Ariſtoteles ⁊ ita Tullius appellat eas ſedes in quibus argumẽta ſunt collocata. id eſt locos qui ab Ariſtotele Topica vocati ſunt. Sed quoniã de ſedibus argumentoꝝ; loqmur vbi cuiuſmodi ſint paulo altius expediamus. Locus enim non vno modo intelligif. Ac relinquimus quidē eos locos: quos victoꝛinus fruſtra: atq; incõuenienter interſerit. velut eos: qui coꝛpoꝛa cõcludunt. Ac ſimpliciter intelligamus eos locos argumentoꝝ eſſe: qui intra ſe continent argumenta. in quibus exponendis poſterius quid ſit quod dicimus clarius apparebit. Nunc cõmuniter de tota locorum ratione deq; argumentatione: ac de queſtionib? ⁊ ꝓpoſitionibus earũq; terminis videtur eſſe tractandu;. Ac pꝛimũ quoniã locus (qui tractatur in topicis) non cuiuſlibet rei: ſed tantum locus eſt argumenti. Expoſito pꝛi? argumenti intellectu deinceps de loci ratione tractabimus. Diffinit igitur Tullius argumentu; hoc modo. Argumētum eſt ratio: que rei dubie faciat fidem. Sumpſit igitur rationē ut genus. Omnes enim iniurioſi ſunt: qui oꝛationis virtutem a ſapientie ratione ſeiungunt: aliamq; eē dicendi artem velint. aliã intelligendi. Nam ſi nihil oꝛatiõe aliud agimus: niſi interius cogitata vulgamus: que malũ ratio eſt: oꝛationis elegantiã a ſententiarũ grauitate ſeponere: que poꝛro ſententiarũ grauitas eſſe poteſt ſine earum rerũ (de quibus dicendũ ē) comphenſione: que vero alia diſciplina naturã pꝛopꝛietatemq; rerũ omniũ docet: vel que omnino eoꝛu; (que intelligi poſſunt) ſcientiã pꝛofitef: niſi hec tantu; (ex qua nos pauca pꝛeſumpſim?) philoſophia: q longe aliter de his ipſis in pꝛopꝛio ſapientium tractatu diſputare ſolet. Neq; ita curſum ut nos: que ſicut in illoꝛum libꝛis ſolet) pꝛolixius diſſerenda ſumpſiſſem: quis ferret in

ſolentium hominũ temeritatẽ protectus ſuos culpare volentium: quibus protectibus pficerent: ſi ſtudioſi potius eꝗ̃ querulꝰ eſſe mallent. Sed his contentionibꝰ neq; antiqua caruit etas: nec nos ita delicati ſumus: ut quibꝰ patientia doctiſſimoꝝ hominũ ſepius obſtitit: ferre nolimꝰ. Dum ꝙ pluribus prodeſſe poſſimus: ꝛ ſapientium iudicia conſequamur. ad quem finem hic noſter labor ꝛ totius operis ſumma contendit. Sed hec hactenus. nunc ſuſcepte expoſitionis ordinem perſequamur.

Toto igitur loco cauſarum explicato: ex earum differentia in magnis quidem cauſis vel oratorum: vel philoſophoꝝ magna argumentorum ſuppetit copia: in veſtris autem ſi non vberior: at fortaſſe ſubtilior: priuata enim iudicia maximarum quidem rerum. In iuriſcõſultorum mihi videntur eſſe prudentia. Nam ꝛ adſunt multum: ꝛ adhibentur in conſilia: ꝛ patronis diligentibus ad eorum prudentiam cõfugientibus haſtas miniſtrant. In omnibus igitur iudicijs in quibus ex fide bona eſt additum: primus cauſaruz vſus eſt. ut inter bonos bene agi oportet. In primiſq; in arbitrio rei vxorie: in quo eſt quid melius: equius: parati eſſe debent. Illi dolum malum. illi fidem bonam. illi equum bonum. illi quid ſocius ſocio. Quid cum qui negocia aliena curaſſet: ei cuius ea negocia fuiſſent. Quid cum qui mandaſſet: cuiue cui mandatum eſſet: alterum alteri preſtare oporteret. Quid virum vxori. quid vxorem viro tradiderunt. Licebit igitur diligenter cognitis argumentorum locis nõ modo oratoribus ꝛ philoſophis: ſed iuris etiam peritis copioſe de conſultationibus ſuis diſputare.

Diuiſo cauſarum loco atq; ordine ſuis partibus diſtributo: de loci eiuſdem facultate: quibuſq; vberius quibuſq; anguſtius accommodetur (vti ſepe Ciceroni mos eſt) diſſerit. Primuz enim (inquit) oratoribus ac philoſophis (quorum in diſputationibus larga materia eſt) multa ex cauſarum loco argumentorum ſuppetit copia. Cõmunis quippe oratoribus ac philoſophis hic locus eẽ proſpicitur: qui eſt a cauſis. His naturas rerum (quod eſt philoſophie proprium) illis (quod oratorie facultatis eſt) facta probantibꝰ. Nã ꝛ cum res quelibet queritur: eius cauſe a philoſophis veſtigari ſolent. Quibus premiſſis (ut ſuperius dictuz eſt) comitatur ſtatim quod concludenduz eſt. ꝛ oratores ad ſuſpitionem mouendam/ detergendamue factorum cauſas requirunt. Hoc quippe ſtabile in hominum mentibus manet: quod neq; factum neq; res vlla (preter illam omniuz principem naturam) ſine proprijs cauſis poſſit exiſtere. quo fit: ut vberrimus cauſarum vſus ſit in rhetorum orationibꝰ: philoſophorumq; tractatu. ſed ut hunc libellum Marcus Tullius ſcribens pleraq; omnia Trebatio dediſſe videatur: Hunc locum iuris quoq; conſultis attributum eſſe demonſtrat dicens. ꝛ ſi non tam vberes oportunitates habeat hic locus in iuriſperitorum reſponſionibus: ſubtiliꝰ certe atq; acutius pro ipſius artis natura tractari poteſt. ſcilꝫ vbertatem que deerat: ſubtilitate que poterat ineſſe compenſans. Habent enim etiam ipſi proprium campum: in quo eorum virtus poſſit enitere. Eſt enim iuriſconſultorum prouincia priuatarum queſtio cauſarum: maximeq; in illis negocijs hic cauſarum locus examinabitur: in quibus bone fidei iudicia nectuntur. In is eniz qui fuerit animus contrahentium queri ſolet. qui deprehendi vix poterit: niſi precedentibus cauſis intelligatur. In is igitur iudicijs in quibus additur: ut ex bona fide iudicẽt: id eſt vbi ita iudices dantur: ut non ſtrictas inter litigantes ſtipulationes ſed bonam fidem querant. Plurimus cauſarum vſus eſt additur: ut inter bonos bene agi oportet. conſiderantur mores: inquiruntur conſilia. Statuitur quibus quidq; de cauſis adminiſtratum ſit. In primiſq; in iudicio vxorie rei vberrimus cauſarum tractatus eſt. Eſt autem iudicium vxorie rei. quotiens poſt diuortium de dote contentio eſt. Dos enim licet matrimonio conſtante in bonis viri ſit: eſt tamen in vxoris iure ꝛ poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt. Que quidem dos interdum his conditionibus dari ſolebat: ut ſi inter viruz vxoremq; diuortium contigiſſet: ꝙ melius equius eſſet: apud viruz remaneret: reliquum dotis reſtitueretur vxori. id eſt ut quod ex dote iudicatum fuiſſet melius equius eſſe: ut apud virũ maneret: id vir ſibi retineret: quod vero non eſſet melius equius apud virum manere: id vxor poſt diuortium recipere. In quo iudicio non tantum boni natura ſpectari ſolet: verum etiam comparatio bonorum fit: ut non tã quod equum: ſed melius equiuſq; eſt id ſequenduz ſit. Que omnia ex precedentibus cauſis inueſtigari ſolent. Nam ſi viri culpa diuortium factuz eſt: equius melius eſt nihil apud virum manere. Si mulieris eſt culpa: equius melius eſt ſextans retineri. In hiſq; omnibus periti ſſimi iuriſconſulti eſſe debent. quo fit ut Trebatium quoq; hortetur ad ſtudium. Multa enim eſſe dicit que eorum operam expectãt. Illi enim inquit dolum malum. illi bonaz fidem. illi equũ ꝛ bonum. illi etiaz quid ſocius ſocio preſtare debeat. quid is qui alienum in ſe gerendum ſponte negocium ſuſcepiſſet: ei cuius id negocium fuerit. quid is qui mandauerit ei cui mandauerit ſuorum negociorum actiones. quid vir vxori. quid vxor viro tradiderunt. que omnia ad poſteriora cauſe ſunt atq; exinde iudicia ſumuntur. idcirco eniz verbi gratia quodlibet illud iudex pronunciare debet in vxoris ac viri cauſa. quia virum hoc preſtare oportet vxori. idcirco etiam mandator ei cui mandauerit: obligatus eſſe iudicandus eſt. quia inter mandatorem ſuſceptoremq; negocij illud eſt obſeruandũ. omnia quoq; que quiſq; alteri preſtare debet: ea in tractandis iudicandiſq; negocijs cauſe ſunt. quocirca recte concludit diligenter cognitis argumentorum locis ꝛ oratoribus ꝛ philoſophis ꝛ iuriſconſultis argumentorum copiam nõ defuturam.

Coniunctus huic cauſarum loco ille locus eſt: qui efficitur ex cauſis. ut eniz cauſa quid ſit effectum indicat: ſic ꝙ effectum eſt: que fuerit cauſa demonſtrat. hic locus ſuppeditare ſolet oratoribꝰ ꝛ poetis: ſepe etiam philoſophis. ſꝫ is qui ornate ꝛ copioſe loqui poſſunt: mirabilem copiam dicendi: cum denunciant quid ex quaq; re ſit futurum. Cauſarum enim cognitio cognitionẽ euentorum facit.

Omnia que ad ſe referuntur recte dicuntur eſſe coniuncta. ipſa enim relatio rerum efficit coniunctionem ꝙ ſi cauſa alicuius cauſa eſt: non alterius niſi ſui effectus eſt cauſa. itemq; ſi eſt aliquis effectus: ex cauſarum principijs venit. iure igitur ab effectis locus: cauſarum loco debet eſſe coniunctus. quoniam vero ſemper que ad ſe referunt equantur: neceſſe eſt: que vbertas ſit cauſarum: eadem quoq; ſit effectorum. Quoniam enim cauſa preter effectum eſſe non poteſt: cum ſit cauſa ſemper effectum: neceſſe eſt ut ex euentibus quoq; atq; effectibus plurima argumenta ſuppe-



cant. ſi quidem ex cauſis etiam plurima contrahuntur. nã ſicut cuiuſlibet effectus poteſt cauſa tractari: ſic ex qualibet cauſa poteſt: qui ſit euentus oſtendi. recteq; ait cauſarum cognitio euentorum cognitionem facit. ut enim in predicamentis oſtenditur: ſciri relatiuũ aliquod non poteſt preter reliqui ſcientiam relatiui.

Reliquus eſt comparationis locus: cuius genus ꝛ exemplum ſupra poſitum eſt: ꝛ ceterorum nunc explicanda tractatio eſt. Comparantur igitur ea que: aut maiora: aut minora: aut paria dicuntur. in quibus expectantur hec numerus: ſpecies: vis quedam etiam ad res aliquas affectio. Numero ſi comparabuntur vt plura bona paucioribus bonis anteponantur: pauciora mala malis pluribus. Diuturniora bona breuioribus. longe ꝛ late puagata anguſtis: ex quibus plura bona propagentur: queq; plures imitentur ꝛ faciant. Specie autẽ comparantur: vt anteponantur: que propter ſe expetenda ſunt: his que propter aliud: ꝛ vt innata atq; inſita aſſumptis ꝛ aduentitijs: integra contaminatis. Iocunda minus iocundis: honeſta ipſis etiam vtilibus. Procliuia laborioſis. neceſſaria non neceſſarijs. Sua alienis. rata vulgaribus. Deſiderabilia his quibus facile carere poſſis. Perfecta inchoatis. tota partibus. Ratione vtentia rationis expertibus. voluntaria neceſſarijs. animata inanimatis. naturalia non naturalibus. artificioſa non artificioſis. Vis autem in comparatione ſic cernitur. Efficiens cauſa grauior ꝙ̃ non efficiens. Que ſeipſis contenta ſunt: meliora: ꝙ̃ que egẽt alijs. Que in noſtra ꝙ̃ que in aliorum poteſtate ſunt. Stabilia incertis. Que eripi non poſſunt his que poſſunt. Affectio autez ad res aliquas eſt huiuſmodi. Principum commoda maiora: ꝙ̃ reliquorum. Itemq; que iucundiora: que pluribꝰ probata: que ab optimo quoq; laudata. Atq; vt hec in comparatione meliora ſunt: ſic deteriora que his ſunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet: nec ſubmiſſionem. eſt enim equalis. Multa autem ſunt: que equalitate ipſa compararentur. Que ita fere concluduntur. Si conſilio iuuare ciues ꝛ auxilio equa in laude ponendũ eſt: pari gloria debent eſſe hi: qui conſulunt et hi qui defendunt. at quod primum eſt: quod ſequitur igitur.

Omnis comparatio duplex eſt. aut enim equalia ſibimet comparantur: aut inequalia. ſed in his que ſunt equalia ſemper eadem eſſe notatur equalitas. Inequalia autem in gemina veluti membra diuidũtur: minoris ſcilicet atq; maioris. Nam quod minus eſt: nõ per ſe minus eſt ſed cõparatione maioris. Itemq; quod maius eſt: minoris comparatione dicitur maius. Que cum ita ſint diuidit atq; ãn oculos ponit omnium comparationum modos. ꝛ quod raro in ſuperioribus locis fecit: ipſas maximas propoſitiones ponit in comparationibus conſtitutas. vt ſi quando loco ſit nobis comparationis vtendum habeamus quoddam: velut inuentionis exemplar: ad quod querentem animum poſſimus aduertere. Omnis igitur comparatio aut in numero conſiſtit: aut in ſpecie: aut in vi: aut in aliqua locata extrinſecus affectione. Nam quodcũq; conferre contendimꝰ aut numero comparamus: ꝛ ſcḋm id aliud maius: aliud minus eſſe decernimus. aut ſpeciem ipſam intuentes: tamq; alij comparantes de excellentia iudicium damus. aut illud conſideramus: quid res queq; poſſit efficere: ꝛ in quantum eius poſſit progredi natura. aut ex aliorum quodammodo continentia: ꝛ ex circũſtantium affectione rem quam alij cõferimus intuemur. Numero igitur que comparantur: ſi ex eodem ſint genere: plura paucioribus anteponũtur. velut ſi bona omnia ſint equalia: iure quiſquam plura bona paucioribꝰ anteponit. Et eſt hec maxima ꝓpoſitio. Plura bona paucioribus anteponuntur. ꝛ in ceteris quoq; eadem ratio perſpicitur maximaruꝫ propoſitionum. at ſi oia in contrario ſint genere: pluralitati paucitas preferenda eſt vt pauca mala pluribus malis. mala võ ipſa bonis nullo modo conferuntur. Que enim vllo modo compenſantur: in eodem eſſe genere debent non in contrario. Nam cum aduerſum ſe contraria e regione locata ſunt: conferri compararique nõ poſſunt: quia ſibi intelliguntur eſſe inimica. Eſt etiam ſcḋm numerum comparatio in temporis quoq; ratione. Nam cum tempus certis quibuſdam ſpacijs diuidatur: velut hore diei menſis atq; anni. Ex equalibus bonis ea magis eligenda ſunt que diuturnius perſeuerant. ꝙ in numero poſitum eſſe nullus ignorat. Ipſa enim diuturnitas plurimos eſſe vel dies vel menſes vel annos fatetur: quibus duret id quod eligitur. Longe ꝛ peruagata bona anguſtis ꝛ in vnum minimum locum coartatis numeri comparatione precedunt. Nam que longe lateq; peruagata ſunt ea in plurimas gentes regioneſq; diffuſa ſunt pluralitas võ cuiuſlibet rei numerum ſpectat. Iam võ ex quo plura propagantur bona quis non iudicet eſſe meliora his quorum eſt inops bonorum contractioꝛq; fecunditas. Quis etiam bonum quod plures imitentur vt faciãt ceteris que ita non ſint excellere non arbitretur. que in numero conſtare quis neſciat: quando in numero pluralitas conſtat. Specie vero comparantur: que per ſeipſa conſiderata ſue quodammodo pulchritudinis merito ceteris anteferuntur. Meliora enim ſunt que per ſe: quam que propter aliud expetuntur veluti ſalus que per ſe expetitur: medicina propter ſalutem. Quocirca melior eſt ſalus quam medicina. atq; hec non ad aliquem numerum non poſtremo ad aliquam quantitatem ſed ad ipſam ſpeciem ſalutis ac medicine conſiderationem referentes iudicium promimus. Illa quoq; que innata atq; inſita ſunt: aſſumptis ꝛ aduentitijs meliora iudicantur. vnde innata moribus grauitas longe amplius excellit eam: que per imitationem affectatur. Integra etiam potius quã cõtaminata melioris iudicium ferunt. Nam que integra ſunt: ſuã ſpẽm ſeruãt ꝙ̃ contaminata ſunt: atq; ex aliqua pte viciata: ſiꝗ̃ ẽt inerat: ſpẽm pulchritudinẽ pdiderũt. Iocũda minꝰ iocũdis meliora cõmunis omnium animalium natura diiudicat. Honeſta vtilibus ſapientes anteponunt. procliuia laborioſis anteferri illa res monſtrat. quod nemo ad eundem finem per laborioſam atq; aſperam viam tendere cupiat: ad quem poſſit procliui: faciliq; itinere peruenire. Labor quippe omnis iniocundus eſt. iocunda eſt facilitas. Neceſſaria etiaz non neceſſarijs partim preferri: partim etiam poſt poni debent. Quod Marcus Tullius tacuit. Neceſſaria quippe preferuntur his non neceſſarijs: que non boni ratiõe. ſed voluptatis appetitione ſunt conſtituta. veluti luxu regio parata conuiuia nullus ſapiens iudicet eſſe meliora his que nature expleant indigentiam. quedam vero ſunt que ipſa ſpecie boni: cum non neceſſaria ſint: meliora ſunt neceſſarijs. Nam viuere neceſſarium eſt: ꝛ ſine eo ſubſiſtere animal nequit. Philoſophari vero non eſt neceſſarium: me-

lius tamen longeq; excellentius philoſophum vincere: quã tantũ vincere. Illud enim raro pauciſq; etiam vtentibus ratione conceſſum. Illud pecudibus cõmune nobiſcũ. ſua quoq; alienis iure meliora eſſe dicuntur. veluti hominibus ratio potius quam voluptatis appetitio. illud enim proprium eſt hominis illud alienum. rara quoq; vulgaribus meliora ſunt. atq; hic locus approbat id: quod ſuperius dictum eſt. philoſophantem vitam ipſa vita eſſe meliorem. Nam que rara ſunt: facile id quod vulgare eſt antecedunt. Deſiderabilia etiam his quibus facile carere poſſis. illa res approbat eſſe meliora: q' maxime deſiderant: & ſine his anxia vita eſt. veluti ſi quis capillis viſum cõferat. Egrius enim toleramus carere viſu quam capillis. itaq; ex hoc meliorem eſſe viſum capillis iudicamus. Quod his facile: illo equo animo carere non poſſumus. Perfecta etiã imperfectis naturaliter excellunt. illa enim ſuam formam adepta ſunt. illa minime. Tota etiam partibus eodem modo excellentiora eſſe arbitramur. Nam quod totum eſt: habet natura propriam formam. Quod vero pars eſt & ad totius nititur perfectionem: nondum ſue pulchritudinis ſpeciem cepit: niſi ad totius integritatem referatur. Iam vero ratione vtentia rationis expertibus nullus dubitat eſſe meliora. Voluntaria quoq; neceſſarijs iure anteponuntur. Nam que voluntaria ſunt libera ſunt. que neceſſaria quodam nos veluti dominio neceſſitatis aſtringunt. atq; ideo meliora eſſe voluntaria neceſſarijs exiſtimamus: quãquam in hoc etiam illud intelligi poſſit quod a nobis ſuperius dictum eſt. Non neceſſaria ſepe neceſſarijs anteponi. quandoquidem ea que voluntaria ſunt non ſunt neceſſaria: voluntaria vero meliora ſunt neceſſarijs. Non neceſſaria igitur ſepe neceſſarijs excellunt. animata quoq; inanimatis ipſius animi vegetatione conſiderata anteponenda eſſe ratio perſuadet. Naturalia etiam non naturalibus & artificioſa inartificioſis. Optimuſq; hic gradus eſt: vt naturam arti: artem preferas inertie. ars quippe imitatur naturam. quo fit ut id quod in ſe retinet pulchri ex natura veniat: cuius imitari ſpeciem cupit. longe vero poſtrema ſunt: que cũ artificio carent: non a ſpecie ſolum nature: verũetiam ab imitatione diſcedunt. atq; hec quidem de ſpecie in comparationibus conſiderantur. vis autem in eo conſiſtit in quo conſideratur quid vnaqueq; res poſſit efficere. nam quod queq; res poteſt. ea vis eius rectiſſime dicitur. efficiens igitur cauſa grauiorem vim habet quam ea que nihil efficit velut artifex melior quam materia. illa quippe ſtolida eſt atq; immota. Nec aliquid efficiens: niſi formam ab artifice id eſt ab efficiente cauſa ſuſceperit. item que ſeipſis cõtenta ſunt: meliora eſſe is videntur que egent alijs veluti omnium deus optimus eſt: q: nullo indiget. & ipſa cuncta ſunt indiga. item que in noſtra ſunt poteſtate magis eligenda ſunt quam que in aliena manu poſita facile labuntur. quo fit ut ſit virtus melior quam diuitie. Nam virtus eſt in noſtra poteſtate: diuitiarum fortuna domina eſt. iam vero ſtabilia incertis: que eripi non poſſunt is que poſſunt. Si tñ bona ſunt quis non intelligat eſſe meliora: quorum tamẽ locorum pars contraria contrarium tenet. inſpectis quippe his que meliora ſunt. Si horum aduerſa videamus deteriora ſunt. reſtat in affectione poſita comparatio que ita tractatur ut non per ſemetipſam res que alij conferatur: ſed ex alterius cuiuſlibet conſideratione penſetur. velut in tribus quibuſdam rebus. Si due ad ſeinuicem comparentur eo q' ad tertiam plus minuſue iungantur. Sũt enim duo quedam humanis rebus accommodata: quarum vna principibus atq; etiam ipſi reipublice accommodatior eſt. Hic igitur iudicabimus eam rem eſſe meliorem que melioribus prodeſt id eſt aut reipublice vel principibus non conſiderantes vt ſeſe res habeat: Sed quantum reipublice vel principibus adiuncta ſit. Hec igitur res ex affectione eſt comparata meliuſq; iudicatur id quod principibus comodum eſt quã id q' aliquibus priuatis: quĩ principes reliquorum etiam continent ſtatum. Eodem modo que ſequuntur: vt que iocundiora pluribus: que clariora inter multos: que pluribus comprobata ſunt: meliora ducantur. Nam etiam ſi minus ipſa huius nature ſint. Sed affectione tamen vt dictum eſt: eorum quibus vel iocundiora vel inter quos clariora ſunt aut a quibus probãtur: meliora extimanda ſunt. Sed quãq; id quod a pluribus bonum ducitur: ſuperius in ea cõparationis parte poſuerat in qua fiebat ſm numerum comparatio: Nil tamen impedit eundem locum ſm aliam & aliam conſiderationẽ diuerſis generibus ſubdi velut ala auis cum ſubſtantia ſit eadẽ tñ ad aliqd eſſe intelligit: ſi ad alatũ cõſideret. Illa q̃z ex affectione vident eſſe meliora que ab eo laudata ſunt cõ quẽ dialectica rõne vel rhetorica facultate diſſerit. Nam vt reuincere aduerſariũ poſſis ſat eſt: ſi eũ tibi cõſenſiſſe monſtraueris: atq; id aliqñ velut optimũ predicaſſe qd tu meli' re propoſita mõſtrare cõtendas. Dici igit oibus melior locis his oppoſiti q̃ deteriora ſunt cõtinebũt. Pariũ vo nulla diſcretio eſt. Neq;.n. qd par eſt: aut intentionẽ ſumere aut remiſſionẽ põt. Quibus ãt inter ſe maiora minoraq; pendũtur: hiſdem inter ſe paria cõferunt. Nã q̃ vel numero vl' ſpẽ vel vi vel affectiõe fuerint equa: paria eſſe dicunt. Cõe aũt cunctorum exemplũ eſt qd Cicero in equalitate cõſtituit: q̃ equalitas in cũctis paribus equa eſt. Sed vel numero vel ſpẽ vel vi vel affectiõe paria ſunt. Nã in eorum cõpatiõe q̃ maiora vel minora ſunt: vna quedã q̃litas eſt: ſed horum acceſſiõe variant. Nã qbus in eadem qualitate eſt maior numerus pulchrior ſpẽs efficatiorq; vis ad precioſiora cõiũctior affectio: ea meliora eſſe eſtimabunt. Que ſi equa fuerint: in eadẽ qualitate paria ſunt. Exemplũ vo qd poſuit ad eblandiendũ Trebatij animũ valet: cũ ꝓpriam id eſt oratoriã facultatẽ cum iuriſperitorum laude cõiungit. hoc modo. Si conſilio iuuare ciues: qd iuriſperitorum eſt: & auxilio qd oratorum ẽ: equa in laude ponendũ eſt: pari gloria debent eſſe hi qui cõſulunt id eſt periti iuris: & hi qui defendũt id eſt oratores. at quod primum eſt. Id eſt conſilio autem iuuare ciues & auxilio eq̃ in laude ponendũ eſt. qd ſequit igitur. id eſt infertur. ea vo concluſio eſt. per quã dicimus. hi igitur qui cõſulunt: & hi qui defendunt: pari gloria eſſe debent. Hic autem breuiter dialecticorum more protulit: qui ſic enunciant. Si dies eſt lucet. at q' primum eſt. id autẽ tantũdem eſt. ac ſi dicatur. At qui dies eſt. in propoſitione enim que eſt. ſi dies eſt lux eſt. prior eſt ꝓpoſitio. dies eſt. concludũt q' ſequit. Id eſt igit eſſe lucem. Id enim in prima parte ꝓpoſitionis que erat: ſi dies eſt: lux eſt ſequebat. hic quoq; Cicero ſic ꝓtulit. at q' primum eſt id eſt conſilio & auxilio iuuare ciues equa in laude eſſe ponendum. id enim erat primũ in ea propoſitione q̃ dicebat: ſi conſilio & auxilio ciues iuuare equa in laude poneretur: pari gloria eſſe oratores iuriſq; conſultos. q' ſeqt igitur idem pari gloria debent eſſe: qui conſulunt ac defendunt. id enim erat conſequens in ea ꝓpoſitione que ſtatuebat. ſi conſilio & auxilio ciues iuuare par eſſet: pares eẽ qui conſulunt ac defendunt.

Igitur perfecta eſt omnis argumentorum inueniendorum preceptio: vt cum profectus ſis a diffinitione: a partitione: a notatiõe: a cõiugatis: a genere. a formis. a ſimilitudine, a differentia: a contrarijs: ab adiunctis: a conſequentibus: ab antecedentibus: a repugnantibus. a cauſis: ab effectis: a comparatione maiorum Minorum: parium: nulla preterea ſedes argumenti querenda ſit.

Tamẽ ſi ex his que dicta ſunt intelligit nullũ argumẽti locũ eſſe pretermiſſum: breuiter tñ Ciceronis cõcluſionẽ q̃ ſe nihil omiſiſſe cõmemorat ad ampliorẽ doctrine fidẽ approbandam recurrẽ. In his enim nihil oĩo preter mittit que certa rõne tractant. Nulla vo certior ratio diuiſiõe. q' enim quiſq; partitur a cõibus in particularia deducens: cũ rectũ iter inſiſtat: labi atq; ad errorem deduci nõ põt. locorum igit omniũ prima diuiſio fuit in ea que in ipſis hererent: & ea que aſſumerent extrinſecus. Cuius diuiſionis nihil mediũ reperiri põt. aut enim in ipſo eſt aliquid de quo querit: aut extrinſecus neceſſe eſt aſſumat. videamus igit nunc quẽadmodũ diſputatio per nihil obmittentẽ diuiſionẽ ferat. Eorũ igit locorum qui in ipſis ſunt de quibus agit: nũc ex toto nũc ex partibus nunc ex vocabulo: nunc ex affectis ſumit argumẽtũ. In his igit q' nihil relictũ ſit ꝑſpicue apparet. In eo enim q' cõiunctũ eſt duplex diſcretio ẽ. vna ex eo ipſo qd formatũ eſt: atq; compoſitũ: qd totũ eſt. In quo etiã diffinitiones adhibent. alia in eius partibus inſpiciendis: ex qb' compoſiti forma iuncta eſt. Sed qm̃ natura hominũ id qd intelligit voce ſepius prodit. Neceſſe eſt vt nomẽ q̃z qd ad intellectus declarationẽ adhibet oſtẽdat aliquã rei quã ſignificat ꝓprietatem. Intellectus quippe qualitatẽ rei quã intelligit capit. Quocirca nomẽ q̃z intellectus qualitatẽ deſignat. Iure igit dictũ eſt ꝓprietatẽ quãdã rei vocabulo ſignificari. atq; ita ex eo trahi argumentũ põt. qd vocat a nota. Horum vo locorum aliqs partitiões edidit: quas paulopoſt breuius colligemus. affecta vo que vt ſupius dictũ eſt in relatione conſiſtũt ipſa etiam rite diuiſa ſunt. Nã que referuntur ad aliquid aut ſbalia aut accidentia. Subſtantialia vt cõiugata. nã iuſto in eo q' iuſtus eſt iuſticia ſbam facit. Nec id dico qd homini eſſe ex iuſticia cõſtituat: ſed iuſto qui iuſticia diſcedente corrũpit. Similis & de eo qd eſt iuſte aduerbio rõ eſt. eſt etiam ſbale genus. ſpecies. differentia. cã. effect'. Accidentia vt cõtrariũ: ſiſe: adiunctũ: paria: maiora: minora. Cõſequẽtia vo atq; repugnantia: qm̃ (vt ſupius dictũ ẽ) in cõditione poſita ſunt: nũc ſbalia repiunt. nũc vo in accidẽtibus cõſiderant. Subſtantialia vt cũ genus antecedentem ſpẽm. accidentia vo vt cũ nigredo ꝑcedentẽ ſeqt eorum. quãq; ẽt in cauſis alique antecedẽtes eſſe poſſint. De quarum olim ꝓprietatibus Tullius ſupra diſſeruit. atq; vt ĩ breuiſſimã deſcriptionẽ tota locorum diuiſio colligat: erit h' mõ. Omne argumẽtũ aut ex his locis ducit: que in ipſo de quo queritur inherent. aut extrinſecus aſſumũt. His vo locus qui ĩ ipſis (de qbus ambigit) poſitus eſt: diuidit in eum locũ: q ẽ ex toto: & in eũ qui eſt ex ꝑtibus: & in eũ qui eſt ex nota: & ĩ eum q eſt ab affectis. His aũt (qui a toto eſt) a diffinitione locus vocat. Diffinitionũ vo alie ſunt ꝓprie: alie non ꝓprie. Non ꝓpriarum vo alie ſunt que ſingulis noibus denotant: alie que orone pandunt. Earum vo que ſingulis noibus ſiũt. Alie ſunt in qbus ꝓ noie reddit nomẽ: que dicuntur cata antilexin. alie que exempli grã nomẽ ſubijciunt que dicunt Typi. Earum vo (que orone declarant) alie ſiũt a ptitiõe: alie a diuiſiõe: alie a differẽtijs pter gen' q' εϱϱοιωμτικη dicit. alie que ex pluribus qualitatib' ſiũt et ſingulis totũ id ſignificantibus. q' oĩs qualitatũ collectio declarat: q̃ vocatur ποιοτησ. alie que ex accidentibus nõ ſingulis ſed cũctis vnũ aliqd efficientib' cõſtãt. alie q̃ ad diiaz dant. alie que p tranſlationẽ: alie que ex ꝑuatiõe cõtrarij: alie q̃ ꝓpris noibus aptant que etiã υποτυπωσεις dicunt. alie p indigentiã pleni: alie p ꝓportionẽ. alie p relationẽ. alie p cãm. Item alia diffinitiõis diuiſio ſm Tulliũ pncipalis. q' alie corporaliũ rerum ſint: alie icorporaliũ. & diffõnis qdẽ locus ita diuiſus eſt. a ptibus aũt locus diuidit in ptitõẽ & diuiſionẽ. A nota vo locus ſimplex eſt. ab affectis aũt alij ſunt a cõiugatis. alij a genere. alij a forma. alij a ſimilia. alij a differentia. alij a cõtrarijs. alij ab adiũct. alij a cõſequẽtib' antecedentibus & repugnantibus. alij a cã. alij ab effectis. alij a cõpatiõe pariũ: maiorum vel minorum. Genus vo diuidit in ſuprema genera: & in ea que etiã ſpẽs eſſe pñt. Spẽs q̃z diuidit in vltimas ſpẽs: & in ea que etiã genera eſſe pñt. Simil'ũ q̃z alia in ſingulis cõſiderant. & vocant exempla: alia in plurib': & appellat inductio. alia in cõiunct & vocat propoſitio. Item diiar: alie ſunt ſbales: alie & ſi nõ ſbales ĩſepabiles tñ: alie neq; ſbales neq; inſepabiles. Contrariorum alia dicunt aduerſa: alia ꝑuãntia: alia negãtia: alia relatiua. adiunctorum vo alia ſunt que ãn rem exiſtunt: alia que cũ re: alia vo poſt rem. Locus vo cõditiõalis diuidit in ãtecedẽs cõñs & repugnãs. Cãrum q̃z multiplex locus eſt. alie nãq; ſũt: que vi ſua efficiũt: alie ſine quibus effici non põt. Earum vo que vi ſua efficiũt: alie ſunt neccẽ nihilo indigentes: vt efficiant. alie vo indigentes vt efficiãt. alie vo indigẽtes & nõ neceſſarie. Eorum vo ſine qbus nõ efficit: alie ſunt mobiles: alie imobiles. Item cãrum alie ſunt non ſpontanee: alie ex voluntate: alie ex ꝑturbatiõe: alie ex habitu: alie ex natura: alie ex arte: alie ex caſu. Rurſus cãrum alie ſunt cõſtantes: alie icõſtantes. Amplius cãrum alie ſunt voluntarie: alie ignorate. Ignoratarum pars in caſu: pars in neceſſitate ẽ cõſtituta. Neceſſarie pars in vi: pars inſcita poſita eſt. Effecta vo in tãtas diuidi pñt: quãtũ ad ſuperius dictas cãs referunt. locus vo a cõpatiõe minorum pariũ atq; maiorum diuidit in numerum ſpẽm vim ad res alias affectiões. Que cũ ita ſint eciq; nihil ſit in diuiſione ꝑtermiſſum recte. M. T. ꝑtitionẽ cõcludit dicens nullã argumenti ſedẽ eſſe ꝑteritã. reſtat igit locus q extrinſecus ſumit: que qm̃ nihil iuris cõſultis eſt vtilis. nõ Trebatij cã: ſed ne qd ꝑfecto opi deeſſe videat adiũgit.

Sed qm̃ ita a principio diuiſimus: vt alios locos diceremus in eo ipſo (de quo ambigit) herere: de qbus ſatis dictũ eſt: alios aſſumi extrinſecus: de his pauca dicamus: & ſi ea nihil oĩno ad veſtrãs diſputatiões ꝑtinẽt: ſed tñ totã rem ꝑficiamus quãdoquidẽ cepimus. Neq; enĩ tu is es quẽ nihil (niſi ius ciuile) delectet. Et qm̃ hec ita ad te ſcribunt: vt etiã in aliorum manus ſint ventura: dect opã vt quãplurimũ his (quos recta ſtudia delectant) ꝓdeſſe poſſimus.

Ne locus nihil iuris ꝑito ꝓfuturus negligentẽ ſui faceret trebatiũ: veluti quibuſdã ꝓhemij machinis orator reddit attentũ. ait enĩ ita ſeſe diuiſiſſe in pncipio: vt alios locos in ipſis herere diceret: de qbus ageret: alios extrinſecus aſſumi. Et cũ de ſuperioribus locis idonee diſputatũ ſit: itractatã reliquã ꝑtem nõ oportere ꝑteriri. Neq; enĩ hũc eẽ trebatiũ qui ſua arte cõtentus ceterorum ſtudia negligat: verum diligentia atq; ingenio plurimũ valens cuncta ad ſe ꝑtinere dicat: que liberalibus ſtudijs ãnumerauerũt. ſimul dandã eſſe opam dicit: qm̃ beniuolo aio Ciceronis opus trebati' eſſet editurus: vt cũ in multorum manus veniſſet: ꝓdeſſe his in integrũ poſſet: qui rectis ſtudiis tenerent: hoc q̃z trebatio bñficij noie cõcedere: q' ad eũ ſcripta: & p eũ edita ꝓfutura plurimis conſcriberet.

Hec ergo argumẽtatio (que dicit artis expers) in teſtimonio poſita eſt. Teſtimoniũ aũt nũc dicimus eſſe: qd ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem.

Extrinſecus poſitũ argumenti locum (quẽ. M. T. vocat artis expertem) in teſtimonio poſitũ eſſe ꝓnunciat. Dubitari aũt põt qd hic locus a ſuperioribus differat: qs in affectis locauit. Nã vti affecta ſemp in relatiõe ſũt cõſtituta: ita etiã teſtimonia ad eã quorum ſunt teſtimonia referũt. Oĩne enĩ teſtimoniũ teſtãtis rei eſt teſtimoniũ. Quocirca cur aut ea: (que affecta dudũ vocata ſunt) non extrinſecus collocentur: aut ea (que nunc vocant extrinſecus) non inter affecta ponãtur: queri põt. Cũ preſertim ea que adiũcta eſſe negocio ſupius diximus: veluti qdã teſtimoniũ ſepe reb' afferãt: cuius ex eorum q̃ ꝓceſſerit vel cõſecutura ſunt ſignis: qd geſtũ ſit cõſiderari ſolet. Quorum diu; cõis ſolutio ẽ: q' ex affectis argumẽta que ſiũt ab oratore inueniunt: eiuſq; ope atq; induſtria naſcũt. Ea vo que extrinſecus poſita ſunt rei tñ teſtimonium ꝓhibent. Non enim inueniuntur ab oratore: ſed hic orator vti

tur poſiti ſatq; ante conſtitutis. Namq; a genere: vel a ſpecie: vel a ceteris affectis argumenta ſunt) ab ipſo quodā modo oratore pariuntur. Teſtimonia vero ſibi ipſe non efficit. ſed ad cauſam vtitur ante preparatis: quo fit vt argumenta ex affectis in cauſa ſtatim: atq; ex tempore naſcantur. Ea vero que in teſtimonijs poſita ſunt ante rem precurrentia: confirmando vſum negocio poſterius preſtent. ⁊ in adiunctis ab oratore coniectura colligitur: ⁊ auditorum mentibus intimatur. Teſtimonia vero non in coniectura: aut in ſuſpitionibus: ſed in rei geſte narratione conſiſtunt. Oſtendit autem vehementius quid eſſet teſtimonium: cum dicit: id a ſe teſtimonium vocari: quod ab aliqua externa re ſumitur. Omnia quippe affecta: ab eis ad que affecta ſunt non videntur externa. Teſtis vero nulla cum re teſtificata cognatione coniungitur: niſi ſola noticia: que nihil ad rem que geſta eſt attinet: Cum ſi geſtum negocium nullus agnoſceret: nihilominus tamen geſta res eſſet. Sed id poterat etiam ad ſimilitudinem duci. Quid enim minus eſſet aliquid: ſi ei ſimile nihil reperiret. ſed quod ſimile eſt: ei cui ſimile eſt eadem qualitate coniungitur. Que qualitas vtrunq; conformat. Scientia vero cuiuis efficiat teſtem: nulla tamen qualitate coniungitur cum re: cuius illa noticia eſt. Neq; enim ſcientis noticia rei geſte qualitas dici poteſt: Cum ſi noticia qualitas rei poſſet intelligi pereuntibus his qui rem norunt: res vel interiret: vel mutaretur: quod neutrum euenire neceſſe eſt. Quando quidem abſumptis ſcientibus res ignorata poterit permanere.

Perſona autem (nō qualiſcunq; eſt) teſtimonij pondus habet. Ad fidem enim faciendam auctoritas queritur. ſed auctoritatem aut natura: aut tempus affert. Nature auctoritas in virtute eſt maxima. In tempore autem multa ſunt: que afferant auctoritatem: ingenium: opes: etas: fortuna: ars: vſus: neceſſitas: Concurſio etiam nonnunq; fortuitarum rerum.

Cum locum artis expertem in teſtimonio eſſe poſitum dixit: In teſtimonijs vero perſonarum fidem ſuam interponentium auctoritas queritur: neceſſarium fuit: quibus rebus fieri ſoleat auctoritas expedire ⁊c. quidem clariſſime atq; aptiſſime dicta ſunt. Sed quod auctoritatem in naturam tempuſq; diuiſit. Cunq; in tempore ingenium. opes. etatem fortunā. artem. vſum. neceſſitatem. concurſionem etiam non nunq; rerum fortuitarum locauit: queri poteſt. Quid enim attinet ad tempus ingenium. quid ars. quid vſus. Nā etas atq; opes fortuna. ⁊ fortuitarum rerum concurſio ſubiecta ſunt tempori: Quin vnūquodq; horum varijs temporum vicibus permutatur. Ingeniū vero nature potius oportuit tribui. artem atq; vſum tertium quoddam: quin neq; tempori neq; nature ſubijciuntur. Quanq; virtus quoq; ipſa. quam. M. Tullius in nature ratione conſtituit quibuſdam non naturalis: ſed tum doctrina tum recta exercitatione viuendi videatur aſcita. Sed hec ita intelligenda diuiſio eſt: quod omnis auctoritas aut ex magnis atq; excellentibus rebus ⁊ per naturam optimis venit: aut ab his que inferiore loco ſunt conſtituta fidem non ex nature qualitate ſed ex vulgo inſitis opinionibus capit. Et maximas quidem excellenteſq; res in natura conſtituit. que ſemper vt ipſe Tullius multis in locis defendit: boni eſt appetens. at vero que poſteriora ſunt ſub tempore poſuit. Idcirco quod omnia temporibus ſubiecta principalis boni non retinent ſtatum. Virtus quidem in deterius flecti non poteſt. Ingenium vero atq; opes. fortuna ⁊ ars. ⁊ vſus ſepe non recta exercitatione deprauātur. Nā quicquid horum fuerit a virtute ſeiunctum: dignitatem vere laudis amittit. ⁊ de virtute quidem diſtulit dicere. Poſteriorem vero partem idem in tempore poſite auctoritatis diuiſit: ⁊ euidentiſſimis patefecit exemplis. Nam ⁊ ingenijs fides adeſt. atq; ex ea preſto eſt auctoritas plurima. Eos quippe ſapientius loqui homines credunt: quorum ingenium ad expediēda que propoſuerint ſufficit. opibus quoq; prepotentes dignos fide iudicant. fortuna quoq; ⁊ dignitate preclaris maieſtatem auctoritatis imprimunt nō recte fortaſſe ſed ⁊ iudicium in negocijs ⁊ exiſtimatio vite opinione hominum maxime continetur. que quia mutari non poteſt ad eam cuncta rediget: eamq; ſibi tractandam regendamq; proponet orator. ars etiam atq; vſus plurimum valent. In vtriſq; enim fidem noticia facit. Neceſſitas quoq; quaſi id quod latebat: extorquens auctoritate ſubnixa eſt. Que tum ab animo: tum a corporibus venit. a corporibus cum igni ferro ac verberibus verum quod latet aperitur. ab animo cum mens quadam perturbationis vel ignorantie cecitate confunditur. Tunc enim quid dici: quid taceri debeat: minime diſtinguēs verum quod occultum erat: prodit: atq; effundit in lucem. Nam iracundia ſepe ⁊ quelibet animi perturbatio: quod occultandum foret haud continet. que idcirco habent auctoritatem ad fidem: quia ſimpliciter prodita ſunt: Nec vlla calliditatis arte prolata. quin etiam ignorantia puerorum: vinolentia: ſomnus quedam ſeſe produxit in medium: in quibus ſi iudicium fuiſſet vllum: prolata non eſſent. Sepe etiam homines preter vllam animi perturbationem imprudentes propria confeſſione obligati ſunt: dum cuncta ſimpliciter effundunt: que ſibi nocitura nō eſtiment: vt ſtaterio euenisse propoſuit: qui interpoſito pariete teſtibus audientibus ea confeſſus eſt imprudēs ſe ab inſidiantibus audiri. Quibus vulgatis in iudiciumq; prolatis capitali ſententia condēnatus eſt. atq; hec quidem ignorantia in neceſſitate eſt conſtituta. Nam qui neſcit id quod ignorat: ne ſi velit quidem poterit euitare. Que autem neceſſitas extorquet: ipſa quodammodo videtur veritas dicere. atq; ideo eis velut auctoritate ſubnixis fides adhibetur. Concurſio etiam rerum fortuitarum facit fidem: que cum aliquotiens falſa deſignet: tamen ita ē vehemens: vt ſe ab ea veritas explicare vix poſſit. quale eſt quod de palamede narratur. phryx extinctus qui quaſi a priamo miſſus videretur: repte priami litere phrygia manus imitata: que concurrentia fidem facerent proditōis. Hinc dicit. talis etiam fortuitarum rerum concurſio eſt.

Nam et ingenioſos ⁊ opulentos: ⁊ etatis ſpatio probatos dignos (quibus credatur) putant: non recte fortaſſe. ſed vulgi opinio mutari vix poteſt: ad eamq; omnia dirigunt: ⁊ qui iudicant: ⁊ qui exiſtimāt. Qui enim rebus his (quas dixi) excellunt: ipſa virtute videntur excellere. ſed reliquis quoq; rebus (quas modo enumeraui) quanq; in his nulla ſpecies virtutis eſt: tamen interdum cōfirmatur fides: ſi fortuna aut ars quedam adhibetur. Magna eſt enim vis ad perſuadendum ſcientie: aut vſus. plerūq; enim creditur his qui experti ſunt. Facit etiam neceſſitas fidem: que tum a corporibus tum ab animis naſcitur. Nam ⁊ verberibus: tormentis: igni fatigati que dicunt ea videtur veritas ipſa dicere. Eaque etiam a perturbationibus animi ſunt: dolore: cupiditate: iracundia: metu: quia neceſſitatis vim habent) afferunt auctoritatem ⁊ fidem. Cuius generis illa etiam ſunt (ex quibus verum nonnunq; inuenitur) pueritia: ſomnus: imprudentia: vinolentia: inſania: Nam ⁊ parui ſepe indicauere aliquid quod pertinet ignorari: ⁊ per ſomnum: vinū: inſaniam multa ſepe patefacta ſunt. multi etiam in res odioſas imprudenter inciderunt. vt ſtaterio nuper accidit: qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito: quibus patefactis in iudiciumq; prolatis ille rei ca-



pitalis iure damnatus eſt. huic ſimili quoddā de Lacedemonio Pauſania accepimus. Concurſio autem fortuitorum talis eſt. vt ſi interuentum eſt caſu cum aut ageretur aliquid quod proferendum non eſſet: aut diceretur. In hoc genere etiā illa eſt in palamedē dicta ſuſpicionū proditōis multitudo. Quod genus refutare interdū veritas vix poteſt. Huius etiam generis eſt fama vulgi quoddam multitudinis teſtimonium. Que autem virtute fidem faciunt: ea bipartita ſunt: ex quibus alterum natura valet. alterum induſtria. Deorum enim virtus natura excellit: hominum autem induſtria. Diuina hec fere ſunt teſtimonia. Primum orationis. oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt: quod ineſt his deorum oratio. Deinde rerum: in quibus inſunt quaſi quedam opera diuina. Primum ipſe mundus: eiuſq; omnis ordo ⁊ ornatus. Deinceps aerei volatus auium atq; cantus. Deinde eiuſdem aeris ſonitus ⁊ ardores: multarumq; rerum in terra portenta: atq; etiam per exta inuenta preſenſio. a dormientibus quoq; multa ſignificata viſis. Quibus ex locis ſumi interdum ſolent ad fidem faciendam teſtimonia deorum. In homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio eſt autem: nō modo eos virtutem habere qui habeāt: ſed eos etiā qui habere videantur. Itaq; quos ingenio quos ſtudio: quos doctrina preditos vident: quorumq; vitam conſtantem ⁊ pbatam: vt Catonis. Lelij. Scipionis. aliorumq; plurium: vidētur eis eē: quales ſeipſi velint. Nec ſolum eos cenſent eſſe tales qui in honoribus populi: reiq; publica verſentur: ſed oratores ⁊ philoſophos ⁊ poetas ⁊ hiſtoricos ex quorum ⁊ dictis ⁊ ſcriptis ſepe auctoritas petitur ad faciendam fidem.

Expoſitis omnibus argumentandi locis illud primum intelligendum eſt nec vllam eſſe diſputationem in qua non aliquis locus incurrat. nec fere omnes locos incidere in omnem queſtionem. ⁊ quibuſdam queſtionibus alios quibuſdam alios eſſe aptiores locos. Queſtionū duo ſunt genera. Alterum infinitum. Definitum alterum. Definitum eſt quod hypotheſim greci. nos cauſam. infinitum quod Theſin illi appellant. nos propoſitum poſſumus noīare. Cauſa certis perſonis locis temporibus actionibus: Negocijs cernitur aut in omnibus aut in pleriſq; eorum. propoſitum aut in aliquo eorū aut pluribus. nec tamen in maximis. Itaq; propoſitum pars eſt cauſe. ſed omnis queſtio earum aliqua de re eſt quibus cauſe continentur. aut vna aut pluribus aut nonnunq; omnibus. Queſtionum autem quacunq; de re ſint) Duo genera ſunt vnum cognitionis. Alterum actiōis. Cognitionis ſunt he quarum eſt finis ſciētia vt ſi queratur an a natura ius profectum ſit. an ab aliqua quaſi conditione hominū ⁊ pactiōe. Actionis autem huiuſmodi exempla ſunt. Sitne ſapienti ad rempub. accedere: Cognitionis Queſtiōes tripartite ſunt aut ſit ne aut quid ſit aut quale ſit. queritur: harum prima coniectura ſecunda diffinitiōe. tertia iuris ⁊ iniurie diſtinctione explicatur. Coniecture ratio in quattuor partes diſtributa eſt. Quarum vna eſt cum queritur. Sit ne aliquid. Altera vnde ortū eſt. Tertia que id cauſa effecerit. Quarta in qua de mutatione rei queritur. Sic nec ne ſit vt quidnā ſit honeſtum. ⁊ quid equum re vera. an hec tm̄ in opinione ſint. Unde autem ortum ſit. vt cū queritur. natura an doctrina poſſit effici virtus. Cauſa autem efficiens ſic queritur. quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione ſic. Poſſit ne eloquentia cōmutatione aliqua cōuerti in infantiam. Cum autem quid ſit queritur: notio explicāda eſt ⁊ proprietas ⁊ diuiſio ⁊ partitio. Hec enim ſunt diffinitioni attributa. additur etiam deſcriptio quam ὑπογραφὴν greci vocāt. Notio ſic queritur. Sit ne id equū quod ei qui plus poteſt vtile eſt. Proprietas ſic In hominem ne ſolū cadat. an etiam in beluas egritudo. Diuiſio ⁊ eodem pacto partitio. triane genera bonorum ſint. Deſcriptio qualis ſit Auarus. Qualis aſſentator ceteraq; eiuſdem generis in quibus natura ⁊ vita deſcribitur. Cū autem queritur. Quale quid ſit aut ſimpliciter queritur aut comparate. Simpliciter expetendane ſit gloria: comparate: preponēdane ſit diuitijs gloria. Simplicium tria genera. De expetendo fugiendoque. De equo ⁊ iniquo. De honeſto ⁊ turpi. Comparationum autem duo. vnum de eodem ⁊ alio. alterum de maiore et minore. De expetendo ⁊ fugiendo huiuſmōi. Si expetende diuitie: ſi fugiēda paupertas. De equo ⁊ iniquo. equum ne ſit vlciſci a quocunq; iniuriam acceperis. De honeſto ⁊ turpi. Honeſtum ne ſit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipartitum vnum eſt de eodem ⁊ alio. vt ſi queratur: quid interſit inter amicum ⁊ aſſentatorem: Regem ⁊ Tyrannum. Alterum de maiore ⁊ minore. vt ſi queratur eloquentiane pluris ſit: an iuris ciuilis ſcientia. de cognitionis queſtionibus hactenus. Actiones reliqua ſunt. Quarum duo genera. Unum ad officium. alterum ad motum animi vel gignendum vel ſedandum planeue tollendum. Ad officium ſic vt cum queritur. Suſcipiendi ne ſint liberi: ad mouendos animos cum ſunt cohortationes ad defendendam rempublicam ad laudem ad gloriam. Quo ex genere ſunt querele incitationes miſerationeſq; flebiles rurſuſq; oratio. tum iracundiam reſtinguens: tum metum eripiens: tum exultantem leticiam cōprimens: tum egritudinē abſtergēs. hec cū in propoſiti queſtionibus genera ſint eadē in cauſas trāſferunt. Loci autem qui ad quaſq; queſtiones accōmodati ſunt: de

inceps ē videndum. Oēs illi qdē ad plenaſq̄. ſꝫ alii ad alias: vt dixi aptiores. Ad ↄiecturā igr̃ maxie apta: q̄ ex cāis: q̄ ex affect: q̄ ex ↄiunctis ſumi pnt. Ad diffōnē āt ptinet rō ⁊ ſcīa diffiniendi: atq; huic generi finitimū ē illd: qd appellari de eodē ⁊ de alio diximus. Qd genus forma qdā diffōnis ē. Si. n. q̄rat̃. Idē ne ſit ptinatia ⁊ pſeuerātia: diffōnibus iudicādū ē. Loci āt ↄueniēt ī ei⁹ generis qōē: ↄūctis: āntis: repugnātis: Adiuncti ēt his q ſumunt̃ ex cāis ⁊ effectis. Nā ſi hāc rē ʒ illa ſeqt̃. hāc āt ñ ſeqt̃. aut ſi huic rei res illa añcedit: huic nō añcedit: aut ſi huic repugnat: illi nō repugnat: aut ſi huic rei hec illius alia cā ē. aut ſi ex alio hoc: ex alio illd effectū ē. Ex quouis hoꝝ id de quo q̄rit̃: idē ne an illd ſit: inueniri pōt. At tertium genus qōnis: ī quo quale ſit: q̄rit̃. In cōpatiōe ea cadunt: que pauloante ī cōpatōis loco enumerata ſt. In illud āt genus ī quo d expetēdo fugiēdoq; q̄rit̃ adhibent̃ ea: q̄ ſt: aut āi: aut corpis: aut externa vel cōmoda vl̄ icōmoda. Itēq; cū de honeſto turpiq; q̄rit̃: ad āi bona aut mala oīs orō dirigenda ē. Cū āt de equo ⁊ iniquo diſſerit̃: eq̄tatis loci colligent̃. Hi cernunt̃ biptite: ⁊ natura ⁊ iſtitutio. Natura ptes hʒ duas tuitionem ſui ⁊ vlciſcēdi ius. Inſtitutio āt eq̄tat̃ triptita ē. vna pˀs legitima ē. Alt̃a ↄueniēt. Tertia moꝛiſ vetuſtate firmata. Atq; ēt rurſus eq̄tas triptita dr̃ eē. vna ad ſupos deos. alt̃a ad manes. t̃tia ad hoies ptinere. Pꝛīa pietas. ſcd̄a ſcītas. t̃tia iuſticia aut eq̄tas noiat̃. De ꝑpoſito ſat̃ multa: deīceps de cā pauciora dicēda ſt. pleraq;. n. ſt ei cum ꝑpoſito cōia. Tria igr̃ ſunt gn̄a cāꝛ. Iudicij. Deliberatiōis. Laudatiōis: quaꝝ fines ipſi declarāt: qbus vtēdum locis ſit. Nā iudicij finis eſt ius: ex quo ēt nomē: Iuris āt ptes tum expoſite cuʒ eq̄tat̃. Deliberādi finis vtilitas: cuius he ptes: q̄ mō ſt expoſite reꝝ expetēdaꝝ. Laudatōis finis honeſtas: de qua itē eſt añdictū. Sed diffinite qōnes a ſuis quoq; locis: quaſi ꝑpiis: iſtituunt̃: Que ī accuſatōeʒ: defenſionēq; ptite. In qbus exiſtunt hec gn̄a. vt accuſator pſonā arguat fcī: defēſoꝛ aliqd opponat de tribus: aut nō eē fcīm: aut ſi ſit fcīm: aliud eius fcī nomē eē: aut iure eē fcīm. Itaq;: aut inficialis: aut cōiecturalis pˀma appellet̃; diffinitiua altera. Tertia q̄uis moleſtuʒ hoc nomē ſit: Iuridicialis vocet̃. Harꝝ cāꝝ ꝑpꝛia argumenta ex his ſumpta locis: quos expoſuimus: ī pceptis oratoꝛijs explicata ſt. Refutatio āt accuſatiōis ī qua eſt depulſio criis: qm̄ grece ſtaſis dr̃: appellet̃ latine Status. ī quo pˀmum iſiſtit: quaſi ad repugnādum cōgreſſa defenſio. Atq; ī deliberatōibus ēt ⁊ laudatōibus iſdē exiſtūt ſtatuſ. Nā ⁊ negant̃ ſepe ea futura: q̄ ab aliquo ī ſnīa dcā ſt fore: aut oīo fieri nō pnt: aut ſine ſūma difficultate fieri nō poſſint. In qua argumētatiōe ſtatus ↄiecturalis exiſtit: aut cuʒ aliqd de vtilitate: honeſtate: eq̄tate diſſerit̃. Deq; his rebus q̄ ſunt his ↄtrarie: Incurrunt ſtatus aut iuris: aut noīs: qd idē ↄtingit ī laudatōibus. Nā aut negari pōt id fcīm eē: qd laudet̃. aut ñ eo noīe afficiēduʒ quo laudatoꝛ affecerit: aut oīo ñ eē laudabile: q̄ non recte: nec iure fcīm ſit. Quibus generibus vſus ē nimis īpꝛudēt̃ Ceſar ↄtra Catonē meuʒ. ſʒ q̄ ex ſtatu ↄtētio efficitur: cā greci κρινόμενον vocant: mihi placet id q̄m qdeʒ ad te ſcribo: qua de re agit̃ vocari. Quibus āt hoc: qua de re agit̃ ↄtinet̃: hec ↄtinētia vocēt̃: quaſi firmamēta defēſionis: qbus ſublat̃ defenſio nulla ſit. Sʒ qm̄ lege firmius in ↄtrouerſijs diſceptādis eē nihil dʒ: dāda ē opa: vt legē adiutricē ⁊ teſtē adhibeāt. In qua re alij quaſi ſtatus exiſtunt noui. ſʒ appellāt̃ legitime diſceptatōes. tum. n. defēdit̃: ñ id legē dicere: qd aduerſarius velit: ſʒ aliud. Id āt ↄtingit cuʒ ſcriptuʒ ābiguuʒ ē: aut due ſnīe differentes accipi pnt. tum opponit̃ ſcripto voluntas ſcriptoꝛis: vt q̄rat̃ vba ne plus: an ſnīa valere debeāt. tum legi lex ↄtraria affert̃. Ita ſt tria genera: q̄ ↄtrouerſiaʒ ī oī ſcpto facere pnt. Ambiguum. Diſcrepātia ſcpti: Et voluntati ſcptura ↄtraria. Nā hoc pſpicuū ē: nō magis ī legibus q̄ ī teſtis: ī ſtipulatōibus: ī reliqs reb⁹ q̄ ex ſcripto agūt̃: poſſe ↄtrouerſias eaſdē exiſtere. Hoꝝ tractatōes ī alijs libꝛis explicāt̃. Nec ſoluʒ ꝑpetue actiōes: ſʒ ēt ptes oꝛonis iſdē locis adiuuāt̃: pti ꝑpꝛiis: pti cōibus. Vt ī pˀncipijs qbuſ vt beniuoli: vt dociles: vt attēti ſint q audiāt: efficiēdū ē ꝑpꝛiis locis. Itēq; narratiōes: vt ad ſuos fines ſpectēt. i. vt plane ſint: vt breues: ut euidētes: vt credibiles: vt moderate: vt cū dignitate: Que q̄q̄ ī tota oꝛone debēt eē: magiſ ſt ꝑpꝛia narrādi. Que āt ſeqt̃ narratōeʒ: fidei ca pſuadēdo: qm̄ pficit̃ q ad pſuadēdū loci maxie valeāt. Dcm̄ ē ī his: ī qbus de oī rōne dicēdi. Poꝛo āt ⁊ alia qdam hʒ: ⁊ maxie āplificatiōeʒ. Cuius effectus hic dʒ eē: vt aut pturbēt̃ āi aut trāqllēt̃. ⁊ ſi ita iā affecti āi ſint: vt augeāt eoꝛ motus: aut ſedet oꝛo. Huic generi quo ⁊ miſericoꝛdia ⁊ iracūdia ⁊ odiū ⁊ inuidia ⁊ cetere ai affectōes pturbāt̃: pcepta ſuppeditāt̃ alijs libꝛis: quos potis mecū legere: cū voles. Ad id āt qd te velle ſenſer: cumulate ſatiſfactū eē dʒ voluntati tue. Nā ne pteriret aliquid: qd ad argumētum ī oī rōne reperienduʒ pertineret: plura q̄ a te deſiderata erant: ſum cōplexus. feciq; qd ſepe liberales venditoꝛes ſolēt: Vt cū edes fundumue vendiderint: rutis ceſis recceptis: Concedāt tn̄ aliqd emptoꝛi: qd oꝛnandi cā apte: ⁊ loco poſitum eſſe videatur. Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus: oꝛnamenta quedam voluimus non debita accedere.

Finis Topice.

C. de ſillogiſmo categorico



## Einſdem Boetij de ſillogiſmo categorico liber pꝛimus

m Ulta greci veteres poſteris ſuis inconſultiſſimis reliquere tractatibus: in quibuſdā pꝛimū q; ad res denſa caligantes obſcuritate venirent quaſi quadam intelligentie lucratiōe pꝛeludunt. hinc p introductionē eſt facilioꝛ diſcibilioꝛq; doctrina: hinc per ea que illi προλεγόμενα vocant: nos pꝛedicta vel pꝛedicenda poſſum⁹ dicere: ad intelligentiam pꝛomptioꝛ via munitur. hanc igitur pꝛouidētiam non exoſus ſtatui ego quoq; in res obſcuriſſimas aliquē quodammodo pontē ponere mediocriter quidq; delibans: ita ut ſi quid bꝛeuius dictū ſit: id nos dilatatiōe ad intelligentiaʒ poꝛrigimus: ſi quid ſuo moꝛe ariſtoteles nominū verboꝛūq; mutatione turbauit: nos intelligentie ſeruientes ad conſuetuʒ vocabulum reducamus: ſiquid vero ut ad doctos ſcribens ſumma tantū tangens deſignatione monſtrauit nos id introductionis modo aliqua in eas res tractatione diſpoſita perquiramus. ſed ſi qui ad hoc op⁹ legendū acceſſerint ab his petitū ſit: ne in his que nunq̄ attigerint: ſtatiʒ audeant iudicare: neue ſi quid in puerilibus diſciplinis acceperint: id ſacroſanctū iudicent quandoquidem res teneris auribus accōmodatas ſepe philoſophie ſenioꝛ tractatus eliminat. ſi quid vero in his non videbitur ne ſtatim obſtrepant: ſed ratione conſulta quid ipſi opinētur: quidue nos ponimus: verioꝛe mentis acumine et ſubtilioꝛe ptractata ratione diiudicent. Et hi quidem ſi nos. (ut arbitroꝛ) non ſufficimus: eos cōmentarios de quib⁹ hec pꝛotulimus: deguſtent blando foꝛtaſſe ſapoꝛe ſubtilitatis eliciti: quāuis infreni et indomiti certatoꝛes ſint: veteꝝ viroꝛū inexpugnabilibus auctoꝛitatibus acquieſcent ſi quis vero grece oꝛationis expers eſt in his: vel ſi qua hoꝛum ſunt ſimilia: deſuadebit. Itaq; he huius pꝛohemij lex erit: ut foꝛum noſtrū nemo non intellecturus: et ob hoc aut paturus inſpiciat. ſed ne pꝛohemij tempus nihil afferentibus teratur: inchoandū nobis eſt illo pꝛius depulſo periculo: ne a quoq; ſtilo culpetur oꝛatio. Non enim eloquentie compoſitiones: ſed planiciem conſectamur. Quod ſi hoc efficimus quelibet incompoſite loquentes intentio quoq; noſtra nobis perfecta eſt. Sed quoniaʒ ſillogiſmoꝛum pꝛima eſt pꝛopoſitio: de pꝛopoſitionibus hoc libello tractatus habebit̃. Et quoniam pꝛopoſitionis partes ſunt nomen ⁊ verbum: pars autem ab eo cuius pars eſt. pꝛioꝛ eſt: de nomine et verbo: que pꝛima ſunt: diſputatio pꝛīa ponatur.

Nomen eſt vox deſignatiua ad placitum ſine tempoꝛe cuius nulla pars extra deſignatiua eſt. vox autem dictum eſt quia vox nominū genus eſt. Omnis autem diffinitio a genere trahitur: ut ſi diffinias hominem: animal dicis. id eſt genus. Poſt vero rationale id eſt differentiam deſignatiua vero eſt dicta: quia ſunt voces quedam: que nihil ſignificant ut ſunt ſyllabe. Nomen vero deſignat id cuius nomen eſt. Ad placitum vero quia nullū nomen aliquid per ſe ſignificat: ſed ad ponentis placitum. Illud enim vnaq̄q; res dicitur: quod ei placuit: qui pꝛimus nomen illud impꝛeſſit. Sunt enim voces naturaliter ſignificantes. ut canum latratus iras canum ſignificat. ſed non ſunt nomina: quia non ſunt ad placitum ſignificantes: ſed natura. ſine tēpoꝛe vero: quod verba quidem voces ſunt et deſignatiue et ſecundū placitum: ſed diſtant quod nomina quideʒ ſine tēpoꝛe ſunt: verba cum tempoꝛe. Cuius vero nulla pars extra deſignatiua eſt: quod oꝛatio ⁊ ipſa vox eſt: ⁊ deſignatiua: ⁊ ſecundū placitū: ⁊ aliquotiens ſine tempoꝛe eſt: ſʒ oꝛationis partes ſignificant: nominis vero partes nihil ſignificant: In ciceronis enim nomine nulla extra pars deſignatiua eſt: neq; ci neq; ce neq; ro. Neq; ſi ex duobus integris nomina ſint. Quod enim in vno conſignificat: id extra nō ſignificat. In nomine enim magiſter magis et ter conſignificant: quia eſt magiſter. ſublatum ter et magis non erit alicuius ſignificatio: niſi tibi hoc alij nomen dare placuerit. Omnia enim nomina non naturaliter ſunt. ſed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in commentario libꝛi. περὶ ἑρμηνείας. Ariſtotelis dictuʒ eſt: ⁊ maioꝛ eius ibi tractatus eſt: quam ut nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen. ſed quoniam ſunt quedam voces: que et deſignatiue ſunt: ⁊ ſm placitum ⁊ ſine tempoꝛe: quarum dubia ſit natura. id eſt non homo: hoc enim ſignificat equidem quidā et ſecundū placitum: appoſitum eſt eniʒ ſed dubium eſt: cui ſubdi poſſit. nomini enim non poteſt. Omne enim nomen ſignificat aliquid definitum. Non homo autem quod definitum eſt perimit. oꝛatio vero dici non poteſt. Omnis eniʒ oꝛatio ex nominibus ⁊ verbis conſtat. Non homo autem neq; ex nominibus cōſtat neq; ex verbis. ſed multo magis eſſe non poteſt verbum. Omne eniʒ verbum cum tempoꝛe eſt. non homo ſine tempoꝛe eſt. quid ſit ergo ita videndum eſt. Et quoniam non homo vox ſignificat equidem quiddam: quid autem ſignificet in homine ipſo non continetur. Poteſt enim non homo et equus eſſe et lapis. ⁊ domus: et quicquid homo non fuerit: quoniam ea que ſignificare poteſt infinita ſunt: infinitum nomen vocatur. Et quoniam ſunt quedam voces ⁊ deſignatiue et ad placitum ⁊ definite ⁊ quarum partes extra nihil ſignificant: ut ſunt caſus nominum ut ciceronis vel ciceroni. ⁊c. hec nomina non erunt.

Omne enim nomē iunctum cum eſt verbo aut verum aut falſum demonſtrat. ut ſi dicas cicero eſt hoc vero aut verum aut falſum eſt. ſi vero caſus iungas neq; verum neq; falſum efficis. Si enim dicas ciceronis eſt nihil quid ſit aut non ſit demonſtraſti. Itaq; nihil ex hoc neq; verum neq; falſum efficies. Et merito dictum videtur. Quod enim pꝛimo vocabulum nomina rebus imponentes dixerit: id ſolum nomen vocabitur merito. Qui enim pꝛimus circo circum nomen impoſuit ita dixiſſe videtur. dicatur hoc circus. Atq; ideo pꝛimus hic caſus nominatiuus vocatur: quod nomen ſit. Alijs vero nominibus non nominis ceteros caſus appellauere. Ergo a capite reuoluendū eſt vocem dictam quod vox nominum genus ſit deſignatiuam vero: ut ab his vocibus ſepararetur: que nihil ſignificant. Ad placitum vero: ut ab his ſepararetur: que naturaliter ſignificant: ut ſunt pecuduʒ. Cuius vero nulla pars extra ſignificat: ut diuideretur ab oꝛatione: cuius partes nomina ſunt et verba: que ſignificant ſine tempoꝛe vero dictum eſt ad diuiſionē verbi: quod cuʒ tempoꝛe eſt. Finitam vero ut ab infinitis ſepararetur. Recti vero: ut a caſibus deſtingueretur. Et in verbo eadem fere omnia conueniunt. Eſt enim verbum vox ſignificatiua ad placitum cum tempoꝛe cuius pars nulla extra ſignificatiua eſt. et quia eſt quedam vox ſignificatiua ad placitum cū tempoꝛe cuius pars nihil ſignificat ut non albet. Non albet enim quod cum non iunctum conſignificat: ſolum non ſignificat: ⁊ quidem nihil definitum monſtrat. Quod eniʒ non albet: poteſt et rubere: poteſt et nigreſcere: poteſt et pallere et quicquid non albet: ideo infinitum verbum vocatū eſt faciebat autē et facturus: ut ſuperius in noīe nō verba: ſed caſus verboꝛū ſunt. Repetendū eſt igitur ab initio verbum eſſe vocē dictū a genere. ſignificatiua vero: ut ab non ſignificatiuis vocibus diuideret̃. Ad placitū vero ut ab illis que natura ſunt ſignificatiue vocibus ſepararet̃. Cum vero tempoꝛe ut a nomine diuideret̃. Pꝛeſens vero aliqd ſignificare: ut a verbi caſibus diſtingueret̃. finita vero. ut ab infinitis determinaret̃. Reſtat ergo quid ſit oꝛatio dicere. Hec eni ex nomine et verbo cōponi videtur: ſed pꝛius vtꝝ nomen ⁊ verbū ſole partes oꝛationis ſint conſideremꝰ. alie ſcꝫ: ut grammaticoꝛū opinio fert: an aliquis ex his in verbi et nois iura vertantur: quod niſi pꝛius cōſtitutum ſit tota pꝛopoſitionū: ac deinceps ea ipſa que ex pꝛopoſitionib⁹ cōponitur ſillogiſmoꝛū ratio turbabit̃. Nam ſi ex quo ſint genere termini neſciatur totū ignoꝛabit̃. Nomen et verbum due ſunt partes putande: cetere enim non partes ſed oꝛationis ſupplemēta ſunt: non etiā partes ut cum era-

chrigarũ frena vel loca non partes ſed quedã quodãmodo ligature ſunt: ⁊ ut dictum eſt ſupplementa non etiã partes ſic coniũctiones ⁊ prepoſitiones ⁊ alia huiuſmodi non partes orationis ſunt: ſed quedã colligamenta. Participiuȝ vero quod vocat̃ verbi loco ponatur quoniam tempus demonſtratiuũ eſt. Aduerbiũ vero nomen eſt. cuiuſdã eni definite ſignificationis eſt ſine tempore: quod ſi per caſus nõ flectitur nihil impedit. Non eniȝ eſt propriũ nominis flecti per caſus. ſunt enim quedam nomĩa que flecti non poſſunt que a grãmaticis monoptota nominant̃. ſed hic grãmatice magis quã huius cõſiderationis eſt. ¶ Oratio eſt vox deſignatiua ad placitum cuius partes aliquid extra ſignificant: ut dictio nõ ut affirmatio. Et orationi eſt cõmune cum nomine et verbo: quod vox eſt et deſignatiua: et ad placitũ. Cuiuſ enim partes ad placitũ ſunt ea quoq; ipſa ad placitum eſt. Orationis autẽ partes ſunt nomen et verbum. Sed hec ad placitum, oratio igit̃ ad placitũ eſt. Termini vero orationis a dialecticis nomina et verba. Termini vero dicti ſunt quod vſq; ad verbum et nomen reſolutio partiũ orationis fiat neq; orationẽ vſq; ad ſillabas nominũ vel verborũ temptet reſoluere: que iam deſignatiue non ſunt. Diſtat autem a nomine vel verbo oratio quod illius partes extra ſignificant verbi et nominis partes extra non deſignant. Eſt autem dictio vnius ſimplex vocabuli nuncupatio vel ſimplex affirmatio. Atq; ideo dictuȝ eſt orationis partes ſignificare: ut dictionem. id eſt ut ſimplicem vocabuli nuncupationẽ. In oratione enim ſocrates ambulat: vtraq; extra ſignificat tantũ quantũ ſimplex vocabuli nuncupatio deſignare queat. Quomodo auteȝ ut affirmatio ſimplex non ſignificari in commẽtario periermenias explicui. Quid autem ſit affirmatio et negatio paulo poſt explicabimus. ſunt vero ſpecies orationis in anguſtiſſima diuiſione. v. interrogatiua: ut putaſne anima immortalis eſt. Imperatiua ut accipe codicem. Optatiua vel deprecatiua ut faciat deus. Uocatiua ut adeſto deus. Enunciatiua vero ut ſocrates ambulat. ſed neq; in illis quattuor veritas eſt: neq; falſitas. Enunciatiua vero ſola: aut verum aut falſum cõtinet. Atq; hinc propoſitiones oriunt̃. Enũciatio autem in duas partes ſecabitur: in affirmationem et negationem. Affirmatio eſt enunciatio alicuius ad aliqd. Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo. Et eſt affirmatio: ut puta plato philoſophus eſt. ¶ Negatio plato philoſophus non eſt. Affirmatio enim ad platonem philoſophiã enunciat aliquã. id eſt platonẽ eſſe philoſophũ. Negatio vero ab aliquo platone aliquã philoſophiã enunciãdo tollit. id eſt enunciat platoneȝ nõ eſſe philoſophũ. Enũciatiuarum igit̃ orationũ: alie ſunt ſimplices alie non ſimplices. Simplices ſunt ut ſi dicas dies eſt. non ſimplices ut ſi dies eſt lux eſt. Affirmatiões vero et negationes: alie ſunt vniuerſales: alie ſunt ꝑticulares: alie indefinite. vniuerſales ſunt que aut omne affirmãt: ut omnis homo animal eſt: aut omne negant: ut nullus homo animal eſt. particulares vero que aliquem affirmant et aliquem negant: ut aliquis homo animal eſt. aliquis homo animal nõ eſt. indefinite vero que neq; vniuerſaliter affirmant: aut negant: neq; particulariter: ut homo animal eſt: homo anĩal non eſt. Diuiditur autem ſimplex propoſitio in duas partes in ſbm et predicatum: ut homo animal eſt: homo ſubiectum animal predicatum de homine: hec autem partes termini nominant̃. Quos diffinimus ſic: termini ſunt partes ſimplices propoſitionis in quibus diuiditur principaliter propoſitio. Eſt enim ſimplicis propoſitionis vniuerſalis: ſecunda diuiſio ut in propoſitione omnis homo animal eſt. omnis homo vnus terminus: alius vero ſit animal eſt. Sed hoc ſecundo loco illud vero principaliter. Nã primi termini ſunt ſbm et predicatum. Eſt enim et nõ eſt non magis termini quã affirmationis vel negationis deſignatiua ſunt: et omnis vel nullus vel aliquis non magis ſunt termini quaȝ diffinitionum vtrum particulariter an vniuerſaliter dictum ſit deſignatiua ſunt. Diuiditur ergo ut dictũ eſt propoſitio in id quod ſbm eſt: et in id quod predicatur. Dico auteȝ ſbm ut in omnis homo animal eſt propoſitione hominẽ. id vero quod predicatur animal. et ſemper quod predicatur: aut abũdat: aut ſupereſt ſubiecto aut equatur. Minus autem predicatũ a ſbo nunq̃ reperitur. Sed id quod diuerſis demonſtramus exemplis. ſubiecto predicatũ habundat quotiens gen⁹ aliqđ de aliquo predicatur: ut ſi dicas omnis homo animal eſt. Non enim poteſt conuertere. omne anĩal homo eſt quia animal ab homine plus eſt et ambulat. Equatur autem predicatum ſubiecto quotiens proprium quidam cuipiam predicat̃: ut omnis homo riſibile eſt: poteſt conuertere omne riſibile homo eſt. ut autem minus ſit id ꝙ predicatur: fieri nequit. Dicitur etiã precedere predicatũ: ſequi qđ ſubiectũ eſt. idonei⁹ eſt enim predicatio conſtituere propoſitionẽ: quẽ id quod ſubiectum eſt. Simpliciuȝ autẽ propoſitionũ alie ſunt in nullo ſibi participantes ut ſunt: omnis homo animal eſt. Et virtus bona eſt: ⁊ alie huiuſmodi propoſitiones. alie vero que participant. Participantium alie ſunt: que in vtroq; termino participant: alie que in altero. et altero termino ꝑticipant tribus modis. vtroq; vero duobus. oſtendamus ergo exemplis: quomodo altero tribus modis participant cõmunis enim terminus eſt: cum in vna ſubtus ſit. in altera predicatur: ut eſt omnis homo animal eſt: et omne anĩal animatũ. in priore enim propoſitione animal predicatur ad hominem. in poſteriore predicatur ad animal animatũ et ſit alias ſubiectum. Et eſt hic prim⁹ modus de eis que altero participant. Secũdus vero modus in quo in vtriſq; communis terminus predicat̃: ut ſi quis dicat. omnis nix condida: et omnis margarita candida. Et enim in pria ⁊ ſecunda propoſitione candida predicatur. in prima ad niuẽ in ſecunda ad margaritam. Et hic ſecundus modus altero termino participantiũ. Tertius modus eſt: quotiens in vtriſq; propoſitionibus cõmunis terminus ſubiectus eſt ut ſi dicas. Uirtus bonũ eſt. virtus iuſticia eſt: in vtriſq; enim ad iuſticiam ⁊ ad bonum virtus ſubiecta eſt: ſunt igitur participantes ad alteȝ terminũ his tribus modis. aut cum in vna cõmunis terminus predicatur: in illa ſubiect⁹ eſt: aut in vtriſq; predicat̃: aut cũ in vtriſq; ſubiect⁹ eſt. Earum vero que ad vtroſq; participant terminos duo ſunt modi. Alie enim ad eundem ordinem: alie ad ordinis cõmutationẽ. Ad eundẽ ſunt: que de eodem idem demõſtrãt vel affirmatiue vel negatiue: vel vniuerſaliter: vel particulariter. omnis voluptas bonũ eſt. Nulla voluptas bonum eſt: et rurſus particulariter: quedam voluptas bonũ eſt: quedam voluptas bonum nõ eſt. Ad ordinis vero cõmutationẽ: quotiens qui in altera ſubiectus eſt terminus in alia predicatur ut omne bonũ iuſtum eſt: et omne iuſtũ bonum. Nam in priore bonũ ſubiectuȝ eſt: iuſtum predicatum: in ſecunda iuſtũ ſubiectũ eſt: bonũ predicatũ. Nũc ergo quoniã alie ad eandẽ ordinem: alie ad ordinis cõmutationem ſunt: prius dicemus de his: que ad eundem ordinem vtroq; termino participant. et quoniam ſunt propoſitiones alie affirmatiue alie negatiue: alie vniuerſales alie particulares: alie indefinite: due ſunt ex his: que qualitate differunt tres que quãtitate differũt. Et ſunt que qualitate differũt: affirmatiua et negatiua: ad quantitatẽ que vero differunt: ſunt vniuerſales: particulares: indefinite: in affirmatiuis enim et negatiuis quale quid ſit aut non ſit oſtenditur. In vniuerſali particulari indefinita de omniũ vel nullorũ vel non nullorũ quantitate monſtrat̃. Ex his ergo quinq; differentijs. id eſt vniuerſali particulari indefinita affirmatiua: negatiua: ſex coniunctiones fiunt: ita ut tribus que ad quantitatẽ dicũtur: due que ad qualitatem dicũtur aptent̃: et ſit vniuerſalis affirmatiua: et vniuerſalis negatiua: ut omnis homo iuſtus ẽ: nullus homo animal eſt: et particularis affirmatiua: et particularis negatiua: quidã homo iuſtus eſt: quidã homo iuſtus nõ eſt et indefinita affirmatiua: et negatiua: ut homo iuſtus eſt; homo iuſtus non eſt fiunt ergo duabus que ſunt ad qualitatem: tribus que ſunt ad quantitatẽ iunctis ſex coniũctiones. de quibus indefinitas affirmatiuas: ⁊ negatiuas ſeparemus: ⁊ de ſolis vniuerſalibus: ⁊ particularib⁹ tractatus habeat̃ ſubſcribant̃ etiam earuȝ participantiũ que ad eundẽ ordinem vtroq; termino participant due vniuerſales propoſitiones: vna affirmatiua: et altera negatiua: ⁊ ſit affirmatiua vniuerſalis omnis homo iuſtus eſt: ⁊ contra ipſam vniuerſalis negatiua nullus homo iuſtus ẽ. Item ſub his ponantur particularis affirmatio: ⁊ particularis negatio ita ut ſub vniuerſali affirmatiua ponatur particularis affirmatiua: ⁊ ſub vniuerſali negatiua ponatur particularis negatiua: et ſit particularis affirmatiua quidã homo iuſtus ẽ: ⁊ contra ipſam ꝑticularis negatiua quidã homo iuſtus non ẽ: ꝙ monſtrat ſubiecta deſcriptio.




¶ In ſuperiori igitur deſcriptione vniuerſalis affirmatiua et vniuerſalis negatiua contrarie ſunt. ſubcontrarie vero particularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua. ſubalterne vero dicũtur vniuerſalis affirmatiua et particularis affirmatiua: et iterũ vniuerſalis negatiua: ⁊ particularis negatiua contraiacentes ſunt angulares. id eſt vniuerſalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua. et iterũ vniuerſalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua: ut ſunt. omnis homo iuſtus ẽ. Quidam homo iuſtus non ẽ. Nullus homo iuſtus eſt. Quidam homo iuſtus ẽ. et ſunt que hoc modo diffiniri poſſunt. Contrarie ſunt que vniuerſaliter eideȝ idem he affirmat hec negat. ſubcontrarie ſunt que particulariter eidem idem hec affirmat: hec negat ſubalterne ſunt que eidem idem affirmant vel negant hec particulariter: illa vniuerſaliter: cõtraiacentes ſunt quando eidem eandem rem hec affirmat hec negat: vel hec negat. hec affirmat illa generaliter: illa particulariter et vocantur contrarie quia qđ affirmatio vniuerſaliter ponit: negatio vniuerſaliter tollit. Subalterne vero: quĩ qđ illa vniuerſaliter ponit et hec ꝑticulariter ponit. ſubcontrarie vero dicte ſunt: vel ꝙ naturaliter ſub ipſis contrarijs poſite ſunt: ut deſcriptio docet: vel a contrarijs diuerſe ſunt: et ipſis contrarijs quodãmodo contrarie. Nam contrarie ut vtreq; ſimul ſint fieri non poteſt: ut vtreq; omnino non ſint fieri poteſt. contrariam vim obtinebunt ſubcontrarie. Nam ut vtreq; omnino nõ ſint fieri non poteſt. ut vtreq; ſimul ſint fieri poteſt. Quod in ſequentibus melius explicabit̃ contraiacentes dñr: quoniam vniuerſalis affirmatio vel negatio particularem affirmationem vel negationem angulariter reſpiciunt. Cum autem ſingule propoſitiones habeant duas differentias: vnam ad qualitatem: alteram ad quantitatem: ut que vniuerſalis affirmatiua eſt habeat differentiam ad quantitatẽ quia vniuerſalis eſt et aliam ad qualitateȝ ꝙ affirmatiua eſt. Eodem modo cetere propoſitiones. habeant binas differentias vnam ſm qualitateȝ: alteram ſm quantitatem. Subalterne que ſunt: vna tantũ differentia diſtant quantitatis: ꝙ hec particularis: illa vniuerſalis eſt. Nam qualitatis differentiam nullaȝ retinent. vtreq; enim affirmatiue ſunt. ille vero alie. id eſt contrarie et ſubcontrarie ad q̃litatem: ꝙ illa affirmatiua: illa negatiua eſt. nam ad quantitatem nihil differunt. vtreq; enim contrarie vniuerſales. vtreq; ſubcontrarie particulares ſunt. ille autem que contraiacentes dicuntur vtriſq; differentijs differunt. Nam ⁊ illa vniuerſalis affirmatio ẽ hec ꝑticularis negatio: ⁊ illa vniuerſalis negatio eſt hec particularis affirmatio. Nũc quoniam que ſm qualitatem vel ſm quantitatẽ: vel quomodo dictum eſt differũt earum proprietates: que ſm verum falſumq; ſunt explicemus. igitur earum que ſubalterne ſunt: ſi fuerit vera affirmatio vniuerſalis: vera erit particularis affirmatio. Si enim omnis homo iuſtus eſt: vera eſt: vera erit: ⁊ que dicit. aliquis homo iuſtus eſt. Nam ſi omnis homo iuſtus ẽ: et quidam. Et eodem modo negatiue ſubalterne. nam ſi vniuerſalis negatiua vera fuerit erit etiã vera negatiua particularis ut ſi nullus homo iuſtus eſt: vera fuerit erit etiam vera quidam homo iuſtus non eſt nam ſi nullus homo iuſtus eſt: nec quidam. Conuerti autem non poteſt. nam ſi particularis vera fuerit: non neceſſe erit veram eſſe etiam vniuerſalem. ut ſi quidam homo iuſtus eſt: vera ſit non neceſſe erit veram eſſe: omnis homo iuſtus eſt. poſſunt enim eſſe non omnes. Et eodem modo de negatiua. Nam ſi particularis negatiua vera fuerit: ut eſt quidam homo non eſt iuſtus non neceſſe erit vniuerſalem nullus homo iuſtus eſt veram eſſe. Poteſt enim fieri ut quidam ſint iuſti. Ergo dicimus in ſubalternis propoſitionibus ſi vniuerſales vere ſint: veras eſſe neceſſe eſt particulares. ſed non conuertitur. Nam ſi particulares vere ſint: non neceſſe eſt eſſe veras etiam vniuerſales. Particulares vero ad vniuerſales contrariam conuerſionem habent. nam (ut ſuperius.) ſi vniuerſales vere eſſent: vere eſſent etiam particulares: et ſi particulares vere eſſent non omnino vere eſſent etiam vniuerſales in particularibus ſi particulares falſe ſint: falſe erunt etiam vniuerſales. naȝ ſi particularis quidam homo iuſtus eſt: falſa fuerit vniuerſalis etiam omnis homo iuſtus eſt: erit falſa. naȝ ſi quidam homo iuſtus eſt: falſa eſt: vera eſt nullus homo iuſt⁹ eſt. ſi vera eſt nullus homo iuſtus eſt falſa eſt omnis homo iuſtus eſt. Falſa igitur particulari falſa erit vniuerſalis Item ſi negatiua particularis falſa ſit que eſt quidam homo iuſtus non eſt: falſa erit etiam nullus homo iuſtus eſt. naȝ ſi falſum eſt quidam homo iuſtus nõ eſt: vera eſt quia omnis homo iuſtus eſt. ſi vera eſt hec falſa eſt. nullus homo iuſtus eſt. falſa igitur particulari falſa erit et vniuerſalis. Sed non conuertitur: ut ſi vniuerſales falſe ſint: falſas eſſe neceſſe ſit particulares. nam ſi vniuerſalis. omnis homo iuſtus eſt falſa fuerit: non neceſſe eſt particularem quidam homo iuſtus eſt: falſam eſſe. Poteſt enim fieri ut ſi omnis homo iuſtus non fuerit: ſit quidem iuſtus. et iterum ſi vniuerſalis negatiua nullus homo iuſtus eſt: falſa fuerit: non neceſſe erit quidam homo non eſt iuſtus: falſam eſſe. nam ſi falſa eſt nullus homo iuſtus eſt: verum eſt eſſe aliquos iuſtos vera eſt etiam que dicit: quidam homo iuſtus non eſt: ꝙ ſint quidam etiam non iuſti. Repetens igitur a capite dicat ꝙ in ſubalternis ſi vniuerſales vere fuerint vere erunt etiam particulares. Sed non conuertitur. item ſi ꝑticulares falſe fuerint: falſe erunt etiam vniuerſales. ſed non conuertitur contrarie ſimul eſſe vere nunquã poſſunt Poteſt autem fieri: ut alias vtreq; falſe ſint: alias vna vera: ⁊ alia falſa. vtreq; falſe ſunt: ut ſi quis dicat. omnis homo grammaticus eſt falſa eſt. nam non omnis homo. nullus homo grammaticus eſt falſa eſt. nam non nullus. eſt autem vna vera alia falſa: ut ſi quis ſic dicat. omnis homo bipes eſt hec affirmatiua vera eſt: nullus homo bipes eſt. hec negatiua falſa eſt. Et iterum omnis homo quadrupes eſt hec affirmatiua falſa eſt. Nullus homo quadrupes eſt hec negatiua vera eſt. Sunt ergo contrarie aliquotiens vtreq; falſe: aliquotiens inter ſe verum: falſumq; diuidẽtes: ut vtreq; autem vere ſint fieri nunquã poteſt. ſub contrarie vero contraria patiuntur Nam falſe nunquã reperiri queunt. Sed alias vere vtreq; ſunt: ut eſt quidaȝ homo grammaticus eſt vera eſt: et quidam homo grammaticus non eſt et hec vera ẽ. Poteſt enim alius eſſe grammaticus et alius non eſſe. Alias vna vera eſt. altera falſa. vera eſt enim affirmatio. quidam homo bipes eſt: falſa eſt au

tem negatio quidam homo bipes non eſt. item falſa eſt af-
firmatio: quidam homo quadrupes eſt. vera negatio qui-
dam homo quadrupes non eſt. ut vero vtreq; falſe ſint. fie
ri nunq̃ poteſt. ¶ Reſtat igitur ut de contraiacentib⁹ dica-
mus que neq; falſe ſimul aliquando eſſe poſſunt neq; ve-
re: ſed ſemper vna falſa vera eſt altera. quod facilius liquet
ſi quis ſibi quecunq; fingat exempla. Res admonet: ut q̄
dam de indefinitis propoſitionibus conſideremus indefi-
nite: etenim propoſitiones equam vim retinent particula-
ribus propoſitionibus. Dictum eſt enim quod ſi vniuer
ſalis vel affirmatiue: vel negatiue in ſubalternis propoſi-
tionibus eſſent vere: eſſent quoq; vere etiam particulares
Nunc vero dicimus: ꝙ ſi vniuerſales propoſitiones vere
fuerint vere ſunt etiam indefinite. Nam ſi vera eſt. Om
nis homo bipes eſt: vera eſt etiam quidam homo bipes ē
vera erit etiam indefinita: homo bipes eſt hoc etiam dictū
eſt ꝙ ſi particulares falſe eēnt: falſe eēnt ēt vniuerſales. nūc
vero dicendum eſt ꝙ ſi indefinita falſa fuerit falſa erit etiā
vniuerſalis. Nam ſi falſa eſt que dicit. Homo quadrupes
eſt: falſa erit etiam que dicit. quidam homo quadrupes eſt
Atq; idē hoc etiam in negatiuis conuenire videtur. Un-
de conſtat ꝙ omnes indefinite equam vim particularibus
retinent propoſitionibus. Rurſus dictum eſt ꝙ ſubcōtra
rie que particulares affirmatiue ⁊ negatiue ſunt ſimul ve
re eſſe poſſunt: diuidere etiam verum falſumq; valent: ſi-
mul vero falſas eſſe non poſſe. hoc idem in indefinitis pro
poſitionibus expectandum eſt. Nam diuidunt verum fal-
ſumq; inter ſe: ut ſi quis dicat homo bipes eſt vere eſt: ho-
mo bipes non eſt falſa eſt: et iterum homo quadrupes ē fal
ſa eſt. homo quadrupes non eſt vera eſt. vere autem inue-
niri poſſunt ut ſi quis dicat homo grammaticus eſt: ſi quis
hoc dicat de donato: vera eſt. Item homo grammaticus nō
eſt ſi hoc dicat de Catone: verum eſt: ut ſimul falſe ſint nū-
quā reperiem⁹. Hinc quoq; oſtenditur indefinitas cū par
ticularibus equali eſſe potentia. amplius quod dictuſ eſt
contraiacentes. id eſt vniuerſalem affirmatiuam et particu
larem negatiuam: et iterum vniuerſalem negatiuam ⁊ par
ticularem affirmatiuam neq; veras ſimul eſſe neq; falſas
Sed inter ſe diuidere verum falſumq; idem hoc euenit in
indefinitis. Nam vniuerſalis affirmatiua ⁊ indefinita ne
gatiua: vel indefinita affirmatiua et vniuerſalis negatiua
neq; vere ſimul eſſe poſſunt: neq; ſimul falſe. Diuiduntur
inter ſe verum falſumq;. nam ſi dixeris: omnis homo bi-
pes eſt: vera eſt: et ſi dicas hō nō eſt bipes falſa ē. Itē ſi di-
xeris homo quadrupes eſt falſa eſt: ſi dixeris: nullus homo
quadrupes eſt: vera ē. vnde hinc quoq; colligere licet om-
nes indefinitas poteſtate et vi equales eſſe ꝑticularibus.
Sunt etiam quedam propoſitiones: que diuidunt quō
⁊ ipſe verum et falſum: ut deus fulminat deus non fulmi
nat. Sed iſte tunc diuidunt inter ſe verum et falſum: cum
idem tempus: idem ſubiectum idem predicatum ſit. quod
autem dico tale eſt. ſi equiuocum ſubiectum fuerit: non di-
uidunt verum et falſum. Si quis enim dicat cato ſe vtice
occidit: et reſpondeatur cato ſe vtice non occidit: vtreq; ve-
re ſunt. Nam et cato minor ſe peremit: cato cenſorin⁹ ſe vti
ce non occidit. Sed hoc idcirco euenit: ꝙ Catonis nomen
equiuoce dicitur. Dicitur enim maior Cato cenſorinus:
⁊ minor: vticenſis. item ſi equiuoca fuerit in propoſitione
predicatio verum inter ſe affirmatio negatioq; non diui-
dunt. Si quis enim ſic dicat in nocte lucet. ⁊ reſpondeatur
in nocte non lucet. fieri poteſt ut vtreq; vere ſint. Nam in
nocte lucerna lucere poteſt: et ſol lucere non poteſt. hoc autē
ideo euenit: ꝙ lucere equiuoce et ad lucerne lumen: et ad ſo
lis dicitur. amplius ſi aliud et aliud in ſubiectis ⁊ predica
tis tempus fuerit: verum falſumq; inter ſe affirmatio ne-
gatioq; non diuidunt. nam ſi quis dicat ſocrates ambulat
⁊ reſpondeatur ſocrates non ambulat poſſunt vtreq; vere
eſſe. poteſt fieri enim ut ſocrates alio tempore ambulet: alio
tempore nō ambulet: ſed aut ſtat aut ſedeat: aut quodlibet
aliud. in talibus ergo propoſitionibus quales ſunt: ſocra-

tes ambulat: Socrates non ambulat: ille inter ſe verū fal
ſumq; diuidunt que ad idem ſubiectum ad idem predica-
tum ad idem tempus dicuntur. Sunt etiam alie que con-
tradictorie dicuntur que ſunt huiuſmodi: quotiens affir-
mationem vniuerſalem tollit negatio particularis: ut eſt
omnis homo iuſtus eſt: non eſt omnis homo iuſtus: ⁊ rur
ſus nullus homo iuſtus eſt: ⁊ quidam homo iuſtus eſt. in
his enim vniuerſalis determinatio tollitur. ſed de his ali
as. Et quoniam dictum eſt de his que eodem ordine par-
ticipant: dicamus nunc de his que ad ordinis commuta-
tionem participant. Earum quoq; propoſitionū: que ad
commutationem ordinis participant duplex modus eſt.
Eſt enim per contrapoſitionem conuerſio: ut ſi dicas om-
nis homo animal. omne nō animal non homo eſt. ſimplex
conuerſio eſt ut ſi dicas. omnis homo riſibile: ⁊ omne riſibi-
le homo. ſed in illis terminorū tantū commutatio conuer-
ſionem facit: in quibus neq; predicatum ſubiecto: neq; ſu
iectum predicato habundat. In hac enim propoſitione que
dicit omnis homo riſibile. homo ſubiectum riſibile predi-
catum equam vim habent et ideo conuerti poteſt: ut riſi-
bile ſit ſubiectum et homo predicatum: et dicatur omne ri-
ſibile homo. In quibus vnus terminus alio habundaue-
rit: conuerti propoſitio nō poteſt. Nam ſi dicas omnis ho
mo animal eſt vera eſt: non tamen poteſt fieri: ut conuerſa
hec propoſitio terminis cōmutatis vera ſit falſum eſt enim
dicere omne animal homo. Sed hoc cur euenit: quia ho-
mine animal habundat. Illa vero conuerſio: que pro con-
trapoſitionem fit: hoc modo fit. quotiens quod in affirma
tiua ſubiectum fuerit: idem mutatum et factum predicatū
ad negatiuam particulam ponitur ut eſt omnis homo ani-
mal eſt. Hic homo ſubiectum eſt et ad hoc animal predi-
catur. Si vero quis per contrapoſitionem conuertat: et fa-
ciat animal ſubiectum hominē predicatum: et ad hominē
particulam negatiuam ponat hoc modo faciet. Omne non
animal non homo eſt: et erit iſta cōuerſio omnis homo ani-
mal eſt: omne non animal non homo eſt. ſed de his poſte-
rius tractabimus: nunc ad ſimplices reuertamur. Cū igi
tur ſint quattuor propoſitiones. quarum due vniuerſales
ſunt. id eſt affirmatiua et negatiua: due vero particulares
id eſt affirmatiua et negatiua ꝑticularis affirmatiua ⁊ vni
uerſalis negatiua commutatis terminis ſibi ipſa conuer-
titur. Conuertuntur autem ille (ut dictum eſt) quotiens
commutatis terminis: vel ſimul vere ſunt: vel ſimul fal-
ſe. Nam ſi quis dicat quidam homo animal eſt vera eſt.
Conuerſio vero eius: que eſt quoddā animal homo eſt ve-
ra eſt. Item quidam homo lapis eſt falſa eſt quemadme-
dum conuerſio eius. quidam lapis homo eſt: et iſta falſa ē.
Et igitur particularis affirmatiua que commutatis ter-
minis ſibi ipſa conuertitur. Idem vero patitur vniuerſa-
lis negatio. Si quis enim dicat nullus homo lapis eſt ve
ra eſt. Poteſt conuerti nullus lapis homo. nam ⁊ iſta vera
eſt. Item nullus homo rhetor eſt falſa eſt: et eius conuerſio
nullus rhetor homo eſt falſa eſt. In quattuor igitur his ꝑ
poſitionibus due tantum contraiacentes ſibi ipſe conuer-
tuntur. id eſt particularis affirmatiua: et vniuerſalis ne-
gatiua. Alie vero due ſibi ipſis non conuertuntur. Nam
neq; vniuerſalis affirmatio: neq; particularis negatio ſi-
bi ipſa cōuertitur. Si quis enim dicat. Omnis homo ani
mal eſt vera eſt. Si quis vero conuertat. omne animal ho
mo: falſum eſt. Non igitur ſibi ipſi conuerti poteſt. quoni-
am conuerſa prioris veritatem non recipit. Neq; vero ꝑ
ticularis negatio ſibi ipſi conuertitur. Nam ſi quis dicat
quidam homo grammaticus non eſt: vera eſt. ſi vero con-
uertat: quidam grammaticus homo non eſt. falſa eſt. Om
nis enim grammaticus homo eſt. Repetendum eſt igitur
a capite: ꝙ cū quattuor propoſitiones ſint affirmatio vni
uerſalis: negatio vniuerſalis: affirmatio particularis: ne-
gatio particularis: particularis affirmatio: et vniuerſalis
negatio que contraiacentes ſunt. ſibi ipſis cōuerti poſſunt
Uniuerſalis vero affirmatio et particularis negatio: que



ipſe contraiacentes ſunt nunquam poſſunt. Nec hoc nos
turbet ꝙ quedam affirmationes vniuerſales: et quedam
particulares negationes conuerti poſſunt. Poteſt enim
dici omnis homo riſibilis eſt: omne riſibile homo eſt. ⁊ vtre
q; vere ſunt. Et iterum omnis homo hinnibilis eſt. falſa
eſt. ⁊ omne hinnibile homo. hec quoq; falſa eſt. Itē in par
ticulari negatione. quidam homo non eſt lapis: vera eſt: et
quidam lapis non eſt homo: vera eſt. Item quidam homo
non eſt riſibile falſa eſt: quidam riſibile homo non eſt: rur
ſus hec quoque falſa eſt. ergo videntur poſſe vniuerſales
affirmationes: et particulares negationes conuerti et con-
uertuntur quidem: ſed non vniuerſaliter. Generaliter au
tem dico propoſitiones poſſe conuerti. quotiens vniuerſa-
liter in omnibus conuertuntur. Iſte autem in duabus ſo-
lis materiebus conuerti poſſunt. Si quis enim propri-
um cuiuſlibet ſpeciei ad ipſam ſpeciem cuius eſt propriū
velut ad ſubiectum predicet. poteſt conuertere. Nam quia
riſibile proprium eſt homini: ſi predices riſibile: et ſubiici-
as hominem: ut eſt omnis homo riſibile eſt: potes iterum
ſubiicere riſibile et hominem predicare: ut ſi dicas omne ri-
ſibile homo. In illis vero ſimul falſe ſunt generalium af
firmationum conuerſiones in quibus id quod predicatur
ad ſubiectum nullo tempore dici poteſt. ut ſi quis dicat om
nis homo lapis eſt falſa eſt. Et iterum omnis lapis homo
eſt falſa eſt hec. Quoniam nullo tempore neq; homo lapis
neq; lapis homo predicabitur. in particularibus negati-
uis contrarium eſt. nam cum falſe ſunt: cum propriū ſub-
iectum eſt aut predicatum: ut ſi quis dicat. Quidam homo
riſibile non eſt: falſum eſt. Item quoddam riſibile homo nō
eſt: et hec quoq; falſa eſt. In illis vere ſunt: quando id quod
affirmando nullo tempore vere predicari poteſt ad ſubie-
ctum predicant. ut ſi dicas. quidam homo lapis non eſt.
vera eſt. Iterum quidam lapis homo non eſt. vera eſt. Er
go vniuerſales affirmationes tum ſibi conuertuntur. ut ve
re ſint: cum proprium predicant: tum ſibi conuertuntur:
ut falſe ſint cum id quod nullo tempore ad ſubiectum vere
dici poteſt predicatur. Item in particularibus negatiuis:
tum falſe ſunt: cum proprium predicant: tum vere: cum id
quod nullo tempore vere dici poteſt: predicant. In his er-
go ſolis conuerti poſſunt iſte. In aliis vero conuerti nō poſ
ſunt. Atq; ideo vniuerſaliter non conuertuntur. remanet
ergo in aliis rebus omnibus ut ſuperius dictum eſt: non
conuertuntur. hoc vero perſpiciendum eſt: quod particula
ris affirmatio que ſibi ipſi conuertitur. vniuerſali affirma
tioni que ſibi non conuertitur per accidens conuerti poteſt
Et item contraiacens vniuerſali affirmationi particularis
negatio: que ſibi ipſi non conuertitur: conuerti poteſt per ac
cidens negationi vniuerſali: que ſibi ipſi conuertitur. Sed
quomodo particularis affirmatio et vniuerſalis negatio
ſibi ipſis conuertantur oſtendimus. Nunc vero quomodo
particularis affirmatio vli affirmationi per accidens: vel
quomodo particularis negatio vniuerſali negationi ꝑ ac
cidens conuertantur demonſtrandum eſt. Dictum eſt ſu-
perius: ꝙ ſi vera eſt vniuerſalis affirmatio: vera eſt etiam
particularis: et ſequeretur particularis vniuerſalem. Nā
ſi vera eſt omnis homo animal eſt: vera eſt etiam quidam
homo animal eſt. Si enim omnis et quidam. ſed particu
laris affirmatio ſibi ipſi conuertitur. conuertitur etiam vni
uerſali affirmationi. Nam ſi omnis homo animal eſt et q̄-
dam homo animal eſt. Sed iſta ſibi conuertitur. hoc modo
ſi dicas: quidam homo animal eſt. Poteſt igitur conuerti
ad omnis homo animal eſt vniuerſalem affirmationem ꝑ
ticularis affirmatio: que eſt quidam homo animal eſt: ut
dicas quoddam animal homo. vtreq; enim vere ſunt ⁊ que
dicit omnis homo animal eſt: et que dicit quoddam ani-
mal hō eſt. per accidens autem conuerti dicit̄ particularis
affirmatio vniuerſali affirmationi: quia particularis affir

matio ſibiipſi particulariter conuertitur. Secundo vero lo
co vniuerſali affirmationi conuertitur. Reſtat igitur: ut
hoc monſtremus. Quomodo particularis negatio que ſi-
bi non conuertitur: vniuerſali negationi que ſibi conuer-
titur: per accidens conuertatur et hec eadem ratio eſt. Nā
quoniam vniuerſalis negatio ſi vera eſt: vera eſt etiam par
ticularis vniuerſalis vero negatio ſibiipſi conuertitur: po
teſt vniuerſali negationi conuerſe particularis conuerti ne
gatio. Age enim vniuerſalem negationem. id eſt nullus
homo hinnibilis eſt: conuertamus: ut ſit nullum hinnibi
le homo. Sed iſtam propoſitionem id eſt vniuerſalem ne-
gatiuam: que eſt nullus homo hinnibilis eſt ſequitur par
ticularis negatio: quidā homo non eſt hinnibilis. Con-
uerte igitur vniuerſalem: que eſt nullus homo hinnibilis
eſt: et fac nullum hinnibile homo. conuerte huic particula-
rem negatiuam que eſt quidam homo non eſt hinnibilis:
et fac quodā hinnibile non eſt homo. vtreq; ergo vere ſunt
Nam nullum hinnibile homo eſt que eſt vniuerſalis con
uerſio negationis vera eſt: et quoddam hinnibile non eſt
homo: que conuerſio particularis negationis eſt. Cur au-
tem per accidens conuerti dicatur: ſuperius dictum eſt. Li
quet igitur talis conuerſio per accidens. quod igitur habet
vniuerſalis affirmatio. hoc habet ei contraiacens particu-
laris negatio. vtreq; enim ſibi conuerti nō poſſunt. quod
autem habet vniuerſalis negatio. hoc habet ei contraiacens
affirmatio particularis. vtreq; enim ſibi conuerti poſſunt
Iuncte ergo que ſibi conuerti poſſunt: et que ſibi conuerti
non poſſunt: ut que ſibi conuerti poteſt iungatur ei que ſi-
bi conuerti non poteſt: et que ſibi conuerti non poteſt: iun-
gatur ei que ſibi conuerti poteſt: fecerunt per accidens con-
uerſiones que ſuperius demonſtrate ſunt. Reſtat ut de
his conuerſionibus dicamus que per contrapoſitionem ſi
unt: et primum earum ſit diſpoſitio ſcriptione ſubiecta. ge-
neralis enim affirmationis: que dicit omnis homo ani-
mal eſt: conuerſio per contrapoſitionem eſt que dicit: omne
non animal non homo eſt. Itē generalis negationis que
dicit. nullus homo animal eſt. Conuerſio per contrapoſitio
nem nullum non animal non homo eſt. Item particularis
affirmationis que dicit: quidam homo animal eſt. conuer-
ſio per contrapoſitionem eſt: que dicit quoddam non ani-
mal non homo eſt. Itē particularis negationis que dicit.
quidam homo animal non eſt conuerſio per contrapoſitio
nem eſt quoddam non animal non homo eſt: ꝙ monſtrat
ſubiecta deſcriptio.

Oīs homo aīal eſt
Nullus homo aīal eſt
Quidam hō aīal eſt
Quidā hō aīal non eſt

Omne nō aīal nō hō eſt.
Nullū nō aīal nō hō eſt.
Quoddā non aīal nō hō ē
Qđdā nō aīal nō hō nō ē.

¶ His ergo ita poſitis quomodo dictum eſt ſuperius in
ſimplici terminorum conuerſione: ꝙ particularis affirma-
tio: et generalis negatio ſibi ipſis conuertentur. Generalis
vero affirmatio: et particularis negatio ſibiipſis non con-
uertuntur: hic in per contrapoſitionem conuerſionibus cō-
tra eſt. Nam generalis affirmatio per contrapoſitionem cō
uertitur ſibi ipſi et particularis negatio ſibi ipſi conuerti-
tur. Generalis vero negatio et particularis affirmatio. ꝑ
contrapoſitionem ſibi non conuertitur. Quod ita eſſe his
exemplis probabimus. Si enim vera ſit affirmatio gene-
ralis que dicit. Omnis homo animal eſt vera erit eius per

contrapoſitionem conuerſio que dicit. Omne non animal non homo eſt. Quod enim animal non fuerit id homo nō erit. Et ſi falſa fuerit generalis affirmatio que dicit: omne animal homo eſt: falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio que dicit: omnis non homo non animal eſt. poteſt enim fieri ut quod homo non eſt animal ſit. Illa enim negat eſſe animal ꝙ homo non fuerit. Quod ſi cum vera eſt generalis affirmatiua: vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio et ſi cum falſa eſt generalis affirmatio falſa eſt eius per contrapoſitionem conuerſio: non eſt dubium quin generalis affirmatio poſſit ſibi ipſi conuerti. Itē nūc oſtendendum eſt: quomodo particularis negatio ſibiipſi per contrapoſitionem conuertitur. Nam ſi falſa eſt que dicit. quidam homo animal non eſt: falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio que dicit. quoddam non animal non homo eſt. Hoc enim videtur hec propoſitio dicere: ac ſi diceret quedam res que animal non eſt homo eſt. qui enī dicit non homo non eſt: hominem eſſe ſignificat quod animal non ſit. Hoc vero aperte falſum eſt. Omnis enim homo animal eſt et ſi vera fuerit particularis negatio. que dicit. quoddam animal homo non eſt: vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio. que dicit. quidam non homo non animal non eſt. Equale eſt enim ac ſi diceret. res que homo non eſt: non eſt non animal. ſed eſt animal ut equus et bos homo non eſt: et non eſt non animal. Ergo ſi cum particularis negatio: falſa eſt: falſa eſt etiam eius per contrapoſitionem conuerſio: et ſi cum particularis negatio vera eſt: vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio. Non eſt dubium: quia particularis negatio poſſit per contrapoſitionem ſibi ipſa conuerti. Nunc quoniam oſtenſum generalem affirmatiuam: et particularem negatiuam per contrapoſitionem poſſe conuerti. Oſtendamus generalem negatiuam: ⁊ particularem affirmatiuam per contrapoſitionem ſibi nō poſſe conuerti. Et primo de generali negatione dicendum eſt Nam ſi generalis negatio vera eſt: non neceſſe erit per contrapoſitionem ſibi conuerſam veram eſſe. Sed ſi falſa fuerit ſibi per contrapoſitionem conuerſam falſam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi falſa eſt que dicit. Nullus homo animal eſt. falſa erit fortaſſe eius per contrapoſitionem conuerſio: que dicit: nullum non animal non homo eſt. Equale eſt enim ac ſi diceret nulla res eſt que non ſit animal: et non ſit homo. quod eſt omnis res que animam non habet: homo eſt ꝙ aperte falſum eſt. Item ſi vera fuerit generalis negatio. falſa erit eius per contrapoſitionem conuerſio. Nam ſi vera eſt nullus homo eſt lapis. falſa erit eius per contrapoſitionem conuerſio que dicit. nullus non lapis non homo eſt. Equale eſt enim ac ſi dicat. nulla res eſt que cum non ſit lapis non homo eſt. quod eſt omnis res quecumqꝫ lapis nō fuerit homo eſt. quod falſum eſt. Innumerabilia enim inuenies: que non ſunt lapides: quoniam homines nō ſunt ergo quoniam ſi generalis negatio vera vel falſa fuerit: falſa erit eius per contrapoſitionem conuerſio: non eſt dubium generalem negationem ſibi non poſſe conuerti. quod enim in aliquo fallit: generaliter colligi non poteſt. Reſtat igitur ut id quod reliquum eſt monſtremus particularem affirmationem per contrapoſitionem ſibi non poſſe conuerti. Cum enim fuerit particularis affirmatio vera: vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio. Nam ſi vera eſt. que dicit. quidam homo animal eſt: vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio: quoddam non animal non homo eſt. Equale eſt enim ac ſi dicat quedam res: que animam non habet: homo non eſt: quod verum eſt. Lapis enim animā non habet: et tamen homo non eſt. Item ſi particularis affirmatio. Que dicit quidam lapis homo eſt: falſa eſt: vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio: que dicit quidam non homo non lapis eſt. Equale eſt enim ac ſi diceret quedam res que homo non fuerit lapis non eſt: quod verum eſt. Equus enim homo non eſt. Et tamen lapis non eſt ergo ſi cum in quibuſdam particularis affirmatio vera fuerit vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio: et ſi cum in quibuſdam falſa fuerit particularis affirmatio. vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio non eſt dubium particulares affirmationes per contrapoſitionem non poſſe cōuerti. Generalis vero negatio et particularis affirmatio: que contraiacentes ſunt: in per contrapoſitionem conuerſionibus contraria patiuntur. Nam in generalibus negatiuis ſiue generales negatiue vere fuerint ſiue falſe per contrapoſitionem conuerſiones ſemper falſe ſunt. in particularibus autem affirmatiuis: ſiue particularis affirmatio vera fuerit ſiue falſa: eius per contrapoſitionem conuerſio vera eſt. Repetendum eſt igitur a ſuperioribus et confirmandum ꝙ in ſimplicibus terminorum conuerſionibus particularis affirmatio: et generalis negatio ſibi conuerti poſſunt. Generalis vero affirmatio et particularis negatio ſibi conuerti non poſſunt. in his vero conuerſionibus: que per contrapoſitionem fiunt contra eſt. Nam generalis affirmatio et particularis affirmatio per contrapoſitionem ſibi ipſis conuerti poſſunt. Generalis vero negatio: et particularis affirmatio per contrapoſitionem ſibi ipſis conuerti non poſſunt. Et generalis negatio et particularis affirmatio: que ſunt contraiacentes in veri falſiqꝫ diſtantia (ut demonſtratum eſt) ſibiipſis inuicem contraria patiuntur. Hec de cathegoricorum ſillogiſmorum cathegoricis propoſitionibus dicta ſufficiant. Si qua vero his pretermiſſa ſunt in periermenias Ariſtotelis commentario diligentius ſubtiliuſqꝫ tractata ſunt.

## De ſyllogiſmo cathegorico.
## Liber Secundus.

Superioris ſeries voluminis quod ad cathegoricorum ſyllogiſmorū propoſitiones attinebat explicuit. Nūc autem quantum introductionis patitur temperamentum de ipſa cathegoricorum ſyllogiſmorum ratione tractabitur. Et quoniam omnium compoſitorum firmitudo vel vitium: aut in his maxime reperitur ex quibus eſt compoſitum: aut penes bonam malam ve compoſitionem eius laus vituperatioqꝫ tenetur. Namqꝫ domus ſi ſit fortibus lapidibus debilibus ve conſtructa: ipſa quoqꝫ eſt fortis aut debilis. Porro autem ſi artificis compoſitionem equabilem ſolertemqꝫ fuerit nacta: ipſa quoqꝫ conſtructio merito ſtabilis erit: et laudabile fundamentum. Si vero inſolertior compoſitio fiat: tota quoqꝫ quāuis ex bonis ordinata lapidibus: nulla ſeſe gerens fabrica ſtabilitate nutabit. Nos quoqꝫ hanc eandem imaginem ſecuti prius de his quibus ipſe ſyllogiſmus conſtat id eſt propoſitionibus expliuimus. Nunc de ipſa inter ſe ſyllogiſmorū cōiunctione oppoſitioneqꝫ tractabimus. Illud vero meminiſſe debebis introducendis hic me preſtitiſſe inchoantibus non introductis. Et primū quid ſit eſſe in omni vel non eſſe paucis oſtendam. Si qua enim res alterius generis fuerit: omnē intra ſe ſpeciem continebit: et in toto ſpecies genere illa eſſe dicetur. Sit enim genus animal. homo vero ſpecies. homo ergo quoniā minus eſt quā animal: in toto animali eē dicit. Omnis enim homo animal eſſe. Si quis ergo ſic dicat aliquā rem de omni alia re predicari. conuerſa vice nihil intereſt. Nam ſicut in toto animali homo eſt: ſic etiam animal de omni homine predicatur. in toto vero non eſſe eſt. quotiens alia res ab alia re omni diſiuncta eſt. ut ſi dicas animal in nullo lapide eſt. nullus enim lapis animal eſt: ⁊ ſi dicas animal de nullo lapide predicatur. de nullo



enī lapide aīal dr̄. Diffinim⁹ ergo in toto eē vel ī toto nō eē ſic in toto eſſe: vel de toto predicari dicitur: quotiens non poteſt inueniri aliquid ſubiecti: ad ꝙ illud ꝙ predicatur dici non poſſit. Nam nihil hominis inuenitur: ad quod animal dici non poſſit. In toto vero non eſſe: vel de nullo predicari dicitur: quotiens nihil ſubiecti poterit inueniri ad ꝙ illud qđ predicatur dici poſſit. Nihil enim lapidis inueniri poteſt: de quo poſſit animal predicari. Illud ſane notandum eſt ꝙ eſſe in toto verſa vice dicitur. Nam ſi aliquid de aliquo omni predicatur: illud de quo illud predicatur in toto illo eſſe dicitur quod predicatur: vt animal de omni homine dicitur. Homo non in toto eſt animali velut quedam pars intra totum animal latet. ſi quid in alio omī fuerit: in eo toto illa res de qua ſuperius dicebatur eſſe dicitur: vt idem animal cum in omni ſit homine: ⁊ de eo omni predicetur. Homo eſt in toto animali. His igitur poſitis quotienſcūqꝫ ita dicimus: vt litteras pro terminis diſponamus: pro breuitate hoc: ⁊ pro compendio facimus: id ꝙ per litteras demonſtrare volumus vniuerſaliter demōſtramus. Nam fortaſſe in terminis aliquibus falſum ingerendum neceſſe ſit. In litteris vero nunquā fallimur: quoniam ad hoc vtimur litteris quaſi terminos poneremꝰ In litteris vero ipſis niſi terminorum coniunctio per ſe firma valenſqꝫ fuerit: vlla neqꝫ veritas: neqꝫ falſitas reperietur. Quotiens igitur aliud de alio omni predicari volumus oſtendere: ſic ponimus. Sit primus terminus. a. Secundus. b. ⁊ predicatur. a. de omni. b. Hoc autem ita accepto tanqꝫ ſi poſuerimus. a. animal. b. hominem. Eodem modo ⁊ de negatiuis. Nam ſi dicamus. a. de nullo b. predicatur: tale eſt ac ſi dicamus. a. ꝙ eſt animal de nullo lapide predicatur ꝙ eſt. b. ⁊ alia quecunqꝫ huius conſimilia. Omnis autem ſyllogiſmus ſimplex tribus terminis demonſtratur atqꝫ concluditur. Sed prius ipſorum ſyllogiſmorum figuras aſpiciamus. Poſt vero de modis ordinibuſqꝫ eorum tractabimus. Tribus igitur terminis ita poſitis: vt prope ſe ſibi connexi ſint tres non vltra fieri complexiones neceſſe eſt hoc modo. Sit enim. a. ſit b. ſit. c. aut enim. a. de. b. predicabitur. ⁊. b. de. c. aut certe a. ⁊ de. b. predicabitur. ⁊. de. c. vel iſdem ipſis. a. terminꝰ videbitur eſſe ſubiectus. Sit enim. a. bonum ſit. b. iuſtum ſit. c. virtus. aut enim. a. i. bonum erit in omni. b. i. iuſtum ⁊ dicatur. omne iuſtum bonum eſt. ⁊ item. b. iuſtum. In omni. c. virtute. ⁊ dicatur. omnis virtus iuſta ē Et erunt huiuſmodi propoſitiones. Omne iuſtum bonum eſt. ⁊ omnis virtus iuſta eſt. aut. a. i. bonum. de. b. ꝙ iuſtum eſt. ⁊ de. c. ꝙ virtus eſt predicabitur. vt ſit. omē iuſtum bonum eſt. Omnis virtus bona eſt: aut certe. a. bonum. b. iuſto ⁊ virtuti. c. ſubiacebit. Ut dicatur. omne bonum iuſtum eſt. omne bonum virtus eſt. In hac enim complexione. b. ⁊. c. de ſolo. a. termino predicantur. Ubi vero. a. de omni. b. termino. ⁊. b. item predicatur de omni c. Hanc figuram voco primam que diffinitur ſic. Prima figura eſt: in qua is qui ſubiectus eſt: de alio predicatur. Nāqꝫ. b. quidem. a. termino ſubiectum eſt. ad. c. item terminum predicatur. Extremitates vero dico huius figure quod predicatur ⁊ ꝙ ſubiectum eſt. i. a. c. Nāqꝫ. a. predicatur de. b. termino. c. vero terminus. b. termino ſubiacet. Medium vero voco illud qđ alij ſubiacet. ⁊ de alio predicatur. i. b. Nam. b. terminus. a. termino ſubiacet. de. c. vō termino predicatur. Maior vero extremitas eſt: que prima predicatur. i. a. Nāqꝫ idem. a. de. b. termino predicatur. Minor vero que medio termino ſubijcitur. i. c. Nāqꝫ c. terminus medio termino. i. b. ſubiectus eſt. de eo enim b. medius terminus dicitur. Maior vero terminus. a. vocatus eſt. i. qui predicatur: quoniam omne predicatum ab eo de quo predicatur maius eſt. Et in concluſione ſicut in prima propoſitione ſemper. a. terminus predicatur. a. enim bonum predicatur de. b. iuſto. Et dicitur omne iuſtum bonum eſt. b. vero medius terminus predicatur de c. ⁊ dicitur. omnis virtus iuſta eſt. ¶ Ex his igitur concluditur in ſyllogiſmo. omnis virtus bonum eſt. ⁊. a. bonum nominabitur de. c. virtute. atqꝫ ideo a nobis maior extremitas appellatur. Id vero meminiſſe debemus: ꝙ ea que paria ſunt: retorqueri poſſunt ⁊ ad ſe inuicem predicari: ⁊ ſicut id qđ predicatur in eo qđ ſubiectum eſt omni eſt: ita rurſus conuerſum ꝙ fuerat ſubiectum. in eo ꝙ antea predicabatur omni erit. Nam ſi. f. ⁊. g. duo termini ita ſibi ſint equales: vt neuter neutro maior ſit cum predicaueris f. de omni. g. erit. f. terminus in omni. g. termino. Si vō conuertas ⁊ predicas. g. terminum de. f. termino: erit verum. g. terminum in omni. f. termino eſſe. ſit enim. f. riſibile. g. homo. Ergo ſi predicas. f. riſibile. ⁊. g. hominē ſubiicias. f. riſibile in omni. g. inuenitur. Omīs enim homo riſibilis eſt. Si vero predicas. g. hominem ad. f. riſibile. g. homo in omni. f. riſibili reperitur. Omē. n. riſibile homo eſt. Quid autem termini ſint: vel quid predicatio: aut quid ſubiectio priori de propoſitionibus libro ſatis dictum eſt. Sed ne forte erremus ꝙ videtur vniuerſalis affirmatio. conuerſa. Nam de hoc quoqꝫ ſuperius dictum eſt. Medio vero hoc ſolum monſtrare volumus: quod que ſunt in toto paria ſola conuertantur. Hoc tamen prodeſt ad oſtēſionem ſyllogiſmorum que ſit in circulo quam in analyticis diximus. | De prima categoricoꝝ figura expeditū eſt.

Secunda vero figura eſt quotiens. a. terminus de vtriſqꝫ. b. ⁊. c. terminis predicatur hoc modo. Si. n. dicas. a. bonum de omni. b. iuſto. vt ſit hoc modo propoſitio. Omne iuſtum bonum eſt. Et ita. a. bonum de omī c. virtute: vt ſi dicas. Omnis virtus bonum eſt. ſolum. a. de vtriſqꝫ. b. ⁊. c. terminis predicaſti: ⁊ erit ſecunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de vtriſqꝫ predicat̄. i. a. Extremitates vero ea que ſubiecta ſunt. i. b. ⁊. c. Maior vero extremitas eſt de qua primo. a. terminus appellatur. i. b. iuſtum. vel ſi ad. c. Primo predicabitur. c. terminus maior terminus inuenitur. idcirco ꝙ ea extremitas: de qua medius terminus primo predicatur: in concluſione ipſa quoqꝫ predicabitur: vt ſuperius demonſtratum eſt. Minor vero extremitas erit ad ꝙ medius terminus poſterius predicabitur. ¶ Tertia vero figura erit quotiens. a. ⁊. b. termini de vno. c. predicantur. Si quis enim predicet. a. i. bonum de. c. i. virtute: vt ſit huiuſmodi propoſitio. Omnis virtus bonum eſt. Item. b. predicatur de c. vt ſit omnis virtus iuſtū eſt. Tertiam figuram fac. In hac vero figura medius terminus erit qui vtriſqꝫ ſubiectꝰ eſt. i. c. Nāqꝫ de. c. termino. a. ⁊. b. termini predicantur. Maior vero extremitas eſt que pmo predicatur. i. a. Minor vero que poſtea. i. b. vel ſi quem libuerit. b. prius. a. poſterius predicare ſm priorem poſterioremqꝫ predicationem maior minorue extremitas inuenief: ⁊ hic quoqꝫ maior extremitas in cōcluſionibus ſicut in ſuperioribus alijs figuris de minore predicatur.

¶ Expeditis igitur tribus ſyllogiſmorum figuris dicendum eſt: quia perfectus ſyllogiſmus eſt: cui ad integram probatamqꝫ concluſionem ex ſuperius ſumptis ⁊ propoſitis nihil deeſt. Sed modo atqꝫ ordine facta concluſio nihil de habens per ea que antea propoſuit terminatur. Imperfectus vero ſyllogiſmus eſt: cui nihil eque ad perfectionem deeſt. Uerumtamen in his que in propoſitionibus ſumpta ſunt: aliqua deſunt: cur ita eſſe videtur: ſed ⁊ he diffinitiones omnes poſterius liquebunt. Nunc autē vnde he figure naſcantur: breuiter explicandum eſt. Nā vnde naſcantur: in eadem iterum reſoluuntur. Sed ſecunda ⁊ tertia figura de prima figura naſci ⁊ procreari videntur. Sit enim. a. terminus in omni. b. termino. ⁊ de omni eo predicatur. b. vero terminus de omni. c. termino predicatur. hec vt dictum eſt prima ſyllogiſmorum figura eſt. Si quis igitur maiorem extremitatem propoſitionēqꝫ

conuertat: ⁊ ꝙ fuerat antea pꝛędicatum faciat eſſe ſubiectū ſecundam faciet figuram. Nam quēadmodum .a. terminꝰ pꝛędicatur de .b. termino. ita .b. de .c. Si ergo conuertatur ⁊ fiat vt .b. terminus de .a. termino pꝛędicatur. Inuenitur .b. terminus qui antea medius fuerat: ⁊ .a. termino ſubiectus. de .c. vero termino pꝛędicatur: ad vtroſqȝ terminos p̄dicatiuus. Age enim quoniam .a. bonum de .b. iuſto pꝛędicabatur. b. vero iuſtum de .c. virtute pꝛędicabatur: erat pꝛopoſitio. omne iuſtum bonum eſt. omnis virtus iuſta eſt manente pꝛopoſitione quę eſt. omnis virtus iuſta eſt. p̄ma pꝛopoſitio. omne iuſtum bonum eſt conuertatur ⁊ fiat omne bonum iuſtum eſt. Inueniuntur igitur pꝛopoſitiones ſic. omne bonum iuſtum eſt. omnis virtus iuſta ē. iuſtū .i. b. de .a. ⁊ .c. terminis pꝛędicabitur. Conuerſa igitur maioꝛe pꝛioꝛis figurę extremitate ſecunda ſyllogiſmorum figura pꝛocreatur. Tertia vero figura naſcitur minori pꝛopoſitione conuerſa. Nam ſi .a. bonum pꝛędicatur de .b. iuſto: vt dicatur. omne iuſtum bonum eſt. b. vero iuſtū pꝛędicatur de .c. virtute vt dicatur. omnis virtus iuſta eſt ſi pꝛioꝛe pꝛopoſitione manente .i. omne iuſtum bonum eſt. Secunda quę eſt. omnis virtus iuſta eſt. Conuertatur ⁊ fiat. omne iuſtum virtus eſt. Inueniantur omnes pꝛopoſitiones ſic. Omne iuſtum bonum eſt. Omne iuſtum virtus. ⁊ de .b. iuſto .a. ⁊ .c. termini pꝛędicantur ⁊ fit tertię figurę connexio. Conuerſis igitur pꝛimis poſteriſqȝ extremitatibus pꝛimę figurę: tertia vel ſecunda figura naſcuntur. At vero vna quęqȝ harum trium figurarū habet ſub ſe plures ſyllogiſmoꝛum modos: vt modi ſub figuris ita ſint: vt ſunt ſpecies ſub ſuis generibus. Habet enim pꝛima figura ſub ſe Ariſtotele auctoꝛe modos quattuoꝛ: ſed Theophꝛaſtus: vel Eudemus ſuper hos quattuoꝛ quinqȝ alios modos addunt Ariſtotele dante pꝛincipiū ſecundo pꝛioꝛum analyticoꝛum volumine ꝙ melius poſtmodum explicabitur. Secunda vero figura habet ſub ſe quattuoꝛ modos. Tertia vero auctoꝛe Ariſtotele ſex addunt etiā alij vnum ſicut ipſe Poꝛphirius ſuperioꝛes ſcȝ ſequens. Et quoniam (vt ſuperioꝛe libꝛo dictum eſt) alię pꝛopoſitiones affirmatiuę ſunt alię negatiuę ⁊ earum alię vniuerſales: alię vero particulares ſm̄ eas ipſas pꝛopoſitiōes ſyllogiſmoꝛum concluſioneſqȝ iunguntur.

Nāqȝ pꝛimę figurę pꝛimus modus eſt qui fit ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis: vniuerſalem affirmatiuam colligens. Si enim .a. terminus fuerit in omni .b. termino. ⁊ ſi .b. terminus. de omni .c. termino fuerit pꝛędicatus .a. terminus de omni .c. termino pꝛędicatur. Nāqȝ .a. bonum ſi pꝛędicetur de .b. iuſto: vt ſit. omne iuſtum bonū eſt. b. vero iuſtum. ſi pꝛędicetur de .c. virtute: vt ſit omnis virtus iuſtum eſt: neceſſario concluditur extremitatibus ad ſe inuicem pꝛędicatis .i. a. ⁊ .c vt ſit: omnis virtus bonum eſt. Sunt igitur huiuſmodi pꝛopoſitiones: atqȝ concluſio. Si .a. in omni .b. fuerit ⁊ .b. in omni .c. fuerit. a. terminus de omni .c. pꝛędicabitur .i. Omne iuſtum bonum eſt. Omnis virtus iuſta eſt. ⁊ concluſio. Omnis igitur virtus bonum eſt. ⁊ hic pꝛimę figurę modus pꝛimus.

Secundus vero modus pꝛimę figurę eſt quotiens ex pꝛima vniuerſali negatiua ⁊ ſecunda vniuerſali affirmatiua. concluſio vniuerſali negatione colligitur. Si enim ſit .a. malum. b. bonum. c. iuſtum. a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicabitur. Nullum enim bonum malum eſt. b. vero terminus de omni .c. termino pꝛędicabitur. Omne enim iuſtum bonum eſt. Quare colligitur nullum iuſtū malum eſt. ⁊ hoc modo eſt. Si .a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicatur. b. vero terminus de omni .c. termino fuerit pꝛędicatus .a. terminus de nullo .c. pꝛędicabitur. vt eſt. Nullum bonum malum eſt. Omne iuſtum bonum eſt. Nullum igitur iuſtum malum eſt.

Tertius vero modus pꝛimę figurę eſt: quotiens ex vniuerſali affirmatiua: ⁊ particulari affirmatiua. particularis affirmatiua colligitur. Nam ſi .a. virtus de omni .b. id eſt bono pꝛędicetur. ⁊ .b. de quodam .c. id eſt iuſto fuerit pꝛędicatum particulariter: erit quoqȝ concluſio particulariter huiuſmodi: vt .a. virtus de quodam .c. iuſto particulariter p̄dicetur. Si igitur fuerit .a. terminus in omni .b. ⁊ .b. terminus in aliquo .c. particulariter: erit .a. terminus in aliquo .c. particulariter: vt ſit. omne bonum virtus eſt: quoddam iuſtum bonum eſt. quoddam igitur iuſtum virtus eſt. ❡ Quartus modus pꝛimę figurę eſt talis: quotiens ex vniuerſali negatione: ⁊ particulari affirmatione particulari negatiua colligitur. Nam ſi .a. terminꝰ. de nullo .b. termino pꝛędicetur. b. vero terminus de quodam .c. termino pꝛędicetur. a. terminus de quodam .c. termino non p̄dicabitur. quod monſtrat ſubiecta deſcriptio. Nam ſunt huiuſmodi pꝛopoſitiones. Nullum bonum malum eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt. Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. Hos ergo quattuoꝛ. In pꝛima figura modos in analyticis ſuis Ariſtoteles poſuit. Cęteros vero quinqȝ modos Theophꝛaſtus vel Eudemus addiderunt quibus Poꝛphirius grauiſſimę vir auctoꝛitatis viſus ē conſenſiſſe qui ſunt huiuſmodi. Nam quoniam particularis affirmatiua ſibiipſi conuertitur: quiſquis oſtenderit in concluſione .a. terminum de quodam .c. termino particulariter pꝛędicari. In eadem ipſa concluſione monſtrauit. ꝙ .c. terminus de .a. termino rurſus particulariter pꝛędicetur Nam ſibi particularis pꝛopoſitio concluſione conuertitur. Si .a. terminus in quodam .c. termino fuerit .c. terminus de quodam .a. termino pꝛędicabitur. Item quiſquis vniuerſalem negatiuam in concluſione pꝛobauerit: neceſſe eſt eum ipſius quoqȝ conuerſionem in eadem concluſione pꝛobaſſe. Uniuerſalis enim negatio ſemper ſibi conuertitur. Nam ſi quis pꝛobauit ꝙ .a. terminus de nullo .c. termino pꝛędicetur: non eſt dubium quin in hac concluſione illud quoqȝ pꝛobatum ſit. ꝙ .c. terminus de nullo .a. termino pꝛędicetur. Semper enim (vt dictū ē) vniuerſalis negatiua ſibiipſi conuertitur. vniuerſalis quoqȝ affirmatiua duplici concluſione continetur. Nam quiſquis oſtendit .a. terminum de omni .c. termino p̄dicari. Illud quoqȝ oſtendit ꝙ .c. terminus de quodam .a. termino particulariter pꝛędicetur. Si quis enim pꝛobauerit animal de omni homine poſſe pꝛędicari ita dicēs. Omnis homo animal eſt. illud quoqȝ neceſſario monſtrauit particulariter: quoniam quoddam animal homo eſt. Ita ſemper vniuerſalis negatiua ⁊ vniuerſalis affirmatiua vel particularis affirmatiua dupliciter concluduntur. Alię enim ſibiipſis conuertuntur: quę particularis eſt particulariter quę vniuerſalis vniuerſaliter. Alia vero cum ipſa vniuerſalis ſit particulariter ſibiipſi conuertitur. Particularis autem negatiua nunqȝ ſibiipſi conuertitur. Atqȝ ideo ſimplicem in ſe retinet concluſionem. Hoc autem ꝙ nuper diximus in ſecundo pꝛimoꝛum analyticoꝛum libꝛo ab Ariſtotele monſtratur. Quod ſolet Theophꝛaſtus ⁊ Eudemus pꝛincipium capientes ad alios in pꝛima figura ſyllogiſmos adiciendos animum adiecere qui ſunt huiuſmodi qui κατα ανακλασιν vocantur id eſt per refractionem quandā conuerſionemqȝ pꝛopoſitionis. Et eſt quinqȝ modus ex duabus vniuerſalibus affirmationibus particularem colligens affirmatiuam hoc modo. Si .a. fuerit in omni .b. ⁊ .b. fuerit in omni .c. poſſet equidem concludi ꝙ .a. eſſet in omni .c. Sed quoniam iſta vniuerſalis pꝛopoſitio (vt dictum eſt) particulariter conuertitur pꝛętermiſſo eo ꝙ .a. terminus de omni .c. termino pꝛędicatur: concluſio eſſe dicitur ꝙ .c. terminus de quodā .a. termino pꝛędicatur. quod hoc exemplo monſtrandum eſt. Si enim ſint ꝓpōnes ſic omne iuſtum bonum eſt. omnis virtus iuſtum eſt. poſſit etiam concludi ꝙ omnis virtus bonum eſt. Sed qm̄ ita



pꝛopoſitio ſibi conuertitur vt ſit quoddam bonum virtus eſt particulariter: particularis ſyllogiſmus concluſioqȝ colligitur ex duabus vl̄ibus affirmatiuis. Eius vero foꝛma talis eſt. A. terminus in omni .b. ⁊ .b. terminus in omni .c. igitur .c. terminus in quodam .a. vt eſt omne iuſtū bonū eſt. Omnis virtus iuſta eſt. Quoddam bonum virtus ē Per conuerſionem vero refractionemqȝ dicuntur: qm̄ ꝙ vl̄r colligebatur conuerſum particulariter collectū ē. ❡ Sextꝰ modus eſt pꝛimę figurę q̄ fit ex vniuerſali negatiua: ⁊ vl̄i affirmatiua vniuerſalem concluſionem per conuerſionem colligens. Nam ſi .a. terminus in nullo .b. fuerit. b. vero terminus. in omni .c. termino fuerit poſſit equidē colligi qm̄ terminus .a. in nullo .c. termino eſt. Sed qm̄ vniuerſalis negatiua conuertitur dicimus qm̄ .c. terminus in nullo .a. termino eſt: vt ſit hoc modo. Nullum bonum malum eſt. Omne iuſtum bonum eſt. poſſet colligi: nullum iuſtū malum eſt. ſed ex his per conuerſionem colligimus. nullū malum iuſtum eſt. ❡ Septimus modus eſt pꝛimę figurę q̄ ex vniuerſali affirmatiua ⁊ particulari affirmatiua per conuerſionem particularem colligit affirmatiuam. Si enī fuerit .a. terminus in omnī .b. ⁊ .b. terminus de quodam .c. termino pꝛędicetur. poteſt .a. terminus de quodam .c. termīo pꝛędicari. Sed qm̄ particulare affirmatiuū ſibiipſi conuertitur per conuerſionem ſit concluſio: ⁊ dicetur .c. terminū de quoddam .a. termino pꝛędicari. vt ſit ſic. Omne bonum virtus eſt. quoddam iuſtum bonum eſt. Poſſet etiam concludi qm̄ quoddam iuſtum virtus eſt. Sed qm̄ particulare affirmatiuū conuertitur: dicimus qm̄ quędam virtꝰ iuſta eſt. ❡ Octauus modus eſt pꝛimę figurę: quotiens ex vniuerſali affirmatiua: ⁊ vniuerſali negatiua particularis colligitur. Si enim .a. terminus de omni .b. termino pꝛędicatus fuerit. b. vero terminus de nullo .c. termino pꝛędicetur: non poſſet colligi qm̄ .a. terminus de nullo .c. termino pꝛędicatur. Cur aūt non poſſit in reſolutoꝛijs dictum eſt. Sed qm̄ vniuerſalis negatiua ſibiipſa conuertitur. Pōt dici ⁊ conuerti: qm̄ .c. terminus de nullo .b. termino pꝛędicatur. b. vero terminus de quodam .a. termino dicitur. qm̄ vniuerſalis affirmatiua particulariter ſibiipſa conuertitur quare .c. terminus de quodam .a. termino non pꝛędicabit: vt ſit ſic. Omne bonum iuſtū eſt. nullum malum bonum eſt: non poſſ; colligi. qm̄ nullum malum iuſtum eſt. Sed conuertitur ſic. Nullum bonum malum eſt. quoddā iuſtū bonum eſt: quoddam igitur malum non eſt. ❡ Nonꝰ modus eſt pꝛimę figurę qui ex particulari affirmatiua ⁊ vniuerſale negatiua particularem colligit negatiuam per cōuerſionem. Si enim .a. terminus de quodam .b. termino. b. vero terminus de nullo .c. termino pꝛędicatur: non pōt qdē dici qm̄ .a. terminus de quodam .c. termino non pꝛędicet. Cur aūt non poſſit hoc quoqȝ: in reſolutoꝛijs diximus. ſ; qm̄ vniuerſalis negatiua conuerti poteſt: dicatur quoniam .c. terminus de nullo .b termino pꝛędicatur. ⁊ .b. terminus de quodam .a. pꝛędicatur. c. igitur terminus de quodā .a. non pꝛędicabitur: vt ſit ſic. quoddam bonum iuſtum eſt. nullum malum bonum eſt. quoddam igitur iuſtū malum non eſt. ❡ Expeditis igitur nouem pꝛimę figurę modis ad ſecundę figurę quattuoꝛ modos veniamus. Illud tm̄ conſtet ꝙ quēadmodum in pꝛima figura per nouem ſupꝛa dictos modos ⁊ affirmatiua vniuerſalis: ⁊ negatiua vl̄is: ⁊ affirmatiua particularis: ⁊ negatiua particularis: in concluſione colligitur. In ſecunda figura affirmatiuā neqȝ generalem: neqȝ particularem poſſe colligi. Sed tm̄ vel particulariter vel vniuerſaliter ſolas colligi negatiuas. Nullus lapis ſenſibilis eſt: conuerſa. nullum ſenſibile lapis ē. Omne animal ſenſibile eſt. Manet. om̄e animal ſenſibile eſt. Nullum animal lapis eſt. Manet. nullum animal lapis eſt. Eſt autem ſecundę figurę modus p̄mus hic quotiens ex vniuerſali negatiua: ⁊ vniuerſali affirmatiua vniuerſalis negatiua colligitur. Si enim .a. terminus de nullo .b. termino ⁊ de omni .c. termino pꝛędicetur. b. terminꝰ de nullo .c. termino pꝛędicabitur. Sit enim .a. bonū. ſit .b. malum. c. iuſtum. Si quis igitur ſic dicat. nullum malū bonum eſt. Omne iuſtum bonum eſt: concludit. nullū iuſtum malum eſt. Liquet igitur maioꝛem extremitatem de minoꝛe in concluſione pꝛędicari. Sed omnes. ſecundę figurę ſyllogiſmi quis veri ſint ex ſeipſis non pꝛobantur: ſ; ex pꝛimę figurę modis implētur. Nāqȝ ſi .a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicetur ⁊ omni .c. termino ſit: nondū pꝛobatum eſt: qm̄ omni .b. terminus de nullo .c. termino pꝛędicetur. Sed ſi quis ex iſto ſecundę figurę modo pꝛimo ſm̄ modum faciat per conuerſionem totus ſyllogiſmus cōcluſioqȝ pꝛobata eſt. Si quis enim in hoc ſyllogiſmo qui ē .a. terminus in nullo .b. ⁊ idem .a. terminus de omni .c. p̄dicatur .a. b. pꝛopoſitionem conuertat: vt faciat eſſe .b. a. Nam omnis vniuerſalis negatiua conuertitur. Si quis igitur dicat qm̄ .a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicat ⁊ .b. igitur de nullo .a. termino pꝛędicabitur. Sed .a. de oī .c. termino pꝛędicabitur. Fit igitur pꝛimę figurę ſecundus modus ex vniuerſali negatiua: ⁊ vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem colligens negatiuam: vt ſit concluſio. De nullo igitur .c. termino .b. pꝛędicabitur. His igitur conuerſionibus omnis ſecundę ⁊ tertię figurę ſyllogiſmus concluſioqȝ colligitur ⁊ pꝛobat. Atqȝ ideo qm̄ ex ſeipſis non ſunt pꝛobati niſi ex ſuperioꝛibus compꝛobētur id eſt p̄mę figurę modis: quicūqȝ in ſecunda vel tertia figura inuentus fuerit imperfectus vocatur ſyllogiſmus. ❡ Secūdus vero modus ſecundę figurę eſt quotiens ex vniuerſali affirmatiua ⁊ vniuerſali negatiua cōmutatis oꝛdinibus vniuerſalibꝰ rurſus negatiua concludit. Si enim .a. terminus in omni .b. termino fuerit ⁊ de nullo .c. termino pꝛędicetur. b. terminus de nullo .c. termino pꝛędicabitur. Sit enim .a. bonū b. iuſtum. c. malum. Si quis igitur ſic dicat. Omne iuſtū bonum eſt. nullum malum bonum. concludit nullū igit malū iuſtū eſt. Sed hęc cōplexio coniunctioqȝ ꝓpōnū duplicem conuerſionē habet. Oſtenditur enim de ſecundo p̄mę figurę modo ſic. Nam ſi .a. terminus in omni .b. termino ē ⁊ de nullo .c. termino pꝛędicabitur: hęc vl̄is negatiua conuertitur. Erit igitur vt .c. terminus de nullo .a. termino pꝛędicetur ꝙ ſi ita eſt: erit huiuſmodi ſyllogiſmus. c. terminus de nullo .a. termino pꝛędicatur. a. terminus ī om̄i .b. termino eſt .c. igitur terminus de nullo .b. termino pꝛędicabitur. Ecce vna conuerſio facta eſt ꝓpoſitionis negatiuę. Sed qm̄ diximus concludi nō .c. in nullo .b. ſed .b. in nullo .c. termino h̄ vl̄is concluſio negatiua conuertitur. Et ſicut concluſum eſt .c. terminum de nullo .b. termino pꝛędicari: ita concluditur de nullo .c. termino .b. terminū pꝛędicari. ❡ Tertius modus ſecundę figurę eſt: quotiens ex vl̄i negatiua ⁊ particulari affirmatiua ꝑticularis negatiua colligitur. Si enim .a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicetur ⁊ in quodam .c. termino fuerit. b. terminus de quodā .c. termino non pꝛędicabitur. Sit enim .a. bonū. b. malū c. iuſtū. Si quis igitur ſic dicat. nullū malū bonū eſt. qdā iuſtū bonū eſt: concludat neceſſe eſt. quoddā iuſtū malū nō eſt. Hic quoqȝ ſyllogiſmus per conuerſionem hoc modo ꝓbatur. Nam ſi .a. terminus de nullo .b. termino pꝛędicat. ⁊ .b. terminus de nullo .a. termino pꝛędicabitur. Sed .a. terminus de quodā .c. termino pꝛędicatur. Redit igitur p̄mę figurę modus quartus ex vl̄i negatiua ⁊ particulari affirmatiua particularem .ſ. colligens negatiuam. vt in hoc quoqȝ ſyllogiſmo. Nam hic quoqȝ particularem negatiuā colligit id eſt .b. terminum de quodā .c. termino non pꝛędicari. ❡ Quartus modus eſt ſecundę figurę qui ex vniuerſali affirmatiua ⁊ particulari negatiua particularem colligit negatiuā. Nā ſi .a. terminus in omni .b. termino ſit de quodā .c. termino nō pꝛędicat. b. terminꝰ de quodā .c. termino non pꝛędicabitur. Sit enī .a. bonū. b. iuſtū. c. malū.

Si quis igitur dicat omne iuſtum bonum eſt. quoddā malum bonum non ē concludit quoddā igitur malū iuſtū non ē. Hęc vero complexio atqȝ oꝛdo ꝓpoſitionum per conuerſionem non pōt appꝛobari. Generalis enim affirmatiua ſibiipſi conuerti non pōt. Monſtratur igitur iſtę ſyllo

giſmus ex prima figura non per conuerſionem ſed per impoſſibilitatem: quia ſi particularis concluſio negatiua in hoc ſyllogiſmo non concluditur: aliquod inconueniens impoſſibileq̄ʒ contingit. Sed hec impoſſibilitas per primā figurā demonſtrabitur. Dico enim quia ſi.a.terminus de omni.b.termino predicetur: et in aliquo.c.termino non ſit: talem colligi concluſionem: vt.b.terminus de aliquo.c. termino non predicatur. Nam ſi falſum eſt huic contraiacens propoſitio vera erit. Particularibus autem negatiuis vniuerſales affirmatiuę contraiacentes ſunt vt in ſuperiore libro docuimus. ſi igitur hic particulare negatiua non eſt concluſio: erit generalis affirmatiua. Sit affirmatiua generalis et.b.terminus de omni.c.termino predicetur. ſed.a.terminus de omni.b. termino predicatur. b. vero terminus de omni.c.termino predicari dicitur. A.igitur terminus de omni.c.termino predicatur quod fieri non poteſt. Ita enim.a.c. propoſitionem propoſuimus prius: vt diceremus.a.terminum de quodam c.termino non predicari. Hoc igitur oſtenſum eſt per primum modum primę figurę. Quare in ſecunda figura omnis ſyllogiſmus imperfectus eſt: et eius probatio aut per conuerſionem in prima figura reducitur: aut ex hypothetica diſpoſitione per impoſſibilitatem. et primam figuram aliter fieri non poſſe monſtratur: et alij quidem omnes per impoſſibile probantur: quod paulopoſt demonſtrabitur. Reſtat vt in tertię figurę modos atq̄ʒ ordines explicemus. Illud prius videndum eſt: quod in tertię figurę modis nunquam concluſio colligitur vniuerſalis. Sed ſi vel negatiuę vel affirmatiuę fuerint collectiones: particulares ſemper autem nunquam etiam generales

¶ Eſt autem tertię figurę primus modus hic qui ex duabus vniuerſalibus affirmationibus particularem colligit affirmatiuam. Nam ſi.a.et.b.termini de omni.c. termino predicantur.a.terminus de quodam.b. termino predicabitur per conuerſionem. Nam ſi.b.terminus de omni.c. termino predicatur: et vniuerſalis affirmatiua particulariter ſibi conuertitur.c.terminus de quodam.b. termino predicatur. Quod ſi ita eſt fit tertius primę figurę modus qui eſt ex vniuerſali et particulari affirmatiua et colligit.a.terminum de quodam b.termino. Sit enim.a.iuſtum.b.virtus.c. bonum. Si quis enim ſic dicat.omne bonum iuſtum eſt.omne bonum virtus eſt fit concluſio.quędam virtus iuſta eſt. Mutant alij terminos: et volunt facere ſecundum modum: vt ſit.a.virtus b.iuſtum.c.bonum: vt ſit talis ſyllogiſmus.omne bonum virtus eſt. omne bonum iuſtum eſt: et concludatur quoddam iuſtum virtus eſt. Sed hoc Ariſtoteles a ſuperiore non diuidit et hos duos vnum modum putat: et idcirco nos ſeptem tertię figurę eſſe diximus modos dubitantes: ſed magis Ariſtoteles ſequendus eſt.atq̄ʒ ideo alium modum dicamus eſſe qui poſſit integre videri ſecundus. ¶ Secundus vero modus tertię figurę eſt: quotiens ex vniuerſali negatiua et vniuerſali affirmatiua negatiua colligitur particularis. Si enim a.terminus de nullo.c.termino.b. vero de omni.c. termino predicatur.a.terminus de quodam.b.termino non predicabitur. Nam ſi.a.terminus de nullo.c.termino predicatur.b. vero de omni.c.et.c.terminus de quodam.b.termino predicabitur. Particulariter enim ſibi vniuerſalis affirmatiua conuertitur. Concluditur igitur in quarto modo primę figurę.a.terminum de quoddam.b.termino non predicari. Sit enim.a.malum.b.iuſtum.c.bonum. Si quis ſic dicat. Nullum bonum malum eſt.omne bonum iuſtum eſt concludat neceſſe eſt.quoddam igitur iuſtum malum non eſt Ex quo conſiderandum eſt maiorem extremitatem in concluſione predicari. ¶ Tertius modus tertię figurę eſt quotiens ex particulari et vniuerſali affirmatiua particularis affirmatiua concluditur. Si enim.a.terminus de quodam .c.et.b.terminus de omni.c. termino predicatur concluditur.a.terminum de quodam.b.termino predicari per duplicem conuerſionem. Quia enim.b.terminus de omni.c. termino predicatur et.a.terminus de quodam.c.termino predicatur et particularis affirmatiua ſemper ſibiipſi conuertitur.c.terminus de quodam.a. termino predicabitur Sunt igitur propoſitiones ſic.b.terminus de omni.c.termino.c. vero terminus de quodam.a.termino predicatur. quod ſi ita eſt: colligitur in primę figurę modo tertio.b. terminum de quodam.a.termino predicari. Atq̄ʒ ita particularis affirmatiua conuertitur.et.a.terminus de quodam.b.termino predicabitur: eruntq̄ʒ duplices conuerſiones vna propoſitionis alia vero concluſionis. Sit enim.a.iuſtum.b.virtus.c.bonum. Si quis igitur ſic dicat.quoddam bonum iuſtum eſt omne bonum virtus eſt.concludat neceſſe eſt quędam virtus iuſta eſt. ¶ Quartus modus tertię figurę eſt: quotiens ex vniuerſali affirmatiua et particularis affirmatiua: affirmatiua particularis colligitur. Nam ſi.a.terminus de omni c.termino predicatur.b. vero terminus in quodam.c.termino ſit: concluditur. A.terminum de quodam.b.termino predicari per conuerſionem. Si enim.b.terminus de quodam c.termino predicetur et.c.terminus de quodam.b. predicatur quia particularis affirmatiua ſibiipſi conuertitur: et fit ſyllogiſmus in primę figurę tertio modo qui fit ex vniuerſali affirmatiua et particulari affirmatiua particularem colligens affirmatiuam: vt ſit ſyllogiſmus hoc modo.a.terminus in omni.c.et.c.terminus in quodam.b. Igitur.a. terminus in quodam.b. Sit.a.virtus.b. iuſtum.c.bonum: ſi quis igitur ſic dicat.omne bonum virtus eſt. quoddam bonum iuſtum eſt: concludet quia quoddam iuſtum virtus eſt.

¶ Quintus modus eſt tertię figurę quotiens ex particulari negatione.et vniuerſali affirmatione.particularis colligitur negatiua. Sed hic modus per conuerſionem probari non poteſt: ſed per impoſſibilitatem ſicut quartus ſecundę figurę probatus eſt modus. Si enim.a.terminus de quodam.c. termino non predicetur.b. vero terminus de omni.c. termino predicetur.a.terminus de quodam.b.termino non predicabitur: nam ſi non ita eſt: erit illud verum.a.terminum de omni.b.termino predicari. ſed.b.terminus de omni.c.termino predicatur.a.igitur terminus de omni.c.termino predicabitur quod fieri non poteſt. Prius enim ita poſitus eſt.a. terminus vt de quodam.c.termino non predicaretur. quod ſi generalis affirmatio in concluſione ſyllogiſmi non eſt: vt ſit.a.terminus in omni.b.termino erit huic contraiacens. particularis negatio: vt.a.terminus de quodam.b.termino non predicetur. Sit enim.a.malum.b.iuſtum.c. bonum Si quis igitur ſic dicat. quodam bonum malum non eſt. omne bonum iuſtum eſt: concludat neceſſe eſt: quoddam igitur iuſtum malum non eſt. ¶ Sextus modus tertię figurę eſt quotiens ex vniuerſali negatiua et particulari affirmatiua particularis negatio colligitur per conuerſionem. Nam ſi.a.terminus in nullo.c.termino ſit.b. vero terminus de quodam c.termino predicetur: fit concluſio.a.terminum de quodam b.termino non predicari. Nam ſi.a.terminus de nullo.c. termino predicabitur.b. vero terminus de quodam.c.termino predicatur et.c.terminus de quodam .b. predicabitur. quia particularis affirmatiua poteſt conuerti. Fit igitur talis ſyllogiſmus: vt.a.terminus de nullo.c. termino predicetur .c. terminus de quodam .b.termino predicetur: et.a. terminus de quodam .b.termino non predicetur. Sit.a. malum.b.iuſtum.c.bonum. Si quis igitur dicat. Nullum bonum malum eſt. quodam bonum iuſtum eſt: concludit quoddam iuſtum malum non eſt. ¶ His igitur expeditis quid ſyllogiſmus ſit: diffiniendum eſt. Diffinitur autem ſic. ſyllogiſmus eſt oratio in qua poſitis quibuſdam et conceſſis aliud quiddam quam ſint ea quę poſita et conceſſa ſunt: neceſſario contingit per ipſa quę conceſſa ſunt. Orationem diximus eſſe ſyllogiſmum idcirco: quia omnis diffinitio a generali trahitur. Genus autem ſyllogiſmi eſt oratio. quod autem dictum eſt in qua poſitis quibuſdam et conceſſis: ita intelligendum eſt quaſi ſic dictum eſſet ſecundum quam poſitis: et conceſſis: vt enim ſyllogiſmus fiat: ante aliquid a proponente dicitur: quod audiens concedat. quod ſi ille conceſſerit: concludit et perficit ſyllogiſmum: idcirco quod res dubię per quędam conceſſa et probata monſtrantur. conceditur autem equaliter et affirmatio et negatio vera. Cętera vero in ſyllogiſmi diffinitione talia ſunt quę non integrę diſpoſitos ſyllogiſmos a ſyllogiſmorum verorum diffinitione diſcernant. Nam quod dictum eſt in quę poſitis quibuſdam ſumptorum ſcilicet et propoſitionum multitudo monſtratur. Sunt enim qui putantur eſſe huiuſmodi ſyllogiſmi: in quibus tantum vna propoſitio eſt et vna concluſio. Qualis eſt hic vides viuis igitur homo es.animal igitur es. Et alia huiuſmodi quos.ſ. veteres in ſyllogiſmis non acceperunt. ſyllogiſmus enim eſt aliquorum collectio. At vero collectio non niſi plurimorum eſt: et quicunq̄ʒ vnam poſuit propoſitionem illę non colligit. Nullum igitur faciet ſyllogiſmum. Debet enim ſyllogiſmus vt anguſtiſſimus ſit.duabus propoſitionibus comprobari. Quod autem dictum eſt aliud quiddam neceſſario euenire: quam ſunt ipſa quę conceſſa ſunt.quia frequenter tales ab aliquibus fiunt ſyllogiſmi: vt ea quę propoſuerunt: ipſa etiam in concluſione concludant vt eſt hic. Si homo es: homo es homo autem es.homo igitur es . Idem enim concluſit quod ante propoſuit. Atq̄ʒ ideo ad illorum diſcretionem. aliud quiddam contingere debere dictum eſt: quam ſunt ea quę conceſſa ſunt: vt in ſuperioribus omnibus ſyllogiſmis quos in trium figurarum modis et demonſtratiuę poſuimus. Tales vero ſyllogiſmi quales nunc dicti ſunt per ridiculi ſunt: quod id quod ante conceſſum eſt quaſi dubium quiddam in ea concluſione colligitur. Nam quod propoſitum eſt neceſſario contingere. ad hoc pertinet quia frequenter adductione verę quędam propoſitiones ſunt: quarum concluſio nullo modo vera eſt: vt ſi quis ſic dicat Qui muſicam nouit muſicus eſt et concedatur. Et qui arithmeticam arithmeticus eſt: et qui medicina medicus eſt: et qui bonum bonus eſt. Cum igitur hęc omnia conceſſa ſunt dicat et qui malum malus eſt. Quod quaſi ſuperioribus ſimile videtur: ſed omnino falſum eſt. Boni enim homines non aliter cauent: niſi mala nouerint. Atq̄ʒ ideo propter has concluſiones quę ſunt per eas propoſitiones quę per inductionem dicuntur: additum eſt concluſiones in ſyllogiſmis neceſſarias Contingere idest ex neceſſitate contingere. Eſt etiam alia expoſitio: ſed in analyticis noſtris iam dicta eſt. Illud vero quod dictum eſt per ipſa quę poſita ſunt: hoc propter eos dictum eſt qui tales faciunt ſyllogiſmos: in quibus aut minus aliquid: aut plus: aut aliud propoſitum eſt quam proponi debuerat. Fiunt autem huiuſmodi ſyllogiſmi. Si quis enim ita dicat. Socrates homo eſt.omnis homo animal eſt. et concludat Socrates igitur animatum eſt minus propoſuit quod non dixit Omne animal eſſe animatum . Nunc ſi ſic propoſuiſſet Socratem rectę animatum eſſe concluderet ita dicendo . Socrates homo eſt. Omnis homo animal eſt: et omne animal animatum eſt. Socrates igitur animatus eſt. Plus autem proponere hoc eſt. vt ſi quis ſic dicat.omnis homo animal eſt Omne animal animatum eſt. ſed et ſol eſt ante eſt. omnis igitur homo animatus eſt: hic vero ſuperfluum eſt quod ſolem eſt ante eſſe interpoſuit.aliud autem quam neceſſe eſt quidam proponunt hoc modo. vt ſi quis ſic dicat.omnis homo animal eſt. virtus autem bonum eſt.omnis igitur homo animatum eſt.nulla igitur harum propoſitionum ad rem pertinet quod concludere cupiebat.

¶ Expedita igitur ſyllogiſmi diffinitione ad priorum modorum naturam reſolutionemq̄ʒ veniamus: et prius omnes in ordinem diſponantur.

| | |
|---|---|
| primus | Omne iuſtum bonum eſt. omnis virtus iuſta eſt. omnis igitur virtus bona eſt. |
| ſecundus | Nullum bonum malum eſt.omne iuſtum bonum eſt Nullum igitur iuſtum malum eſt . |
| tertius | Omne bonum virtus eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt Quodam igitur iuſtum virtus eſt. |
| quartus | Nullum bonum malum eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt Quodam igitur iuſtum malum non eſt. |
| quintus | Omne iuſtum bonum eſt.omnis virtus iuſta eſt Quodam igitur bonum virtus eſt. |
| Sextus | Nullum bonum malum eſt.omne iuſtum bonum eſt Nullum igitur malum iuſtum eſt. |
| ſeptimus | Omne bonum virtus eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt. Quędam igitur virtus iuſta eſt. |
| octauus | Omne bonum iuſtum eſt. Nullum malum bonum eſt Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. |
| nonus | Quodam bonum iuſtum eſt. Nullum malum bonum eſt Quodam igitur iuſtum malum non eſt. |

Primus modus ſecundę figurę.

Nullum malum bonum eſt. omne iniuſtum bonum eſt.
Nullum igitur iniuſtum malum eſt.
Omne iuſtum bonum eſt. Nullum malum bonum eſt.
Nullum igitur malum iuſtum eſt.
Nullum malum bonum eſt. Quodam iuſtum bonum eſt
Quodam igitur iuſtum malum non eſt.
Omne iuſtum bonum eſt. Quodam malum bonum non eſt.
Quodam igitur malum iuſtum non eſt.

Primus tertię figurę.

Omne bonum iuſtum eſt.omne bonum virtus eſt.
Quędam igitur virtus iuſta eſt.
Omne bonum virtus eſt.omne bonum iuſtum eſt.
Quodam igitur iuſtum virtus eſt.
Nullum bonum malum eſt.omne bonum iuſtum eſt.
Quodam igitur iuſtum malum non eſt.
Quodam bonum iniuſtum eſt.omne bonum virtus eſt.
Quodam igitur virtus iuſta eſt.
Omne bonum virtus eſt. quodam bonum iuſtum eſt.
Quędam igitur iuſtum virtus eſt.
Quodam bonum malum non eſt. omne bonum iuſtum eſt.
Quodam igitur iuſtum malum non eſt .
Nullum bonum malum eſt. quodam bonum iuſtum eſt.
Quodam igitur iuſtum malum non eſt.

¶ Hi ſunt igitur omnes trium figurarum modi quorum primę figurę quattuor primi indemonſtrabiles nominantur et directi idest ſine aliquę conuerſione demonſtrati. indemonſtrabiles autem quia non per alios demonſtrantur: et perfecti dicuntur: quia per ſe ipſos comprobantur. Et primi quia proponuntur: et nam primi ſunt: et in eos omnes cęteri reſoluuntur. Illi quoq̄ʒ quinq̄ʒ primę figurę modi imperfecti et per conuerſionem ſunt. Secundę vero figurę: vel tertię omnes imperfecti ſunt: quia per primos primę figurę modos quattuor comprobantur. Namq̄ʒ in ipſos reſoluuntur: vt eos per conuerſionem reſoluamus et per impoſſibilitatem illius ſupius demonſtrati ſunt. conſideremus igitur eorum principia: quia vnum naſcuntur in idipſum reſoluuntur. Quintus igitur primę figurę modus. de primę figurę modo procreatur. Binis enim propoſitionibus prioribus manentibus concluſio primi modi particulariter conuerſa quintum efficit ſyllogiſmum quod in ſubiecta declaratur deſcriptione.

| Primus | | Quintus modus |
|---|---|---|
| Omne iuſtum bonum eſt. | Manet | omne iuſtum bonum eſt |
| Omnis virtus iuſta eſt | Manet | omnis virtus iuſta eſt |
| Omnis virtus bona eſt. | vniuerſalis affirmatiua particulariter conuerſa. | Quoddam bonum virtus eſt. |

Sextus vero primę modus de ſecundo primę figurę modo capit principium. Manentibus enim duabus prioribus propoſitionibus ſecundi modi vniuerſali concluſione vniuerſaliter conuerſa. Sextus naſcitur ſyllogiſmus vt ſubiecta docet deſcriptio.

| Secundus | | |
|---|---|---|
| Nullum bonum malum eſt. | Manet | Nullum bonum malum eſt. |
| Omne iuſtum bonum eſt. | Manet | omne iuſtum bonum eſt |
| Nullum iuſtum malum eſt. | vniuerſalis negatiua vniuerſaliter conuerſa . | Nullum malum iuſtum eſt. |

Septimus modus primę figurę de tertio primę figurę naſcitur modo. Manentibus enim binis propoſitionibus prioribus particulari affirmatiua in concluſione conuerſa ſeptimi modi collocatio procreatur .

| Tertius | | Septimus |
|---|---|---|
| Omne bonum virtus eſt. | Manet | omne bonum virtus eſt. |
| Quoddam iuſtum bonum eſt. | Manet | quoddam iuſtum bonum eſt |
| Quoddam iuſtum virtus eſt. | Particularis affirmatiua particulariter conuerſa. | Quędam virtus iuſta eſt. |

Octauus vero ⁊ nonus pꝛime figure modus in quartũ pꝛime figure modum reſoluuntur: non etiam initium ſumunt. octauus reſoluitur in quartũ hoc modo. pͥma enim quarti in ſcdam octaui vniuerſaliter conuerſa: ⁊ pͥma ꝓpoſitione octaui modi ꝑticulariter in ſecundam: quarti modi conuerſa eadem concluſio colligitur. i. negatio particularis
Nullum bonum malum eſt. negatio vniuerſalis.
Quoddam iuſtum bonum eſt. particularis affirmatio.
Uniuerſaliter conuerſa eſſe bonum iuſtum eſt
Uniuerſaliter conuerſa nullum malum bonum eſt.
Quoddam iuſtum malum non eſt. Eadem concluſio.
Quoddam iuſtum malum non eſt.

Nonus vero modus in quartum modum reſoluit̃ ſic. pꝛima quarti in ſecundam noni ꝓpoſitionem vniuerſalit̃ conuertatur: ⁊ ſecunda quarti particulariter in pꝛimam noni: ⁊ eadem concluſio maneat negatio particularis

Quartus.
Nullum bonum malum eſt vl̃is negatiua.
Quodam iuſtum bonum eſt particularis affirmatiua.

Nonus.
Particulariter conuerſa. Quodam bonum iuſtum eſt.
vniuerſaliter conuerſa. Nullum malum bonum eſt.
Quodam iuſtum malum non eſt. eadem concluſio. Quoddam iuſtum malum non eſt.

Reſolutis igitur quinqꝫ pͥme figure modis in quattuoꝛ ſuperioꝛibus: ſecunde figure quattuoꝛ mo͂s in pꝛioꝛis figure modos quattuoꝛ reſoluamus: quoꝛum tres per conuerſionem ꝓbantur. Quartus vero per ſolam impoſſibilitatem. At vero pꝛimus: ⁊ ſecunde figure ſecundus modus in ſcd̃z pꝛioꝛis figure modum reſoluuntur ⁊ reſoluitur ſic pͥmus. Conuerſa enim pͥma vniuerſali negatione vniuerſaliter: ⁊ manente ſecunda vniuerſali affirmatione eadem concluſio vtroꝛũqꝫ naſcitur.

Pꝛimus pꝛime — Pꝛimus ſecũde.
Nullũ bonũ malũ ẽ — Cõuerſa vl̃r. nullũ malũ bonũ ẽ
Omne iuſtũ bonũ eſt. — Manet. Oẽ iuſtum bonũ eſt.
Nullũ iuſtũ malũ eſt. — eadẽ ꝯclo͂. Nullũ iuſtũ malũ eſt.

Secunde figure ſecundus modus in pͥme figure ſecundũ modum reſoluitur ſic. Conuerſa vniuerſaliter pͥma ⁊ ſcd̃a ꝓpoſitione: ⁊ ſecunda pꝛima manente vl̃iter fit conuerſa concluſio ſecunde figure.

Nullũ bonũ malũ ẽ. vl̃iter — net. Oẽ iuſtum bonũ eſt.
Omne iuſtũ bonũ ẽ. — ma — ꝯuerſa. nullũ malũ bonũ ẽ
Nullum iuſtũ malũ eſt. — cõuerſa vl̃r. Nullũ malũ iuſtũ ẽ

Tertius vero ſecunde modus figure de quarto pͥme figure ꝓcreatur. Ut enim vl̃is negatio in pꝛimã ꝓpoſitionem vniuerſaliter conuertatur: ⁊ ſcd̃e ꝓpoſitiones maneãt ideſt ſyllogiſmi terminus ꝓpoſitioqꝫ colligitur hoc modo.

Nullũ bonũ malũ eſt. — ꝯuerſa vl̃r. Nullũ malũ bonũ ẽ
Quodam iuſtũ bonũ eſt. — Manet. Quodã iuſtũ bonũ ẽ
Quodã iuſtũ malũ nõ ẽ. — Manet. Quodã iuſtũ malũ ñ ẽ

Quartus modus ſecunde figure quĩ iam pͥmo cum factuz eſt per conuerſionẽ in ſuperioꝛis pͥme figure modum retoꝛqueri non poterat: ſed per impoſſibile demonſtrat̃: hic quoqꝫ per impoſſibile ad ſuperioꝛes reducere modos. ⁊ quĩ omnes ſecunde figure per impoſſibile monſtrant̃: idcirco nos quoqꝫ inchoantes a quarto omnes per impoſſibile reſoluamus. Nam quartus ſecunde figure modus in pͥmum pͥme figure reſoluitur per impoſſibilitatem.

Tertius in ſecundũ. ſecundus in tertiũ. pꝛimus in q̃rtuz. ꝙ hoc modo liquebit. ſi quis ergo duas iſtas conceſſerit ꝓpoſitiones ideſt omne bonum virtus eſt. ⁊ quoddã iuſtuz virtus non eſt. neceſſe eſt quoqꝫ concluſionez concedat que eſt. Quiddam igitur iuſtum bonum non eſt. Nam ſi hoc falſa eſt: erit ei contraiacens vera que eſt. Omne iuſtũ bonũ eſt. ſed illam conceſſit que eſt pꝛima quarti modi ideſt omne bonum virtus eſt. Ex his igitur concludat. omne igitur iuſtum virtus eſt. Sed pꝛius conceſſit quarti modi ſcd̃az ꝓpoſitionem que eſt. Quiddam iuſtum virtus non eſt.

Nunc vero concedit. Omne iuſtum virtus eſt duas ſibi contraiacentes ſimul concluſurus eſt ꝙ fieri non poteſt.

Hoc autem idcirco euenit: q2 concluſio quarti modi in pͥmi modi ſecundam ꝓpoſitionem conuerſa eſt. ꝙ ſi ſecũda ꝓpoſitio pꝛimi modi in quarti concluſione non colligitur: q̃rti concluſio ideſt particularis negatio ꝑmanebit. Sed ne foꝛte conturbat ꝙ alios terminos in reſoluendo modo poſuimus quẽ ſuperius in diſpoñdo. nõ enim modo in terminis laboꝛamus: ſed in figuris ⁊ modis ⁊ complexionibus conſtruendis atqꝫ reſoluendis operam conſumimus. Eodem modo ⁊ ceterum ſecũde figure in pͥmis q̃ttuoꝛ ſoluũt.

Quartus ſecunde — Pꝛimꝰ pͥme.
Omne bonum virtus eſt. Cõceſſe i vtriſqꝫ. Oẽ bonũ vtꝰ ẽ
Quiddã iuſtũ virtꝰ nõ eſt. Cõtra. diacẽteſ. oẽ iuſtũ bonũ ẽ
qddã igr̃ iuſtũ bonũ ñ ẽ ꝑmutate. iacẽtes. oẽ igr̃ iuſtũ vtꝰ ẽ

Tertius ſecunde figure modus in ſecũdo pꝛime figure ſic reſoluitur. Si quis duas pꝛimas tertij modi conceſſerit: particularem quoqꝫ negationem concludet que eſt. qddam igitur iuſtum bonuz non eſt. ❡ Nam ſi hoc falſa eſt: vera erit contraiacens que eſt. omne iuſtum bonum eſt. Sed ⁊ iam illa conceſſa eſt. que eſt nullum bonum maluz eſt. Ex his igitur colligitur. Nullum igitur iuſtum malũ eſt. Sz pꝛius conceſſa erat. Quiddam iuſtum malum eſt. Nunc vero nullum iuſtum malũ eſt. duas ſibi contraiacentes vno tempoꝛe concedit ꝙ non poteſt. Sublata igitur vniuerſali concluſione que eſt. omne iuſtum bonuz eſt. remanebit ꝑticularis negatiua que eſt quiddam iuſtum bonum non eſt.

Nullũ bonũ malũ ẽ. Cõceſſe i vtriſqꝫ. nullũ bonũ malũ ẽ
qddã iuſtũ malũ ẽ. Cõtra — diacẽtes. Oẽ iuſtũ bonũ ẽ
qđ igit̃ bonũ ñ ẽ. ꝑmutate. — iacẽteſ. nullũ ḡ iuſtũ malũ ẽ

❡ Secundus ſcd̃e figure in tertio pꝛime figure modo ſic reſoluitur. ſi quis duas ſecunde figure ꝓpoſitiones cõceſſerit. Concluſionem quoqꝫ concedit que eſt nihil igitur bonum eſt. ❡ Nam ſi hoc falſa eſt: erit vera ꝯtraiacens ei particularis affirmatio. quiddam iuſtum bonum eſt. Sz idẽ conceſſit illam que eſt. omne bonum virtus eſt. concludat neceſſe eſt. qddam iuſtum virtus eſt. Qui iam añ ꝯceſſerat ſecundam ſecundi modi que eſt. Nullum iuſtũ virtus eſt. duas diacentes vno tempoꝛe concedit: ꝙ fieri non poteſt.

Oẽ bonũ virtus ẽ. ꝯceſſe in vtriſqꝫ. Omne bonũ virtꝰ ẽ
Nihil iuſtũ virtꝰ ẽ. ꝯtra — diacẽtes. q̃dã igr̃ iuſtũ bonũ ẽ
nullũ iuſtũ bo. ẽ ꝑmutate — iacẽtes. Qđdã igr̃ iuſtũ vtꝰ ẽ

❡ Pꝛimus item ſecunde figure in quartũ pͥme figure ſic reſoluitur qui cõcedit duas pꝛimi modi ꝓpoſitiones: cõcedat neceſſe eſt ⁊ concluſionem. Nam ſi illa falſa eſt: erit vera contraiacens ei particularis affirmatiua que eſt qddam iuſtum bonum eſt. Sed idem cõceſſit illam que eſt. nullũ bonum malum eſt. concludat neceſſe eſt. Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. qui ante conceſſerat illam que eſt. Omne iuſtum malum eſt. vno tempoꝛe duas contraiacentes ꝙ fieri non poteſt. Sublatum igitur particulari affirmatione que eſt. quiddam igitur iuſtum bonum eſt. remanet illa que eſt. nihil iuſtum bonum eſt.

Nullũ bonũ malũ ẽ. ꝯceſſe i vtriſqꝫ. Nullũ bonũ malũ ẽ
Oẽ iuſtũ malũ ẽ — Cõtra — diacẽtes. Qđdã iuſtũ bonũ ẽ
nullũ iuſtũ bo. ẽ. ꝑmutat — iacẽteſ. q̃dã igr̃ iuſtũ malũ ñ ẽ

❡ Sequitur vt tertie figure modos ad pꝛimos quattuoꝛ quoꝝ quinqꝫ per conuerſionem ⁊ per impoſſibilitatem ad pͥmos quattuoꝛ reſoluuntur. vnus vero ſolus ⁊ quintus pꝛim impoſſibilitatem ſolam in pꝛioꝛes reſoluitur. pꝛimus tertie modus figure in tertium pꝛimum figure modum hoc mõ reſoluitur. ſi enim pꝛima ꝓpoſitio tertij modi pͥme figure maneat: ⁊ ſecunda ꝓpoſitio vniuerſaliter conuertatur ⁊ ſit ſecunda ꝓpoſitio pꝛimi modi tertie figure. eadem concluſio. Colligitur affirmatio particularis,

Modus tertiꝰ pͥme figure. — Pꝛimꝰ modus tertie figure
Oẽ bonũ iuſtũ eſt, Manet — Omne bonum iuſtum eſt.
Quedã virtꝰ bona ẽ. ꝑticlãris affirmatio. Oẽ bonũ vtꝰ ẽ
Quedã virtus iuſta eſt, Manet. Quedã virtꝰ iuſta ẽ.



Uel certe ſic quia ſuperius talem ſyllogiſmũ diximus terminis cõmutatis quẽ Ariſtoteles diſſimilem non putat
Omne bonum virtus eſt. Manet. Omne bonũ virtꝰ eſt
Qđdã iuſtũ vtꝰ ẽ. ꝑticulari affirmatiua. Oẽ bonũ iuſtũ ẽ
Qđdam iuſtũ vtꝰ eſt. Manet. Quoddã iuſtũ ſirtus eſt.

❡ Secundus modus vero tertie figure in quartũ modum pꝛime figure hoc modo reſoluit̃. Si enim pͥme ꝓpo͂nes ſecundi tertie figure modi: ⁊ quarti modi pꝛime figure maneant. q̃rti vero modi pͥme figure ſecũde ꝓpoſitio vl̃iter cõuertatur: ⁊ ſecũda fit ꝓpoſitio ſecundi modi tertie figure: eadẽ concluſio pꝛocreatur.

Nullũ bonũ malũ eſt. Manẽt. Nullũ bonum malũ ẽ.
Quoddã iuſtũ bonũ eſt. ꝯuerſa vl̃r. Oẽ bonũ iuſtum eſt.
Qđdã iuſtũ malũ nõ ẽ. Manẽt. Quiddã iuſtũ malũ ñ ẽ.

❡ Tertius modus tertie figure in tertiũ modũ pͥme figure reſoluit̃. Si enĩ ꝓpo͂ pꝛima tertij pͥme figure modi: ⁊ ſecũda ꝓpo͂ tertij modi tertie figure maneat: ⁊ ſcd̃a ꝓpo͂ tertij modi pͥme figure ꝑticularis ꝑticlarit̃ ꝯuertat̃: ⁊ fit pͥma tertij modi tertie figure: conuerſa particularit̃ concluſio naſcitur.

Omne bonum virtus eſt — Qđdã bonũ iuſtũ ẽ
Quoddã iuſtum bonũ eſt. — Omne bonũ vtꝰ eſt.
Quoddã iuſtũ vtꝰ ẽ. ꝯuerſa ꝑticlarit̃. Quedã vtꝰ iuſta eſt.

❡ Quartus modus tertie figure in tertiũ modũ pͥme figure reſoluitur. ſi enim vtroꝛũqꝫ pꝛime maneant ꝓpo͂nes: ⁊ ſecunde particulares particulariter conuertant̃ eadem concluſiones naſcuntur.

Omne bonũ virtꝰ ẽ. Manẽt. Omne bonũ virtus ẽ.
Qđdã iuſtũ bonũ ẽ. ꝯuerſa ꝑticlarit̃. Qđdã bonũ iuſtũ ẽ.
Quoddã iuſtũ virtus eſt. Manet. Quoddã iuſtũ vtꝰ ẽ.

❡ Reliquus ſextus ſyllogiſmus tertie figure de pͥme figure quarto ꝓcreat̃. manẽtibus enim pͥmis eoꝝ ꝓpoſitionibus atqꝫ ſecundis particulariter immutatis particulis in vtroqꝫ manebit concluſio.

Nullũ bonũ malũ ẽ. Manẽt. Nullũ bonũ malum eſt
Qđdã iuſtũ bonũ ẽ. ꝑticlarit̃ ꝯuerſa. Qđdã bonũ iuſtũ ẽ.
Qđdã iuſtũ malũ ñ ẽ. Manẽt. Qđdã iuſtũ malũ nõ eſt.

❡ Quintus aũt qui reſtat ſicut ante ꝑ impoſſibile. ꝓbat̃: ita etiam nunc per impoſſibilitatẽ reſoluit̃. Sz quẽadmodum vnus fuerit reſolutus: eodem oꝛdine oẽs reſoluendi ſunt. Reſoluitur aũt ſextus tertie figure modus in tertiuz pꝛime figure modum Quintus modus tertie figure reſoluitur in pꝛimũ pꝛime figure. Quartus tertie figure modus reſoluitur in quartũ pͥme figure modũ. Tertius tertie figure modus reſoluit̃ in ſcd̃m pͥme figure modũ. Pꝛimi tertie figure modi reſoluunt̃ in ſecundos pͥme figure mo͂s. Reſoluit̃ aũt per impoſſibilitatẽ ſextus tertie figure modus in pͥme figure modũ tertiũ h̃ mõ. Si quis igit̃ duas ꝓpo͂nes ſexti modi tertie figure ꝯceſſerit. Cõcedat etiã neceſſe eſt concluſionẽ que eſt. qddam iuſtũ maluz non ẽ. Nã ſi hec falſa eſt: erit vera ꝯtraiacens ei pͥme figure tertij mo͂i pꝛima ꝓpoſitio que eſt. omne iuſtũ malũ eſt. Sed iam cõceſſit ꝓpoſitionem ſecundã que eſt. quoddã bonũ iuſtũ eſt Ex his igitur concedat neceſſe eſt. Quoddã bonũ malum: quia ante conceſſerat pꝛimã ꝓpo͂nem ſexti modi tertie figure que eſt nullum bonum malum eſt. vno tp̃e duas ſibi cõtraiacentes ꝙ fieri non poſſe deſcriptio declarat.

Nullũ bonũ malum eſt — cõtra — diacẽteſ. oẽ iuſtũ malũ ẽ
Qđdã bonum iuſtũ eſt — cõceſſe. X — Qđdã bonũ iuſtũ eſt.
Qđdã iuſtũ malũ ñ ẽ. ꝑmutate — iacẽteſ. qđdã bo. malũ ẽ

Hoc modo ceteri modi tertie figure in pꝛimos modos pͥme figure referunt̃ qđ ſubiecta deſcriptio declarat: in qua pꝛoꝛ quintus qui per conuerſionẽ reſolui nõ potuit: per impoſſibilitatem reſolutus eſt.

Qđdã bonũ malũ non ẽ ꝯ — diacẽtes. Oẽ iuſtũ malũ eſt
Oẽ bonũ iuſtum ẽ. — ꝯceſſe X i vtriſqꝫ. Oẽ bonũ iuſtũ eſt
Qđdã iu. ma. ñ ẽ. ꝑmutate — iacẽtes. Oẽ. bonũ malũ eſt
Omne bonũ virtus ẽ. ꝯtra. — diacẽtes. nullũ iuſtũ vtꝰ eſt
Qđdã bonũ iuſtũ ẽ. ꝯceſſe. X i vtriſqꝫ. Qđdã bo. iuſtũ ẽ
Qđdã iuſtũ vtꝰ ẽ. ꝑmutate — iacẽtes. Nullũ bonũ vtꝰ eſt

Qđdã bonũ iuſtũ ẽ. ꝯtra — diacẽtes. Nulla vtꝰ iuſta ẽ
Oẽ bonũ vtꝰ ẽ. — ꝯceſſe X i vtriſqꝫ. Oẽ bonũ vtꝰ ẽ.
Qđdã vtꝰ iuſta ẽ. ꝑmutate — iacẽteſ. Nullũ bonũ iuſtũ ẽ

In reſolutione modi ſecũdi tertie figure in pꝛimũ modum pꝛime hec poſſibilitas euenit: ꝙ duas contrarias vno tp̃e concedit ꝙ fieri nequit. Nũqꝫ enim due ꝯtrarie vno tp̃e in vna pꝛopoſitione ſimul vere inueniuntur.

Nullũ bonũ malũ eſt. ꝯtra — diacẽtes. Oẽ iuſtũ malũ ẽ.
Oẽ bonũ iuſtũ eſt. — ꝯceſſe X i vtriſqꝫ. Oẽ bonũ iuſtũ ẽ
Qđdã iu. ma. ñ ẽ. ꝑmutate — rie. Omne bonũ malũ eſt.

Et i ſequẽti quoqꝫ ſyllogiſmo duas cõcedit ꝙ i͂poſſibile ẽ.

Omne bonũ iuſtũ eſt. ꝯtra — diacẽtes. Nulla vtꝰ iuſta ẽ.
Oẽ bonum virtꝰ ẽ. — ꝯceſſe. X i vtriſqꝫ. omne bonũ vtꝰ ẽ.
Qđdã vtꝰ iuſta ẽ. ꝑmutate — rie. Nullũ bonũ iuſtũ ẽ.

Nec nos illud turbat ꝙ in quibuſdã contraria ꝓpo͂ ⁊ ꝯcluſio inuenit̃: in quibuſdã vero contraiacens. Nãqꝫ equaliter peccabit qui vtraſqꝫ ꝯtrarias conceſſerit: tam ſi vtraſqꝫ contraiacentes. Nam quo modo cõtraiacentes vno tempoꝛe eſſe nõ poſſunt vnqꝫ: etiam contrarie.

Omne bonũ virtꝰ ẽ. ꝯtra — diacẽtes. Nullũ iuſtũ vtꝰ ẽ
Omne bonũ iuſtũ ẽ. — ꝯceſſe X i vtriſqꝫ. Oẽ bonũ iuſtũ ẽ
Qđdã iuſtũ vtꝰ ẽ. ꝑmutate — rie. Nullũ bonũ vtus ẽ.

❡ Hec de categoꝛicoꝝ ſyllogiſmoꝝ introductõe Ariſtotelez plurimũ ſequens: ⁊ aliqua de theophꝛaſto vel Poꝛphyꝛio mutuatus quãtum parcitas introducendi ꝑmittebat expͥſi. Si qua vero deſint in analyticis noſtris calcatius expꝛimemus. Nunc vero quãtum ad ſolam catagoꝛicoꝛum ſyllogiſmoꝛum foꝛmam expectabat ꝑfectum hac nobis eſt: ⁊ ad cumulum introductionis elaboꝛatum. Nec hoc nos perturbet: ſi que hic ꝓpoſitiones ⁊ cõcluſiones falſe ſunt: quĩ quidez non veritates rerum ſed cõnexiones ſyllogiſmoꝝ figuras ⁊ modos ſuſcepimus differẽdas. Nam his cognit̃ ſi quos ad ſacrum ſtudiũ logice diſcipline diſputatiõis ſubtilitas traxerit pꝛius de ambiguis diſputationibus diſcant. poſt ab his veritas in rebus mendaciũqꝫ meditabitur.

De ſyllogiſmo hypothetico liber pꝛimus.

Cum in omnibus phie diſciplinis ediſcendis atqꝫ tractãdis ſummũ in vita poſitũ ſolẽnẽ exiſtimem: tum iocũdius: ⁊ veluti cũ quodaz fructu etiã laboꝛis arripio: que tecũ cõicanda compono. Nam ⁊ ipſa ſpeculatio veritat̃ ſua quadã ſpecie ſecũda eſt: fit tñ amabilioꝛ cũ in cõe deducitur Nullũ enim bonũ eſt ꝙ nõ pulchꝛius eluceſcat: ſi plurimoꝛum noticia cõpꝛobet̃. Nãqꝫ alias taciturnitate ẽ cõpꝛeſſum etiã iamqꝫ ſilentio perituꝝ latius effreſcit: ⁊ obliuiõis interitu ſcientiũ ꝑticipatione defendit̃: fitqꝫ iocũdioꝛ diſciplina. Cum inter eiuſdem ſapientie cõſcios iubet eſſe ſapientẽ. ꝙ ſi accedat (vt totũ mihi nunc res eſt) ea que ſponte iocũda ſunt: in amicitie ꝑticipationẽ deduci: neceſſe eſt ſtudij ſuauitatem quodã veluti dulciſſimo caritat̃ ſapoꝛe condiri. Nã cũ id in ſe optineat amicitia ꝓpꝛium munus: vt nolit habere ſolitarias cogitationes tunc ꝙ honeſte quiſqꝫ cogitat nulli pꝛomptius niſi quẽ diligit cõfitet̃. Quo ſciñ eſt etiã ſi imenſus laboꝛ cepto operi viam negabat animus tñ ad efficiendũ ꝙ aggreſſus fuerat tui cõtemplatõe ſufficeret. Quid enim magnũ ſtudioſius tui amoꝛ efficeret: ſi itra facilitatis terminos cõſtitiſſet? Quid igit̃ apud ſcriptoꝛes quidẽ grecos per quẽ rariſſimos ſtrictim atqꝫ confuſe apõ latinos vero nullos reperi: id tue ſcientie dedicatũ noſter ⁊ ſi diuturnius cepti tamen laboꝛ efficax excoluit. Nã cũ categoꝛicoꝛum ſyllogiſmoꝛum pleniſſime noticiam ꝑcepiſſes: de hypotheticis ſyllogiſmis ſepe querebas in quibus ab Ariſtotele nihil eſt conſcriptũ. Teophꝛaſtus vero vir omnis doctrine capax rex tñ ſumas exeqtur. Eudemus latioꝛẽ docendi gradit̃ viam: ſed ita vt veluti quedam ſeminaria ſparſiſſe: nullũ tñ frugis videat̃ extuliſſe ꝓuentũ. Nos igr̃ quãtum ingenij viribus ⁊ amicitie tue ſtudio ſufficimus: que ab illis vel dicta bꝛeuiter vel funditus omiſſa ſunt: elucidanda diligentur ⁊ ſubtiliter ꝑſequenda ſuſcepimus:

ſed quia et ſuperate difficultatis premium fero: ſi tibi muneris impleſſe videar amicitie: et ſi non videar ſatiſfeciſſe doctrine.

Omnis ſyllogiſmus certis et conuenientibus poſitis propoſitionibus continetur. propoſitio vero omnis aut categorica eſt que predicatiua dicitur aut hypothetica eſt que conditionalis vocatur: predicatiua eſt in qua aliquid predicatur de alio hoc modo. homo animal eſt. Dicens enim animal de homine predicatum eſt. Hypothetica eſt que cum quadam conditione denunciat eſſe aliquid ſi fuerit aliud veluti ſi ita dicimus Si dies eſt: lux eſt. Hypothetice propoſitiones ex categoricis conſtant: quod paulo poſterius apparebit quo fit: vt ſyllogiſmus qui ex categoricis propoſitionibus iunctus eſt: categoricus appellatur .i. predicatiuus: qui vero ex hypotheticis propoſitionibus conſtant dicuntur hypothetici .i. conditionales. vt ergo horum ſyllogiſmorum differentia videatur: ſpectanda prius eſt eorum in propoſitionum natura diſcretio. videtur enim in aliquibus propoſitionibus nihil differre predicatiua propoſitio a conditionali niſi tantum quodam orationis modo. Velut ſi quis ita proponat. Homo animal eſt. Id ita ſi rurſus enunciet: ſi homo eſt: animal eſt. He propoſitiones orationis quodam modo diuerſe ſunt. Rem vero non videntur ſignificaſſe diuerſam. Primum igitur dicendum eſt quod predicatiua propoſitio vim ſuam non in conditione: ſed in ſola predicatione conſtituit. In conditionali vero conſequentie ratio ex conditione ſuſcipitur. Rurſus predicatiua ſimplex eſt propoſitio. Conditionalis vero eſſe non poterit niſi ex predicatiuis propoſitionibus coniungatur. vt cum dicimus ſi dies eſt: lux eſt: dies eſt atque lux eſt: due ſunt propoſitiones predicatiue .i. ſimplices ad hoc illud eſt quo maxime declaratur vtrarumque propoſitionum differentias quod predicatiua quidem propoſitio habet vnum ſubiectum terminum alterum predicatum: et id quod in predicatiua propoſitione ſubijcitur illius ſuſcipere videtur nomen quod in eadem propoſitione predicatur hoc modo vt cum dicimus. homo animal eſt. homo ſubiectum eſt: animal predicatum. et homo animalis ſuſcipit nomen: cum ipſe homo animal eſſe proponitur. ¶ At in his propoſitionibus que conditionales dicuntur: non idem in predicationis eſt modus. Neque enim omnino alterum de altero predicatur. ſed id tantum dicitur eſſe alterum: ſi alterum fuerit. veluti cum dicimus: ſi peperit: cum viro concubuit. Non enim tunc dicitur ipſam peperiſſe id eſt quod cum viro concubuerit: ſed id tantum proponitur quod partus nunquam eſſe potuiſſet: niſi fuiſſet cum viro concubitus quod ſi quando in vna eademque propoſitionum proprietas incurrerit: tunc ſecundum nomen enunciate propoſitionis intelligendi ratio variabitur hoc modo. Nam cum dicimus homo animal eſt: propoſitionem facimus predicatiuam ac ſi ita proponamus ſi homo eſt: animal eſt. In conditionalem vertitur enunciationem. In predicatiua igitur id ſpectabimus quod ipſe homo animal ſit: id eſt nomen in ſe ſuſcipiat animalis. In conditionali vero illud intelligimus quod ſi fuerit aliqua res que homo eſſe dicatur: neceſſe ſit aliqua res que animal eſſe nuncupetur. Itaque propoſitio predicatiua rem quam ſubijcit predicate rei ſuſcipere nomen declarat. Conditionalis vero propoſitionis hec ſententia eſt: vt ita ſit aliquid ſi fuerit alterum: et ſi neutrum nomen alterius ſuſcipiat. Ita igitur propoſitionibus diſgregatis ex enunciationum proprietate ſyllogiſmi quoque vocabulum ſuſcepere: vt alij dicantur predicatiui: alij conditionales. Nam in quibus propoſitiones predicatiue ſunt: eos predicatiuos ſyllogiſmos vocamus. In quibus vero hypothetica propoſitio prima eſt (poteſt namque et aſſumptio et concluſio eſſe predicatiua) hi tantum per vnius hypothetice propoſitionis naturam hypothetici et conditionales vocantur. At de ſimplicibus quidem id eſt de predicatiuis ſyllogiſmis duobus libellis explicuimus quos de eorum conſtructione confecimus. Poſt ſyllogiſmorum vero ſimplicium diſputationem ordo eſt: vt de non ſimplicibus diſſeramus. Non ſimplices vero ſyllogiſmi ſunt: qui hypothetici dicuntur quos latino nomine conditionales vocamus. Non ſimplices vero dicuntur: quia ex ſimplicibus conſtant: atque in eoſdem vltimos reſoluuntur Cum preſertim prime eorum propoſitiones vim proprie conſtantie ex categoricis .i. ex ſimplicibus capiant ſyllogiſmis. namque prima propoſitio hypothetici ſyllogiſmi ſi dubitatur an vera ſit predicatiua concluſione demonſtrabitur. Aſſumptio vero in pluribus modis talium ſyllogiſmorum predicatiua eſſe perſpicitur. Itemque concluſio veluti cum dicimus: ſi dies eſt: lucet At qui dies eſt: hec aſſumptio predicatiua eſt: ſi queratur predicatiuo probatur ſyllogiſmo lucet igitur conſequuta eſt rurſus predicatiua concluſio ſuper hec: omnis conditionalis propoſitio ex predicatiuis (vt dictum eſt) iungitur quod ſi ex his et ſuam capiunt et ordinem partium ſortiuntur: neceſſe eſt categoricos ſyllogiſmos hypotheticis vim concluſionis miniſtrare. ſed quoniam de hypotheticis loquimur quid ſignificet hypotheſis predicandum eſt: hypotheſis namque: vnde hypothetici ſyllogiſmi acceperunt vocabulum duobus (vt Eudemo placet) modis dicitur. Aut enim tale aliquid ad quieſcitur per quandam inter ſe conſentientium conditionem quod fieri nullo modo poſſit: vt ad ſuum terminum ratio perducatur: aut in conditione poſita conſequentia vi coniunctionis vel diſiunctionis oſtenditur. At prioris quidem propoſitionis exemplum eſt: veluti cum res omnes corporales materie formeque concurſu demonſtramus ſubſiſtere. Tunc enim quod per rerum naturam fieri non poteſt ponimus .i. omnes forme naturam a ſubiecta materia ſi non re ſaltem cogitatione ſeparamus: et quoniam nihil ex rebus corporeis reliquum ſit demonſtratum: atque conſenſum putamus eiſdem conuenientibus corporalium rerum ſubſtantiam confici: quibus a ſe diſiunctis ac diſcedentibus interimatur. In hoc igitur exemplo poſita conſentiendi conditione: vt id pauliſper fieri intelligatur quod fieri non poteſt: vt forme a materia ſeparentur quid conſequatur intendimus perire .ſ. corpora: vt eadem eiſdem conſiſtere comprobemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum ſequitur iure dicimus res omnes corporeas forma et materia conſiſtere. Sed huiuſmodi propoſitiones que et conſentientium conditione proueniunt: nihil his differunt quas ſimplices categorice inſtitutionis primi libri tractatus oſtendit. que vero a ſimplicibus differunt ille ſunt: quando aliquid dicitur eſſe: vel non eſſe. Si quid fuerit vel non fuerit. Hec ſemper cum coniunctionibus proponuntur: vt cum dicimus. ſi homo eſt: animal eſt. Si ternarius eſt impar eſt: vel cetera huiuſmodi. Hec enim ita proponuntur: vt ſi quodlibet illud fuerit: aliud conſequatur. vel cum dicimus ſi homo eſt: equus non eſt. Rurſus eodem modo proponitur in negatione quo ſuperius in affirmatione proponebatur. hic enim dicitur: Si hoc eſt: illud non eſt. Et ad hunc modum cetere poſſunt: aut aliquando hoc enunciari modo cum hoc ſit: illud eſt: veluti cum dicimus. cum homo eſt: animal eſt vel cum homo eſt: equus non eſt: que enunciatio propoſitionis eiuſdem poteſtatis eſt: cuius ea que hoc modo proponitur. Si homo eſt: animal eſt. Si homo eſt equus non eſt. fiunt etiam propoſitiones hypothetice per diſiunctionem ita: aut hoc eſt: aut illud eſt. Hec eadem videri debet hec propoſitio que ſic enunciatur. Si hoc eſt: illud non eſt. Hec enim non eſt per diſiunctionem: ſed per negationem. Negatio vero omnis infinita eſt: atque ideo et in contrarijs: et in contrariorum medietatibus: et in diſparatis fieri poteſt. Diſparata autem ea voco: que tantum a ſe diuerſa ſunt: ſed nulla contrarietate pugnantia: velut: terra: vellus ignis: et cetera Nam ſi album eſt: nigrum non eſt. Si diſciplina eſt: homo non eſt. At in ea que per diſiunctionem fit: alteram ſemper poni neceſſe eſt hoc modo: aut dies: aut nox. quod ſi ea cuncta que per negationem dici conuenit: ad diſiunctionem transferamus: ratio non procedit. Quid enim ſi quis dicat: aut album eſt: aut nigrum. Aut album eſt: aut rubeum aut diſciplina eſt: aut homo. fieri enim poteſt vt nihil ſit horum Igitur quoniam per diſiunctionem propoſitio in certis rebus tantum in quibus alterum eorum euenire neceſſe eſt ponitur. hec autem per negationem ſeparatio in omnibus etiam his que ſuam inuicem naturam perimunt poni poteſt apta ratione diſcreta eſt.

Omnis igitur hypothetica propoſitio vel per connexionem fit (per connexionem vero illum quoque modum qui per negationem fit eſſe pronuncio) vel per diſiunctionem. vterque enim modus ex ſimplicibus propoſitionibus comparatur. Simplices autem ſunt quas predicatiuas primo inſtitutionis categorice libro diximus. He vero ſunt: cum aliquid



de aliquo predicatur vel affirmando vel negando: vt dies eſt: lux eſt. At ſi his media conditio interueniat fiat. Si dies eſt: lux eſt: fitque vna hypothetica propoſitio ex duabus categoricis iuncta. Sed quoniam omnis ſimplex propoſitio vel affirmatiua vel negatiua eſt. quattuor modis per connexiones fieri hypothetice propoſitiones poſſunt. aut enim ex duabus affirmatiuis: aut ex duabus negatiuis: aut ex affirmatiua et negatiua: aut ex negatiua et affirmatiua. Harum autem omnium exempla ſubdenda ſunt quo id quod dicimus clarius innoteſcat. ex duabus affirmatiuis. Si dies eſt: lux eſt. Ex duabus negatiuis: ſi non eſt animal: non eſt homo. ex affirmatiua et negatiua. ſi dies eſt: nox non eſt. ex negatiua et affirmatiua. ſi dies non eſt: nox eſt. Sed quoniam idem eſt idem ſignificari ſi cum iunctione et cum quando hypotheticis propoſitionibus proponitur duobus modis conditiones fieri poſſunt. Vno ſecundum accidens altero vt habeant aliquam nature conſequentiam. Secundum accidens hoc modo: vt cum dicimus. cum ignis calidus ſit: celum rotundum eſt. Non enim quia ignis calidus eſt: celum rotundum eſt. ſed id hec propoſitio deſignat: quia quo tempore ignis calidus eſt: eodem tempore celum quoque rotundum eſt. Sunt autem alie que habent ad ſe conſequentiam nature: harum quoque duplex modus eſt: vnus cum neceſſe eſt conſequi: ea tamen ipſa conſequentia non per terminorum poſitionem fit: alius vero cum fit conſequentia per terminorum poſitionem. At prioris quidem modi exemplum eſt vt ita dicamus: cum homo ſit animal eſt. hec enim conſequentia eſt ſubnixa inconcuſſa veritate. Non enim idcirco animal eſt quia homo eſt. generis enim cauſa ſpecies non eſt. ſed fortaſſe a genere principium ducitur: magiſque eſſentie cauſa ex vniuerſalibus trahi poteſt: vt idcirco ſit homo quia animal eſt. Cauſa enim ſpeciei genus eſt: vt qui dicit cum homo ſit animal eſt. rectam ac neceſſariam conſequentiam facit. Per terminorum vero poſitiones talis conſequentia non procedit. Sunt autem alie hypothetice propoſitiones: in quibus etiam conſequentia neceſſaria reperitur: et ipſius conſequentie cauſam terminorum poſitio facit hoc modo. Si terre fuerit obiectus: defectio lune conſequitur: quia terre interuenit obiectus. Iſte igitur ſunt propoſitiones certe atque vtiles ad demonſtrationem. partimur autem propoſitiones hypotheticas in ſuas ac ſimplices propoſitiones: et primam quidem cui coniunctio proponitur precedentem dicimus. Secundam vero conſequentem vt in hac ſi dies eſt: lux eſt precedentem dicimus eam que dicit: ſi dies. Conſequentem vero partem lux eſt. in diſiunctiuis vero propoſitionibus ordo enunciandi precedentem vel conſequentem facit: vt aut dies eſt: aut nox eſt. Nam que prima proponitur precedens que poſterior conſequens appellatur. At de partibus quidem hypotheticarum propoſitionum iſta ſufficiunt.

Illud vero expediendum videtur: quod etiam ab Ariſtotele dicitur. Idem cum ſit et non ſit: non neceſſe eſt idem eſſe: veluti cum ſit .a. Si idcirco neceſſe eſt eſſe .b. a. ſi non ſit: non neceſſe eſt eſſe .b. Idcirco quoniam non eſt .a. Ad huiuſmodi vero rei demonſtrationem impoſſibilitatis diſtinctio premittenda eſt: que eſt huiuſmodi. Impoſſibile eſt quo poſito aliquid falſum atque impoſſibile comitatur eo nomine quo impoſſibile primitus propoſitum fuit. Sit igitur poſitum cum ſit .a. eſſe .b. id eſt hanc inter .a. et .b. eſſe conſequentiam: vt ſi conceſſum fuerit eſſe .a. neceſſe ſit concedere eſſe .b. Itaque proponatur ſi .a. eſt .b. eſt. dico quia ſi .a. non fuerit: non neceſſe eſt eſſe .b. At primum que ſit propoſitionum conſequentia conſideremus Si enim fuerit tale coniunctum vt ſi ſit .a. etiam .b. eſſe neceſſe ſit. Si .b. non fuerit etiam .a. non eſſe neceſſe eſt. Ex tali demonſtratione cognoſcitur ſi ſit .a. neceſſe ſit eſſe .b. dico quia ſi .b. non ſit .a. non erit. Ponatur enim eſſe .b. et ſit ſi fieri poteſt .a. Sed dictum eſt ſi ſit .a. neceſſario concedit eſſe .b. Cum ſit igitur .b. non erit .b. Nam quia ponimus non eſſe .b. non erit .b. quia vero ponimus .a. erit .b. erit igitur .b. ac non erit quod fieri non poteſt. Impoſſibile eſt igitur non eſſe .b. et eſſe .a. Et demonſtratione quidem firma ſic vtimur Exemplo vero id clarius. Nam ſi eſt homo: eſt animal. Si non eſt animal: non eſt homo. Non vero ſi homo non fuerit animal non eſt. Multa enim ſunt animalia que homines non ſunt. Itaque in coniuncta propoſitionis coniunctione ſi eſt primum ſecundum eſſe neceſſe eſt. Si ſecundum non fuerit: non erit primum At vero ſi primum non fuerit: non neceſſe eſt vt non ſit ſecundum nec vero neceſſe eſt vt ſit. Id enim demonſtrandum eſt ducum nobis propoſitum fuit. Sit enim .a. idque cum ſit neceſſe ſit eſſe .b. dico quia ſi non fuerit .a. non neceſſe eſt eſſe .b. nec id dico quoniam ſi non fuerit .a. neceſſe eſt non eſſe .b. Sed tantum non neceſſe eſt eſſe .b. Nam quia paulo ante demonſtratum eſt ſi .b. non fuerit non eſſe .a. ſi eundem .b. terminum non eſſe contigerit non erit .a. Sed ſi cum non ſit .a. neceſſe eſt eſſe .b. idem .b. ex neceſſitate erit. ac non erit. Nam quia .b. terminum non eſſe contingit: non erit. Quia vero ſi .a. non fuerit .b. eſſe neceſſe eſt erit. Idem igitur .b. terminus erit ac non erit quod eſt impoſſibile. ¶ Ex his igitur demonſtratum eſt arbitror: in coniuncta hypothetica propoſitione ſi ſit primum conſequi vt ſit ſecundum: ſi non ſit ſecundum: conſequi vt non ſit primum. Si vero non ſit primum: non conſequi: vt ſit vel non ſit ſecundum. Nam et illud apparet ſi ſit ſecundum: non conſequi vt ſit vel non ſit primum. vt in ea propoſitione que eſt: ſi homo eſt: animal eſt: ſi animal ſit: non conſequitur vt ſit homo vel non ſit. quod ſi primum non ſit: non conſequitur vt neceſſario ſit vel non ſit ſecundum: velut in in eadem propoſitione. ſi homo non fuerit: non neceſſe eſt vt aut ſit animal: aut non ſit. Ex omnibus igitur ſole due conſequentie ſtabiles ſunt et immutabiliter conſtant ſi ſit primum: vt conſequitur vt ſit ſecundum. Si ſecundum non fuerit: neceſſario conſequitur: vt non ſit primum. His itaque determinatis illud adiungam quoniam cum omnis hypothetica propoſitio ſimplex non ſit: atque ex alijs propoſitionibus coniungatur: ſunt tamen hypothetice quedam que ſi reliquis conditionalibus comparentur ſimplices exiſtimentur. Omnis enim conditionalis propoſitio aut connexa eſt: aut diſiuncta. hec vero quoniam ex predicatiuis copulantur: in connexis propoſitionibus quattuor fieri neceſſe eſt huius copulationis modos. Namque hypothetica propoſitio aut ex duabus ſimplicibus coniuncta eſt: et vocatur ſimplex hypothetica: vt hec. Si .a. eſt .b. eſt veluti cum dicimus. ſi homo eſt: animal eſt. homo enim eſt et animal eſt due ſunt ſimplices propoſitiones. aut ex duabus hypotheticis copulatur: et dicitur compoſita veluti cum dicimus. Si cum .a. eſt .b. eſt cum ſit .c. eſt .d. veluti cum tali propoſitione enunciamus. ſi cum homo eſt animal eſt: cum ſit corpus erit ſubſtantia. Et enim ſi cum homo eſt: animal eſt: vna eſt hypothetica. Alia vero cum ſit corpus ſubſtantia eſt ex quibus coniungitur vna propoſitio que compoſita nuncupatur. Aut ex vna ſimplici: et ex vna hypothetica copulatur: velut hec. Si .a. eſt cum ſit .b. eſt .c. veluti cum dicimus. ſi homo eſt cum ſit animal eſt ſubſtantia. Namque homo eſt ſimplex propoſitio. cum ſit animal eſſe ſubſtantiam hypothetica ex ipſa conſequentia conditionis conditur. Aut ex priore hypothetica et ſimplici poſteriore comitatur vt cum dicimus. ſi cum ſit .a. eſt .b. erit et .c. veluti hoc modo. ſi cum ſit homo: animal eſt et corpus: hypothetica namque eſt ea que proponitur: ſi cum ſit homo animal eſt. Simplex poſterior que hanc hypotheticam propoſitionem ſequitur .i. corpus eſſe. he quoque quoniam non ex ſimplicibus copulate ſunt: compoſite dicuntur. Sed priores quidem que ex ſimplicibus propoſitionibus conſtant et ſimplices hypothetice nuncupantur: in duobus terminis conſtitute ſunt. Terminos autem minime partes propoſitionis ſimplices quibus iunguntur appello. Que vero compoſite hypothetice ſunt. ille quidem que ex duabus hypotheticis conſtant quattuor terminis copulate ſunt. Ille vero que ex hypothetica et ſimplici: vel ex ſimplici atque hypothetica coniuncte ſunt hec tribus terminis coniuncte ſunt. Harum igitur que ſunt hypothetice ſimplices vel compoſite: differentie ſimilitudineſque dicende ſunt. Nam que ex ſimplicibus copulantur: ſi ad eas que ex hypotheticis duabus iuncte ſunt comparentur. conſequentia quidem eadem eſt et propoſitio manet tantum termini duplicantur. Nam quem locum in his propoſitionibus hypotheticis que ex ſimplicibus conſtant ipſe ſimplices propoſitiones tenent eundem in his propoſitionibus que ſunt hypothetice ex hypo

eſt.d. vel ita.atqui cum ſit.c.non eſt.d.cum igitur ſit.a.ē
b. vel ita.atqui cum ſit.c.eſt.d.cum igitur ſit.a.non eſt.b.
¶ Ex ſexta ſi cum eſt.a.non eſt.b.cum ſit.c.non eſt.d. ſʒ
cum eſt.a.non eſt.b. Cum igitur ſit.c.non eſt.d. vel ita.
Atqui cum ſit.c.non eſt.d. cum igitur ſit.a.eſt.b.
¶ Ex ſeptima itaque fiunt quattuor ſyllogiſmi hoc modo
Si cum eſt.a.non eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d. Atqui cum
eſt.a.non eſt.b. Cum igitur non ſit.c.eſt.d. vel ita. Atq
cum ſit.a.eſt.b.cum igitur non ſit.c.non eſt.d. vel ita. At
qui cum non ſit.c.non eſt.d.cum igitur ſit.a.eſt.b. vel ita
Atqui cum ſit.c.eſt.d. Cum igitur.a.ſit:non eſt.b.
¶ Ex octaua propoſitione: ſi cum eſt.a.non eſt.b.cū non
ſit.c.non eſt.d.at cum eſt.a.non eſt.b.cum igitur non ſit
c.non eſt.d. vel ita.at cum non ſit.c.eſt.d. cum igitur ſit
a.eſt.b. Hactenus quidē de huiuſmodi propoſitionibus: que.a.
eſſe proponebant: atq; ita ceteros terminos affirmādo ne
gandoq; variabant oſtendimus qui fierent ſyllogiſmi.
Nunc ex his propoſitionibus qui nam ſyllogiſmi fiant
dicendum eſt: que ita ceteros terminos variant: vt.a.q
dem non eſſe proponant. ¶ Ex nona enim propoſitiōe
fit ſyllogiſmus ita. Si cum non eſt.a.eſt.b.cum ſit.c.eſt
d.atqui cum non ſit.a.eſt.b.cum igitur ſit.c. eſt.d. vel ita
at cum ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.non eſt.b.
¶ Item ex decima. Si cum non eſt.a.eſt.b.cū ſit.c.non
eſt.d.at cum non eſt.a.eſt.b.cum igitur ſit.c. non eſt.d.
vel ita.at cum eſt.c.eſt.d.cuʒ non ſit.a.igitur non eſt.b.
¶ Ex vndecima: ſi cum non eſt.a.eſt.b.cum non ſit.c.eſt
d.at cum non ſit.a.eſt.b.cuʒ igitur non ſit.c.eſt.d. vel ita
at cum non ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.non ē.b.
¶ Ex duodecima: ſi cum non ſit.a.ſit.b. cum non ſit.c.
non eſt.d.at cum non ſit.a eſt.b cum igitur non ſit.c. nō
eſt.d.vel ita.at cum nō ſit.c.eſt.d. cū igit nō ſit.a.n̄.ē.b.
¶ Ex tertiadecima que quattuor colligit ſyllogiſmos.
hoc modo. Si cum non eſt.a.non eſt.b. cum ſit.c.eſt.d.
at cum non eſt.a.non eſt b. Cum igitur ſit.c.eſt.d. vel ita
at cum non ſit.a.eſt.b.cum igitur ſit.c.non eſt.d. vel ita.
at cum ſit.c.eſt.d.cum igitur non ſit.a.non eſt.b. vel ita.
at cum ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.eſt.b.
¶ Item ex quartadecima: ſi non eſt.a.non eſt.b.cum ſit.a
non eſt.d. At cum non eſt.a.non eſt.b. Cuʒ igitur ſit.c.
non eſt.d. vel ita. At cum ſit.c.eſt.d.cū igitur n̄ ſit.a.ē.b.
¶ Quintadecima rurſus quattuor colligit ſyllogiſmos.
hoc modo. Si cum non eſt.a.non eſt.b.cum non ſit.c.eſt
d.at cum non eſt.a.non eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d. vel ita.
at qui cum non ſit.a.eſt.b.cum igitur non ſit.a.eſt.d. vel
ita. Cum non ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.eſt.b.
vel ita.at cum non ſit.a.eſt.d.cuʒ igitur non ſit.a.n̄ ē.b.
¶ Ex ſextadecima propoſitione: Si cum non ſit.a.non
eſt.b.cum non ſit.c.non eſt.d.at qui cum non ſit.a.non
eſt.b. Cum igitur non ſit.c.non eſt.d. vel ita. atqui cum
non ſit.c.eſt.d. Cum igitur non ſit.a.eſt.b. Ex quib⁹ oi-
bus quadraginta concluſiones fiunt. Sedecim quidem
aſſumpta. Prima conditione ita vt in prima propoſi-
tione eſt poſita. Sedecim vero aſſumpta ſecūda conditiōe
contrario modo atq; in propoſitiōe eſt collecta. Octo vo
ex quinta ſeptima: tertiadecima & quintadecima propoſitio
nibus fiunt aſſumptis primis quidem conditionib⁹ cō-
trario modo atq; in ꝑpoſitione proferebant. ſecundis vo
conditionibus eodē modo aſſumptis vt in propoſitione
fuerant collocate. vt igitur omnium propoſitionum cō
cluſionumq; ratio clareſcat: omnes huiuſmodi enuncia-
tiones cum proprijs propoſuimus exemplis.
Si cum ſit.a.homo eſt.b.medicus cum ſit.c.animatus
eſt.d.artifex.
Si cum ſit.a.hō eſt.b.niger.cum ſit.c.aīatus n̄ ē.d. alb⁹
Si cum ſit.a.animatum eſt.b.medicus cum non ſit.c.in
animatum eſt.d.artifex.
Si cum ſit.a.homo eſt.b.nigrum: cum non ſit.c.inani-
matus non eſt.d.album.
Si cum ſit.a.hō non eſt.b.eger cū ſit.c.aīatus eſt.d.ſan⁹
Si cum ſit.a.homo non eſt.b.artifex. Cum ſit.c.anima-
tus:non eſt.d.medicus.
Si cum ſit.a.animal non eſt.b.ſanus:cum non ſit.c.in-
animatus eſt.d.eger.
Si cum ſit.a.animatus non eſt.b.artifex cum non ſit.c.
inanimatus non eſt.d.medicus.
Si cum non ſit.a.inanimatum:eſt.b.medicus cuʒ ſit.c.
animatum eſt.d.artifex.
Si cum non ſit.a.inanimatum eſt.b.nigrum cum ſit.c.
inanimatum non eſt.d.album.
Si cum non ſit.a.inanimatus eſt.b.medicus cum non
ſit c.inuitale eſt.d.artifex.
Si cum non ſit.a.inanimatum eſt.b.album cum non ſit
c.inuitale non eſt.d.nigrum.
Si cum non ſit.a.irrationale non eſt.b.eger:cum ſit.c.ra
tionale eſt.d.ſanum.
Si cum non ſit.a.inanimatum non eſt.b.artifex cum ſit
c.animatum non eſt.d.medicus.
Si cum non eſt.a.irrationale non eſt.b.ſanum:cum nō
ſit.c.inanimatum eſt.d.egrum.
Si cum non ſit.a.inanimatum non eſt.b.artifex & cum
non ſit.c.inuitale:non eſt.d.medicus.
¶ Ac de his quidē q ꝑ cōnexionē fiunt hec dicā ſūt. Hi vo
qui in diſiunctione ſunt poſiti: illis videntur adiuncti:
eorūq; modos: formaſq; ſuſcipiunt quos ſuperius in cō
nexione poſitos ex his propoſitionibus fieri diximus:
que duabus ſimplicibus iungerentur. Si igitur in diſ-
iunctione propoſitarum propoſitionum ad cauſarū ſimi
litudinē demonſtrauero: que in connexione poſite ex ſim
plicibus copulate ſunt: quot modi: qualeſq; cōcluſiones
ſunt in vnaquaq; illarum: que per cōnexionem fiunt ꝓ
poſitionum: tot etiam in his eſſe neceſſe eſt: que per diſiū
ctionem pronunciate tandem vim connexis habere mon
ſtrantur. Quattuor igit ſuperius differentias per conne
xionem enunciatarum propoſitionum eſſe diximus: ſi ex
ſimplicibus propoſitionibus copularentur hoc modo.
Si eſt.a.eſt.b. Si non eſt.a.non eſt.b. Si ē.a.nō ē.b.
Si non ē.a.ē.b. Per diſiunctionem quoq; propoſitiōes
quattuor tenent differentias hoc modo. Aut ē.a. aut.eſt
b.aut non ē.a.aut non ē.b.aut eſt.a.aut nō ē.b.aut non
eſt.a.aut ē.b. Quarum quidem ea que prima ē ꝓponit
aut ē.a.aut ē.b. In his tm̄ dici pōt: in quibus alterum
eorum eſſe neceſſe ē velut in contrarijs medietate carenti
bus ſimiliſq; ei ē propoſitioni: que dicit. Si non ē.a.eſt
b. Que enim proponit aut ē.a.aut.ē.b.id intelligit neq;
ſimul vtraq; eſſe poſſe: & ſi alterum non fuerit: cōſequi vt
ſit alterum. Itaq; ſi non ſit.a.erit.b. Sed hoc vna ē earū
propoſitionum: que in his que per cōnexionē fiunt ſupe
rius numerauimus. Quecūq; igitur ſyllogiſmi in ea pro
poſitione fiunt: que ē ſi non ē.a.eſt.b. Hi etiam in ea faci
endi ſunt: que per diſiunctionē proponitur: vt cū dicim⁹
aut eſt.a.aut ē.b. fiunt autem in ſuperiore quattuor mo
dis. Quālibet enim partem propoſitionis aſſumpſeris:
ſiue precedentem: ſiue etiam conſequentem: ſiue negatiuo
modo: ſiue affirmatiuo faciet ſyllogiſmum. Nam ſi hec ꝓ
poſitio ſit ſi non eſt.a.eſt.b.ſiue non ſit.a.erit.b. ſiue ſit.a.
non erit.b.ſiue non ſit.b.erit.a.ſiue ſit.b.non erit.a. In ꝓ
poſitione quidem diſiunctiua idem ē. Nam cum dicit aut
eſt.a.aut ē.b.ſiquidem.a.fuerit.b.nō erit q ſi.a. nō fue
rit.b.erit: & ſi.b.non ſit erit.a.ſi.b. fuerit non erit.a. Id



quoq; tali declaratur exemplo. Nam ſi ſit propoſitio: aut
eger eſt aut ſanus: quicquid horum in aſſumptione aſſum
ptum fuerit vel negatū: alteri pars vel affirmabitur vel
negabitur hoc modo. Nam ſi ſanus ē non ē eger. ſi non ē
ſan⁹: eſt eger. ſi eger eſt non ē ſanus. ſi non ē eger ē ſanus
Itē ea diſiunctiua que ꝓponebat aut.a.nō ē aut.b.nō ē
ſit quidem de his: que quolibet modo ſimul eſſe non pñt
& ſi non alterum eorum eſſe neceſſe ſit: ſimiliſq; ē ei propo
ſitioni connexe ꝑ quā ita ꝓponitur: ſi ē.a.non ē.b. Que
enim ſic enunciat: aut non eſt.a.aut non eſt.b. id nimi-
rum ſentit q ſi.a.ſit.b.eſſe non poſſit. id ita probatur.
Cum enim proponitur hoc modo: aut non eſt.a.aut non
eſt.b.ſi aſſumatur eſſe.a.non erit.b. Quocirca ei ꝓpoſi-
tioni cōnexe ſimilis eſt que ita enunciat ſi ſit.a.non eſt.b.
In hac vo propoſitiōe due tm̄ complexiones ſyllogiſmos
creabant. Nam ſi eſſet.a.non erat.b. & ſi eſſet.b.nō erit.a
Si cum non eſſet.a.non neceſſe erat eſſe vel non eſſe.b.
Siue autem non eſſet.b.non neceſſe erat eſſe vel non eē
a. Quocirca & in diſiunctiua ꝓpoſitione totidem ſyllogiſ
mos eſſe neceſſe eſt: totidem vo incollectibiles complexio
nes. Nam cum ita ꝓponitur: aut non eſt.a.aut non ē.b.
ita dicitur ſi ſit.a.non erit.b.ſi ſit.b.non erit.a. Siue aūt
non ſit.a.non neceſſe erit eſſe vel non eſſe.b.ſiue nō ſit.b.
non neceſſe erit vel eſſe vel non eſſe.a. velut in his appa
ret exemplis. Si enim quis dicat: aut nō eſt album: aut
non eſt nigrum: ſed aſſumat. At qui eſt album nō erit ni-
grum: vel rurſus atqui eſt nigrum: non erit albū. Siue
autem album non eſſe aſſumpſerit: non neceſſe erit eſſe vel
non eſſe nigrum ſiue nigrum non eſſe aſſumpſerit vt ſit
vel non ſit album: nullam faciet neceſſitatem. ¶ Iteʒ ea
propoſitio per quā ita proponitur: aut eſt.a. aut non eſt
b.dicitur quidem deſinet adherentibus proponiturq; in
his propoſitionibus que a maioribus ad minora redūt
ſimiliſq; eſt ei propoſitioni cōnexe: que dicit. Si nō eſt.a.
non eſt.b. Nam quādiu dicit: aut eſt a.aut non eſt.b.non
aſſumat atqui non eſt.a.modis omnibus non erit.b. Si
igitur non ſit.a.non erit.b. Id enim hec diſiunctio premit
tebat. in hac vo ſiquidē.a.negaretur vel affirmaretur: h
fiebat aliquis ſyllogiſmus. Siue autem.a.affirmaretur
ſiue.b.negaretur: nulla erat in concluſione neceſſitas. idē
prouenit in diſiunctis. Nam cum ꝓponitur: aut eſt.a.
aut non eſt.b.ſiquidem non ſit.a.nō erit.b. Si vo ſit.b.
erit.a.q ſi ſit.a.vel non ſit.b.nihil eſt neceſſarium. id vo
in his terminis approbatur: ſi quis ita ꝓponat: aut aīal
eſt aut non homo. ſi non ſit animal non erit homo. ſi hō ſit
animal eſt: ſiue autem animal ſit non neceſſe eſt eſſe hoīeʒ
ſiue homo non ſit non neceſſe eſt animal interire. Ea vo ꝓ
poſitio que dicit: aut non eſt.a.aut eſt.b.in his que ſibi
adherent propē ſi poteſtas a minoribus ad maiora contē
dit & eſt ſimilis ei propoſitioni cōnexe que dicit. Si eſt.a.
eſt.b. Nam cum ita quis enunciet ſiquidem aſſumatur
eſſe.a.ſtatim conſequitur vt ſit.b. Sed in hac propoſitiōe
ſiquidem affirmetur eſſe.a.conſequitur vt eſſet.b. Nō ſi
negaretur.b.ſequebatur vt non eſſet.a. Siue autem ne-
garetur.a.ſiue affirmaretur.b.nihil neceſſarium videbit
accidere. Et in ea igitur ꝓpoſitione diſiuncta que dicit:
aut non eſt.a.aut eſt.b.ſiquidem fuerit.a.erit.b.ſi nō fue
rit.b.non erit.a. Siue autem non ſit.a. ſiue ſit.b.nulla
eſt neceſſitas ſyllogiſmi. vt in hoc declaratur exemplo: aut
non eſt homo: aut animal eſt. Si igitur aſſumamus atq
eſt homo erit animal. Si negemus eſſe animal: non erit
homo. ſi autem hominem negemus: vel animal affirme
mus: nihil neceſſarium euenit. Quocirca ex his que ſupe
rius dicta ſunt declaratur: quot diſiunctarum propoſitio
num ſyllogiſmi ſunt: vel quibus ab his que cōnexe ſunt
differentijs ſegregentur. Que enim cōnexe ſunt quidam
in eo q eſt eſſe vel non eſſe conſequentiam mōſtrant. que
vo per diſiunctionem proponuntur: ita ſunt vt ſibimet
conſentire non poſſint. Inuenias quoq; per cōnexioneʒ
propoſitiones: que id intelligi volunt: vt a ſe nequeāt ſe
parari vt cum ita proponimus. ſi eſt.a.eſt.b. Id nimirū
hec propoſitio intelligit q ſi eſſe poterit.a. ſtatim cōſequat
vt ſit etiam.b. Nulla vero earum que in diſiunctiōe ſunt
ita ꝓponitur: vt ſimul eſſe videantur. Cum enim dicim⁹
aut eſt.a.aut.b.eſt aut eaſdeʒ propoſitiones quolibʒ mō
alio variamus: id aūt coniunctio que diſiunctiua ponit:
ſentit ſimul eas non poſſe. Et cum late earum pateat dif-
ferentia: idcirco nunc de eiſdem pauca ſubiunximus: q tn̄
totidem ſyllogiſmos fieri dicebamus. in his ꝓpoſitioni
bus que per diſiunctionem fierent: quot etiam fierent in
connexis. Et quā de omnibus quoquo modo poſſint fie
ri hypotheticis ſyllogiſmis ſufficienter dictum eſt. Hic
operis longitudinem terminemus. Explicit.

¶ Incipit liber Boetij ad Simachum quo mō trinitas
eſt vnus deus & non tres dij.

Prologus

Inueſtigatam diutiſſime qōnem quātū nr̄e
mentis igniculum lux diuina dignata eſt
formatā rationibus litteriſq; mandatam of
ferendam vobis cōicandamq; curaui: tam
veſtri cupidus iudicij: q̄ noſtri ſtudioſus
inuenti. Qua in re quid mihi ſit animi quo
tiens ſtilo excogitata cōmendo: tum ex ipſa materie diffi-
cultate: tum ex eo qđ raris.i. vobis tm̄ qđ loquor intelli-
gi poteſt. Neq; enim fame iactatione & manib⁹ vulgi cla
morib⁹ excitamur. Sʒ ſi quis eſt fructus exterior: hic nō
aliam pōt niſi materies ſimilem ſperare ſententiaʒ. Quo
cūq; igit a vobis deieci oculos. Partim ignaua ſegnities:
partim callidus liuor occurrit: vt contumeliam videar di
uinis tractatibus irrogare: qui talibus hominum mon-
ſtris non agnoſcenda hic potius q̄ proculcāda ꝓiecerim
Idcirco ſtilū breuitate cōtraho & ex intimis ſumpta phie
diſciplinis: nouorum verborum ſignificationib⁹ volo. Ut hec
mihi tm̄ nobiſq; ſi quādo ab ea conuertitis oculos collo
quātur: Ceteros vero ita ſubmouimus: vt qui capere in
tellectu nequiuerint ad ea etiam legenda videant indigni
Sed nec tm̄ a nobis queri oportet: quāto humane rōis
intuitus ad diuinitatis valet celſa conſcendere. Nam ce
teris quoq; artibus idem quaſi quidam finis eſt conſti-
tutus: quouſq; poteſt via rōnis accedere. Neq; enim me
dicina ſemper egris affert ſalutem: ſed nulla erit culpa me
dentis: ſi nihil eorum que fieri oportebat omiſerit. Idemq;
fit in ceteris. At quātum hec difficilior queſtio eſt: tā fa-
cilior debet eſſe ad veniam. Uobis tm̄ etiam illud inſpici
endum eſt: an ex beati auguſtini ſcriptis ſemina rationuʒ ali-
quos in nos venientia fructus intulerit. Hac de propo-
ſita queſtione hinc ſumamus initium.
Explicit prologus. Incipit liber primus de trinitate.

Christiane religionis reuerētiam plures vſurpāt:
ſed ea fides pollet maxime ac ſolitarie & que tū pp
vniuerſalium precepta regularum quibus eiuſdeʒ
religionis intelligat auctoritas. Tū ꝓpterea q eius cul-
tus per omnes pene mundi terminos emanauit catholi-
ci vel vniuerſalis vocat. Cuius h de trinitatis vnitate
ſententiā pater inquiunt deus filius deus ſpūs ſanctus
deus. Igitur pater filius ſpiritusſanctus vnus deus: nō
tres dij Cuius coniunctōis ratio eſt in differētia: eos.n.
differentia comitat: qui vel augent vel minuūt: vt arria-
ni. Qui gradibus meritorum trinitate variantes diſtrahūt
atq; in pluralitatem deducunt. Principium.n. plurali
tatis alteritas eſt: preter alteritatem enim nec pluralitas
quid ſit intelligi poteſt. Trium namq; rerū in quolibet tū
genere tum ſpecie: tum numero diuerſitas conſtat. Quo-
tiens idem dicitur totiens diuerſum etiam predicat. Idē
vo dicitur tribus modis. Aut genere vt idem hō q equ⁹
quia idem genus vt animal: vel ſpecie vt idem Cato qđ
Cicero quia eadē ſpecies vt homo vel numero vt Tuli⁹
& Cicero quia vnum eſt numero. Quare diuerſum etiaʒ
vel genere vel ſpecie vel numero dicit: ſed numero diffe-

rentiam accidentiū varietas facit. nam tres homines neqꝫ genere neqꝫ ſpecie: ſed ſuis accidentibus diſtant. Nã vel ſi animo cuncta ab his accidentia ſeparemus: tum locus cunctis diuerſus eſt: quē vnum fingere nullo modo poſſumus. Duo enim corpora vnum locum non optinebūt: qui eſt accidēs atqꝫ ideo ſunt numero plures: quia accidētibus plures fiunt.

Capl'm ſcd'm

a

Ge igitur ingrediamur ꝛ vnumqđqꝫ vt intelligi atqꝫ capi pōt diſcutiam⁹. Nã ſicut optime dicū videt̃ eruditi eſt hominis vnūqđqꝫ vt ipſuꝫ eſt: ita de eo fidem capere ꝛ temptare. Nam cum tres ſint ſpeculatiue partes naturalis in motu inabſtracta ibidem . Conſiderat enim corporū formas cum mã que corporibus actu ſeparari non poſſunt. Que corpora in motu ſunt vt cū terra deorſum ignis ſurſum fert̃: hēt qꝫ motum forma materie ꝯiuncta. Mathematica ſine motu in abſtracta. Hec enim formas corporū ſpeculat̃ ſine mã: ac per hoc ſine motu. Que forme cum in mã ſint ab his ſeparari non poſſunt. Theologia ſine motu abſtracta atqꝫ ſeparabilis. Nam dei ſubſtantia ꝛ materia ꝛ motu caret. In naturalib⁹ igitur rõnaliter: in mathematicis diſciplinaliter: in diuinis intellectualiter verſari oportebit. Neqꝫ deduci ad imagines: ſed potius ipſam inſpicere formam que vere forma: neqꝫ imago eſt: ꝛ que eſſe ipſuꝫ ē: ꝛ ex qua eſſe eſt.

Capl'm tertiū

o

Mne nãqꝫ eſſe ex forma eſt. Statua enim non ſcd'm es qđ eſt materia: ſed ſcd'm formã que in eo inſignita eſt effigies aĩalis dicit: ipſumqꝫ es non ſcd'm terram ꝙ eius materia: ſꝫ dicitur ſcd'm eris figurã. Terra quoqꝫ ipſa non ſcd'm dicit̃: ſꝫ ſcd'm ſiccitatē grauitatemqꝫ que ſunt forme. Nihil igit̃ ſcd'm materiam eſſe dicit̃: ſed ſcd'm ꝓpriaꝫ formã. Sed diuina ſubſtantia ſine materia forme eſt: atqꝫ ideo vnum: ꝛ eſt id qđ eſt. reliqua enim non ſunt id qđ ſunt. Unūqđqꝫ eniꝫ habet eſſe ſuum ex his ex quibus eſt idest ex ptibus ſuis ꝛ eſt hoc atqꝫ h̄.i. partes ſue ꝯiuncte: ſed non h̄ vel h̄ ſingulariter: vt cum homo terrenus conſtet ex aĩa ꝛ corpore corpus ꝛ aĩa eſt: non vel corpus vel aĩa. Igitur in pte nō eſt id qđ eſt: qđ vō non eſt ex h̄ atqꝫ hoc: ſꝫ tm̄ eſt hoc. Illđ vō eſt id qđ ꝛ eſt pulcherrimū fortiſſimūqꝫ: qꝛ nullo nitit̃. Quocirca hoc vere vnum i quo nullus numerus: nullū in eo aliud preterqꝫ id qđ eſt: neqꝫ enim ſubiectum fieri pōt forma enim eſt: forme vō ſubiecte eſſe nō pñt. Nam ꝙ cetere forme ſubiecte accidentibus ſint vt humanitas: non ita accidētia ſuſcipit in eo qđ ipſa eſt: ſed eo qđ mã ei ſubiecta eſt. Dum enim mã ſubiecta humanitati ſuſcipit qđlibet accidēs: ipſa hoc ſuſcipere videt̃ humanitas. forma vō qui eſt ſine mã non poterit eſſe ſubiectum: nec vō ineſſe materie. Neqꝫ enim eſſet forma: ſed imago. Ex his enim formis que preter mãm ſunt iſte forme venerunt: que ſunt in materia ꝛ corpus efficiunt. Nã ceteras que in corporibus ſunt abutimur formas vocantes: dū imagines ſint. Aſſimilantur enim formis his que non ſunt in materia ꝯſtitute.

Capl'm quartū.

n

Ulla igitur in eo diuerſitas: nulla ex diuerſitate pluralitas: nulla ex accidentib⁹ multitudo: atqꝫ idcirco nec numer⁹. De⁹ vō a deo nullo differt nec vel accidentibus vel ſubſtantialibus differentijs in ſubiecto poſitis diſtat: vbi vō nulla eſt differentia nulla eſt oīno pluralitas. Quare nec numerus. Igitur vnitas tm̄. Nam cū tertio repetitur deus: cum pater ꝛ filius et ſpirituſſanctus nuncupat̃ tres vnitates non faciūt pluralitatem numeri in eo qđ ipſe ſunt. Si aduertamus ad res numerabiles: ac non ad ipſum numerum. Illic eniꝫ vnitatum repetitio numerum facit. Tres enim vnitates ternarium faciunt: qꝛ ipſe numerus ex vnitatibus collectus eſt. In eo aūt numero qui in rebus naturalib⁹ ꝯſiſtat: repetitio vnitatum atqꝫ pluralitas minime facit numerabilium rerū numeroſam diuerſitatem. Numer⁹ eni duplex eſt. Unus quidem quo numeramus: alter vō qui in rebus numerabilibus ꝯſtat. Etenim vnū res eſt: vnitas qua vnum dicimus. Duo rurſus in rebus ſunt: vt hoīes vel lapides dualis mihi: ſed tm̄ dualitas: qua duo hoīes vel lapides fiunt duo: ꝛ in ceteris eodē mō. Ergo in numero quo numeramus repetitio vnitatum facit pluralitatem: in rerū vō numero non facit pluralitatem vnitatum repetitio: vel vt ſi de eodem dicam: Gladius vn⁹ Mucro vnus: Enſis vnus: pōt eni vnus tot vocabulis gladius agnoſci. Hec enim vnitatum repetitio: iteratio potius eſt qꝫ numeratio. velut ſi ita dicamus: enſis: mucro: gladius: repetitio quedam eſt eiuſdem non numeratio diuerſorū. Uelut ſi dicam ſol: ſol: ſol: non tres ſoles effecerim. Sed vno totiens p̄dicauerim. Non igitur ſi de patre ꝛ filio ꝛ ſpirituſancto tertio p̄dicat̃ deus idcirco trina numeratio numerū facit. hoc enim illis vt dictum ē iminet: qui inter eos diſtantiam faciūt meritorū. Catholicis vero nihil in differentia conſtituentib⁹: ipſamqꝫ formam vt eſt eſſe ponentibus: neqꝫ aliud eſſe quã eſt ipſuꝫ ꝙ eſt opinantibus. Repetitio recte de eodem: qꝫ enumeratio diuerſa videtur cum dicitur deus pater: deus filius deus ſpirituſſanctus. Atqꝫ hec trinitas eſt vnus deus: velut enſis atqꝫ mucro vn⁹ gladius. velut ſol ſol ſol vn⁹ ſol. Sed hic interim ad eam dictum ſit ſignificationē mōſtrationemqꝫ qua oſtenditur non omnem vnitatum repetitionem: numerum pluralitatemqꝫ perficere. Non vero ita dicitur pater ꝛ filius ꝛ ſpirituſſanctus quaſi multiuocum quiddam. Nã mucro ꝛ enſis ꝛ ipſe eſt ꝛ idē. Pater vero ac filius ꝛ ſpirituſſanctus idem equidem eſt non vō ipſe in qua re pauliſper conſiderandum eſt: requirentib⁹ enim ipſe eſt pater qui filius minime inquiūt. Rurſus idem alter qui alter: negatur: non eſt igitur inter eos in re omni in differentia. Qua ſubintrat quē numerus ex ſubiectorum diuerſitate confici ſuperius explanatum ē. De qua re breuiter conſiderabimus ſi prius illud quēadmodum de deo vnūquodqꝫ p̄dicatur premiſerimus.

Capitulum qntum.

o

Ecem omnino p̄dicamenta traduntur: que de rebus omnibus vniuerſaliter p̄dicãtur.i. ſubſtãtia qualitas: qñtitas: ad aliquid: vbi quãdo habere: ſitum: facere: pati. Hec igit̃ talia ſunt qualia ſubiecta permiſerint.

Capl'm ſextum.

n

Am pars eorū in reliquarū rerū p̄dicatione ſubſtantia eſt: pars in accidentium numero eſt. Ad hec cum quis in diuinam verterit p̄dicationeꝫ cuncta mutantur que p̄dicari poſſunt aliquid vō diuino non poteſt p̄dicari. Nam ſubſtãtia in illo non eſt vere ſubſtantia: ſed vltra ſubſtantiam. Item qualitas ꝛ cetera que euenire queunt quorum vt amplior fiat intellectus. Exempla ſubdenda ſunt. Nam cum dicimus deus: ſubſtantiam quidē ſignificare videmur: ſed eam q̄ ſit: vltra ſubſtantiam.

Capitulum ſeptimū.

e

Um vero iuſtus qualitatem quidem: ſed non accidentem: ſed eam que ſit ſubſtantia. Sed vltra ſubſtantiam. Neqꝫ enim aliud eſt ꝙ eſt aliud eſt ꝙ iuſtus eſt: ſed idem eſt eſſe deo ꝙ iuſtus. Iteꝫ cū dicit̃ magnus vel maximus quãtitatem quidē ſignificare videmur: ſed eam que ſit ipſa ſubſtantia talis qualem eſſe diximus vltra ſubſtantiam. Idē eſt enim eſſe deo ꝙ magnus de forma enim eius ſuperius demonſtratuꝫ ē: quia his ſit forma ꝛ vnum vere: nec vlla pluralitas. Sed hec p̄dicamenta talia ſunt: vt in quo ſint ipſum eſſe faciant ꝙ dicitur diuiſe quidem in ceteris: in deo coniuncte atqꝫ copulate hoc modo. Nam cuꝫ dicimus ſubſtantia vt homo vel deus ita dicitur quaſi illud de quo p̄dicatur ipſum ſit ſubſtantia: vt ſubſtantia homo vel deus. Sed diſtat.



Quia homo non integre ipſum homo eſt: ac per hoc nec ſubſtantia. Qđ enim eſt alijs debet: que non ſunt homo. Deus vō hoc ipſum quod eſt deus eſt. Nec enim aliud eſt niſi qđ eſt: ac per hoc ipſum deus eſt.

Capitulum octauum.

r

Urſus iuſtus qđ eſt qualitas: ita dicit̃ quaſi ipſe hoc ſit de quo p̄dicatur idest ſi dicamus homo iuſtus: vel deus iuſtus ipſum hominē vel deū iuſtum eſſe proponimus: ſed differunt ꝙ homo alter alter eſt iuſtus: deus vō eſt idem ipſum eſt qđ iuſtuꝫ. Magn⁹ etiam homo vel deus dicitur atqꝫ ita qua ipſe ſit homo magnus: vel deus magn⁹. Sed homo tm̄ magnus: de⁹ vero ipſum magnus exiſtit: reliqua vō neqꝫ de deo neqꝫ de ceteris p̄dicantur.

Capitulum nonum.

n

Am vbi vel de deo vel de homine p̄dicatur dē De homine vt i foro: de deo vt vbiqꝫ. Sed ita vt non quaſi ipſa ſit res id quod p̄dicatur de qua dicitur. Non enim ita homo dicitur eſſe in foro: quēadmoduꝫ eſſe albus vel longus: nec quaſi circūfuſus: ꝛ determinatus proprietate aliqua qua deſignari ſe poſſit: ſꝫ tm̄ qđ ſit illud alijs informatum rebus per hanc p̄dicationem oſtenditur de deo vero non ita. Nam qđ vbiqꝫ eſt ita dici videtur non ꝙ in omni ſit loco. Omnino eniꝫ in loco eſſe non poteſt: ſed quod ei omnis locus adeſt ad eum capiendum: cum ipſe non ſuſcipiatur in loco. Atqꝫ ideo nuſqꝫ in loco eſſe dicit̃: quia vbiqꝫ eſt: ſed non in loco Quando vō eodem p̄dicatur modo vt de homine heri venit: de deo vero ſemper eſt hoc quoqꝫ non quaſi eſſe aliquid dicitur illud ipſum: de quo heſternus dicit̃ aduētus: ſed quod ei ſꝫm tempus acceſſit p̄dicatur. Qđ vero de deo dicitur ſemper eſt: vnum quidem ſignificat quaſi omni preterito fuerit: omni quoquomodo ſit p̄ſenti: omni futuro erit quod de celo ꝛ de ceteris imortalibus corporibus ſꝫm phos dici poteſt. At de deo non ita. Semper enim eſt quia ſemper p̄ſentis eſt in eo tempus. Tãtūqꝫ inter noſtrarum rerum p̄ſens quod eſt nunc intereſt ac diuinarum ꝙ noſtrum nunc quaſi currens tempus facit ſempiternitatem. Diuinum vero nunc permanens neqꝫ mouens ſeſe atqꝫ conſiſtens: ꝛ eternitatem facit. Cui nomini ſi adijcias ſemper facies eius ꝙ eſt nunc iugem indefeſſumqꝫ ac per hoc perpetuum facies curſum quod ē ſempiternitas.

Capl'm decimū.

r

Urſus habere vel facere eodem modo. Dicimus enim currit veſtitus de homine de deo cuncta poſſidens regit. Rurſus nihil de eo ꝙ eſt eē de vtriſqꝫ dictum eſt. Sed hec omnis p̄dicatio exterioribus dat̃ omniaqꝫ hec quodãmodo referantur ad aliud. Cuius p̄dicationis differentiam ſic facilius inter nos ſcim⁹. Qui homo eſt vel deus refertur ad ſubſtantiaꝫ qua eſt aliquid idest homo vel deus. Qui iuſtus eſt refertur ad qualitatē qua.ſ.eſt aliquid.i.iuſtus. Qui magnus ad quantitatē qua eſt aliquid.i.magnus. Nam in ceteris p̄dicationibus nihil tale eſt. Qui enim dicit eſſe aliquem in foro vel vbiqꝫ refert quidem ad p̄dicamentum quod eſt vbi: ſꝫ non in quo aliquid eſt velut iuſtitia iuſtus. Item cū dico currit vel regit vel nunc eſt vel ſemper eſt refertur quidem vel ad facere vel ad tempus. Si tamen interim diuinum illud ſemper tempus dici poteſt. Sed non i quo aliquo aliquid eſt velut magnitudine magnum. Nam ſitum paſſionemqꝫ requiri non oportet in deo. Neqꝫ.n. ſūt. iam ne patet que ſit differētia p̄dicationū ꝛ patet ꝙ alie quidem quaſi rem monſtrent. Alie vero quaſi circūſtantias rei. Quodqꝫ illa que ita p̄dicant̃ vt eſſe aliqd rem oſtendant. Illa vero vt non eſſe: ſed potius extrinſec⁹ aliquid quodammodo affigant. Illa igitur que aliquid eſſe deſignant ſꝫm rem p̄dicationes vocentur: que cum de rebus ſubiectis dicuntur vocantur accidentia ſꝫm rem. Cū vero de deo qui ſubiectus non eſt ſꝫm ſubſtantiam rei p̄dicatio nuncupatur.

Capl'm vndecimū.

s

Ge nunc de relatiuis ſpeculemur pro quib⁹ eſſe quod dictum eſt ſumpſimus ad diſputationem. Maxime enim hic non videntur ſꝫm ſe facē p̄dicationem: que perſpicue ex alieno aduentu conſtare perſpiciuntur. Age eni quia dominus ꝛ ſeruus relatiua ſūt videamus vtrum ne ita ſit vt ſꝫm ſe ſit p̄dicatio an minime. Atqꝫ ſi auferas ſeruum abſtuleris quoqꝫ dominū. At non etiam ſi auferas albedinē abſtuleris quoqꝫ albuꝫ Sed intereſt ꝙ albedo accidit albo: qua ſublata perit nimirum album. At in domino ſi ſeruum auferas perit vocabulum quo dominus vocabatur. Sed non accidit ſeruus domino vt albedo albo: ſed poteſtas quedam q̄ ſeruus coercetur. Que quoniam ſublato deperit ſeruo. conſtat non eam per ſe domino accidere: ſed per ſeruorum quodammodo extrinſecum acceſſum. Non igitur dici poteſt per p̄dicationem relatiuam quicqꝫ rei de qua dicitur ſꝫ ſe addere vel minuere vel mutare: que tota non in eo qđ ē eſſe conſiſtit. Sed in eo ꝙ eſt in comparatione aliquo mō ſe habere. Nec ſemper ad aliud: ſed aliquotiens ad idem. Age enim ſtet quiſqꝫ: igitur ſi accedã dexter ero ei ſiniſter Ille ad me comparatus erit dexter non ꝙ ita ſit per ſe dexter velut longus aut albus. Sed quod ego dexter acceſſerim. Rurſus ego ſiniſter accedo. Item erit ille dexter: non ꝙ ille ſit per ſe dexter velut albus ac longus: ſed ꝙ me accidente ſit dexter: atqꝫ id ꝙ eſt a me ꝛ ex me eſt: minime vero ex ſe. Quare ſꝫm rei alicuius que in eo quod ipſa eſt proprietatem non faciunt p̄dicationem nihil alternare vel mutare queunt: nullamqꝫ omnino eſſentiam variare Quocirca ſi pater ac filius ad aliquid dicuntur: nihilqꝫ aliud vt dictum eſt differt niſi ſola relatione. Relatio vō non p̄dicatur ad id de quo p̄dicatur quaſi ipſa ſit ꝛ ſꝫ rem de qua dicitur non facit alteritatem rei de qua dicitur. Sed ſi dici poteſt quo quidem modo id quod vix intelligi potuit interpretatum eſt perſonarum.

Capitulum duodecimum.

o

Mnino enim magna regule eſt veritas in reb⁹ incorporalibus diſtantias effici differentijs nō locis. Neqꝫ acceſſiſſe dici poteſt aliquid deo vt pater fieret: non enim cepit eſſe vnqꝫ pater eo ꝙ ſubſtantialis quidem ei eſt productio filij. Relatiua vero p̄dicatio patris ac ſi meminim⁹ omnium in prioribus de deo ſententiarum. Ita cogitemus proceſſiſſe quidem ex deo patrē filium dictum ꝛ ex vtriſqꝫ ſpiritumſanctuꝫ: hos quoniã incorporales ſint: minime locis diſtare. Quoniam vero pater deus ꝛ filius deus ꝛ ſpirituſſanctus deus: Deus vero quoniam nullas habet differentias quibus differat a deo a nullo eorum differt. Differentie vero vbi abſunt: abeſt pluralitas: vbi abeſt pluralitas: adeſt vnitas. Nihil autem aliud gigni potuit ex deo niſi deus ꝛ in rebus numerabilibus repetitio vnitatuꝫ non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idonee conſtituta eſt vnitas. Sed quoniam nulla relatio ad ſeipſum referri poteſt: idcirco ꝙ ea ſꝫm ſeipſum eſt p̄dicatio que relatione caret. facta quidem eſt trinitatis numeroſitas in eo ꝙ eſt p̄dicatio relationis: ſed ſeruata eſt ſubſtantie vnitas in eo ꝙ eſt in differentia vel ſubſtantie vel operationis vel omnino eius que ſꝫm ſe dicitur p̄dicationis. Ita igitur ſubſtantia continet vnitatem relatio multiplicat trinitatem: atqꝫ ideo ſola ſigillatim proferuntur atqꝫ ſeparatim que relationis ſunt. Nam idem pater qui fili⁹ non eſt nec idem vterqꝫ qui ſpirituſſanctus. Idem tamē deus eſt pater ꝛ filius ꝛ ſpirituſſanctus: idem iuſtus: idē bonus: idem magnus: idem omnia que ſꝫ ſe poterūt p̄dicari. Sane ſciendum eſt non ſemper tale eſſe relatiuam

prędicationem vt ſemper ad differens prędicetur vt eſt ſeruus ad dominum: differt enim. Nam et ęquale ęquali ęquale eſt: et ſimile ſimili ſimile eſt: et idem ei quod eſt idem idem eſt: et ſimilis eſt in trinitate relatio patris ad filium et vtriuſque ad ſpiritumſanctum vt eius quod eſt idem ad id quod eſt idem. Quod ſi in cunctis alijs rebus non poteſt inueniri facit hoc cognata caducis rebus alteritas. Nos vero nulla imaginatione deduci ſed ſimplici intellectu erigi et vt quodque intelligi poteſt: ita aggredi etiam intellectu oportet. Sed de propoſita quęſtione ſatis dictum eſt. Nunc veſtri normam iudicij expectat ſubtilitas quęſtionis: quę vtrum recte diuerſa ſit an minime veſtra ſtatuat pronunciationis auctoritas. Quod ſi ſententię fidei fundamentis ſponte firmiſſima cooperante gratia diuina idonea argumentorum adiumenta preſtitimus illuc perfecti operis letitia remanebit vnde venit affectus. Quod ſi vltra ſe humanitas nequiuit aſcendere quantum imbecillitas ſubtrahit vota ſupplebunt.

Explicit liber primus.

Incipit ſecundus eiuſdem ad Joannem diaconum eccleſię Romanę vtrum pater et filius: ac ſpiritusſanctus de diuinitate ſubſtantialiter prędicentur.

Uero an pater et filius ac ſpiritusſanctus de diuinitate ſubſtantialiter prędicentur an alio quoque modo vt ſeque indaginis hinc arbitror: eſſe ſumendum vnde rerum omnium maniſeſtum conſtat exordium: id eſt ab ipſis catholicę fidei fundamentis. Si igitur interrogem an qui dicitur pater ſubſtantia ſit reſpondetur eſſe ſubſtantia. Quod ſi quęram an filius ſubſtantia ſit idem dicitur Spiritumſanctum quoque ſubſtantiam eſſe nemo dubitauerit. Sed cum rurſus colligo patrem filium ſpiritumſanctum non plures ſed vna occurrit eſſe: vna igitur ſubſtantia trium nec ſeparari vllo modo aut diſiungi poteſt: nec velut partibus in vnum coniuncta eſt: ſed eſt vna ſimpliciter. Quę cumque igitur de diuina ſubſtantia prędicantur ea tribus oportet eſſe communia idque ex eo ſignum que ſunt: quę de diuinitatis ſubſtantia prędicetur. Quod quęcunque hoc modo dicuntur de ſingulis in vnum collectis tribus ſingulariter prędicabitur hoc modo. Si dicimus pater deus eſt: filius deus eſt: ſpiritusſanctus deus eſt: pater filius ac ſpiritusſanctus vnus deus. Si igitur eorum vna deitas vna ſubſtantia eſt: licet dei nomen de diuinitate ſubſtantialiter prędicari. Ita pater veritas eſt: filius veritas eſt ſpiritusſanctus veritas eſt: pater filius ſpiritusſanctus. Non tres veritates ſed vna veritas eſt. Si igitur vna in his ſubſtantia vna eſt veritas neceſſe eſt veritatem ſubſtantialiter prędicari: de bonitate de incommutabilitate: de iuſtitia: de omnipotentia ac de cęteris omnibus quę tam de ſingulis quam de omnibus ſingulariter prędicamus manifeſtum eſt ſubſtantialiter dici. Unde apparet ea quę cum in ſingulis ſeparatim dici conuenit: nec tamen in omnibus dici queunt non ſubſtantialiter prędicari ſed alio modo. Qui vero iſte ſit poſterius quęram. Nam qui pater eſt hoc vocabulum non tranſmittit ad filium neque ad ſpiritumſanctum. Quod fit vt non ſit ſubſtantiale nomen hoc inditum. Nam ſi ſubſtantiale eſt vt deus: vt veritas: vt iuſtitia vt ipſa quoque ſubſtantia de cęteris diceretur. Item filius ſolus hoc recipit nomen. Neque enim cum alijs iungitur ſicut in deo ſicut in veritate: ſicut in cęteris ſuperius dixi. ſpiritus quoque ſanctus non eſt idem qui pater ac filius. Ex his igitur intelligimus patrem filium ac ſpiritumſanctum: non de ipſa diuinitate ſubſtantialiter dici: ſed alio quodam modo. Si enim ſubſtantialiter prędicaretur et de ſingulis et de omnibus ſingulariter diceretur. Hęc vero ad aliquid dici manifeſtum eſt: nam et pater alicuius pater eſt et filius alicuius filius eſt et ſpiritus alicuius ſpiritus. Quo fit vt nec trinitas ſubſtantialiter de deo prędicetur. non enim pater trinitas qui enim pater eſt filius ac ſpiritusſanctus non eſt nec trinitas filius nec trinitas ſpiritusſanctus ſecundum eundem modum. Sed trinitas quidem in perſonarum pluralitate conſiſtit: vnitas vero in ſubſtantię ſimplicitate. Quod ſi perſonę diuiſę ſunt: ſubſtantia vero diuiſa ſit neceſſe eſt quod vocabulum ex perſonis originem capit id ad ſubſtantiam non pertinere ad trinitatem perſonarum diuerſitas facit. trinitas igitur non pertinet ad ſubſtantiam. Quo fit vt neque pater neque filius neque ſpiritusſanctus nec trinitas de deo ſubſtantialiter prędicentur. Sed vt dictum eſt ad aliquid. Deus vero veritas: iuſtitia: bonitas: omnipotentia ſubſtantia immutabilitas virtus ſapientia et quicquid huiuſmodi excogitari poteſt ſubſtantialiter de diuinitate dicitur. Hęc ſi recte ſe ex fide habent: vt me inſtruas peto. Aut ſi aliqua re forte diuerſus es diligentius intuere quę dicta ſunt et fidem ſi poteris rationemque coniunge.

Explicit liber ſecundus de trinitate.

Incipit prologus in librum de hebdomadibus.

Poſtulas vt ex hebdomadibus noſtris eius quęſtionis obſcuritatem quę continet modum quo ſubſtantię in eo quod ſint bonę ſint: cum non ſint ſubſtantialia bona digeram et paulo euidentius monſtrem. Idque eo dicis eſſe faciendum quod non ſit omnibus notum iter huiuſmodi ſcriptionum. Tuus vero teſtis ipſe ſum quam hic viuaciter fueris ante complexus. Hebdomadas vero ego ipſe mihi commentor potiuſque ad memoriam mihi ſpeculata conſeruo quam cuique participo: quorum laſciuia ac petulantię nihil a ioco riſuque patitur eſſe coniunctum. Prohinc tu ne ſis obſcuritatibus breuitatis aduerſus: quę cum ſint arcani fida cuſtodia tamen id habent commodi. quod cum his ſolis qui digni ſunt colloquantur. Ubi igitur in mathematica fieri ſolet cęteriſque etiam diſciplinis prępoſui terminos regulaſque quibus cuncta quę ſequuntur efficiam.

Incipit liber de hebdomadibus.

Capitulum primo et propoſitio prima.

Communis animi conceptio eſt enunciatio quiſque quam probat auditam. Harum duplex modus eſt. Nam vna ita communis ut eſt omnium hominum ſit veluti ſi proponam hanc Si duobus ęqualibus ęqualia auferas quę relinquantur ęqualia eſſe nullus id intelligens neget. Alia vero eſt doctorum tantum quę tamen ex talibus communis animi conceptionibus venit vt eſt. Quę incorporalia ſunt in loco non eſſe etc. quę tamen vulgus ſed docti comprobant. ij. Diuerſum eſt eſſe et id quod eſt. Ipſum enim eſſe nondum eſt at vero quod eſt accepta eſſendi forma eſt atque conſiſtit. iij. Quod eſt participare aliquo poteſt. Sed ipſum eſſe nullo modo aliquo participat: fit enim participatio cum aliquid iam eſt: eſt autem aliquid cum eſſe ſuſceperit. iiij. Id quod eſt habere aliquid pręter quam quod ipſum eſt poteſt ipſum vero eſſe nihil aliud pręter ſe habet admixtum. v. Diuerſum eſt autem eſſe aliquid et eſſe aliquid in eo quod eſt: illic enim accidens hic ſubſtantia ſignificatur. vj. Omne quod eſt participat eo quod eſt eſſe vt ſit. alio vero participat vt aliquid ſit. Ac per hoc id quod eſt participat eo quod eſt eſſe vt ſit. Eſt vero vt participet alio quolibet omne ſimplex eſt. ſuum eſſe et id quod eſt vnum habet. vij. Omni compoſito aliud eſt eſſe aliud ipſum eſt. viij. Omnis diuerſitas diſcors. ſimilitudo vero quędam appetenda eſt. Et quod appetit aliud tale ipſum eſſe naturaliter oſtenditur quale eſt illud hoc ipſum quod appetit. Sufficiunt igitur quę pręmiſimus a prudente vero rationis interprete ſuis vnumquodque aptabitur argumentis.

Capitulum ſecundum.

Queſtio vero huiuſmodi eſt: ea quę ſunt bona ſunt. Tenet enim communis ſententia doctorum omne quod eſt ad bonum tendere. Omne autem tendit ad ſimile: quę igitur ad bonum tendunt bona ipſa ſunt. Sed quemadmodum bona ſunt inquirendum eſt vtrum ne participatione an ſubſtantia. Si participatione per ſeipſa nullo modo bona ſunt: nam quod participatione album eſt per ſe in eo quod ipſum eſt album non eſt: et de cęteris qualitatibus eodem modo. Si igitur participatione ſunt bona ipſa per ſe nullo modo bona ſunt: non igitur ad bona tendunt. Sed conceſſum eſt. non igitur participatione ſunt bona: ſed ſubſtantia. Quorum vero ſubſtantia bona eſt id quod ſunt bona ſunt: id quod ſunt ante habent ex eo quod eſt eſſe. Eſſe igitur ipſorum bonorum eſt: omnium igitur rerum ipſum eſſe bonum eſt. Sed ſi eſſe bonum eſt: ea quę ſunt in eo quod ſunt bona ſunt: idemque illud eſt eſſe quod bonum eſſe. Subſtantialia igitur bona ſunt. quoniam non participant bonitate. Quod ſi ipſum eſſe in eis bonum eſt: non eſt dubium quin etiam ſubſtantialia cum ſint bona primo ſint bono ſimilia ac per hoc ipſum bona erunt: nihil eſt illi pręter ſeipſum ſimile eſt: ex quo fit vt omnia quę ſunt deus ſint: quod dictu nephas eſt. Non ſunt igitur ſubſtantialia bona: ac per hoc non in his eſt eſſe bonum. Non ſunt igitur in eo quod ſunt bona: ſed nec participant bonitatem: nullo enim modo ad bonum tenderent: nullo igitur modo ſunt bona.

Huic queſtioni talis poterit adhiberi ſolutio. Multa ſunt quę cum ſeparari actu non poſſunt: animo tamen et cogitatione ſeparantur. Ut cum triangulum vel cętera ſubiecta materię nullus actus ſeparat: mente tamen ſegregans ipſum triangulum proprietatemque eius pręter materiam ſpeculatur. amoueamus igitur primi boni prędſentiam paulliſper ex animo quod eſſe quidem contingit: idque omnium doctorum indoctorumque ſententia: barbarorum quoque gentium religionibus cognoſci poteſt. Hoc igitur paulliſper amoto: ponamus omnia eſſe quę ſunt bona: atque ea conſideremus quemadmodum bona eſſe poſſent: ſi a primo bono minime defluxiſſent. Hinc intueor aliud in eis eſſe quod bona ſunt aliud quod ſunt. Ponatur enim vna eademque ſubſtantia bona eſſe alba: grauis: rotunda: tunc aliud eſſet ipſa illa ſubſtantia: aliud eius rotunditas: aliud color: aliud bonitas. Nam ſcilicet ſingula idem eſſent quod ipſa ſubſtantia: idem eſſet grauitas quod color: quod bonum: et bonum quod grauitas: quod fieri natura non ſinit. Aliud igitur tunc in eis eſſet eſſe: aliud aliquid eſſe: ac tunc bona quidem eſſent: eſſe tamen ipſum minime haberent bonum. Igitur ſi nullo modo eſſent: non a bono ac bona eſſent ac non idem eſſent quod bona: ſed eis aliud eſt eſſe: aliud bona eſſe. Quod ſi nihil omnino aliud eſſent niſi bona: neque grauia: neque colorata: neque ſpacij dimenſione diſtenta nec nulla in eis qualitas eſſet: niſi tantum bona eſſent: tunc non res ſed rerum viderentur eſſe principium: nec potius viderentur: ſed videretur. Unum enim ſolumque eſt huiuſmodi quod tamen bonum nihil aliudque ſit. Quę non ſunt ſimplicia: nec eſſe omnino poterant: niſi ea id quod ſolum bonum eſt eſſe voluiſſet. Idcirco quoniam eſſe eorum a boni voluntate defluxit: bona eſſe dicuntur: primum enim bonum quoniam eſt eo quod eſt bonum eſt: ſin vero bonum quoniam ex eo fluxit cuius ipſum eſſe bonum eſt ipſum quoque bonum eſt: ſed ipſum eſſe omnium rerum ex eo fluxit quod eſt primum bonum: et quod bonum tale eſt: ut recte dicatur in eo quod eſt eſſe bonum. Ipſum igitur eſſe eorum bonum eſt. Tunc enim in eo quod eſſent non eſſent bona: ſi a primo bono minime defluxiſſent. Qua in re ſoluta quęſtio eſt. idcirco enim licet in eo quod ſint bona ſint: non ſunt tamen ſimilia primo bono. Quoniam non quoquomodo ſint res ipſum eſſe earum bonum eſt. Sed quoniam non poteſt eſſe ipſum eſſe rerum: non a primo eſſe defluxerit: id eſt a bono: idcirco ipſum eſſe bonum eſt: nec ſimile ei a quo eſt. Illud enim quoquomodo ſit bonum eſt in eo quod eſt: non enim aliud eſt prętereaquam quod bonum eſt: hoc autem non ab illo niſi eſſet bonum fortaſſe eſſe poſſet. Sed bonum in eo quod eſt eſſe non poſſet. Tunc enim participaret forſitan bono: ipſum vero eſſe quod non haberet a bono: bonum habere non poſſent. Igitur ſublato ab his primo bono mente et cogitatione: iſta licet eſſent bona: tamen in eo quod eſſent: bona eſſe non poſſent. Et quoniam actu non potuere exiſtere niſi illud ea quod vere bonum eſt produxiſſet: idcirco et eſſe eorum bonum eſt: et non eſt ſimile ſubſtantiali bono id quod ab eo fluxit. et niſi ab eo fluxiſſent licet eſſent bona tamen in eo quod ſunt bona eſſe non poſſent: quoniam et prętor bonum et non ex bono eſſent cum illud ipſum bonum primum eſt et ipſum eſſe ſit: et ipſum bonum et ipſum eſſe bonum. Aut non etiam alba in eo quod ſunt: alba eſſe oportebit ea quę alba ſunt: quoniam ex voluntate dei fluxerunt vt eſſent alba minime. Aliud eſt enim eſſe et aliud alba eſſe: hoc ideo quoniam qui ea vt eſſent effecit: bonus quidem eſt minime vero albus. Voluntatem igitur boni comitata ſunt vt eſſent bona in eo quod ſunt. Uoluntatem vero albi non ſunt comitata vt talis eius eſſet proprietas vt eſſet album in eo quod eſt: neque enim ex albi voluntate defluxerunt. Itaque quia voluit eſſe ea alba qui erat non albus ſunt alba tantum. Quia vero voluit eſſe ea bona qui bonus erat ſunt bona in eo quod ſunt. Secundum hanc igitur rationem: cuncta oportet eſſe iuſta: quoniam ipſe iuſtus eſt: quia ea eſſe voluit. ne hoc quidem. nam bonum eſſe ad eſſentiam. Juſtum vero eſſe ad actum reſpicit. Idem autem eſt in eo eſſe quod agere: idem igitur bonum eſſe quod iuſtum: nobis vero non eſt idem eſſe quod agere. Non enim ſimplices ſumus: non eſt igitur nobis idem bonos eſſe quod iuſtos: ſed idem eſſe eſt nobis omnibus in eo quod ſumus: bona igitur omnia ſunt non etiam iuſta. Amplius bonum quidem generale eſt: iuſtum vero non ſpeciale: nec ſpecies deſcendit in omnia. Idcirco alia quidem iuſta: alia non. omnia vero bona.

Explicit liber de hebdomadibus.

De vnitate et vno.

Unitas eſt qua vnaqueque res dicitur eſſe vna ſiue enim ſit ſimplex ſiue compoſita ſiue ſpiritualis ſiue corporea res vnitate vna eſt: nec poteſt eſſe vna niſi vnitate: ſicut alba niſi albedine: nec quanta niſi quantitate. Non ſolum autem vnitate vna eſt: ſed etiam tamdiu eſt quicquid id quod eſt quamdiu in ſe vnitas eſt. Cum autem definit eſſe vnum: definit eſſe id quod eſt vnde eſt hoc. Quicquid eſt ideo eſt quia vnum eſt: quod ſic oſtenditur. Omne enim eſſe ex forma eſt in rebus creatis: ſed nullum eſſe ex forma: ſed niſi cum forma materię vnitas eſt. Eſſe enim non eſt niſi ex coniunctione formę cum materia. Unde philoſophi di-

eunt illud deſcribẽtes. Eſſe eſt exiſtentia formę in materia. Cū autē forma materię vnitur ex cōiunctōe vtriuſqȝ neceſſario aliquid vnū conſtituitur. In qua cōſtitutione illud vnū nō permanet: niſi quādiu vnitas formā cū materia tenet. Sed deſtructio rei nō eſt aliud ꝙ̄ ſeparatio formę a materia: ſed ſeparatio ⁊ vnitio contraria ſunt. igitͬ ſeparatione ſi res deſtruitur profecto in ſuo eſſe nō niſi in vnitate cōſeruatur. Unitio autē non fit vnitatę qua eſt ꝙ vnitio ꝙ̄ erat vnū diſſoluitur. Soluta autē vnione deſtruitur eſſentia eius: qȝ ex earū vnitione puenerat et fit nō vnū. Quapropter ſicut vnitate res ad eſſe ducitur: ſic ⁊ in illo eſſe cuſtoditur. Unū eſſe ⁊ vnū inſeparabiliter cōmitātur ſe ⁊ videntͬ ſimul natura: quia eni creator vnꝰ eſt: ideo rebus quas cōdidit hoc in munere dedit: vt vna queqȝ eſſet etiā vna. Ac per hoc et quo res habet eſſe vna eſt: ideo motꝰ ſubſtantiarū eſt ad vnū ⁊ propter vnum: ⁊ nihil eorū que ſunt appetit eſſe: ſed oīa ſicut appetūt. Ha bere aūt eē nō poſſunt niſi vnū. ideo oīa ad vnū tendunt. Unitas enim eſt que vnit oīa: ⁊ tenet oīa diffuſa in oībꝰ que ſunt. Quapropter quia materia nō habet eſſe niſi per vnionē ſui cū forma. Forma autē nō tenet vnitatē cum materia niſi vnitas ſit: ideo materia eget vnitate ad vniendū ſe: ⁊ de natura ſua habet multiplicari diuidi ⁊ ſpargi. Unitas vero retinet: vnit: ⁊ colligit: ac per hoc ne materia diuidatͬ ⁊ ſpargatur: neceſſe eſt ut ab vnitate retineatͬ. Quicquid aūt per ſe non vnitur per ſe vtiqȝ ſpargitur: qꝛ omnis que facit aliquā rem contrariā agenti facit contrariā factę rei. Contrariorū enim cōtrarij ſunt effectus: qꝛ vnitas facit vnum profecto: materia facit diuiſionem ac per hoc vnitas per ſe retinet materiā. Sed quicquid per ſe retinet nō pōt facere ſeparationē. Forma ergo exiſtens in materia eſt que perficit ⁊ cuſtodit eſſentiā cuiuſlibet rei. Unitas eſt deſcendens a prima vnitate que creauit eam. Prima eni ⁊ vna vnitas que eſt vnitas ſibiipſi creauit aliā vnitatē que eſt infra eam. Sed qꝛ oē creatū diuerſum eſt a quo creatum profecto creata vnitas a creante vnitate oīno diuerſa eſſe debuit ⁊ quaſi opoſita. Sȝ qꝛ creatrix vnitas nō habet principiū neqȝ finē: nec permutationē: nec diuerſitatē. Ideo create vnitati accidit multiplicitas: diuerſitas ⁊ mutabilitas: ita ut in quadam materia ſit habens principiū ut in generatis ⁊ finē: in quodā vō ut in creatis principiū ⁊ finē: quia in quibuſdā ſubiacet permutationi ⁊ corruptioni. In quibuſdā enim materia eſt ſubtilis: ſimplex remota a contrarietate ⁊ ſeparatione: perficitͬ autē ei vnitas ⁊ vnitͬ cū ea ſicut hec ⁊ illa. Sicut nō diuiſibile in actu: ſicut in celeſtibus corporibus in quibuſdam vnitas a materia inſeparabilis eſt: ⁊ ideo carent fine quia perpetua ſunt. In quibuſdā vō materia fuerit ſpiſſa debilis ⁊ nō adequatͬ eis vnitas: ſed debilitatur in vniendo eorū eſſentiā. ⁊ ob hoc diſſoluitur eſſentia eorū qꝛ non retinetur ab vnitate ſicut in generatis que habēt principiū ⁊ finē. Quanto eni vnaqueqȝ vnitas ꝓpinquior fuerit ꝑme ⁊ vere vnitati: tanto materia formata ꝑ illā erit magis vna ⁊ ſimplex: ⁊ econuerſo: quanto remotior fuerit a prima vnitatę tanto erit multiplicior ⁊ cōpoſitior. ⁊ ob hoc vnitas que duxit ad eſſe materiam in elligentię eſt magis vna ⁊ ſimplex ⁊ nō multiplex nec diuiſibilis eſſent aliter: ſed ſi diuiſibilis eſt hoc quidē accidentaliter eſt: ⁊ ideo hec vnitas ſimplicior ⁊ magis vna eſt oībus vnitatibꝰ que ducunt ad eſſe ceteras ſubſtantias: eo ꝙ imediatę adheret primę vnitati que creauit eaȝ. Sed qꝛ vnitas ſubſiſtēs in materia intelligentię eſt vnitas ſimplicitatis: ideo neceſſario vnitas ſubſiſtens in materia animę: qꝛ infra eam eſt creſcit ⁊ multiplicatͬ ⁊ accidit ei mutatio ⁊ diuerſitas: ⁊ ſic paulatim deſcendēdo a ſuperiori per vnū gradū materię inferior vnitas augetur ⁊ multiplicatͬ quouſqȝ peruenietur ad materiā que ſuſtinet quantitatē. ſ. ſubſtantiaȝ huiꝰ que quia a prima vnitate remotiſſima eſt: ⁊ propter ſpiſſitudinē groſſitudinē ſuā oppoſita ſubſtātię ſuperiori que eſt ſubtilis ⁊ ſimplex: quā illa eſt ſubiectū principij ⁊ initij vnitatis. ¶ Finis vō multum diſtat a principio quā finis nō ē dictꝰ niſi defectꝰ virtutis principij ⁊ termi nis. Unde ſcḋm deſcenſuȝ vnitatis a ſuperiori ad inferius fit degeneratio ſue ſimplicitatis ⁊ minorationis ſuę virtutis ad ſimilitudinē aquę que in ortu ſuo ſubtilis ⁊ clara naſcitͬ: ſed paulatim deorſuȝ defluens in paludibꝰ ⁊ ſtagnis inſpiſſatͬ ⁊ obſcuratur: ſic paulatim variatur vnitas ꝓpter varię materię que ſuſtinet eā. Naȝ quia aliqd eſt materię ſpūale ⁊ aliquid corporale: ad eius purū ⁊ lucidū ⁊ aliquid eius ſpiſſum ⁊ obſcurū: ⁊ hoc propter quantitatē eiꝰ partes in aliquibꝰ ſunt rariores: ut in aere. In aliquibus vō ſtrictiores: ut in lapide. Ideo vnaqueqȝ res materię ſcḋm gradū ſue elongationis: a ꝑma vnitatis origine recipit vnitatē que dignior eſt ex ſua aptitudine: inde eſt ꝙ videmꝰ partes ignis nimis vnitas ſimplices ⁊ equales adeo ꝙ forma eius videtͬ vna nō habens in ſe diuerſitatē. Partes vō aeris ⁊ aque inuenimꝰ magis diuerſificatas ⁊ ſeparatas: adeo ꝙ partes eorū ⁊ vnitates diſcerni poſſunt. In duris aūt corporibus ⁊ ſpiſſis vnitatis iam maior diuerſitas ⁊ obſcuritas. ¶ Quia igitur materia in ſupremis formata eſt intelligentię forma: ⁊ forma rōnalis animę deinde: poſtea forma aīę ſenſibilis: deinde forma aīę vegetabilis: deinde forma naturę. Ad vltimū aūt finis forma corporis: hoc nō accidit ex diuerſitate virtutis agentis: ſed ex aptitudine materię ſuſcipiētis. Forma. n. eſt quaſi lumē: eo ꝙ ſicut per lumen res videtͬ: ſic per formā cognitio ⁊ ſcientia rei habetͬ: nō per materiam: ſed hoc lumen in quibuſdā eſt clariꝰ: in quibuſdā obſcurius prout materia cui infunditͬ formaē clarior ⁊ obſcurior. Quo eni materia fuerit ſublimior ſit ſubtilior ⁊ penetratur tota a lumine: ⁊ ideo ſubſtātia ipſa ſapientior ⁊ perfectior: ſicut intelligentia ⁊ rōnalis aīa. Et econuerſo quo materia fuerit inferior fit ſpiſſior ⁊ obſcurior: ⁊ nō ita penetratͬ a lumine: quo materia magis deſcēdit: ſicut iā ſupradictū eſt cōſtringitͬ ⁊ ſpiſſatͬ ⁊ corpulentatur: ⁊ partes eius medię ꝓhibent vltimas perfecte penetrari a lumine. Nō enim ē poſſibile ut tātū luminis penetret ſcḋam quā ꝑmā: nec ad tertiā tantū luminis perueniat quantū ad mediā: ⁊ ſic paulatim donec peruenitͬ vſqȝ ad partē materię infimā. Que qꝛ remotiſſima eſt a fonte luminis: lumē debilitatͬ in illa: nec tū hoc ſicut dictū eſt ꝓpter lumē in ſe: ſed propter multaȝ debilitatē ⁊ obſcuritatē materię in ſe. Quēadmodū lumē ſolis cū admiſcetͬ tenebroſo aeri: nō eſt illius virtutis cuiꝰ eſt admixtū claro aeri. Uel quēadmoduȝ pannus albus tenuiſſimꝰ cū induitur a corpore nigro occultatur candor eiꝰ propter abūdantiaȝ nigredinis. Uel quēadmodū ſi tres vel plures feneſtrę vitreę vna poſt aliam rectę cōtra radiū ſolis diſponantͬ in ordine: conſtat ſiqdeȝ ꝙ ſecūda minꝰ recipit luminis ꝙ̄ ꝑma: ⁊ tertia minus ꝙ̄ ſecūda. Et ſic vſqȝ ad vltimā fit defectꝰ luminis nō ꝓpter lumē in ſe: ſed ꝓpter elongationē feneſtrę vitreę a lumine: ita ut lumē formę vnitatis qḋ infuſum eſt materię deſcēdendo fit debile ⁊ obſcurū: ita primū eiꝰ multuȝ diſcrepet a medio: ⁊ mediū ab vltimo: ⁊ ꝓpter hanc diuerſitatē formę vnitatis non vno modo ſed pluribus dicitur aliqd ab vnitate vnū.

Capitulū ſecūndū.

Unum eni aliud eſt eſſentię ſimplicitate vnuȝ ut deus. Aliud ſimplicium cognitione vnū: ut angelꝰ ⁊ anima. quorū vnūquodqȝ eſt vnum cōiunctione materię ⁊ formę. Aliud eſt cōtinuitate vnū ut arbor ⁊ petra. Aliud eſt compoſitione vnū: ut ex multis tabulis vna archa vel ex multis partibus vna domus. Alia dicuntur vnum aggregatione: ut populus grex congeries lapidū vel aceruus tritici. Alia dicūtur propoſitione vnū ut rector nauis ⁊ gubernator ciuitatis dicūtur vnū ſimilitudine officij. Alia dicuntͬ vnū accidēte ut diuerſa ſubiecta eiuſdē q̄litatis dicūtͬ vnū in ea qualitate: ſicut nix ⁊ cignꝰ vnū ſunt albedine. Alia dicuntͬ vnuȝ nūero ut diuerſa accidētia que eidē ſubiecto inſunt dicuntͬ vnū numero: ideſt in numerando: ut hoc dulce et hoc cerulēū vel hoc longū vel hoc latum. Alia dicuntur vnuȝ ratione: ſed hoc duobus modis: qꝛ ratione conſortij ut ens intellectus ⁊ res aliquid ⁊ vocabulū vnū genus: vel ratione vnius ſacramenti: ut ſpūs aqua ⁊ ſanguis dicuntͬ vnū: alia dicūtur natura vnū ut participatione ſpeciei: plures homines vnus. Alia dicuntur vnū natione vel lingua: ut multi homines dicūtͬ vna gens vel vna tribus. Alia dicitur vnū more: ſed hoc duobus modis vel quia ſcḋm conſenſuȝ virtutis ⁊ dilectionis: ut multitudinis credentiuȝ erat cor vnū ⁊ anima. Uel ſcḋm conſenſum eiuſdem vitij: plures homines dicūtur vnū: ut qui adheret meretrici vnum corpus efficitur. Sic omnia vnitatē appetunt: ut etiā ea que multa ſunt vnum dici volunt. Quecūqȝ enim ſunt idē quod ſunt ut vera vnitate eſſe nitūtur aut eam ſimilando nituntur. ¶ Quicquid enim eſt vel eſt vnū vel eſt plura. Pluralitas aūt non eſt niſi ex aggregatione vnitatuȝ que vnitates ſi ſunt diſgregatę faciunt multitudinē. Si vero fuerint cōtinue in materia: faciūt magnitudinē. Quapropter inter vnitates quātitatis diſcretę ⁊ vnitates quantitatis cōtinue ſubſiſtentis in materia nihil intereſt: qꝛ ille diſgregate ſunt ⁊ ille cōtinuę. Cōtinuū genꝰ nō eſt niſi ex diſcreto: qꝛ intellectꝰ cōtinuitatis nō eſt in cōtinuo: niſi ꝯtinuatio diſgregatorū. Ac ꝓpter hoc neceſſe eſt ut cōtinua quātitas nō adueniat in ſubſtātia niſi ex vnitatibꝰ. Quando enim partē quantitatis ſignaueris neceſſe eſt ut ſit vnū vel plura. Sed omnis pluralitas ut (dictū eſt) ex vnitatibus eſt. Unde aperte datur intelligi: ꝙ diſcrete ⁊ continue quantitatis radix vna eſt: eo ꝙ compoſita ſunt ex vna re: ⁊ reſoluūtur ad vnū. Et etiam quia corporis partes quo magis fuerint ſibi cōiunctę ⁊ conſtricte ipſum corpus erit ſpiſſius ⁊ magis quantuȝ ut lapidis ⁊ econuerſo: quo magis fuerint partes corporis diſſolute: ⁊ iure ipſum erit ſubtilius ⁊ leuius ⁊ minus quantuȝ ut aer. Uerū eſt igitur ꝙ continua quantitas nō venit in ſubſtantiā: niſi ex cōiunctione ⁊ cōſtructione vnitatuȝ in illa. Unitas igitur eſt qua vnaqueqȝ res vna eſt: ⁊ eſt id quod eſt. Explicit tractatꝰ de vnitate ⁊ vno.



Anitij Manlij Seuerini Boetij contra Eutychen ⁊ Neſtoriū de duabꝰ naturis ⁊ vna pſona xp̄i libellus.

Anxie te quidē diuqȝ ſuſtinui: ut de ea que in cōuentu mota eſt queſtione loqueremur. Sed quoniā ⁊ tu quo minus venires: occupatione diſtractus es. Et ego in craſtinuȝ conſtitutis negotijs implicabor: mando litteris que corā loquendo ſeruaueram. Meminiſti. n. cū in concilio legeretͬ epiſtola: recitatū Eutychianos ex duabus naturis xp̄m conſiſtere confiteri: in duabus negare. Catholicos vero ⁊ ex duabus eū naturis conſiſtere: ⁊ in duabus equaliter credi. Cuius dicti nouitate perculſus: harū coniunctionū que ex duabus naturis vel in duabus conſiſterent differentias inquirebam. multū ſcilicet referre ratus nec inerti negligentia pretereundū. Nō epiſcopus ſcriptor epiſtole tanꝙ̄ valde neceſſariuȝ preterire noluiſſet. Hic omnes apertam eſſe differētiā: nec quicꝙ̄ in eo eſſe caliginis confuſumqȝ ſtrepere. Nec vllꝰ in tanto tumultu qui leuiter attingeret queſtionē: nedū qui expediret inuentus eſt. Ad ſederā ego ab eo: quē maxime intueri cupiebā: longius atqȝ ab eo: ſi ſitum ſedentiū recordaris: auerſus: pluribuſqȝ oppoſitis. Neqȝ quidē cuperem vultum nutūqȝ eius aſpicere poteram: Ex quo mihi aliqua eius darentͬ ſigna iudicij. Atqȝ ego quidem nihil ceteris amplius afferebam: immo vero aliquid etiaȝ minus. Naȝ de re propoſita eque nihil ceteris ſentiebā. Minus vō quā ceteri ipſe afferebā: falſe ſcilicet ſcientię preſumptionē. Tuli ęgerrime fateor: cōpreſſuſqȝ in doctorum grege conticui: Metuens ne iure viderer inſanus: ſi ſanus inter furioſos haberi contēderē. Meditabar igitur de hinc oēs animo queſtiones. Nec deglutiebam quod acceperaȝ: ſed frequentis conſilij iteratione rumigabam. Tandē igitur patuere pulſanti animo fores: ⁊ veritas inuenta querēti oēs nebulas Eutychiani recluſit erroris. Unde mihi maxime ſubijt āmirari: que nā hec indoctorū hominū eſſet audacia: qui inſcientię vitiū pſumptionis atqȝ impudentię nube conentur obducere. Cuȝ nō modo ſepe id quod proponatͬ ignorēt: veruȝ in huiuſmodi contentionibꝰ ne id quidē quod ipſi loquantͬ intelligāt: quaſi non deterior fiat inſcientię cauſa dum tegitur. Sed ab illis ad te tranſeo cui hoc quātulūcūqȝ eſt examinandū prius perpendēdūqȝ tranſmitto. Qḋ ſi recte ſe habere pronunciaueris: peto ut mei nois hoc queqȝ inſeras chartis. Sin vero vel minuendū aliqd vel addendū vel aliqua mutatione variandū eſt. Id quoqȝ poſtulo remitti meis exemplaribus: ita ut ad te reuertatͬ trāſcribendū. Que vbi ad calcem ducta cōſtiterint: tum demū eius cuius ſoleo iudicio cenſenda tranſmittā. Sed quoniā ſemel res a collocutione tranſfertur ad ſtilum: prius extremi ſibiqȝ cōtrarij Neſtorij atqȝ Eutychis ſūmoueantur errores. Poſt vero adiuuante deo xp̄iane medietatē fidei temperabo. Quoniā vero in tota queſtione cōtrariū ſibimet hereſeon. De perſonis dubitatur atqȝ naturis: hec primitus differentijs ſegreganda. Natura igitur aut de ſolis corporibus aut de ſolis predicatͬ ſubſtantijs. Id eſt corporeis ⁊ incorporeis: aut de omnibus rebus que quocūqȝ modo eſſe dicuntur. Cū igitur tribꝰ modis natura dici poſſit: tribus modis ſine dubio deſiniēda eſt. Nam ſi de omnibus rebus naturā dici placet: talis deſinitio dabitͬ: que res oēs que ſunt poſſit includere: erit ergo huiuſmodi. Natura eſt earū rerū que cū ſint: quoquomō intellectu capi poſſunt. In hac igitͬ deſinitione ⁊ accidentia ⁊ ſubſtantię deſiniuntur. Hec eni omnia intellectu capi poſſunt. Additū vō quoquomodo: qꝛ deꝰ ⁊ materia integro pfectoqȝ intellectu intelligi nō poſſunt: ſed aliq tū modo ceterarū rerū priuatione capiuntur. Idcirco vero adiunximus que cū ſint quoniā etiā ipſum nihil ſignificat aliqd: ſed nō naturā. Neqȝ enīȝ quod ſit aliquid: ſed potius non eſſe ſignificat. Ois vero natura eſt. Et ſi de omnibus quidē rebus naturaȝ dici placet: hec ſit naturę deſinitio: quā ſuperius propoſuimus. Sin vō de ſolis ſubſtantijs natura dicitͬ: quoniā ſubſtātię oēs aut corporeę ſunt: aut incorporeę: Dabimus deſinitionē naturę ſubſtantias ſignificāti huiuſmodi. Natura eſt quod facere vel quod pati poſſit. Pati quidem ac facere ut omnia corporea atqȝ corporeorum anima. Hec enim in corpore ⁊ a corpore ⁊ facit et patitur. Facere vero tantum ut deus ceteraqȝ diuina. Habes igitͬ deſinitionē eius quoqȝ ſignificationis naturę: que tātū ſubſtantijs adplicabitur. Qua in re ſubſtātię quoqȝ eſt reddita deſinitio. Nā ſi oēm natura ſubſtātiaȝ monſtrat: cū naturā deſcripſimus: ſubſtātię quoqȝ reddita eſt deſcriptio. Quod ſi naturę nomē relictis incorporeis ſubſtātijs ad corporales vſqȝ contrahitur: ut corporeę tātū ſubſtantię naturā habere videantͬ: ſicut Ariſtoteles ceteriqȝ ⁊ eiuſmodi ⁊ multimode philoſophię ſectatores putant. Deſiniemus eā ut hij etiā qui naturā nō niſi in corporibus eſſe poſuerunt. Eſt autē eius deſinitio hoc modo. Natura eſt per ſe motus principiū motꝰ principiū dixi: hoc eſt. Quoniā corpus oē habet ꝓpriū motum: ut ignis ſurſum: terra deorſum. Itē qḋ per ſe principiū motus naturā eſſe propoſui: ⁊ nō per accidēs: tale eſt quoniā lectum quoqȝ ligneū deorſum ferri neceſſe eſt: ſed deorſum per accidens fertur. Idcirco enimqꝛ lignuȝ

eſt: qđ eſt terra: pondere ⁊ grauitate deducitur. Non enim q; lectus eſt deorſum cadit: ſed quia terra eſt, id eſt quia terre contigit ut lectus eſſet. Unde fit ut lignū naturaliter eſſe dicamus: lectum vero artificialiter. Eſt etiā alia ſignificatio nature per quā dicimus diuerſam eſſe naturam auri atq; argenti: in hoc proprietatē rerū monſtrare cupientes. Que ſignificatio nature definitur hoc modo. Natura eſt vnāquāq; rem informās ſpecifica differētia. Cū igitur tot modis vel dicatur vel definiatur natura. Tā catholici quā Neſtorius ſm vltimam definitionē duas in chriſto naturas eſſe conſtituūt. Neq; enim eaſdem in deum atq; hominē differentias conuenire. Sed de perſona maxime dubitari pōt que nā definitio poſſit aptari. Si enim omnis habet natura perſonam: indiſſolubilis nodus eſt. Que nam inter naturā perſonamq; poſſit eſſe diſcretio. Aut ſi non equatur perſona nature: ſed infra terminū ſpaciūq; nature perſona ſubſiſtit. Difficile dictu ē: ad quas vſq; naturas perſona perueniat: id eſt quas naturas conueniat habere perſonam: quas a perſone vocabulo ſegregari. Nam illud quidem manifeſtum eſt perſonam ſubiectam eſſe nature: nec preter naturā perſonam poſſe predicari. Ueſtiganda ſunt igitur hec inquirētibus hoc modo. Quoniā preter naturam non poteſt eſſe perſona: Quoniam que nature alie ſunt ſubſtantie: alie accidētes: ⁊ videmus perſonam in accidentibus non poſſe conſtitui. Quis enim dicat vllam albedinis vel nigredinis vel magnitudinis eſſe perſonam? Relinquitur ergo vt perſonam in ſubſtantijs dici conueniat: ſed ſubſtantiarū alie ſunt corporee: alie incorporee. Corporearū vero alie ſunt viuentes: alie minime. Uiuentiū alie ſunt ſenſibiles: alie minime. Senſibilium alie rationales: alie irrationales. Rationalium vero alia eſt imutabilis atq; impaſſibilis per naturam: ut deus: alia per creationē mutabilis atq; paſſibilis: niſi impaſſibilis gratia ſubſtantie ad impaſſibilitatis firmitudinem mutetur: ut angelorum atq; anime. Ex quibus omnibus neq; in non viuentibus corporibus perſonā poſſe dici manifeſtū eſt. Nullus enim lapidis vllā dicit eſſe perſonam. Neq; rurſus eorum viuentium que ſenſu carent. Neq; eni vlla perſona eſt arboris: neq; vero eius que intellectu ac ratiōe deſeritur. Nulla enī eſt perſona equi vel bouis: ceterorūq; animaliū: que muta ac ſine ratione vitam ſolis ſenſibus degunt. At hominis dicimus eſſe perſonam: dicimus dei: dicimus angeli. Rurſus ſubſtantiarum alie ſunt vniuerſales: alie particulares. Uniuerſales ſunt: que de ſingulis predicantur: ut homo: animal: lapis: lignum: ceteraq; huiuſmodi: que vel genera vel ſpecies ſunt. Nam ⁊ homo de ſingulis hominibus: ⁊ animal de ſingulis animalibus: lapiſq; ac lignum de ſingulis lapidibus ac lignis dicuntur. Particularia vero ſunt: que de alijs minime predicantur: ut Cicero: Plato: hic lapis vnde hec Achillis ſtatua facta eſt. Lignū hoc: vnde hec menſa compoſita eſt. Sed in his omnibus nuſquā in vniuerſalibus perſona dici poteſt: ſed in ſingularibus tm̄ atq; in indiuiduis: Animalis enim vel generalis hominis nulla perſona ē: Sed vel Ciceronis vel Platonis vel ſingulorū indiuiduorū perſone ſingule nuncupantur. Quocirca ſi perſona in ſolis ſubſtantijs eſt atq; in his rationalib⁹: ſubſtātiaq; omnis natura eſt: Nec in vniuerſalibus ſed in indiuiduis conſtat: reperta eſt perſone diffinitio: nature rōnabilis indiuidua ſubſtantia. Sed nos hac definitione eā quā greci ὑπόστασιν dicūt terminauim⁹. Nomē n. perſone videtur aliunde traductum: Ex his ſcilicet perſonis que in comedijs tragedijſq; eos quorum intererat homines repreſentabant. Perſona vero dicta eſt a perſonando circūflexa penultima. Quod ſi acuat ante penultima apertiſſime a ſono dicta videbitur. Idcirco autē a ſono: q; concauitate ipſa maior neceſſe eſt voluatur ſonus. Greci quoq; has pſonas proſopā vocāt ab eo qđ perſonant in facie atq; ante oculos obtegāt vultū παρὰ τοῦ πρὸς τὰς ὦπας τίθεσθαι. Sed quia perſonis inductis hiſtriones indiuiduos homines: quorū intererat: in tragedia vel comedia (ut dictū eſt) repſentabāt: id eſt Hecubam vel Medeā vel Simonem vel Chremetē: Idcirco ceteros quoq; homines quorū certa pro ſui forma eſſet agnitio: ⁊ latini perſonas ⁊ Greci proſopa nuncupauerunt. Longe vero illi ſignatius nature rationabilis indiuiduā ſubſtātiā ὑπόστασεως noīe vocauere. Nos vero per inopiā ſignificantiū vocum tranſlatitiam retinuim⁹ nuncupationē eā: quā illi ὑπόστασιν dicunt pſonā vocātes. ſꝫ peritior greca ſermonū ὑπόστασιν vocat indiuiduā ſubſiſtētiā: atq; vti greca vtar oratione in reb⁹: q̄ a grecis agitate latina interptatiōe tranſlate ſunt. αἱ οὐσίαι ἐν μὲν τοῖς καθόλου εἶναι δύνανται, ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος μόνοις ὑφίστανται. Id eſt: eſſentie in vniuerſalib⁹ quidē eſſe poſſunt: in ſolis vero indiuiduis ⁊ particularib⁹ ſubſtāt. Intellectus enim vniuerſalium rerum ex particularibus ſumptus eſt. Quocirca cum ipſe ſubſtantie in vniuerſalibus quidē ſint: in particularibus vero capiant ſubſtantiā: iure ſubſiſtētias particulariter ſubſtātes ὑποστάσεις appellauerunt. Neq; enim penſius ſubtiliuſq; intuenti idem videbitur eſſe ſubſiſtentia quod ſubſtantia. Nam quod greci οὐσίωσιν vel οὐσιῶσθαι dicūt: id nos ſubſiſtentiam vel ſubſiſtere appellamus. Quod vero illi ὑπόστασιν vel ὑφίστασθαι: id nos ſubſtantiā vel ſubſtare interpretamur. Subſiſtit enim quod ipſum accidentibus ut poſſit eſſe non indiget. Subſtat autem id quod alijs accidentibus ſubiectum quoddā ut eſſe valeant ſumminiſtrat. Sub illis enim ſtat: dum ſubiectū eſt accidentibus. Itaq; genera vel ſpecies ſubſiſtunt tantū: neq; enim accidentia generibus ſpeciebuſue contingunt. Indiuidua vero non modo ſubſiſtunt. Nam neq; ipſa indigent accidentibus: ut ſint. Informata enim ſunt iam proprijs ⁊ ſpecificis differentijs: ⁊ accidentibus ut eſſe poſſint: miniſtrant: dum ſunt ſcilicet ſubiecta. Quocirca εἶναι atq; οὐσιῶσθαι eſſe atq; ſubſiſtere: ὑφίστασθαι vero ſubſtare intelligit. Neq; eni verborū inops grecia: ut. M. Tulli⁹ alludit: ſed eſſentiā ſubſiſtētiā ſubſtantiā perſonā totidē nominibus reddit. Eſſētiā qdē οὐσίαν: Subſiſtētiā vero οὐσίωσιν: Subſtātiā ὑπόστασιν: Perſonā πρόσωπον appellans. Ideo aūt ὑποστάσεις greci indiuiduas ſubſtātias vocauerūt: q: ceteris ſubſunt. Et quibuſdā q̄ſi accidētib⁹ ſuppoſite ſubiecteq; ſunt. Atq; idcirco nos quoq; eas ſubſtantias nuncupamus q̄ſi ſuppoſitas: q̄s ὑποστάσεις. Cūq; etiam proſopa nūcupent eaſdē ſubſtantias: poſſumus nos quoq; nūcupare perſonas. Idem eſt igit οὐσίαν eſſe qđ eſſentiā. Idē οὐσίωσιν qđ ſubſiſtentiā. Idem ὑπόστασιν quod ſubſtantiā. Idē πρόσωπον qđ perſonā. Quare aūt de irrationalibus ai̅alib⁹ grec⁹ ὑπόστασιν non dicat. Sicut nos de eiſdē nomē ſubſtātie predicamus. Hec ratio eſt: qm̄ nomē hoc melioris applicatū ē: ut aliq̄ id qđ eſt excellēti⁹ tā etſi nō deſcriptione nature ſm id q̄ ὑφίστασθαι atq; ſubſtare eſt: at certe ὑποστάσεως vel ſubſtantie vocabulis diſcerneretur. Eſt igitur ⁊ hōis quidē eſſentia id eſt οὐσία ⁊ ſubſiſtētia: id eſt οὐσίωσις ⁊ ὑπόστασις id eſt ſubſtātia. Et pſopon: id eſt pſona. οὐσία quidem atq; eſſentia: quoniā eſt: οὐσίωσις vero atq; ſubſtantia: quoniā in nullo ſubiecto eſt. ὑπόστασις vero atq; ſubſtantia quoniam ſubeſt ceteris: que ſubſiſtētie non ſunt id eſt οὐσιώσεις. πρόσωπον atq; perſona: quoniam eſt rationabile indiuiduū. Deus quoq; ⁊ οὐσία eſt ⁊ eſſentia. Eſt enim ⁊ maxime ipſe eſt a quo omniū eſſe proficiſcitur. Eſt ὑπόστασις id eſt ſubſiſtētia. Subſiſtit eni nullo indigens. Unde etiam dicim⁹ vnā eſſe οὐσίαν vel οὐσίωσιν id eſt eſſentiā vel ſubſiſtentiā deitatis. Sꝫ tres ὑποστάσεις id eſt tres ſubſtātias. Et quidē ſm hūc modū dixere vnā trinitatis eſſentiam: tres ſubſtantias: treſq; perſonas. Niſi enim tres in



deo ſubſtantias eccleſiaſticus loquendi vſus excluderet: videretur idcirco de deo dici ſubſtantia. Non quod ipſe ceteris reb⁹ q̄ſi ſubiectū ſupponeretur: ſed quod idē omnibus vti preceſſet: ita etiam quaſi principium ſubeſſet reb⁹: dū eis oībus οὐσιῶσθαι vel ſubſiſtere ſubminiſtrat. Sed hec omnia idcirco ſint dicta: ut differentia nature atq; perſone. i. οὐσίας atq; ὑποστάσεως monſtraretur. Quo vero nomine vnūquodq; oporteat appellari: eccleſiaſtice ſit locutionis arbitriū. Hoc interim conſtet quod inter naturā perſonamq; differri prediximus. Quoniā natura eſt cuiuſlibet ſubſtantie ſpecificata proprietas: perſona vero rationabilis nature indiuidua ſubſiſtentia. Hanc in chriſto Neſtorius duplicem eſſe conſtituit: eo ſcilicet traductus errore: quod putauerit in omnibus naturis dici poſſe perſonam. Hoc enim preſumpto: quoniam in chriſto duplicem naturam eſſe cenſebat: duplicem quoq; perſonam eſſe confeſſus eſt. Qua in re eum falſum eſſe cum definitio ſuperius dicta conuincat. Tum hec argumentatio euidenter eius declarauit errorem: ſi enim nō eſt chriſti vna perſona: duaſq; naturas eſſe manifeſtum eſt hominis ſcilicet atq; dei. Nec tā erit inſipiens quiſq;: ut qui vtram earum a ratione ſe iungat. Sequitur ut due videantur eſſe perſone. Eſt enim perſona (ut dictum eſt) nature rationabilis indiuidua ſubſiſtentia: que eſt igitur facta hominis deiq; coniunctio? Num ita quaſi cum duo corpora ſibimet apponuntur: ut tantū locis iuncta ſint: ⁊ nihil in alterum ex alterius qualitate perueniat. Quem cōiūctiōis greci modū κατὰ παράθεσιν vocāt: ſed ſi ita diuinitas humanitati coniuncta eſt: nihil horum ex vtriſq; confectum eſt: ac per hoc nihil eſt chriſtus. Nomē quippe ipſum vnum quiddam ſignificat ſingularitate vocabuli. At ſi duabus perſonis manentibus ea coniunctio qualem ſuperius diximus: facta eſt naturarum: vnū ex duobus effici nihil potuit. Omnino enim ex duab⁹ perſonis nihil vnq̄ fieri poteſt. Nihil igitur vnū ſm Neſtoriū chriſtus eſt: ac per hoc oīno nihil. Quod enim non eſt vnū: nec eſſe omnino poteſt. Eſſe enim atq; vnum cōuertitur. Et quodcunq; vnum eſt: eſt. Etiam ea que ex pluribus coniunguntur: ut aceruus chorus: vnū tamen ſunt: ſed eſſe chriſtum manifeſte ac veraciter confitemur. Unum igitur eſſe dicimus chriſtū: q̄ ſi ita eſt vnā quoq; chriſti ſine dubitatione perſonam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi due perſone eſſent: vnus eſſe nō poſſet. Duos vero eſſe chriſtos nihil eſt aliud niſi precipitate mentis inſania. Cur enim omnino duos audeat chriſtos vocare vnum hominē: alium deum? Uel cur eum qui deus eſt chriſtum vocat: ſi eum quoq; qui homo eſt chriſtum eſt appellaturus. Cum nihil ſimile nihil habeant ex copulatione coniunctum: cur ſimili nomine diuerſiſſimis abutatur naturis: cum ſi chriſtum definire cogitur vtriſq; (ut ipſe dicit) chriſtis non poſſit vnam definitionis adhibere ſubſtantiam. Si enim dei atq; hominis diuerſa ſubſtantia eſt: vnū q; in vtriſq; chriſti nomen: nec diuerſarum coniunctio ſubſtantiarū vnam creditur feciſſe perſonā: equiuocum nomen eſt chriſti: ⁊ nulla poteſt definitione concludi. Quibus autem vnq̄ ſcripturis nomen chriſti geminatur? Quid vero noui per aduentum ſaluatoris effectum eſt? Nam catholicis ⁊ fidei veritas ⁊ raritas miraculi conſtat. Quā enim magnum eſt: quāq; nouū: quod ſemel: nec vllo alio ſeculo poſſit euenire: ut eius qui ſolus eſt deus. Nam cum humana (que ab eo erat diuerſiſſima) conueniret: atq; ita ex diſtātibus naturis vna fieret copulatione perſone: Scđm Neſtorij vero ſententiam qd cōtingit noui: ſeruant in quib; proprias humanitas diuinitaſq; perſonas. Quando enim non fuit diuinitatis propria: humanitatiſq; perſona? Quando vero non erit: vel quid amplius in Jeſu generatione contingit: quā in cuiuſlibet alterius. Si diſcretis vtriſq; perſonis diſcrete etiam fuere nature. Ita enim perſonis manentibus illic nulla naturarū potuit eſſe coniunctio: ut in quolibet homine: cuius cum propria perſona ſubſiſtat: nulla eſt ei excellentiſſime ſubſtantie coniuncta diuinitas: ſed fortaſſe Jeſum id eſt perſonam hominis idcirco chriſtum vocat: quoniam per eam mira quedam ſit operata diuinitas. Eſto vero: deum ipſum chriſti appellatione cur vocat? Cur vero nō elementa quoq; ipſa ſimili audeat appellare vocabulo: per que deus mira quedam quotidianis motibus operatur? An quia irrationabiles ſubſtantie non poſſunt habere perſonam: que chriſti vocabulum excipere poſſint. Nōne in ſanctis hominibus ac pietate conſpicuis apert⁹ diuinitatis actus agnoſcitur? Nihil enim intererit: cur nō ſanctos quoq; viros eadem appellatione dignetur: ſi in adſumptione humanitatis: non eſt vna ex coniunctione perſona. Sed dicat forſitan: illos quoq; chriſtos vocari fateor: ſed ad imaginem veri chriſti. Quod ſi nulla ex homine atq; deo vna perſona coniuncta eſt. Omnes ita veros chriſtos arbitrabimur: ut hūc qui ex virgine genitus creditur. Nulla quippe in hoc adunata perſona eſt ex dei atq; hominis copulatione. Sicut nec in eis qui dei ſpiritu de venturo chriſto predicabāt. Propter quod etiam ipſi quoq; appellari ſunt chriſti. Jam vero ſequit: vt perſonis manentibus nullo modo a diuinitate humanitas credatur aſſumpta. Omnino enī disiūcta ſunt: que eque perſonis naturiſq; ſeparantur: prorſus inquā disiuncta ſunt. Nec magis inter ſe homines boueſq; diſiūcti: quā diuinitas in chriſto humanitaſq; diſcreta eſt: ſi manſere perſone. Homines quippe ac boues vna animalis cōmunitate iungūtur. Eſt enim illis ſm genus cōmunis ſubſtantia: eademq; in vniuerſalitatis collectione natura. Deo vero atq; homini quid non erit diuerſa ratione diſiunctū: ſi ſub diuerſitate nature perſonarū quoq; credatur manſiſſe diſcretio? Non eſt igitur ſaluatum genus humanū: nulla in nos ſalus chriſti in generatione proceſſit. Tot prophetarū ſcripture populum illuſere credentem. Omnis veteris teſtamenti ſpernatur auctoritas: p quam ſalus mundo chriſti generatione promittitur. Non aūt prouenīſſe manifeſtum eſt: ſi eadem in perſona eſt: que in natura diuerſitas. Eundem quippe ſaluū fecit: quem creditur adſumpſiſſe. Nulla vero intelligi adſumptio poteſt: ſi manet eque nature perſoneq; diſcretio. Igitur qui adſumi manente perſona non potuit: iure non videbitur per chriſti generationem potuiſſe ſaluari. Non eſt igitur per generationem chriſti hominis ſaluata natura: qđ credi nefas eſt. Sed quā q; permulta ſint que hunc ſenſum impugnare valeant atq; perfringere: De argumentorum copia tamen hec interim libaſſe ſufficiant.

¶ Tranſeundū quippe eſt ad Eutychen: qui cum a veterum orbitis eſſet euagatus: in contrariū cucurrit errorem. Aſſerens tantū abeſſe: ut in xp̄o gemina perſona credatur: ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat cōfiteri. Ita quippe eſſe adſumptū hominē: vt ea ſit adunatio facta cum deo: vt natura humana non manſerit. Huius error ex eodem quo Neſtorij fonte prolabitur. Nam ſicut Neſtorius arbitratus non poſſe eſſe naturam duplicem: quin perſona fieret duplex: atq; idcirco cum in xp̄o naturam duplicem confiteretur: duplicem credidit eſſe perſonam. Ita quoq; Eutyches non putauit naturam duplicem eſſe ſine duplicatione perſone. Et cum non confiteretur duplicem eſſe perſonā: arbitratus eſt conſequens: vt vna videretur eſſe natura. Itaq; Neſtorius recte tenens duplicem in chriſto eſſe naturam: ſacrilege confitetur duas eſſe perſonas. Eutyches vero recte tenens vnam eſſe perſonam: impie credit vnam quoque eſſe naturam. Qui conuictus euidentia rerum: quandoquidem manifeſtum eſt aliam naturā eſſe hominis aliam dei. Ait duas ſe confiteri in chriſto naturas ante adunationem: vnam vero poſt adunationem. Que ſententia non aperte quod vult eloquitur: ut tamen eius dementiam perſcrutemur.

Adunatio hec aut tempore generatiõis facta eſt: aut tpe reſurrectionis. Sed ſi tempore generationis facta eſt: videt putare ⁊ ante generationem fuiſſe humanam carnem nõ a maria ſumptã: ſed aliquo modo alio preparatã: Mariam vero virginem appoſitã: ex qua caro naſceretur: que ab ea ſumpta non eſſet. Illam vero carnem que ante fuerit: eſſe ⁊ diuiſam atqꝫ a diuinitatis ſubſtantia ſeparataꝫ. Cum ex virgine natus eſt: adunatam eſſe deo: ut vna videretur eſſe facta natura: vel ſi hec eius ſententia non eſt: illa eſſe poterit dicentis. Duas ante adunationem: vnam poſt adunationem. ſi adunatio generatione perfecta eſt: ut corpus quidem a maria ſumpſerit: ſed anteqꝫ ſumeret diuerſam deitatis diuinitatiſqꝫ fuiſſe naturam. Sumpta vero vnam factam atqꝫ in diuinitatis ceſſiſſe ſubſtantiam. Quod ſi hanc adunationem non putat generatione ſed reſurrectione factam. Rurſus id duobus fieri arbitrabitur modis. Aut enim genito chriſto ⁊ non adſumente de Maria corpus: aut adſumente ab eadem carnem vſqꝫ dum reſurgeret quidem duas eſſe naturas poſt reſurrectionem vnam factam. De quibus illud diſiunctũ naſcitur: quod interrogabimus hoc modo. Natꝰ ex Maria chriſtus: aut ab ea carnem humanam traxit: aut minime: ſi non confitetur ex ea traxiſſe: dicat quo homine indutus aduenerit. Utrũ ne eo qui ceciderat preuaricatione peccati: an alio: Si eo de cuius ſemine ductus eſt homo: quem veſtita diuinitas eſt. Nam ſi ex ſemine Abrahe atqꝫ Dauid: ⁊ poſtremo Marie non fuit caro illa qua natus eſt. Oſtẽdat ex cuius hominis ſit carne deriuatus. Quoniã poſt primum hominẽ caro ois humana ex humana carne diducitur. Sed ſi quem dixerit hominem: a quo generatio ſumpta ſit ſaluatoris preter Mariam virginem: ⁊ ipſe errore confundetur: ⁊ adſcribere mẽdacij notam ſũme diuinitati illuſus ipſe videbitur. Quando quidem Abrahe atqꝫ Dauid promittitur in ſanctis diuinationibus: ut ex eorum ſemine toti mundo ſalus oriatur. Cum preſertim ſi humana caro ſumpta eſt: nõ ab alio ſumi potuerit: niſi vnde etiam procreabatur. Si igitur a Maria non eſt ſumptuꝫ corpus humanũ: ſed a quolibet alio: per Mariam tamen eſt procreatum quod fuerat preuaricatione corruptum: ſuperiꝰ dicto repellit argumẽto. Quod ſi nõ eo homine chriſtus indutus eſt: qui pro peccati pena ſuſtinuerat mortem: Illud eueniet: ex nullius hominis ſemine talem potuiſſe naſci: qui fuerit ſine originalis pene peccati. Ex nullo igitur talis ſumpta eſt caro: vnde fit ut nouiter videat eſſe formata. Sed hec aut ita hominũ viſa eſt oculis: ut humanũ putaret corpus: quod re vera non eſſet humanũ: quippe quod nulli originali ſubiaceret pene. Aut noua quedam vera nec pene peccati ſubiacens originalis ad tempus hominis natura formata eſt. Si vero hominis corpus non fuit: aperte arguitur mentita diuinitas: que oſtenderet hominibus corpus. Quod cum verũ nõ eſſet tum fallerentur hi qui verum eſſe arbitrarentur. At ſi noua veraqꝫ non ex homine ſumpta caro formata eſt. Quo tanta tragedia generationis: vbi ambitus paſſionis: Ego quippe ne in homine quidem non ſtulte fieri puto: quod inutiliter factum eſt. Ad quã vero vtilitatem facta probabitur tanta humilitas diuinitatis. Si homo qui perijt generatione a paſſione chriſti ſaluatus nõ eſt: quoniam negatur adſumptus. Rurſus igitur ſicut ab eodẽ Neſtorij fonte Eutichis error principiũ ſumpſit: ita ad eundem finem relabitur. Ut ſcdm Eutychen quoqꝫ nõ ſit ſaluatum genus humanuꝫ. Quoniã non is qui eger eſſet ⁊ ſaluatione curaqꝫ egeret aſſumptus eſt. Traxiſſe autem hanc ſententiam videtur: ſi tamen huius erroris fuit: ut crederet non fuiſſe corpus chriſti vere ex homine: ſed extra atqꝫ a deo in celo formatum: quoniam cum eo in celum creditur aſcendiſſe. Quod exemplũ continet tale. Non aſcendit in celũ niſi qui de celo deſcendit. Sed

ſatis de ea parte dictuꝫ videtur: ſi corpus quod chriſtus excepit de maria non credatur aſſumptum: ſi vero aſſumptum eſt ex Maria: neqꝫ permanſit perfecta humana diuinaqꝫ natura: id tribus effici potuit modis. Aut enim diuinitas in humanitatem tranſlata eſt: aut humanitas in diuinitatem: aut vtraqꝫ in ſe ita temperate ſunt atqꝫ cõmixte: ut neutra ſubſtantia propriam formam teneret. Sed ſi diuinitas in humanitatem tranſlata eſt: factum eſt: quod credi nefas eſt: ut humanitate imutabili ſubſtantia permanente diuinitas verteretur. Et quod paſſibile atqꝫ mutabile naturaliter exiſteret: id imutabile permaneret. Quod vero imutabile atqꝫ impaſſibile naturaliter creditur: id in rem mutabilem verteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione contingit: ſed humana forſitan natura in deitatem videatur eſſe conuerſa: hoc vero qui fieri poteſt: diuinitas in generatione chriſti ⁊ humanaꝫ animaꝫ ſuſcepit ⁊ corpus. Non enim omnis res in rem omnem verti ac tranſmutari poteſt. Nam cum ſubſtantiarum alie ſint corporee: alie incorporee: neqꝫ corporea in incorpoream. Neqꝫ incorporea in eam que corpus eſt: mutari poteſt. Nec vero incorporea in ſe inuicẽ formas proprias mutant. Sola enim mutari transformariqꝫ in ſe poſſunt: que habent vniꝰ materie cõe ſubiectũ. Nec hec oia ſed ea que in ſe facere ⁊ pati poſſunt. Id vero pbat hoc modo. Neqꝫ eni poteſt es in lapidẽ pmutari: nec vero idẽ es in herbã. Nec qdlibet aliud corpꝰ in qdlibet aliud transfigurari poteſt. Niſi ⁊ eadem ſit materia rerum in ſe tranſeuntiũ: ⁊ a ſe ⁊ facere ⁊ pati poſſint: ut cum vinum atqꝫ aqua miſcentur: vtraqꝫ ſunt talia: que actuꝫ ſibi paſſionemqꝫ cõmunicent. Poteſt enim aque qualitas a vini qualitate aliquid pati. Poteſt item vini ab aque qualitate aliquid pati. Atqꝫ idcirco ſi multum quidem fuerit aque: vini vero paululum: non dicitur immixta: ſed alterum alterius qualitate corrumpitur. Si quis enim vinum fundat in mare: non mixtum eſt mari vinum: ſed in mare corruptum. Idcirco quoniã qualitas aque multitudine ſui corporis nihil paſſa eſt a qualitate vini: ſed potius in ſeipſam vini qualitatem propria multitudine commutauit. Si vero ſint mediocres ſibiqꝫ equales: vel paulo inequales nature: que a ſe facere ⁊ pati poſſunt ille miſcentur: ⁊ mediocribus inter ſe qualitatibus temperantur. Atqꝫ hec quideꝫ in corporibus neqꝫ his omnibus ſed tantũ que a ſe (ut dictum eſt) ⁊ facere ⁊ pati poſſunt: cõmuni atqꝫ eadem materia ſubiecta. Omne enim corpus (quod in generatione ⁊ corruptione ſubſiſtit) communem videtur habere materiã: ſed non omne ab omni vel in omni vel facere aliquid vel pati poteſt. Corpora vero in incorporea nulla ratione poterunt permutari. Quoniam nulla cõmuni materia ſubiecta participant. Que ſuſceptis qualitatibus in alterutrã permutetur. Omnis enim natura incorporee ſubſtantie nullo materie nitit fundamento. Nullũ vero corpꝰ eſt: cui nõ ſit materia ſubiecta. Quod cum ita ſit: cumqꝫ ne ea quidem que cõmunem materiam naturaliter habent in ſe tranſeant: niſi illis adſit poteſtas in ſe ⁊ a ſe faciendi ac patiendi. Multo magis in ſe non permutabuntur: quibus non modo cõmunis materia non eſt: ſed cum alia res materie fundamento nititur ut corpus. Alia omnino materie ſubiecto non egeat ut incorporeũ. Non igitur fieri poteſt ut corpus in incorporalem ſpecieꝫ permutentur. Nec vero fieri poteſt: ut incorporalia in ſeſe cõmixtione aliqua permutent. Quorũ enim cõmunis nulla materia eſt: nec in ſe verti: nec pmutari queũt. Nulla aũt eſt incorporalibꝰ materia rebus: nõ poterunt in ſe igitur inuicem permutari. Sed anima et deus incorporee ſubſtantie recte credantur. Non eſt igitur humana anima in diuinitatem: a qua aſſumpta eſt: permutata. Quod ſi neqꝫ corpus neqꝫ anima in diuinitatem potuit verti: nullo modo fieri potuit: ut humanitas conuerteretur in deum. Multominus vero credi poteſt



ut vtraqꝫ in ſeſe confunderentur: quoniam neqꝫ incorporalitas tranſire ad corpus poteſt: neqꝫ rurſus econuerſo corpus ad incorporalitatem: quandoquidem nulla his materia ſubiecta cõmunis eſt: que alterutris ſubſtantiarum qualitatibus permutetur. Sic ita aiunt. Ex duabus quidem naturis chriſtũ conſiſtere: in duabus vero minime. Hoc ſcilicet intendentes: quoniã quod ex duabus conſiſtit: ita vnũ fieri poteſt: ut illa (ex quibus dicitur conſtare) nõ maneant: veluti cum mel aque confunditur: neutrum manet: ſed alterũ alterius copulatiõe corruptum quiddã tertiũ fecit. Ita illud quidem quod ex melle atqꝫ aqua tertiũ fit conſtare ex vtriſqꝫ dicitur: in vtriſqꝫ vero negatur. Non enim poterit in vtriſqꝫ conſtare: quando vtrunqꝫ natura non permanet. Ex vtriſqꝫ conſtare poteſt: licet ea (ex quibus cõiungitur) alterutra qualitate corrupta ſint. In vtriſqꝫ vero huiuſmodi cõſtare nõ poterit: quoniã ea (que in ſe tranſiuſa ſunt) non manent: ac non ſunt vtraqꝫ: in quibus conſtare videatur: cũ ex vtriſqꝫ conſtent in ſe inuicẽ qualitatum mutatiõe tranſfuſis. Catholici vero vtrũqꝫ rationabiliter confitentur. Nam ⁊ ex vtriſqꝫ cõſiſtere: ſed id qua ratione dicatur paulo poſterius explicabo. Nunc illud manifeſtum eſt conuictam eſſe Eutichis ſententiã eo nomine: quod cum tribus modis fieri poſſit: ut ex duabus naturis vna ſubſiſtat: ut aut diuinitas in humanitatem tranſlata ſit: aut humanitas in diuinitatem: aut vtraqꝫ permixta ſint. Nullum horũ modũ fieri potuiſſe ſuperius dicta argumentatione declaratur. Reſtat ut quẽadmodũ catholica fides dicat ⁊ in vtriſqꝫ naturis chriſtũ ⁊ ex vtriſqꝫ cõſiſtere doceamꝰ. Ex vtriſqꝫ naturis aliquid conſiſtere duo ſignificat: vnũ quidẽ cum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi: ſicut ex melle atqꝫ aqua. Id autẽ eſt ut ex quolibet modo cõfuſis vel ſi vna vertatur in alterã: vel ſi vtreqꝫ in ſe miſceantur inuicẽ: nullo modo tamen vtreqꝫ permaneant: ſecũdũ hũc modũ Eutyches ait ex vtriſqꝫ naturis chriſtũ conſiſtere. Alter vero modus ex vtriſqꝫ conſiſtendi: quod ita ex duabus iũctũ eſt: ut illa tñ ex quibꝰ iunctũ eſſe dicit maneãt. Nec in alterutra vertant: ut cũ dicimꝰ coronã ex auro gemmiſqꝫ cõpoſitã. Hic neqꝫ aurũ in gẽmas tranſlatuꝫ eſt: neqꝫ in aurũ gẽma cõuerſa: ſed vtraqꝫ pmanẽt: nec formã ppriã derelinquũt. Talia ḡ ex aliquibus conſtãtia et in his conſtare dicimus: in quibus conſiſtere predicantur. Tunc enim poſſumus dicere coronã gẽmis auroqꝫ conſiſtere. Sunt eni gẽme atqꝫ aurũ in quibus corona cõſiſtat. Nam in priore modo non eſt mel atqꝫ aqua: in quibus illud (quod ex vtriſqꝫ iungitur) conſiſtet. Cum igitur vtraſqꝫ manere naturas in chriſto fides catholica cõfiteatur: perfectaſqꝫ eaſdem perſiſtere: nec alterã in alterã tranſmutari iure dic: Et i vtriſqꝫ naturis chriſtũ: ⁊ ex vtriſqꝫ conſiſtere: In vtriſqꝫ quidem quia manent vtreqꝫ. Ex vtriſqꝫ vero quia vtrarũqꝫ adunatione manentium vna perſona ſit chriſti. Non auteꝫ ſcdm eam ſignificationem ex vtriſqꝫ naturis chriſtũ iunctum eſſe fides catholica tenet: ſcdm quã Eutyches pronunciat: Nam ille talem ſignificationẽ coniunctionis ex vtraqꝫ natura ſumit: Ut nõ cõfiteatur in vtriſqꝫ conſiſtere: neqꝫ eni vtraſqꝫ manere. Catholicus vero eam ſignificationẽ ex vtriſqꝫ conſiſtendi ſumit: que illi ſit proxima: eãqꝫ cõſeruet: que in vtriſqꝫ conſiſtere confitetur. Equiuocũ igitur ex vtriſqꝫ conſiſtere ac potius amphibolũ ⁊ gemina ſignificatione diuerſa deſignans: vna quidem ſignificatione non manere ſubſtantias: ex quibus illud (quod copulatum eſt) dicatur eſſe coniunctum. Aliomodo ſignificans ita vtriſqꝫ coniunctum: ctũ: ut vtraqꝫ permaneant. Hoc igitur expedito equiuocatiõis atqꝫ ambiguitatis nodo: nihil eſt vltra qd poſſit opponi: quin id ſit quod firma veraqꝫ fides catholica contineat: eundẽ chriſtũ hominẽ eſſe perfectum: eundem deum: eundẽqꝫ qui homo ſit perfectus atqꝫ deus. Unũ eſſe deũ ac dei filium: nec quaternitatem trinitatis aſtrui: dũ homo additur ſupra perfectum deũ: ſed vnam eandemqꝫ perſonam numeruꝫ trinitatis explere. Ut cum humanitas paſſa ſit: deus tamen paſſus eſſe dicatur. Non quo ipſa deitas humanitas facta ſit: ſed quod a deitate fuerit aſſumpta. Item qui homo eſt: dei filius appellatur: non ſubſtantia diuinitatis ſed humanitatis. Que tamen diuinitati naturali vnitate coniuncta eſt. Et cum hec ita intelligentia diſcernantur permiſceantur: quia tamen vnus idemqꝫ ⁊ homo perfectus ſit ⁊ deus. Deus quideꝫ quod ipſe ſit ex patris ſubſtantia genitus: homo vero quod ex maria ſit virgine procreatꝰ. Atqꝫ qui homo deus: eo quod a deo fuerit aſſumptus: ⁊ qui deus homo: quoniã veſtitus homine ſit. Cumqꝫ in eadem perſona aliud ſit diuinitas: que ſuſcepit: aliud quã ſuſcepit humanitas: idem tamẽ deus atqꝫ homo eſt. Nam ſi hominem intelligas: idem homo eſt atqꝫ deꝰ. Quĩ homo ex natura: deus aſſumptione. Si vero deũ itelligas: idẽ deꝰ eſt atqꝫ hõ: qm deꝰ eſt nã: hõ aſſumptõe. Fitqꝫ in eo gemina natura: geminaqꝫ ſubſtãtia: quoniam homo deus vnaqꝫ pſona: quoniã idem homo atqꝫ deus: mediaqꝫ eſt hec inter duas hereſes via. Sicut virtutes quoqꝫ medium tenent. Omnis enim virtꝰ in medio rerum decore locata conſiſtit. Siquidem vel vltra vel infra quaꝫ oportuerit fiat: a virtute diſceditur: medietatẽ igitur virtus tenet. Quocirca ſi quattuor hec neqꝫ vltra eſſe poſſunt: ut in chriſto aut due nature ſint: dueqꝫ perſone: ut Neſtorius ait: aut vna perſona vnaqꝫ natura: ut Eutyches ait: aut due nature ſed vna perſona: ut catholica fides credit: aut vna natura dueqꝫ perſone. Cũqꝫ duas quidem naturas duaſqꝫ perſonas in ea que contra Neſtoriũ dicta eſt reſponſione conuicerimus: Unã vero perſonam, vnamqꝫ naturam eſſe non poſſe Eutyche preponente monſtrauimus: Neqꝫ tamen tam amens quiſquã huiuſqꝫ extitit: ut vnam in eo naturam crederet ſed geminas eſſe perſonas: Reſtat ut ea ſit vera: quã fides catholica pronunciat: geminã ſubſtantiam: ſed vnam eſſe perſonam. Quia vero pauloante diximus Eutychen confiteri duas quideꝫ in chriſto ante adunationẽ naturas. Unã vero poſt adunationem: Cũqꝫ hunc errorem duplicẽ interpretamur celare ſententiam: ut hec adunatio aut generatione fieret: cum ex maria corpus hominis minime ſumeretur: aut ſumptum quidem ex maria per reſurrectionẽ fieret adunatio: De vtriſqꝫ quidem partibus idonee (ut arbitror) diſputatum eſt. Nunc querendũ eſt quomodo fieri potuerit: ut due nature in vnam ſubſtantiam miſcerentur. Uerũtñ eſt etiã nunc ⁊ alia queſtio: que ab his inferri poteſt: qui corpus humanũ ex maria ſumptũ eſſe non credunt: Sed alias fuiſſe ſequeſtratum preparatũqꝫ quod in adunatione ex marie vtero gigni ac proferri videretur. Aiunt enim ſi ex homine ſumptum eſt corpus: homo vero omnis ex prima preuaricatione: non ſolũ peccato ⁊ morte tenebatur: verũ etiam affectibus peccatorum erat implicitus: Eaqꝫ illi fuit pena peccati: ut cum morte teneretur obſtrictus: Tamen eſſet reus etiam voluntate peccandi: Cur in chriſto neqꝫ peccatũ fuit neqꝫ peccãdi vlla voluntas: Et omnino habet animaduertendam dubitationem talis queſtio. Si enim ex carne humana chriſti corpus aſſumptum eſt: dubitari poteſt: quenam caro hec que aſſumpta eſſe ſit: eſſe videatur. Eum quippe ſaluauit: quẽ etiam aſſumpſit. Sin vero talem hominẽ aſſumpſit: qualis Adam fuit ante peccatuꝫ: integram videt humanam aſſumpſiſſe naturam: ſed tamen que medicina penitus non egebat. Quomodo autem fieri poteſt ut talem aſſumpſerit hominem: qualis Adam fuit: cuꝫ in Adam potuerit eſſe peccandi voluntas atqꝫ affectio: vnde factũ eſt: ut etiam pretergreſſis diuinis preceptis: inobediẽtie delictis teneret adſtrictꝰ. In chriſto vero ne volũtas qdẽ vlla creditur fuiſſe peccandi. Cuꝫ preſertim ſi tale corpus hominis aſſumpſit: quale Ade ante peccatum fuit: non debuerit eſſe mortalis: qm Adã ſi non peccaſſet mortẽ nulla rõne ſenſiſſet. Cũ igit chriſtꝰ nõ peccauerit: qrẽdũ eſt: cur ſenſerit mortẽ: ſi Ade corpꝰ añ qꝫ peccaret aſſũpſit:

qui neſcit diſtinguere: neſcio ſophiſtice ampullas reſpuere.
qui diſtinguere negligit: ſcire abhorret.

Quod ſi talē ſtatū ſuſcepit hominis qualis Ade poſt peccatū fuit: Videt etiā xpo nō defuiſſe neceſſitas: ut ꝛ deliciis ſubijceretur ꝛ paſſionib⁹ cōfunderetur. Obductiſqꝫ iudicij regulis bonū a malo non ſincera integritate diſcerneret: quoniā has omnes penas Adam delicti preuaricatione ſuſcepit. Contra quos reſpondendū eſt tres intelligi hominū poſſe ſtatus. Unū quidem Ade ante delictū in quo tñ etſi ab eo mors aberat: nec adhuc ullo ſe delicto polluerat: poterat tñ in eo uoluntas eſſe peccandi. Alter in quo mutari potuiſſet: ſi firmiter in dei preceptis manere uoluiſſet. Tunc enim id addendū foret: ut non modo nō peccaret: aut peccare uellet: ſed ne poſſet quidem aut peccare aut uelle delinquere. Tertius ſtatus eſt poſt delictum: in quo mors illum neceſſario ſubſecuta eſt: ꝛ peccatū ipſum: uoluntaſqꝫ peccati quorū ſūmitatum: atqꝫ contrariorum hec loca ſunt: is ſtatus qui premiū eſſet: ſi in preceptis dei Adā manere uoluiſſet: ꝛ is qui pene fuit: qm̄ ſi manere noluit. In illo enim nec mors eſſet. nec peccatum nec uoluntas ulla peccati. In hoc uero ꝛ mors ꝛ peccatū ꝛ delinquendi omnis affectio. Omniaqꝫ in perniciē prona: nec quicqꝫ in ſe opis habentia: ut poſt lapſum poſſet adſurgere. Ille uero medius ſtatus: in quo preſentia quidem mortis uel peccati aberat: Poteſtas uero utriuſqꝫ conſtabat: inter utrūqꝫ ſtatuꝫ eſt conlocatus. Ex his igitur tribus ſtatibus chriſtus corpore nature ſue ſingulas quodāmodo indidit. Nam quod mortale corpus aſſumpſit: ut mortem a genere humano fugaret: in eo ſtatu ponendū eſt: quod poſt Ade preuaricationem penaliter inflictum eſt. Quod uero non fuit in eo uoluntas ulla peccati: ex eo ſumptū ſtatu: qui eſſe potuiſſet: niſi uolūtatē inſidiantis fraudibus applicaſſet. Reſtat igitur tertius ſtatus idest medius. Ille ſcilicet: qui eo tempore fuit: cū nec mors aderat. ꝛ adeſſe poterat delinquēdi uoluntas. In hoc igitur Adam talis fuit: ut manducaret: ac biberet: ut accepta digereret: ut laberetur in ſomnū: ꝛ alia que ei nō defuerunt. Humana quidē ſed conceſſa: ꝛ que nullam penam mortis inferrent: que omnia habuiſſe chriſtū dubiuꝫ non eſt. Nam ꝛ manducauit ꝛ bibit: ꝛ humani corporis officio functus eſt. Neqꝫ enim tanta indigentia in Adā fuiſſe credenda eſt: ut niſi manducaſſet: uiuere non potuiſſet. Sed ſi ex omni quidē ligno eſcam ſumeret: ſemper uiuere potuiſſet: hiſqꝫ non mori. Idcirco paradiſi fructibus indigentiam explebat. Quā indigentiaꝫ fuiſſe in chriſto nullus ignorat: ſed poteſtate: non neceſſitate. Et ipſa indigentia ante reſurrectionem in eo fuit. Poſt reſurrectionem uero talis extitit: ut ita illud corpus imutaretur humanū: ſicut Ade preter preuaricationis uinculū: mutari potuiſſet: quodqꝫ nos ipſe Jeſus chriſtus uotis docuit optare: ut fiat uoluntas eius: ſicut in celo ꝛ in terra: ꝛ ut adueniat eius regnū: ꝛ nos liberet a malo. Hec enim nomina illa beatiſſima humani generis fideliter credētiuꝫ imutatio deprecatur. ❡ Hec ſunt que ad te de fidei mee credulitate ſcripſi. Qua in re ſi quid perperam dictuꝫ eſt: nō ita ſuꝫ amator mei: ut ea que ſemel effuderim melioribus ſententie anteferre contendā. Si enim nihil eſt ex nobis boni: nihil eſt quod in noſtris ſententijs amare debeam. Quod ſi ex illo cūcta ſunt bona: qui ſol⁹ eſt bonus: illud potius bonū eſſe credenduꝫ eſt: quod illa incōmutabilis bonitas atqꝫ omniū bonorꝫ cauſa perſcribit.

# Arithmetica Geometria et Muſica Boetii